D. IO: ANTONII BELLONI

IVRISCONSVLTI TAVRINENSIS, Et Pedemontani Senatus Præsidis Primarij.

DE IVRE ACCRESCENDI.

Tomus Tertius.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo portio accrescat.

NVnc Transeamus ad octauum caput, & videamus, Quomodo portio accrescat. Sed, quoniam hæc inspectio quadrupliciter considerari potest, ideo, & quatuor erunt a nobis quæstiones principales excutiendæ: Primum enim videndum erit, an portio vacans accrescat ipso iure, an verò nouam requirat agnitionem. Secundo an accrescat volenti, an verò inuito. Tertio, an viriliter, an verò pro portione data. Quarto demum, an cum onere, an verò sine.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas non acquiritur ipso iure, Declara, vt num.16 & 17.*
2 *Portio hæreditatis vacans accrescit ipso iure.*
3 *Portio hæreditatis vacans accrescit sine facto hominis.*
4 *Ius accrescendi non requirit nouam aditionem, cum præcedens sufficiat, & cur, num.5.*
6 *Portio hæreditatis accrescit tacitè.*
7 *Portio hæreditatis accrescit tacito iure.*
8 *Portio hæreditatis accrescit per modum alluuionis, Declara, vt num.9.*
10 *Adeundum semel est.*
11 *Ius accrescendi est appendix præcedentis aditionis.*
12 *Positio partis accrescentis non est in iudicio facienda.*
13 *Portio hæreditatis accrescit etiam ignorantibus.*
14 *Ignorantibus acquiruntur, quæ fiunt ipso iure.*
15 *Inuitis, quæ fiunt, ea multo magis fiunt & ignorantibus.*
16 *Accrescens pars in quibus censeatur eodem iure, quo pars principalis, & num.seq.*
18 *Portio hæreditatis, siue sit testamentaria, siue legitima, accrescit ipso iure.*
19 *Portio hæreditatis accrescit ipso iure, etiam hæredibus hæredum.*
20 *Portio bonorum possessionis accrescit ipso iure.*
21 *Ius accrescendi in bonorum possessionibus non requirit nouam agnitionem.*
22 *Bonorum possessio semel est agnoscenda.*
23 *Declaratur l. si ita scriptum. 8 in prin. ff. de bon. poss. sec. tab.*
24 *Bonorum possessio non acquirebatur olim sine datione, seu decreto iudicis.*
25 *Decretum interpositum super parte principali trahitur ad partem accrescentem.*
26 *Hæredi rei certæ, qui particularem institutionem agnouit, accrescit ipso iure tota hæreditas sine noua declaratione, nu.27. maximè si tempore, quo rem agnouit, iam erat ei delata tota hæreditas, num 28.*
29 *Portio hæreditatis accrescit etiam fideicommissario ipso iure, & sine noua hæredis aditione, ac fideicommissi restitutione.*
30 *Aditio noua requiritur, cum per alium nobis acquiritur hæreditas, Declara, vt nu.31. & 32.*
33 *Portio hæreditatis non accrescit ei, qui diuerso iure succedit sine noua agnitione, Sed contra, num.34. Declara, vt num. 35. & 36.*
37 *Portio ipso iure non accrescit in querela, Declara, vt, num.38.*
39 *Hæredi rei certæ non accrescit tota hæreditas, nisi rem particularem agnouerit, & cur, nu.40.*
41 *Ius accrescendi non operatur ipso iure, quoad possessionem.*
42 *Possessio facti est, & animi.*
43 *Possessio non acquiritur, nisi apprehendatur, etiamsi dominium acquiratur ipso iure.*
44 *Ius accrescendi qualiter consideretur in bonorum possessione Carboniana, & alijs, quæ ius non tribuunt.*
45 *Alluuio transfert etiam possessionem, & cur, nu.46.*

An in hæreditatibus portio vacans accrescat ipso iure, an verò nouam requirat aditionem.

QVÆSTIO I.

ET quidem, cum primo loco quærimus, an portio vacans accrescat ipso iure, an verò nouam requirat agnitionem separatam, nobis est dispiciendum, Primo, quid in hæreditatibus. Secundo, quid in legatis, & fideicommissis. Tertio demum, quid in actibus inter viuos.

Et in hæreditatibus quidem dubitationem facit illud, quia portio accrescens censetur eodem iure, quo portio principalis, & secundum eius naturam regulatur, *ut dicemus in 9 cap. q. 54. num 4. & 5.* Sed portio principalis aditionem, & sic factum hominis requirit, nec cuiquam (exceptis suis hæredibus) acquiritur ipso iure † *l. Cornelius, 69. ff. de hæred. instit. l. hæc verba 12. ff. de cond. instit.* Idem igitur est & de accrescente dicendum.

Sed hoc non obstante certi iuris est, partem hæreditatis vacantem ipso iure accrescere *l. un. § his ita definitis, & ibi Castr. num. 6. C. de cad. toll. l. 2. § si duo ff. de bon. poss. sec. tab. Et scribunt gl. in l. apud Iulianum, 11. § idem Iulianus, in verb. hæreditatem, ff. ad Treb. gl. in l. si ponas, 23. § si, in verb. accrescit, ff. de inoff. testa. Ias. in l. vn. num. 12. vers. alia est ratio & ibi Dec. in prima lect. num. 6. Goz. ad num. 15. vers. non obstat. C. quand. non pet. part. Ias. in l. si mihi & tibi 12. in princ. num. 25. ff. de leg. primo, & in l. hæreditas 4. in princ. C. de his, quib. vt ind. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 165. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 130. Pereg. de fideic. artic. 48. num. 78. Balduin. in § vlt. nu. 23. & ibi Hoto. Enunt. 3. inst. de Orfic. Duar. lib. 2. de iur. acc. cap. 1. Cuiac. in l. 3. §. vlt. ff. de bon. poss. in l. si duobus, 16. q. 6. ff. de leg. primo, in d. l. vn. § vbi autem legatarij C. de cad. toll. & ad tit. C. quand. non pet. part. Donell. lib. 7. comm. cap. 12. Et est de mente eorum, qui simpliciter scripserunt, partem vacantem accrescere ipso iure, vt Ruin. cons. 26. num. 14. vers. Confirmantur etiam, vol. 3. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num. 7. Zaz. in l. si mihi, & Titio, 110. in prin. nu. 7. ff. de verb. oblig. Ceph. cons. 29. num. 8.* ideoque non requirere factum hominis † *ut declarant Cagn. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 7. in fin. & ibi Purp. in fin. Claud. Tut. in l. un. nu. 10. & 49. C. eod. Alb. cons. 310. num. 21. Cuiac. in d. l. 3. § vlt. ff. de bon. poss.* & sic nouam aditionem, sed præcedentem sufficere † *l. si ex parte. 75. ff. de acq. hær. Et scribunt gl. in d. l. un. in verb. accrescere, & ibi Ang. versic. in glo. vlt. Dec. in prima lect. num. 6. Purp. num. 94. C. quand. non pet. part. gl. in l. sed, cum patrono, 6. in prin. in verb. cæteri ff. de bon. poss. Castr. in d. l. un. § his ita definitis, numer. 6. Crott. in d. l. re coniuncti, num. 165. Pereg. consil. 155. num. 18. vol. 5. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 1. Balduin. in d. § vlt. num. 23. inst. de Orfic. Cuiac. in l. testamento 6. C. de impub. & al. subst. & lib. 12. obs. cap. 12. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 12. Et est de mente eorum, qui generaliter scripserunt, non esse opus noua agnitione, seu petitione vt Polit. in d. l. re coniuncti, numer. 95. versic. 4. Zaz. in d. l. si mihi & Titio, 110. in prin. nu. 7. ff. de verb. oblig. Ceph. d. cons. 29. num. 8.* Cuius rei illa videtur esse ratio, quia, † cum pluribus hæreditas defertur, si vnus partem adeat, perinde cœteris deficientibus habetur, ac, si solus ad eam hæreditatem vocatus esset *l. liber homo. 59. § ult. ff. de hær. inst.* Vnde, quemadmodum, si solus vocatus esset, partem adeundo totam hæreditatem adire censeretur *l. si solus 79. in prin. ff. de acq. hær.* ita etiam debet censeri totam adiisse, cum postea cœteri deficiunt *d. l. si duo 38. ff. eod.* vt proinde non sit amplius ei necessaria aditio reliquarum partium, tamquam earum, quæ retrofinguntur aditæ. *Ita Ceph. d. cons. 29. nu. 9. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & lib. 12. obs. cap. 12.*

Hinc dicimus partem vacantem accrescere tacitè † *l. qui ex duabus, 53. § ult. ff. de acq. hæred. § videamus, inst. de hæred. inst. Claud. Tut. in d. l. un. num. 38. C. quand. non pet. part.* & tacito iure † *l. seruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hæred. Purp. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 17. vers. 5. Claud. Tut. in d. l. un. num. 38. & 148. vers. 3. C. eod. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 13. nu. 12. Cuiac. in d. l. 3. § vlt. ff. de bon. poss. & in d. tit. C. quand. non pet. part. Hoto in d. § ult. enun. 3. inst. de Orfic.* ac per modum alluuionis, † *l. si Titio. 30. § 1. ff. de vsufr.* scilicet, quia,
quemadmodum alluuio tacitum affert incrementum *l. adeo, 7. § præterea. ff. de acq. rer. dom. § præterea, inst. de rer. diu.* ita
etiam ius accrescendi; † *ut declarant Purp. in d. rub. C. quand.* 9
*non pet. part. num. 17. vers. 5. Claud. Tut. in d. l. un. nu. 10. C. eod.
Ant. Gou. de iur. accr. num. 1. & nos etiam diximus in primo ca.
q. 1. nu. 24. & seqq.*

Hinc etiam dicimus, semel adeundum esse † *d. l. si solus. 79.* 10
§ ult. ff. de acq. hæred. & ius accrescendi esse appendicem præ-
cedentis aditionis † *l. si quis hæres. 35. in princ. ff. de acq. hæred.* 11
*Bald. in l. falsus. 19. num. 16. C. de furt. Cagn. in d. rub. C. quand.
non pet. part. num. 39. & ibi Cuiac. & in d. l. testamento 6. Cod. de
impub. & al. subst.* eaque ratione faciendam non esse in iudi-
cio partis accrescentis positionem, quæ alioquin fieri debet
super partis principalis aditione, † *secundum Bald. in dict. l.* 12
unic. § vbi autem legatarij, num. 9. C. de cad. toll.

Hinc denique dicimus, partem hæreditatis vacantem ac-
crescere etiam ignorantibus, † *l. hæredi. 31. ff. de acq. hæred. l. de* 13
*ætate. 12. § si cum esset, ff. de inter. actio. Et scribunt Bart. in l.
cum quidam. 30. § suum hæredem, num. 2. & in d. l. hæredi. 31.
ff. de acq. hæred. Castr. in d. l. un. § his ita definitis, num. 6. C. de
cad. toll. Goz. ad in d. l. un. num. 36. vers. 4. & ibi Purp. num. 103.
C. quand. non pet. part. Rip. in l. centurio 15. num. 195. ff. de vulg.
Cran. cons. 927. n. 3. Menoch. consil. 50. num. 8. Cuiac. in d. l. un. §
vbi autem legatarij, C. de cad. toll. Donell. d. lib. 7. comm. cap. 12.
Et est de mente eorum qui simpliciter dixerunt partem vacan-
tem ignorantibus accrescere vt Dec. in d. rubr. C. quand. non pet.
part. in tertia lect. num. 13. Alb. d. cons. 310. num. 21. Ceph. dict.
consil. 29. num. 8.* quoniam hæc est natura eorum, quæ obue-
niunt ipso iure, vt etiam ignorantibus acquirantur † *§ sui* 14
*inst. de hæred. qual. & diff. § item vobis, inst. per quas pers. nob.
acq.* Et verò, cum portio hæreditatis accrescat inuitis, *ut latè
ostendemus in hoc cap. q. 4. num.* 8. Consequens est, vt multo
magis accrescat ignorantibus, ex regula † *l. qui potest inuitis,* 15
*17. ff. de reg. iur. l. ergo, 4. § illud, ff. de fideic. libert. Et in his ter-
minis considerant Cuiac. in d. § vbi autem legatarij, & Donell.
d. lib. 7. commen. cap. 12.*

Nec est contrarium, quod pars accrescens eodem iure cen-
seatur, quo pars principalis, quia respondeo hoc procedere
† respectu iuris, & naturæ, non respectu modi acquirendi: 16
Nam pars accrescens regulatur secundum naturam partis
principalis, & eodem cum illa censetur iure, sed non eodem
modo acquiritur: Illa enim acquiritur mediante aditione,
hæc verò ipso iure, *vt dictum est. Et in specie declarat Alcia.
in d. l. vn. num. 7. vers. Ratio dubitationis, C. quand. non pet. part.*
Cuius diuersitatis ratio est quia † acquisitio partis principa- 17
lis fit re integra, quo casu iniquum esset, aliquem inscium, &
inuitum oneribus hæreditarijs adstringi *l. qui in aliena. 6. in
prin. ff. de acq. hær.* At acquisitio partis accrescentis fit eo tem-
pore, quo res non est amplius integra, propterea, quod iam
adita est pars principalis, ideoque non potest amplius diuidi,
idest, pro parte acquiri, & pro parte non. Quo fit, vt censea-
tur adiisse, secundum ea, quæ diximus. Hæc autem adeo ve-
ra sunt, vt procedant

Primo, non solum in hæreditatibus testamentarijs, sed
etiam in ijs quæ ab intestato deferuntur, † *ut de testamenta-* 18
*rijs constat ex d. l. un. § his ita definitis, C. de cad. toll. Et scribunt
gl. in d. l. si ponas. 23. § vlt. in verb. accrescit, ff. de inof. Gul. Ben. in
d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.
115. De ijs verò, quæ ab intestato deferuntur scribunt Bart. in d.
l. re coniuncti, num. 63. Balduin. in d. § vlt. num. 23. inst. de Orfic.
vtrisque demum sensisse videntur omnes, quos retulimus supra
num. 2. dum indefinite scripserunt, hæredibus ipso iure partem
accrescere, quemadmodum & ij, qui simpliciter dixerunt par-
tem ipso iure accrescere non distinguentes legata ab hæreditati-
bus, quos retulimus ibi in fine.*

Secundo procedunt, etiam in hæredibus hæredum: Nam,
& ijs portio vacans accrescit ipso iure † *d. l. un. § his ita definitis,* 19
C. de cad. toll. Zaz. in d. l. si mihi & Titio 110. n. 7. ff. de verb. obli.

Tertio procedunt, etiam in bonorum possessionibus: nam
& in ijs portio vacans ipso iure accrescit † *d. l. 2. § si duo, ff. de* 20
*bon. poss. sec. tab. Et scribunt gl. in d. l. un. in verb. accrescere, & ibi
Ias. num. 16. Dec. in prima lect. num. 6. & in 2. num. 31. Goz. ad.
num. 15. vers. Non obstat, Pic. num. 6. Seb. Sap. numer. 15. Purp.
nu. 93. C. quand. non pet. part. Dec. in rubr. C. eod. in 2. lect. num. 5.
vers. & dum alias, & ibi Cagn. num. 45. Cuiac. in d. l. 3. § vlt. ff.*
de

de bon.poss. ita, vt non sit opus noua agnitione, sed præcedens
21 sufficiat † *d.l.sed.cum patrono 6.in prin.& ibi gl.in verb.cæteri, & Cuiac.ff.de bon.poss.d.l.2.§.si duo & ibi Bart.nu.2.ff.de bon. poss.sec.tab.Bart.in d.l.3.§.vlt.& ibi Cuiac.ff.de bon.poss. Dec. in d.l.vn.in prima lect.num.6.& in 2.num.31.& ibi Purp.nu. 29. & 93.Goz.ad.num.15.Seb.Sap.num.50.C.quand. non pet. part. Cagn.in rubr.C.eod.nu.45.& ibi Cuiac.,Ang.de Gamb.de testa. gl.42.nu.2.Ant.Gou.de iur.accr.nu.23.Costa.de port.rat.q.49. num.1.* Quamobrem dicimus, semel esse agnoscendam bonorum
22 possessionem † *d.l.sed.cum patrono.6.in prin.ff.de bon.poss.* Nec obstat *l.si ita scriptum 8.in princ.ff.de bon.poss.sec.tab.* vbi Iulianus, *Bonorum possessionem Titius accipiet*, inquit, *non solum tertiæ partis, sed eius quoque, quæ ex sextante eidem accre-*
23 *scit*, quibus verbis † non obscurè videtur innuere, etiam partis accrescentis esse accipiendam bonorum possessionem, quia loquitur Iulianus de parte, quæ accreuerat ante, quam coniunctus bonorum possessionem agnouisset, quo casu nō potest agnoscens partes, quæ iam vnitæ sunt, separare, sed vtramque debet agnoscere, *ut ibidem declarat gl.in verb. quæ ex sextante*, nos verò loquimur de parte, quæ accrescit post agnitionem a coniuncto factam, quod patet ex eo, quia dicimus, præcedentem vnius partis agnitionem sufficere, vt etiam pars postea accrescens censeatur agnita.

Hinc intelligimus, quamuis olim nemini regulariter bonorum possessio quæreretur, nisi interuenisset solemnis peti-
24 tio, & Prætoris datio † *l.vlt.C.qui adm.l.vlt.§.nos itaque, C.de cur.furio.§.vlt.inst.de bon.poss.* quam nostri perperam iudicis decretum appellant, quippe, quod certis duntaxat casibus interponi solebat, *vt ostendimus in tract. De manda. Iurisd. cap. 8.q.9. num.72.* In parte tamen accrescente non fuisse etiam olim talem petitionem, & dationem necessariam, quia datio, siue (vt aiunt) decretum super parte principali trahebatur
25 ad partem accrescentem, † *ita scribunt Bald.in d.l.vn.in prin. vers.4.& ibi Ias.num.16.Dec.in prima lect.num.6 & in 2.num. 31.Goz.ad.num.15.Pic.num.6 Seb.Sap.num.15.Purp.nu. 29. Cagn.num.13.& 14.C. quand.non pet.part. Et nos etiam dicemus in cap.9.q.49.num.16.*

Quarto procedunt, non solum, cum hæredi vniuersali pars hæreditatis accrescit, sed etiam, cum repudiantibus hæredibus vniuersalibus tota hæreditas accrescit hæredi particulari, qui iam rem sibi relictam agnouit: Nam & talis ac-
26 cretio fit ipso iure, † *vt docent Imol.in l.1.§.si ex fundo, nu.26. vers.& nota.ff.de hær.inst.Alb.d.cons.310.num.14.* ita, vt non
27 sit opus noua declaratione, siue aditione, † *secundum Imol.in d.§.si ex fundo nu.26.vers.sed aduerte Alb.d.cons.310.nu. 21.* Quinimo etiamsi moriatur ante, quam vniuersalis deficiat, nihilominus eo postea deficiente tota hæreditas accrescet eius hæredi, in quem ius accrescendi transmissum intelligitur, *secundum ea quæ diximus in 7 cap.q.62.num.31.& seqq.* ipso iure, & sine alia aditione, *vt declarat Imol. in d.§.si ex fundo.nu.26.vers.Et nota.* Idque multo facilius obtineret, si iam ab initio nullus fuisset datus cohæres vniuersalis, vel datus viuo testatore decessisset: Nam, quia tempore mortis testatoris institutus in re certa non fuisset vocatus ad rem particularem, sed ad totam hæreditatem sublata rei mentione, perinde, ac, si simpliciter hæres institutus fuisset, *vt ostendimus in eodem 7.cap.q.7.nu.1.* ideo agnoscendo rem particularem
28 censeretur totam hæreditatem agnouisse † vt dicimus de hærede vniuersali, qui rem vnam, vt hæres agnoscit, *sicuti videre est in 9.cap.q.28.num.10.*

Sanè, si particulariter institutus non agnouisset rem sibi relictam, esset haud dubiè necessaria voluntatis declaratio, siue aditio, quia non censeretur hæres extitisse, *vt dicemus infra nu.39.& seq.* Quamobrem, & si interim decederet, non censeretur hæreditatem ad suos hæredes transmisisse, *ut ostendimus in 7.cap.q.62.num.54.*

Quinto procedunt, non solum, si pars hæreditatis accrescat hæredi, sed etiam, si fisco, *vt declarat Alc.in d.l.re coniuncti.num.41.vers.sed,quid in fisco*, & verò etiam fideicommissario vniuersali, quibus casibus in eum ius accrescendi transfertur, *secundum ea, quæ diximus in 7.cap.q.69.num.3.& seqq.* Nam in iis ita fideicommissario pars vacans ipso iure accrescit, vt, quoad eum, neque noua sit opus hæredis aditione, ne-
29 que noua restitutione, † *ut rectè censuerunt gl.in l.Papinianus, 43.in verb.accreuit, & ibi Bart.& Ang.ff.ad Treb.Rip.in d.l.re coniuncti.num.92.versic.defendendo Cagn.in d.rubr. Cod. quand.non pet.part.num.45.Guttier.in d.l.vn.nu.57.vers. quinimo, C.eod.Gomez.tom.1.varia.resol.cap.10.numer.35.vers.2. Cuiac.lib.12.obs.c.12.* Et, quamquam Papinianus huiusmodi quæstionem non decidat *in d.l.Papinianus*, & nouam restitutionem esse necessariam *Ias.in d.l.re coniuncti. num.140.& ibi Polit.num.59.vers.2.casu,& Ant.Gou.de iur.accr.num.22. aliique* plerique censuerint, verior tamen, & receptior est negatiua sententia, quia facta restitutione partis ipso iure censentur ea omnia translata, quæ illius partis consecutiua sunt *l.facta 63.in prin. ff. ad Treb.* Cum igitur pars accrescens sit partis principalis consecutiua, *ut dicemus in 9.cap.quæst.43. num.11.* Consequens est, vt etiam ea censeatur fideicommissario restituta.

Sed hæc, quæ diximus, licet regulariter vera sint, interdum tamen non procedunt: Nam portio vacans certis casibus non accrescit ipso iure, sed nouam requirit aditionem.

Primum enim, si per alium nobis acquiratur hæreditas, puta per seruum, non sufficit aditio præcedens, sed requiritur aditio noua respectu partium, quæ postea deficiunt. † *ut scri-* 30
bunt gl.in d.l.vn.in verb.accrescere, & ibi Ang.vers.in gl.ult.& Purp.nu.96.versic.2.C.quand.non pet.part. Quod apertè probat *l.si solus.79.§.vlt.ff.de acq.hær.* vbi Paulus, *Si seruus meus ex parte hæres institutus sit purè*, inquit, *ex parte sub conditione dato cohærede, & iussu meo adierit, deinde eo manumisso conditio alterius partis extiterit, verius est, non mihi esse acquisitam illā portionem, sed ipsum comitari: Omnia enim paria permanere debent in id tempus, quo alterius portionis conditio extet, ut acquiratur ei, cui prior portio acquisita est. Ego quidem puto, & si adhuc in potestate sit, iterum adeundum esse si conditio extiterit & illud, quod dicimus, semel adeundum, in eiusdem persona locum habet, non, cum per alium acquirenda est hæreditas.* Et, quamquam hic locus non pertineat ad id ius accrescendi, de quo nos in præsenti loquimur, scilicet, quia Paulus ibi tractat de variis partibus ex dispositione testatoris ad institutū spectantibus, *secundum ea, quæ dicemus in 9 ca.q.19.in 2.casu* cum alioquin nos loquamur de partibus aliis assignatis, quæ
postea vacant, † *ut Ias.in d.l.vn.num.40.vers.in 2.parte, & ibi* 31
Pic.n.28.Cagn.n.68.vers.in eadem gl.ibi.C.quand. non pet.part. & alii plerique animaduerterunt, rectè tamen a nostris trahitur ad ius accrescendi, de quo loquimur, quia, si portio vacans non acquiritur ipso iure, cum defertur ex prouisione hominis, quam lex approbat, multominus debet ipso iure
acquiri, cum ex sola dispositione legis proficiscitur, † *ut ar-* 32
guit Purp.in d.l.vn.num.96.vers.2.C.quand non pet.part.

Secundo verò, si duo, vel plures succedant diuerso iure, non erit inter eos locus iuri accrescendi sine noua agnitione
† *secundum gl.in d.l.vn in verb.accrescere & ibi Bald.num.10.* 33
vers.item,quia,& Purp.num 95.C.quand.non pet.part.gl.in d.l. sed,cum patrono,6.in prin.in verb.cæteri, ff.de bon.poss. Bart.in l.3.§.vlt.ff.eo.imol.in l.mulieris.73.num.2.versic in gl.proderit ff. de cond.& dem, vt in specie *d.l.sed,cum patrono*.

Sed hæc exceptio merito fuit a nostris communiter improbata. † *ut a Goz.ad in d.l.vn.num.32.vers.ego,& ibi Alcia.* 34
num.49.Cagn.nu.59.C.quand.non pet.part. Cuiac. ad eund. tit. & aliis frequentius, quia certum est, inter diuerso iure succedentes non habere locum ius accrescendi, *ut ostendimus in 5. cap.q.43.num.1.* ideoque nec posse disputari, an portio accrescat sine noua agnitione, quia non entis nullæ sunt qualitates *l.eius, qui 41.ff.si cert.pet.* Nam, & in specie *d.l.sed, cum patrono*, ideo, noua requiritur agnitio, quia patronus non consequitur partes vacantes iure accrescendi, sed iure nouæ successionis, idest, iure bonorum possessionis, vnde legitimi, quam patronus in totum debet agnoscere ob hæredis scripti
repudiationem, quæ rem ad intestati causam reduxit, † *ut* 35
explicant Bart.in d.l.sed,cum patrono, & ibi Cuiac.Goz.ad in d. l.vn.num.32.vers.ego,& ibi Alcia.nu.49.vers.Nec obstat Cagn. num.62.vers.limitatur ergo, & vers.5.C. quand. non pet.part. Ant.Gouea.de iur.accr. num.23. Ex quo inferunt nonnulli, vbi noua est opus agnitione, ibi propriè ius accrescendi non
esse, † *ut Polit.in d.l.re coniuncti,num.79 vers.Quinta,Cagn.in* 36
d.rub.C.quand.non pet.part.num.45 per d.l.sed, cum patrono. Quod verum est, si de eo iure accrescendi loquamur, quod ex persona propria locum habet. Cæterum, si de eo, quod habet locum ex persona serui, magis est, vt procedat, etiamsi

amsi noua aditio requiratur, *secundum ea, quæ diximus ora num.30.*

Tertio in querela inofficiosi testamenti, licet habeat ius accrescendi locum, est tamen opus petitione, & sic facto hominis, ideoque in ea portio non accrescit ipso iure, *vt scribunt in l. si ponas 23.§.vlt.in verb. accrescit ff. de inoff. & Gozad. l. qui se patris 3.num.224.in fin. C. vnd lib.* Verum respectu ipsius querelę non puto, hanc esse probabilem exceptionem, quia exemplo aliarum causarum, & querelæ pars agentis de inofficioso testamento ipso iure accrescit † *vt declarant gl. & Gozad. in relatis locis*, sed petitione opus est, respectu hæreditatis, quam exhæredatus, vt pro parte sua, ita & pro parte accrescente petere debet. Et ita hanc exceptionem (si exceptio dici potest) intelligendam puto.

Quarto, si hæredi particulari nullus datus sit cohæres vniuersalis, vel datus defecerit, ita demum ei tota hæreditas accrescet, si particularem institutionem agnouerit. Cæterum, si priùs decesserit, quam voluntatem suam declarauerit, non censebitur ei hæreditas acquisita, † *vt ostendimus in 7 cap. q.62.nu.54.* quia † sine aditione, quæ in proposito non interuenit, nulli (exceptis suis hæredibus) quæritur hæreditas *l. hac verba 12. ff de cond. instit. l. Cornelius 69. ff. de hered. instit.* Nec est contrarium, quod institutus in re certa habeatur loco legatarij *l. quoties 13. C. de hered. instit. l. ex facto 35. in princip. ff. eod.* ideoque, vt legatario etiam ignoranti acquiritur legatum *l. cum pater 79.§. surdo, ff. de leg.2. l. filiusf.16. ff. de testam.* ita etiam debet acquiri particulariter instituto, quia hoc verum est, quoties particulariter institutus habet cohæredem vniuersalem cum effectu. Ceterùm, quoties eum non habet, quia particularis institutio dempta mentione rei conuertitur in vniuersalem, ideo eodem, quo vniuersalis, debet censeri iure. Vnde, quemadmodum ad acquisitionem vniuersalis est necessaria voluntatis declaratio, ita etiã debet esse necessaria in acquisitione particularis, quatenus vicem vniuersalis obtinet, *vt latè ostendimus in eodem 7. cap. q.62. num.54. & seqq.*

Quinto, licet ius accrescendi quoad dominium, & alia, quę iuris sunt, operetur ipso iure, non tamen operatur, quoad possessionem, quia non sufficit, quem apprehendisse possessionem partis principalis, vt censeatur etiam possidere partem accrescentem, sed debet eius possessionem legitimis modis nancisci. † *Ita scribunt Bald. in d. l. vnic num.3. & ibi Ias. num.15. Seb. Sap. nu.50. Purp. num.31. Cod. quand. non pet. part. Paris. cons.37. n.12. vol.3. Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. nu.45. Gomez tom.1. variar. resol. cap.10. nu.22. Pereg. de fideic. artic.48. num.78. Et videtur de mente Put decis.109. num.5.* Possessio enim, tamquam res, quæ facti est, & animi † *l. dení que 19. ff. ex quib. caus. maio. l.1.§. Scæuola, ff. si is qui test. lib. esse ius fue. l.1.§. adipiscimur & §. si vir vxori & l. possessionem 49. ff. de acq. poss. l. bonæ fidei 48 §.1. ff. de acq. rei dom.* non, nisi naturalibus modis, idest animo, & corpore acquiri potest *l.3. in princ. ff. de acq. possess.* Quamobrem, licet dominium ipso iure quæratur ex aliqua causa, non tamen acquiritur possessio, nisi fuerit apprehensa † *l. cum heredes 23. in prin. ff. de acq. poss. Et scribunt gl. in vlt. in verb. in rem vers. item numquid. Cod. de sacr. Eccl. gl. in l. cum duobus 52. alias l. si fratres 53. §. idem respondit socius, in verb. dominium dedit, vers. item quid ff pro soc. Bart. in l. commissa.14. nu.1 vers. licet autem. ff. de publica. & vectig. Bald. in cap.1. in princ. n.3. vers. hinc est tit. quid sit inuest. Paris. cons.37. n.12. vol.3. Martin. Laud. de fisco q.63. & q.266. Boer. decis.264. num.12 in fin. Boss. in tit. de Publica. bono. nu.26. Pereg. de Iur. fisci lib.4. tit.3. num.23.*

Hinc intelligimus, in Carboniana bonorum possessione, & id genus aliis, quæ ius non tribuunt, ius accrescendi non posse considerari respectu ipsius corporalis possessionis, sed tãtum respectu bonorum possessionis, quatenus scilicet causam præbet possessionis apprehendendæ, † *vt declarãt Bald. in d. l. vn. num.3 & ibi Purp. num.31. Cagn. nu.15. vers. & procedunt. C. quand. non pet. part.*

Hinc etiam intelligimus, quod dici solet, ius accrescendi esse simile alluuioni *in l. si Titio 39.§.1. ff. de vsufr.* procedere, quoad ius, idest, ipsam dominii acquisitionem, quia, quemadmodum alluuio sequitur ius fundi *l. si ego 13. §. idem ait ædibus, ff. de Publicia.* ita etiam ius accrescendi sequitur rem, idest portionem principalem *dict. l. si Titio.* Ceterùm respectu possessionis longè differunt inter se ius accrescendi, & alluuio: Nam hæc operatur etiam, quoad possessionem, † *vt scribunt Bart. in tracta de Flumin. in verb. acquiritur nobis, num.2. & Pereg. de fideic. d. art.48. num.78.* illud verò non item, *vt supra dictum est*; Cuius diuersitatis ratio est, quia † possessio non acquiritur modis ciuilibus, cuiusmodi est ius accrescendi, sed modis naturalibus, qualis est alluuio. Et hęc quidem de hæreditatibus dicuntur.

45

46

SVMMARIVM.

1 *Portio legati vel fideicommissi vacans accrescit ipso iure, Declara, vt num.6. & seqq.*
2 *Agnitio non est necessaria in legatis, & fideicommissis, cum portio accrescit.*
3 *Legata, & fideicommissa acquiruntur ipso iure, nisi repudientur.*
4 *Legata, & fideicommissa acquiruntur etiam ignorantibus.*
5 *Portio legati, vel fideicommissi accrescit etiam ignoranti.*
7 *Actiones tres competunt pro legatis & fideicommissis particularibus, realis personalis, & hypothecaria, Declara, vt num.8 & seqq.*
8 *Dominium rei legatæ transit ipso iure in legatarium, si legetur res testatoris.*
9 *Dominium partis accrescentis transit ipso iure in legatarium.*
10 *Dominium partis accrescentis retrofingitur in legatis, & fideicommissis acquisitum ex eo die, quo quæsitum est dominium partis principalis.*
11 *Dominium ex legato non transfertur ipso iure, cum legatur quantitas aut res heredis n.12. vel aliena n.13.*
14 *Hypotheca competit pro legatis, & fideicommissis particularibus, etiam, quibus casibus non transfertur dominium.*
15 *Portio ipso iure accrescit, etiam in fideicommissis vniuersalibus, Declara, vt num.16. & seqq.*
17 *Fideicommissarius vniuersalis ante, quam dies fideicommissi cedat non habet, nisi spem.*
19 *Fideicommissum vniuersale transmittitur ad heredes, si fideicommissarius moriatur post diem cedentem, licet ante aditam, aut restitutam hereditatem.*
20 *Fideicommissario vniuersali competit officium Iudicis, vt cogat heredem adire, & restituere.*
22 *Dominium non transfertur in fideicommissarium vniuersalem, nisi facta restitutione saltem verbali, & nu 24.*
25 *Portio ipso iure accrescit, etiã in donationibus causa mortis.*
26 *Portio vacans ipso iure accrescit, etiam heredibus legatariorum, aut fideicommissariorum.*
27 *Portio vsusfructus legati non accrescit ipso iure, Sed contra, num.28. & 30.*
29 *Vsusfructus legatus acquiritur ipso iure etiam ignoranti.*
31 *Portio legati, vel fideicommissi non accrescit ipso iure, quoad possessionem.*

An in legatis, & fideicommissis portio vacans accrescat ipso iure.

QVÆSTIO II.

IN legatis verò, & fideicommissis constat haud dubiè partem vacantem ipso iure accrescere, † *vt scribunt Ang. de Gamb. in dict. tracta. de test. in gl.42. numer.3. versicul.2. Vasq. libr.2. Illustr. controu. capit.60. numer.3. Mantic. de con. vlt. vol. libr.10 tit.3. numer.19. Et est de mente eorum omnium, qui simpliciter scripserunt, partem uacantem ipso iure accrescere non distinguentes legata ab hereditatibus, quos retulimus in quæst. præced. num.2.* Ideoque coniunctò non esse necessariam eius agnitionem, † *ut ait Ang. de Famb. in relato loco*, Idque facilius procedere, quam in hæreditatibus, & bonorum possessionibus, vtpote, in quibus requiritur saltem respectu partis principalis agnitio, quæ alioquin necessaria non est in legatis, & fideicommissis, quippe, quæ ipso iure quæruntur, nisi repudientur † *l. seruum filij 46.§.1. l. si tibi homo 88. §. cum seruus. ff de leg.1. l. legatum 82. ff. de leg.2. l.1 §. utrum ff si quid in fraud. patro. Et scribunt Bart. in l. fin. vers. Tu dic, & ibi Alex. num.3. Ias. num.6. & 7. vers. glo. in verb. C de legat.* adeo, vt quæ-

1

2

3

4 vt quærantur etiam ignorantibus, † l. cum pater. 79. §. surdo, ff. de leg. 2. l. qui in domini. 14. & l. filiusf. 16. ff. de testa. l. si partem. 19. §. si per fundum, & ibi glo. in verb. cæperat. ff. quemad. seru. amitt. Et scribūt Cin. in l. vn. in prin. n. 5. C. de cad. toll. Imol. in l. legatum. 7. num. 1. ff. de leg. primo, Dec. in l. 1. in 2. lect. nu. 19. versic. Nunc vlteriùs, & in 3. nu. 40. C. qui adm. Quamobrem, & ignoranti portio legati, vel fideicommissi accrescit, † vt
5 scribit Vasq. d. lib. 2. Illu. contr. cap. 69. num. 3. Et est de mente eorum, qui simpliciter dixerunt, partem ignorantibus accrescere, quos retulimus in eadem q. præced. num. 13. in fine.

6 Sed hæc ita accipienda sunt, † vt, si quidē portio deficiat ante diem cedentem, accrescat ipso iure, quoad spem, quam, vt legatarius, vel fideicommissarius habet respectu partis principalis, ita etiam respectu partis accrescentis habere intelligitur, secundum ea, quæ diximus in 7. cap. q. 71. num. 1. & 2. Si verò deficiat post diem cedentem, sed ante aditam hæreditatem, accrescat, ipso iure, quoad transmissionem: Nam, quemadmodum interim decedens transmittit partem principalem, ita etiam transmittet accrescentem, vt diximus in eodem 7 cap. q. 62. num. 16. & q. 71. num. 9. & 10. Quod, si deficiat post diem cedentem, & post aditam hæreditatem, accrescat ipso iure, etiam, quoad actiones pro legatis, & fideicommissis competentes, nempe, quoad realem, personalem,
7 & hypothecariam, † l. 1. & ibi Bart. num. 1. Bald. in princ. Ias. in prin. num. 4. Cod. comm. de legat. §. sed non vsque inst. de legat. Bart. in l. 1. nu. 11. versic. circa istud, & ibi Castr. num. 5. Ias. num. 99. versic. extra gl. ff. de leg. 1. Gratian. cap. 62. discep. for. num. 27. si simus in casibus, in quibus ex legato transfertur dominiū,
8 vt euenit, cum legata est species testatoris, † d. l. legatum. 82. ff. de leg. 2. l. à Titio. 66. ff. de furt. Et in specie declarant Bart. in d. l. 1. num. 12. versic. quod verum est, & ibi Bald. col. 2. versic. & adde, Castr. num. 5. & 16. Ias. n. 120. versic. 3. requiritur, ff. de leg. primo, Nam, quemadmodū transfertur respectu partis prin-
9 cipalis, ita etiam transfertur respectu partis accrescentis, † vt probant infra, quæ adducemus num. seq. Quamobrem dicimus, eius dominium retrofingi acquisitum ex eo die, ex quo quæ-
10 situm est, & dominium partis principalis, † l. si dominus. 17. & l. Titio, & Seio. 34. cum 2. ll. seqq. ff. ad l. Aquil. & nos diximus in 5. cap. q. 32. numer. 44. & dicemus etiam in cap. 9. qu. 47. nu. 6. Quod, si simus in casibus, in quibus ex legato non transfer-
11 tur dominium, vt, cum legatur quantitas, † sicuti declarant glo. in l. 2. in verb. actiones, vers. item, quod hic dicit, C. com. de legat. Bart. in d. l. 1. nu. 12. vers. primo casu & ibi Bald. col. 2. vers. item intellige, Ias. nu. 117. vers. 2. requiritur ff. de leg. 1. Bart. in l. omnia. 7. nu. 1. ff. si cert. pet. & in l. si legatum 10. §. 1. nume. 1. ff. de adim. leg. Alex. in l. fin. nu. 4. C. de legat. Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 71. Crass. in §. legatum q. 69. num. 7. vel species, quæ non sit
12 testatoris, sed, aut hæredis † l. si quis inquilinos. 115. § cum seruus, & ibi Bart. nu. 1. & 2. ff. de leg. 1. Bart. in l. si hæredis seruus. 50. in prin. nu. 1. & ibi Ias. nu. 11. ff. eod. Bart. in l. 2. num. 4. & ibi Ang. n. 1. C. commu. de legat. Bart. in l. hæreditatum. 68. §. si quis ex hæredibus, nu. 1. ff. ad l. Falc. & in l. si tibi homo. 88. §. si fundus nu. 2. ff. de leg. 1. Bald. in d. l. 1. col. 2. vers. & adde. & ibi Castr. nu. 16. Ias. nu. 121. ff. eo. Bald. in l. si tibi homo. 88. §. si fundus, nu. 1 ff. eod. Castr. in l. Papinianus 18. nu. 2. ff. de seruit. Ias. in d. l. 1. nu. 6. vers. 2. limita C. comm. de leg. Crott. in d. l. re coniuncti, n. 71. Cras.
13 in d. §. legatum, q. 69. nu. 16. aut aliena † vt declarant Cin. in d. l. vn. in prin. nu. 9. C. de cad. toll. Bart. in d. l. 1. n. 12. vers. quod verum est, & ibi Bald. col. 2. vers. & adde, Castr. nu. 16. Ias. nu. 121. ff. de leg. primo, Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 71. Crass. in d. §. legatum q. 69. n. 14. tunc accrescat ipso iure, quoad personalem, & hypothecariam, quæ in his casibus competunt pro legatis, &
14 fideicōmissis, † vt scribunt Bart. in d. l. 1. n. 13. & ibi Castr. n. 17. Alex. n. 23. Ias. n. 132. ff. de leg. 1. Gratia. d. c. 62. discep. for. n. 31.

Adeo autem hæc vera sunt, vt procedant Primo, non solum in legatis, & fideicommissis particularibus, sed etiam in
15 vniuersalibus † Itaque, si sint duo fideicommissarij vniuersales, & vnus ex ijs deficiat ante diem fideicommissi cedentē, puta viuo testatore, aut pendente conditione fideicommissi,
16 pars eius accrescet ipso iure, non, † quoad ius, sed quoad spē,
17 quæ sola competit. † Quod, si deficiat post cessionem diei, sed ante aditam à grauato hæreditatem, accrescet ipso iure, &,
18 quoad transmissionem, † quæ in hoc casu locum habere so-
19 let, † vt diximus in 7. c. q. 41. n. 70. & quoad officium iudicis,
20 ad hoc, vt possit cogere hæredem adire, & restituere, † l. quia poterat. 4. l. nam, quod. 14. §. fin. cum 2. ll. seqq. ff. ad Trebell. Bart. in l. si legatus. 30. in princ. et in l. Papinianus 43. num. 1. ff. eod. Si verò deficiat post cessionem diei, & aditionem factam ab hærede, sed ante restitutionem fideicommissi, accrescet ipso iure, quoad actionem personalem, non etiam, quoad realem, † sci- 21
licet quia dominium ante restitutionem saltem verbalem nō transfertur in fideicommissarium vniuersalem, † vt scribunt 22
Bart. in d. l. 1. nu. 12. et ibi Bald. col. 2. vers. et nota, Castr. num. 14. vers. alia est, et nu. 16. Alex. nu. 17. Ias. nu. 117. ff. de leg. primo, Bart. in d. l. si legatum 10. §. 1. nu. 1. ff. de adim. leg. Crass. in d. §. legatum q. 75. nu. 1. Pereg. de fidei artic. 2. n. 50. vers. sic quoque, et artic. 45. nu. 18. At, si deficiat post aditam hæreditatem, & partem restitutam, tunc accrescet ipso iure, etiam, quoad dominium, † quippe quod facta restitutione transit in fidei- 23
commissarium, † l. facta 63. in prin. ff. ad Treb. Et scribūt Cast. 24
in d. l. 1. nu. 16. et ibi Alex. nu. 17. ff. de leg. 1. Pereg. de fideic. d. art. 2. num. 50. vers. facta, et d. artic. 45. num. 18. vers. et est ratio. Idque adeo verum est, vt pro hac parte accrescente nō sit opus noua restitutione, sed præcedens restitutio sufficiat, secundum ea, quæ diximus in q. præced. num. 29.

Secundo procedunt, etiam in donationibus causa mortis: Nam, & in ijs portio vacās ipso iure accrescit † l. vn. §. hac autem omnia iuncto §. his ita definitis C. de cad. toll. & quidem eo- 25
dem modo, & cum ijsdem declarationibus, quas accommodauimus legatis, quippe, quibus huiusmodi donationes ferè in omnibus comparantur, vt ostendimus in 6. cap. q. 22. nu. 12.

Tertio procedunt etiam in hæredibus legatariorum, fideicommissariorum, & donatariorum causa mortis: nam, & ijs portio vacans ipso iure accrescit, † vt scribit Zaz. in l. si mihi, et Titio. 110 in prin. nu. 7. ff. de verb. oblig. Quam in rem faciunt ea, quæ de iuris accrescendi transmissione diximus in 7. c. q. 62. num. 7. 26

Declarantur autem in primis non procedere in legato vsusfructus: nam eius portio, quia non portioni, sed personæ accrescit, vt diximus in primo cap. q. 1. num. 23. ideo, non ipso iure, sed mediante petitione pertinet ad coniunctum, † se- 27
cundum Paris. cons. 37. nu. 10. et 11. vol. 3. Sed hæc declaratio non est vera, † quia, cum vsusfructus legatus pro parte prin- 28
cipali quæratur ipso iure, etiam ignoranti, † l. si partem. 19. §. 29
1. ff. quemad. seru. amit. l. 3. §. vnde vi, et ibi gl. in verb. vindicare, et Ang. num. 1. ff. de vi, et vi arm. Paul. lib. 3. sent. tit. 6. §. vsusfructus, et ibi Cuiac. gl. in l. corruptionem 16. in uerb. altercantibus C. de usufr. Imol. in l. huiusmodi. 86. §. si Titio, et Mævio, vers. item adde, et ibi Alex. num. 3. et Ias. num. 16. ff. de leg. primo, Ias. in l. 1. nume. 60. et 62. ff. de leg. primo, et nos etiam diximus in 7. cap. q. 29. num. 108. Consequens est, vt multo magis ipso iure, & ignoranti quæratur pro parte accrescente, quippe, quæ faciliùs ipso iure quæritur, quam portio principalis, vt patet in hæreditate, quæ licet non acquiratur ipso iure pro parte principali, acquiritur tamen pro ea, quæ postea accrescit, vt ostendimus in q. præced. num. 1. et 16. Et ita in specie legati vsusfructus, vt in eo pars ipso iure, etiam ignoranti accrescat † rectè scripsit Vasq. d. lib. 2. Illustr. contro. cap. 69. num. 3. 30

Secundo ea, quæ diximus, declarantur procedere, quoad ea, quæ iuris sunt, puta, quoad dominium, obligationem, & hypothecam, secundum ea, quæ diximus supra num. 7. et seqq. non etiam, quoad possessionem, quæ est facti: Nam circa eam non operatur ipso iure in legatis, & fideicommissis, † quemadmodum, nec in hæreditatibus, & bonorum posses- 31
sionibus, vt diximus in q. præced. num. 41. et seqq. Quamobrem, & partis accrescentis possessio debet à legatario, vel fideicommissario apprehendi, & capi de manu hæredis, exemplo partis principalis, alioquin dabitur hæredi interdictum quorum legatorum, vt dicemus in 9. cap. q. 49. num. 7. Et hæc de legatis, & fideicommissis.

SVMMARIVM.

1 Portio accrescit ipso iure, et sine noua agnitione in contractibus.
2 Inuestituram nouam petere, et nouum iuramentum fidelitatis præstare non est necesse pro parte feudi, quæ accrescit.
3 Portio feudi vacans accrescit etiam ignoranti.
4 Emphyteusis portio accrescit ipso iure, nec est opus noua petitione inuestituræ.

5 *Iurisdictio delegati accrescit condelegato etiam ignoranti.*
6 *Scientia iudicis non est necessaria, quoties iurisdictio prorogatur.*
7 *Inuentarium nouum fieri non debet pro parte accrescente, sed ipso iure augetur inuentarium.*

An in contractibus, & alijs viuentium causis portio vacans accrescat ipso iure.

QVÆSTIO III.

SVperest, vt videamus, quid in actibus inter viuos, an scilicet posito, quod in ijs locum habeat ius accrescendi, quod certis casibus obtinere nostri frequentiùs arbitrantur, *vt ex eorum sententia retulimus in 6. capitul. quæst 32. nu. 38. & qq. seqq.* pars ipso iure accrescat, an verò noua sit opus agnitione, Et est receptum ipso iure accrescere, nec esse necessariam nouam agnitionem, † *vti videre est apud Specul. in tit. de locat. vers. Nunc aliqua, num.* 183. Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in feudis, in quibus, si per ius accrescendi portio nondum acquisita portionem habenti deferatur, non est necesse pro ea petere nouam inuestituram, aut prestare nouum iuramentum fidelitatis, sed sufficit inuestitura sumpta pro parte principali, vt ad partem postea accrescentem porrigatur. † *Ita enim censuerunt omnes, quos referemus in 9. capit. q. 46. num* 15. quia ipso iure & tacite fit accessio, *vt declarat Bald. in cap. 1. § & quia vidimus, nu. 4. De his, qui feud dar poss.* ita non sit necessaria noua agnitio. *vt scribit Bald. in capit. 1. num. 2. De duob. fratr. à Capit. inu.* Quamobrem dicimus, partem feudi vacantem accrescere, etiam ignoranti, † *vti videre est apud Ceph. conf. 29. num* 8.

Secundum exemplum afferri potest in Emphyteusi: Nã, si in ea locum habeat ius accrescendi, portio accrescet ipso iure, nec erit opus noua agnitione, seu petitione inuestituræ, † *vt scribunt Alex. in l. si mihi & Titio. 110. in princip. num. 15. vers. tamen esset, & Zaz. num. 7 ff. de verb. oblig. Ias. in l. fin. num. 36. C. de iur. emph. Gratia. cap. 707. discep. for, num. 6. vers. quare, & num. 7.*

Tertium exemplum afferri potest in iurisdictione: Nam, si duo fuerint delegati cum clausula, Quod, si ambo non possint, vnus exequatur, & alter ex ijs non possit interuenire, alter verò, cui non constabat de legati impedimento, solus processerit, valebunt acta, quia cum ob illam clausulam, iurisdictionis exercitium accreuerit. non fuit in ea re condelegati scientia necessaria. † *Ita Bald. in l falsus 19. num. 16. C. de furt.* Quemadmodum necessaria non est, quando iurisdictio prorogatur † *l. 2. § 1. vers proinde ff. de iudic. & scribit Bald. in d. l falsus, num. 16.*

Quartum sit exemplũ in inuentario, cuius confectio, licet respiciat causam defuncti, nempe successionem, verè tamen est actus inter viuos, scilicet, quia statim, & in vita conficientis vim suam consequitur. In inuentario igitur accretio fit ipso iure: † Nam, si ex duobus, aut pluribus hæredibus vnus conficiat inuentarium pro sua parte, deinde alterius portio ei accrescat, non erit ei necesse conficere nouum inuentarium, quia, sicut ipso iure augetur portio, ita etiam ipso iure augetur inuentarium. *Ita scribunt omnes, quos referemus in 9. cap. q. 46 num. 12.* Et hæc de prima quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Accrescere ipso iure, & accrescere etiam inuito, idem est, Sed contra num. 2. & cur, num. 3.*
4 *Legatum potest à legatario repudiari.*
5 *Sui sunt hæredes ipso iure, Declara, vt num. 7.*
6 *Sui sunt hæredes etiam inuiti.*
6 *Portio vacans accrescit hæredibus etiam inuitis, & cur, n. 9. & seqq. vsque in fin.*
11 *Ius accrescendi cur fuerit introductum variarationes afferuntur, & reprobantur, num. 14 24. & seqq.*
16 *Hæres representat personam defuncti.*
17 *Homo natura est indiuiduus.*
18 *Ars imitatur naturam.*
10 *Defunctum à pluribus representari, non est inconueniens.*
23 *Voluntatis diuisio, & separatio induci non debet.*
30 *Hæreditas per ius accrescendi conseruatur vnita in eodem gradu.*

An in hæreditatibus, & bonorum possessionibus portio vacans accrescat volenti, an vero inuito.

QVÆSTIO IV.

TRanseamus nunc ad secundam inspectionem, & videamus, an portio vacans accrescat volenti, an verò inuito. Vtique, autem supponimus, hanc quæstionem non esse
eandem cum superiore, † *vt putauit Cuiac. in tit. C. quand.* 1
non pet. part. sed multum ab illa diuersam. † quia, licet portio 2
vacans accrescat ipso iure, non tamen ex hoc sequitur, eam
accrescere inuito, † vt patet ex legatarijs, & fideicommis- 3
sarijs, coniunctis, quibus pars ipso iure accrescit, *vt diximus in hoc cap quæst. 2. numer* 1. sed volentibus non etiam inuitis *l. vn § vbi autem legatarij, C de cad tollend. & nos dicemus in hoc cap. q. 8 num. 16. Et in his terminis scribit Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. nu. 19* Nam, & simili modo legatum acquiritur ipso iure, idest, sine facto, & agnitione legatarii, *vt diximus in eadem q. 2. num.* 3. adeo, vt acquiratur etiam ignoranti, *sicuti demonstrauimus ibi, n.* 4. & tamen nemo rectè dixerit, id acquiri inuito, cum certi iuris sit, posse legatum ab
honorato repudiari † *l legatum 7 l. legatarius 38. §. vlt. l. ser-* 4
uum filij 46. §. 1. l si tibi homo 88. § cum seruus ff de leg. primo l. legatum 82, ff. de leg. 2 Nec est cõtrarium, quod sui, qui sunt
hæredes ipso iure † *l. in suis. 14. ff. de suis & legit. l. pen §. longè ff.* 5
bon. lib. § sui autem, Inst. de hær. qual. & diff. sint etiam hæredes
inuiti † *l. si filius, qui patri. 12. ff. de vulg l. lege Cornelia 12. ff.* 6
de testa § necessarij verò Inst. de hæred. qual. & diff. Vlp. tit. 22. inst. §. inter necessarios. Quaratione motus Cuiac. in d. tit. Cod. quand. non pet. part. quæstionem hanc esse superuacuam existimauit. quoniam acquisitio, quæ fit suis, est irreuocabilis † sal- 7
tem inspecto iure ciuili, ideoque nil mirum, si, & ipso iure, & inuitis contingat. Cæterùm acquisitio, quæ fit per ius accrescendi, potest esse reuocabilis saltem in legatis, & fideicommissis. Licet igitur fiat ipso iure, non tamen sequitur, eam fieri inuito. Quamobrẽ necessaria est, non superuacua quæstio proposita, quam nos diligenter ac, vti res postulat, explicatur, tractationẽ vniuersam in tria capita distribuemus, sub quibus separatim quæremus, Primo quid iuris sit in hæreditatibus, Secundo, quid in legatis & fideicommissis, Tertio demum, quid in actibus inter viuos.

Et in hæreditatibus quidem generaliter dicere solemus,
partem vacantem inuitis hæredibus accrescere † *l vnic. § his* 8
ita definitis, & ibi Bart. in princ. & num. 3 Bald. nu. 3. in fin. & nu. 5. Castr num 6. C de cad. toll. testamento. 6. & ibi Bart nu. 4. Bald. num. 3. C. de impub. & al. sub. l si quis hæres 35. in princ. l. si duo 38. l. qui ex duabus. 53. § vlt ff de acq. hæred. Et scribunt gl. in l. vn. in verb accrescere. & ibi Ias nu. 12. vers. alia est ratio, & num. 40. in fin. Seb Sap nu. 14. vers. sed hic quæritur, Goz. ad. num. 2. vers. item assignatur, & num. 35. vers. vltimo Purp. n. 99. Claud. Tur num. 49. C. quand. non pet. part. gl. in l. si filius 42. §. Papinianus, in verb eiusdem ff. de bon. lib. Bart. in d. l re coniuncti, num. 53. & ibi Ias. num. 8 Rip num. 7 & 183. Crott. num. 2. Alcia num. 58. Bart. in l. 1. num 2. & ibi Ias. num. 19. ff. de acq. hæred Bart. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij num. 2. Cod de cad. toll. & in l. cum quidam 30. §. suum hæredem num. 2. ff. de acq. hæred. Ang in l. si posthumus 14. in princ. vers. constat ff. de lib. & posth. in d. l. si quis hæres 35. n. 1. & in l qui patris 59. n. 1. ff. de acq. hæred. Imol. in l. cum hæreditate 55. n. 2. ff. eod Alex. in l. si mihi & tibi 12. in princ. num. 5. & ibi Ias. num. 25. ff. de leg. primo. Ias. in l. 1. in prin. vers. In text. ibi C. de testa. mil in l. hæreditas 4. in prin. C. de his quib vt indig & in l. si duobus 16. § hæres n. 11 ff. de leg primo Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num. 115. Soc. Sen. in l. mulieri & Titio 73. num. 15. versic. sed, si essent ff. de cond & dem. Dec. in rubr Cod. quand non pet part. in 2. lect. num. 3. & in 3. num. 12 & ibi Cagn. n. 39. 44. & 16 vers. 6. Fabia. in Auth. nouissima num. 220. C. de inoff. testa Rip. in l. centurio 15. num. 195. ff. de vulg. Soc. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur 72. num. 325. ff de verb. oblig. & conf. 152. num. 8. vol. 2. Ant. Fum. de commun. cap. 16. nu 1. Ceph. conf. 19.

cons.59.num.23.& 39. Abb.cons.314.num.21. Mantic. de con. vlt. vol lib.4.tit.11 num.6.& lib.10.tit 3 num.19. & 20. Gomez. tom.1. variar.resol.cap.10.nu.27. Crau.cons.927.nu.3. Crass. in §. ius accrescendi, q.29.num.1. Bec.cons.143. num.103. volum.2. Menoch.cons.50.n.8. Mynsin §. si eadem, num.12 Inst. de legat. Duar.lib.1. de iur. accr.cap.1.& 2. Ant. Gou. de iur. accr. nu.16. Cerasin l.in ratione 11.§.quod vulgò, num.6.ff.ad l.Falc. Cuiac. in l.vn.§. vbi autem legatarij, C.de cad.toll. in l.si duobus 16. ff. de leg.primo. Hoto.Ill.q.44. Donell.lib.7.comm.cap.12. & lib.8. cap.21.& scribunt etiam omnes, quos referemus in hoc cap.q.8. n.20. & per consequentias etiam ignorantibus, quia, quæ nobis inuitis fiunt, ea multo magis fiunt, & nobis ignorantibus, *vt diximus in hoc cap.q.1.n.13.* Quamobrem dicimus iuri accrescendi hæreditario non posse renunciari, *vt referemus etiam in 10.cap.q.27 num.2.*

Huius autem rei variæ solent à nostris rationes afferri,
9 † in quibus, aut impugnandis, aut defendendis mirum est, quam valde se contorqueant, *vti videre est apud Soc. Sen. in l. si mihi & tibi 12. in princ. n.4. ff. de leg. primo. Gomez d.cap.10. n.27.* sed frustra, meo iudicio, quia cum vna tantum sit ratio generalis, & cœteræ omnes sint particulares, quæ pro varietate specierum, quasi rationis illius generalis rationes considerantur, non potest non esse frustratorius, & inanis illorum labor, qui, cum aliquam specialem rationem afferant, eam, quasi generalem, & ad omnes species pertinentem defendere conantur. Quamobrem omissis eorum disputationibus ita puto rem esse definiendam, vt dicamus, rationem, cur pars
10 inuitis hæredibus accrescat, eam esse, † quam attulit Iustinianus *in d.l.vn.§. his ita definitis, Cod. de cad.toll.* quia scilicet absurdum est, eiusdem hæreditatis partem quidem agnoscere, partem verò respuere: Nec enim hæc est ratio, cur intro-
11 ductum sit ius accrescendi, † *vt putarunt Iasin d.l. re coniuncti, num.116.& 118. vers. tene, & ibi Alcia. num.40. versicul. & hoc est, Ias. in d.l.vn.num.12. vers. prima, & ibi Dec. in prima lect.n.5. vers. aliam rationem, & in 2.num.28.C.quand.non pet. part. Ias. in l.2.num.8. C.de pact.* sed, cur id etiam inuitis hære-
12 dibus locum habeat, † *vt scribunt Goz. ad in d.l.vn nu.2. vers. item assignatur, & ibi Claud. Tut.nu.35. vers. tamen, C.quand. non pet.part. Duar. dict. lib.1. de iur. accr.cap.2 Cuiac. ad tit. C. quand non pet part. & ad l.si duobus 16. ff. de leg. primo. Donell. d.lib.7. comm.cap.12.* Quam autem ob rem sit hoc absurdum, si quæramus, puto, non vnam esse, sed multiplicem rationem, eamque variam pro specierum, quæ considerari pos-
13 sunt, varietate:† Nam, quoties hæres partem vacantem suscipere recusat, si diceremus, eam non accrescere inuito, necessariò sequeretur vnum ex pluribus absurdis: Aut enim fatendum esset, partem illam à nemine acquiri, & ita perpetuò vacantem permanere, Et hoc esset absurdum, quia hoc modo inciperet defunctus habere pro parte hæredem, & pro parte non, quod iuris nostri ratio non patitur. Et in his terminis accipiendi sunt, qui rationem hanc, vel, tamquam ra-
14 tionem introducendi iuris accrescendi attulerunt, † *vt Bart. in rep. l. pater filium.14.num.9. ff. de inoff. & in l. mulieri & Titio 73. num.3. ff. de cond. & dem. Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.130.* vel, tamquam
15 rationem, cur portio vacans inuitis hæredibus accrescat, † *vt Bald. in d.l.vn.§. his ita definitis, num.4.C. de cad.toll. & in dict. l. vn. num.13. Cod. quand. non pet. part. Alcia. in dict. l. re coniuncti,*
16 *n.58.* Nam, cum hæres repræsentet personam defuncti † *l. hæres 22. ff. de vsucap.* si quis eum haberet pro parte, censeretur etiam pro parte repræsentari, & hoc modo fingeretur partim esse, & partim non esse, quod, vt per rerum naturam, &
17 sic realiter esse non potest, cum homo sit indiuiduus † *§. quod, si commodè, & ibi gl. in verb. non possum, inst. de off. iud. Et scribunt Bald. in cap. quanto, nu.3. De Iudic. Ias. in l. stipulationes non diuiduntur 72. num.25. & ibi Soc. I. in num.258. vers. contrarium, ff. de verb oblig. Ias. in l.2.§. & harum, numer.2. & ibi Galiaul. num.4. Bereng. col.2. vers. aut consideramus, ff. eod. Soc. Iun. in l.4.§. Cato, num.4. & 5. vers.2. casu, & ibi Alb num.32. et 33. Horman. nu.3. ff. eod.* ita nec esse potest per fictionem iu-
18 ris, quippe, quæ, tamquam ars imitatur naturam *§. minorem, inst. de adopt.* Vnde Cic. lib.3. ad Heren. *Imitetur igitur*, inquit, *ars naturam*, & Apul. lib.2. Metam. *Poma*, inquit, *& vuæ faberrimè politæ dependent, quarum ars æmula naturæ veritati similes explicuit.* Et ita declarando vera est, & adæquata hæc ratio, quam plerique, non solum veteres, sed etiam recentiores attulerunt, † *vt Bart. in l.1. in princ. et ibi Bald. vers. in text. ibi, ff. de acq. hæred. Bald. in d.l.vn. num.13. et ibi Ias. numer.12. vers. alia est ratio, et Purp. num.21. C. quand. non pet part. Bald. in d.l.vn.§. his ita definitis, num.5. C. de cad toll. Corn cons.324. num.8. vers. cum ergo vol.4. Ias. in d.l. re coniuncti, num.117. & 118. vers. tene, & ibi Alcia. nu.40. vers. idemque Ias. in d.l.2 n.8. C. de pact. Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu.131. Gomez d.cap.10. nu 8. vers. sed licet, & nu.11. vers. item, quod defunctus, & num.27. vers. vnde dico, Duar. d.lib.1. de iur. accr. cap.2. Cuiac. in d.l. si duobus 16. ff. de leg. primo. Quam in rem facium etiam dicta Bald. in l.1. nu.1. C. de ind. vid. toll. quem refert, & sequitur Ias. in l.1. num.7. versic. alibi, ff. de acq. hær. & post eum Soc. Sen. in d.l. si mihi & tibi 12. in princ. n.4. in fin ff. de leg. primo. & in l. mulieri & Titio 73. nu. 15. vers. nam causa testati, ff. de cond. & dem.* Cessat enim in his 19
terminis illa obiectio, quod etiam cessante iure accrescendi possit defunctus ab alio repræsentari, ad quem transeat illa portio, nec inconueniens sit à pluribus fieri repræsentationem † *secundum gl. in l.2.§. fin. in verb. ex parte, vers. sed huic, ff. de præto. stipul.* Qua ratione *Dec. in d.l.vn. in prima lect. numer.5. vers. aliam rationem & in 2. num.26. & ibi Goz. ad num.2. vers. secundam, & Alcia. num.12. vers. Aliam tamen, C quand non pet. part.* & alij plerique moti † supradictam rationem im- 20
probarunt, quia procederet hoc, † si supponeremus, partem vacantem cessante iure accrescendi ad alium pertinere: nam eo casu non esset probabilis supradicta ratio, sed, cum supponamus, neminem pro ea parte futurum hæredem, non potest aliunde, quam à prædicto repræsentationis defectu absurditatis ratio deduci, *vt dictum est.* Aut verò fatendum esset, partem, quæ cohæredi non accresceret, ad alium pertinere, Et tunc, aut hæreditas est testamentaria, aut legitima, &, si testamentaria, aut ille, ad quem deberet pertinere, venit quidem ex eadem causa, idest, ex eodem testamento, sed non ex eadem dispositione, puta non est cum officiente coniunctus, vt is, qui recusat, sed disiunctus, Et tunc ideo absurdum est, coniunctum respuere partem accrescentem, quia non debet induci diuisio, & separatio voluntatis † *l. nam absurdum 7. ff. de bon. libert. Ita Bald. in d.l.vn.§. his ita definitis, numer.4. C. de cad. toll. Cagn. in rub. C. quand non pet part. num.14. Claud. Tut. in l. vnic. num.37. vers.3. C. eod.* Itaque ad hanc speciem potest vnionis adaptari ratio, quam plerique, cum veteres, tum recentiores attulerunt, † *vt Bald. in dict. l.vn.§. in primo, num.16. vers. item extra, C. de cad. toll Gul. Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num.130. Dec. in d l.vn in prima lect. num.5. vers. postremo, & in 2. num.28. & ibi Purp. num.23. C. quand. non pet part. Cagn. in rub. C. eod. nu.14. Costa de port. rat. q.49 n 1.* Nam, & si non possit, vt generalis iuris accrescendi ratio considerari, † *vt supradicti DD. putarunt*, cum etiam inter disiunctos possit id habere locum, *d l. vnic. §. his ita definitis, Cod. de cad. toll.* eaque ratione merito fuerit in simplicibus terminis improbata † *à Ias. in d.l re coniunctis, nu.118. Goz. ad in d.l.vn. num.2. vers.3 ratio, C. quand non pet. part.* specialiter tamen ad prædictum relata casum, non potest non esse probabilis. Aut verò is, ad quem portio non accrescens deberet pertinere, venit ex alia causa, idest, ab intestato, Et tunc ideo absurdum est, cohæredem respuere partem accrescentem, quia hoc modo decederet quis partim testatus, & partim intestatus, quod Ius nostrum non permittit *l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur.* Et ita declarando vera est hæc ratio, quam veteres etiam in his terminis passim afferre consueuerunt, † *vti uidere est apud Bart in d.l. vn. §. his ita definitis, num.3. & ibi Bald. num.4. Cod. de cad. tollend. Bald. in l.1. n.1 in fin. Cod. de ind. vid. toll. & in l.1. vers. in text. ibi, ff de acq. hær. Ang. in l. qui partis 59. numer.1. ff. eod. Alex. in l. si mihi, & tibi. 12. in princip. num.5. & ibi Ias. num.25. & Soc. Sen. num.4. ff. de leg primo. Ias. in d.l re coniunctis num.8. & ibi Crott. num.2. Rip. num 7. Soc. Sen. in d.l mulieri, & Titio 73. num.15. vers. Nam causa, ff. de cond. & dem. Purp in d.l.vn. num.99. C. quand non pet. part. Cagn. in rub. Cod. eod. num.44. Soc. Iun. cons.152. num.8. vol.2. Ceph. cons.59. num.23. & 39. Mantic. de con. ult. uol. lib.10 tit.3. num.10 Crass. in d § ius accrescendi, q.29. nu.1. Baldum in d.§. si eadem, num 25. inst. de legat. Cuiac. in d.l vn.§. ubi autem legatarij, Cod de cad. tollend.* Nec iure poterit improbari quia, licet, vt generalis non sit probabilis, cum ad legitimos hære-

21
22
23
24
25
26
27

hæreditates, quarum etiam partes inuitis hæredibus accrescunt, accommodari nullo modo possit, † *Qua ratione Alex. in d.l.vn.12.versic sed certè, C. quand. non pet. part. & alij plerique moti eam improbarunt*, est tamen vera, si specialiter ad testamentarias hæreditates referatur, † *prout esse referendam censuerunt Duar d.lib.1.de iur.accr cap.2.& alij*: Cæterum, si non testamentaria, sed legitima sit hæreditas, ideo absurdum est, eiusdem partem agnoscere, partem verò respuere, quia alioquin deberet portio vacans ad venientes ex sequenti gradu pertinere, quod esset inconueniens, scilicet, quia in successionibus debet identitas considerari, non solum respectu causæ, vt scilicet vel tota acquiratur ex testamento, vel tota ab intestato, *secundum ea, quæ supra diximus*, sed etiam respectu gradus: Debent enim omnes, qui succedunt venire ex eodem gradu, vel verè, vel repræsentatiuè, & ideo, ne mutetur gradus, locum habet ius accrescendi, per quod hæreditas vnita in eodem gradu conseruatur, † *§.cum igitur; versic.& si intra, inst de bon.poss. Dec. in d.l.un.in prima lect.num.5. vers. postremo, & in secunda num.28 & ibi Purp.nu.21.vers.& ideo, C quand.non pet.part Cagn.in rub Cod.eod numer.14. Et ita in specie declarant Gomez d cap.10, num, 20.versic. confirmatur, & versic. Nec obstat, & num, 27.versic.nec obstat, & Trent ac. de subst.part.1.cap.15.num 2.* Qua ratione dicimus, id non mutare gradum, *uti uidere est apud eos, quos referemus in 9. cap.q.14.num.19.* Pertinet igitur & ad hanc speciem vnionis ratio, de qua supra diximus, † *prout etiam in his terminis eam considerant Dec.in d l un in prima lect.num 5.vers postremo, & in secunda, num.28.& ibi Alcia.num. 10, versic.quare tu, & Claud T ut num.37 versic. alia est regula, C. quand non pet. part, Alcia in d l.re coniuncti, nu.40. versic merito.*

Ex his apparet, rationes illas, quas in materia iuris accrescendi nostri passim afferre solent, quæque, si considerentur, vt generales, vel huius iuris introducendi, vel hæreditariæ partis inuito deferendæ causæ, minus sunt probabiles, si specialiter ad casus adaptentur, omnes esse adæquatas, vna sola excepta, quam *Bart.in d.l.1.num.2.& ibi Ias.num.19.ff. de acq.hered.Gul.Ben.in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.96.& Purp.in d.l.un.num.23. vers. & ideo, C. quand.non pet.part.& alij* plerique attulerunt, † existimantes, ideo partem vacantem hæredibus inuitis accrescere, nec ab eis repudiari posse, quia ius accrescendi portionis est non personæ *l.si Titio, 39. in fi.ff.de vsufr.* ideoque à persona repudiari nequit; Nam huiusmodi rationem probabilem non esse, † vel ex eo intelligimus, quia non solum in hæreditatibus, sed etiam in legatis, & fideicommissis ius accrescendi portionis est, non personæ *d l si Titio*, & tamen nemo rectè dixerit, in ijs a persona repudiari non posse, *vti latè demostrabimus in hoc cap.q.8.num. 16.* Non est igitur hæc vera hæreditariæ partis inuito deferendæ causa, sed ea, quam, vt generalem attulit Iustinianus, quæque pro varietate specierum varijs fuit a nobis rationibus comprobata. Et hæc quidem generaliter de iure accrescendi hæreditario dicuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Portio hæreditatis vacans ante, quam cohæres adeat suam portionem, accrescit inuito, & cur, num 4.& seqq. Declara, vt num.2.*

3 *Portionem hæreditatis inuito accrescere, qualiter sit intelligendum.*

7 *Portio hæreditatis accrescit cohæredi inuito, siue sit coniunctus, siue disiunctus, Declara, vt num.8.*

9 *Portio hæreditatis accrescit cohæredi inuito siue veniat per ius accrescendi, siue per ius non decrescendi.*

10 *Portio hæreditatis accrescit inuito cohæredi siue sit institutus, siue substitutus.*

11 *Portio hæreditatis nulli data accrescit hæredibus institutis etiam inuitis.*

12 *Hæreditas accrescit hæredi in re certa instituto, qui particularem institutionem agnouit, etiam inuito, siue nullus cohæres vniuersalis datus sit, siue datus defecerit, & cur, numer. 13.*

14 *Fisco etiam inuito accrescit pars hæreditatis, licet aliqui cōtra senserint, n 18. & cur, n.19.& seqq. & n.25.*

15 *Ius accrescendi locum habet in fisco hærede.*

16 *Fisco volenti accrescit pars hæreditatis.*

17 *Fiscus hæres institutus habet omnia iura, & beneficia, quæ priuato competunt.*

19 *Fiscus in ius alterius succedens vtitur iure priuati.*

20 *Fiscus eodem, quo priuatus, censetur iure.*

21 *Hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus, & legatarijs, ac fideicommissarijs particularibus, etiam vltra vires hæreditarias.*

22 *Fiscus non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, Declara, vt num.23.*

24 *Fiscus hæres institutus, si non conficiat inuentarium, tenetur etiam vltra vires hæreditarias.*

26 *Fisci priuilegium non debet trahi in alterius iniuriam, & numer.27.*

28 *Portio hæreditatis accrescit hæredibus etiam inuitis ab intestato & cur num.29.*

30 *Portio hæreditatis accrescit hæredi ab intestato venienti etiā inuito licet eius pars fuerit statuto limitata dummodo persona cuius contemplatione fuit facta limitatio, nolit, aut non possit beneficio vti statuti.*

31 *Portio hæreditatis accrescit hæredibus hæredum etiam inuitis.*

32 *Portio bonorum possessionis accrescit ijs, qui suas portiones agnouerunt etiam inuitis.*

33 *Bonorum possessio nemini inuito acquiritur, Declara, vt numer.34.*

35 *Portio hæreditatis accrescit hæredi inuito, etiamsi minimam hæreditatis partem agnouerit.*

36 *Portio hæreditatis etiam post acquisitionem deficiens accrescit hæredi postea adeunti etiam inuito, siue cohæres desinat esse hæres nomine & effectu, siue solo effectu.*

37 *Hæres esse desinit, etiam nomine si testamentum per querelam rescindatur.*

38 *Hæres institutus, qui postea, quam testamentum pro parte alterius cohæredis ruptum est per querelam, suam portionem adit, cogitur etiam inuitus suscipere partem vacantem.*

39 *Suus qui se abstinuit, nomine manet hæres.*

40 *Hæres qui adit suam portionem, vel se immiscet post sui abstentionem, cogitur etiam inuitus totam hæreditatem suscipere.*

41 *Minor, qui post aditionem in integrum restituitur, nomine manet hæres.*

42 *Portio minoris, qui post aditionem in integrum restitutus est, accrescit cohæredi etiam inuito, si is post restitutionem adeat.*

43 *Portio illius, qui propter inobedientiam priuatur hæreditate, accrescit cohæredi etiam inuito, si post priuationem adeat.*

44 *Portio hæreditatis, quantumuis damnosa accrescit cohæredi etiam inuito licet ignoret esse damnosam n.45.*

46 *Portio hæreditatis accrescit pia causa volenti, sed non inuita num.47.& cur, num.48.*

49 *Portio hæreditatis non accrescit cohæredi inuito, si tempore aditionis ignorabat, partem cohæredis iam defecisse, & cur num.50.*

51 *Portio hæreditatis non accrescit inuito, quoties per alium nobis acquiritur hæreditas.*

52 *Portio hæreditatis non accrescit inuito quoad possessionem.*

An, & quando portio hæreditatis vacans ante partis principalis aditionem inuito cohæredi accrescat.

Q V Æ S T I O V.

Specialiter autem, si quæramus, an, & quando pars vacans inuitis hæredibus accrescat, tres constat esse distinguendos casus, quorum

1 Primus est, quando priùs vacat pars, quam alter cohæres adeat, Et tūc fatentur omnes, huic adeunti, etiam inuito partem accrescere, † *l.si duo 38. & ibi Ang.nu.4. ff.de acq hær. Bart.in l.cum hæreditate 55.n 2. vers.opp. supra & nu.3. & ibi Bald vers.3.Ang.n.1.vers.in text. ibi Castr.num.3.vers.3.Imol. num.3.vers.in eadem gl.ff.eod Bart.in d.l.re coniuncti num.53. & ibi Crott.numer.95. Polit num.79.vers.3. Alcia numer.58. vers.*

vers. quod maximè & Rip.num.184 Bart.in l.vlt.nume.2.ff. de acq.hæred.in l.quidam elogio.20.num.1.versic.item opp.C. de iur. delib.& in §.si quis autem non implens.num.4 Auth. de hæred. & Falc.coll.1.Bald.in l.vn.num.24.& ibi Ias.num.40.in fi.Pic. in fi.C.quand.non pet.part.Gul.Ben.in d.cap.Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nume.136.Pap.en.in form.lib. quo ag.ex subst.in verb.breuiloce.num.21.Soc.Iun.in l. stipulationes non diuiduntur.72.num.328 ff.de verb.oblig. Duar.lib.2. de iur.accr.cap.1.Donell lib.7.comm.cap.12. licet propriè loquendo non possit dici accrescere pars, quæ iam portioni
2 accreuerat,† vt animaduertit Polus in d.l.re coniunctis.num.79. versic.3. Et ita intelliguntur, quæ generaliter de iure accrescendi hæreditario diximus in q.præced.num.8.& seqq. vt scilicet procedant,quando post defectum alterius cohæredis al-
3 ter adit. † ita enim in specie declarant Bart.in d.l.re coniunctis, num.53.Ias.in d.l.vn.num.40 in fi.C.quand.non pet.part. Et ra-
4 tio est,quia † censetur is adire partem suam cum suo onere, vt scribunt Ias.in d.l.vn.num.40 in fin.& ibi Pic.in fi. C.quand. non pet.part. Nam, qui scit, aut scire potest, coniuncto recusante, se omnibus oneribus fore implicitum, ea conditione
5 adire videtur,† vt ait in his terminis Vlpianus in l.si duo.38.ff. de acq.hæred. & sibi imputet, qui adire voluit, cum in potestate haberet, vtrum omnes partes omitteret, an omnes ac-
6 ceptaret,† vt declarant Imol.in d.l.cum hæreditate.55.num.3. versic.in eadem gl.ff.de acq.hæred.Soc.Iun.in d.l.stipulationes non diuiduntur.72.nu.328.ff.de verb.oblig.& Donell d.lib.7 comm. cap.12. Idque adeo verum est, vt procedat.

7 Primo, siue cohæres sit coniunctus, siue disiunctus † d.l. vn.§.his ita definitis,C.de cad.toll.idest,siue sit coniunctus re, & verbis,siue re tantum, siue verbis tantum, siue etiam om-
8 nimodo disiunctus,† vt de coniuncto re, & verbis scribit Cuiac.in l.si duobus.36.ff. de leg.primo De coniuncto verò verbis tantum Ias.in l.si mihi & tibi 12.in prin.nu.25.ff. de leg.primo. Ant.Gou.de iur.accr.nu.16.De omnimodo disiuncto Baldui. in §.si eadem.num.25.inst.de legat.Et de omnibus simul Cin. in d. l.vn.§.his ita definitis num.1.C.de cad.toll. Nec enim in hæredibus distinguitur,vtrum veniant per ius accrescendi,an verò per ius non decrescendi, quomodo fit in legatarijs,sed sine distinctione debent partem vacantem etiam inuiti suscipere,
9 vt scribit Mantic.de con.vlt vol.lib.10.tit.3.num.20. Et simpliciter de iure non decrescendi Dec.in rubr.C.quand.non pet part. in tertia lect.num.12. Quamobrem,& Iustinianus,qui primus omnium discrimen illud obseruauit, vt ostendimus in 4.cap.q. 2.num.7. cum loquitur de hæredibus simpliciter,& indistinctè scribit,eis,etiam inuitis partem accrescere, in d. l. vn. §. his ita definitis C.de cad.toll. Cum verò loquitur de legatarijs,distinguit coniunctos venientes per ius accrescendi à disiunctis,qui per ius non decrescendi veniunt, d.l.vn.§. vbi autem legatarij,& §.seqq.C.eod.

Secundo procedit, siue cohæres veniat ex institutione, si-
10 ue ex substitutione, † vt declarat Purp.in d.l.vn.num.104.C. quand.non pet.part. Vtique autem de eo iure accrescendi loquor,quod inter ipsos institutos,aut substitutos locum habet, non verò de eo, quod cum institutione,aut substitutione coniunctum est; nam de eo, quid iuris sit, latè dicam in 9. cap. qu.16.& seqq.

Tertio procedit, siue pars vacans alicui assignata defecerit, in quibus terminis procedunt ea,quæ diximus supra num. 1. & in q.præced.nu.8. siue à principio nulli assignata sit: nam,
11 & pars nulli data necessariò accrescit † l. hæreditate. 19. §. filiusf.versic necessariò ff.de castr pecul.

Quarto procedit,non solum in hærede vniuersali, sed etiã in particulari: Nam siue nullus ei datus sit cohæres vniuersalis, siue datus deficiat, & particularis rem, in qua fuit insti-
12 tutus,agnoscat, totam cogetur hæreditatem suscipere, † Ita
13 scribit Alb conf.310.nume.21. quia, † cum eo tempore, quo rem agnoscit, iam sublata mentione rei pro eo habeatur, ac, si vniuersaliter fuisset institutus, vt diximus in 7.cap.qu.7.nu. 1. fit, vt vnam rem agnoscendo censeatur totam hæreditatem adire, vt dicimus de hærede vniuersaliter instituto, qui vnam rem agnoscendo totam hæreditatem amplecti intelligitur, sicuti docebimus in 9.cap.q.28.num.10 Idque adeo verum est, vt procedat etiam in filio in legitima instituto,quippe, cui etiam inuito tota hæreditas accrescit, vt latissimè dicemus in 9 cap.q.24. num. 32.& seqq. vbi demonstrabimus, quibus casibus hoc habeat locum.

Quinto procedit, etiam in fisco hærede instituto: nam & ei pars vacans inuito accrescit,† Quod rectè Alex.in l.1.num. 14
3.vers.item dicit ff.de acq.hæred.Purp.in d l.vn num.105. vers. vltimo,& ibi Alex.num.13.C.quand.non pet. part. & alij docuerunt,& videtur fuisse de mente eorum, qui simpliciter scripserunt,ius accrescẽdi locum habere in fisco hærede, † vt 15
Ias.in d.l.re coniunctis,num.121.Cagn.in d.l.vn.num. 12. versic. limitat C.quand.non pet.part. Non enim sentiunt de fisco volente, † de quo specialiter loquuntur Ias.in d.l.re coniunctis,num. 16
216.& ibi Alcia.num.56.vers.sed quid, si fiscus, Ias.in d.l.vn. num.13.C.quand.non pet.part,Gul.Ben.in d.cap. Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam nume.94. sed de eo etiam inuito, quia alioquin loquerentur de re,quæ probabilem dubitationem non haberet: Quis enim dubitat, quin fiscus hæres institutus habeat eadem iura, & beneficia, quæ priuato competunt? † Et ita in specie declarat Alc.in d.l.vn. nume.12. 17
vers.tamen aduerte C.quand.non pet part. Et,quamquam,Roma in l.vn C. quand.non pet part Ias.in d.l.re coniunctis,nu.216. Alcia.in d.l.vn. nume.13.vers.sed videndum,& alij nonnulli contrariam opinionem sint amplexi, † existimantes in hoc 18
fiscum à cæteris differre,non est tamen à superiore sententia quæ verior est,& receptior, recedendum: Probatur enim primo, quia fiscus in ius alterius succedens, vtitur iure priuati,
† l.cum quidam.17.§ fiscus ff.de vsur.& l fiscus 6.in prin. ff. de 19
iur.fisc. & eodẽ quo priuatus, censetur iure, † vt scribit Euer. 20
in sua cent argu.loco 61.à fisc.ad Eccl.num.19.Et in his terminis arguit Ias.(licet ad alium finem) in d.l.re coniunctis,numer. 121. Nec est contrarium, quod,licet priuatus non conficiens inuentarium teneatur creditoribus, & legatarijs, ac fideicõmissarijs particularibus etiam vltra vires hæreditarias, † l.fi. 21
§.& si præfatam C.de iur.delib.§.si verò non fecerit inuentariũ, Auth.de hæred.& Falc.coll.1. fiscus tamen non, nisi intra vires teneatur † secundum Bart.in l.1.§.an bona, numer. 2.per il- 22
lum text.& ibi Alex in addit ff de iur.fisc.Bald.in l vlt.in prin. num.7.C.de iur.delib & in l.etiam 3.nume.5.C.ad l Falc. Ang. in l.1.§.hac stipulatio nume 1.ff si cui plus,quam per leg Falcid. Franc.de Porcell.de inuent.ca.2.num.26 & c.4 nu 11.vbi Guidop.decis.333.Affl.in cap.1.in verb bona vacantia,num.20.tit. quæ sint regal. Anchar.quæst.fam.25.num.3 lib.2.Pereg.de iur. fisc.lib.4.tit.1.num.3.versic ego autem Crass.in §. hæreditas q.5. num.3.quia id verum est,quoties † fiscus non succedit vt hæ- 23
res, sed occupat bona,vti vacantia, vel alio succedit iure,puta iure confiscationis: nam in his terminis loquuntur ferè omnes DD.supra allegati. Cæterùm, si fuerit hæres institutus, & adeat,debet inuentarium exemplo priuatorum conficere, &, si non faciat, obligatur, & ipse etiam vltra vires hæreditarias † §.vlt. Auth de hæred.& Falcid.coll.1. Et scribunt 24
Ang.in rep.d.l.1.§.hac stipulatio nume.1. ff sicuti plus quam per l.Falc Purp.in d l vn.numer.106 C.quand non pet part. ita in specie distinguunt Imol.in rubr ff.de acq.hæred versic. non potest dici,& ibi Alex.numer.10. Alex.in l.fi. §.fin.numer.2. versic. Non obstat id, quod habetur C.de iur.delib.Martin. Laud. de fisco q.11.Rip.in l.ex facto,17.§.e.ex facto num.7 ff.ad Treb.Boss. in tit de bon.vaca nu.10.in fi.Et inter varios tractat. de inuent. Sebast.Montic.q.228 num.10.Roll.qu.25 num 6.vers. quid dicendum,& q.26.num.3. versic.non obstat, Did.Spin. in suo spec. testa.glo.35.num.18.Crass.in §.hæreditas q.5.nu.3.Pereg. de iur. fisc li.5 tit.1.nu.64. Secundo probatur, quia rationes, propter quas diximus partem vacantem inuitis hæredibus accrescere,ita militant in fisco,vt in alijs hæredibus institutis, scilicet,
quia † ita absurdum est, fisco, vt alio adeunte defunctũ pro 25
parte habere hæredem, & pro parte non,vel pro parte testatum,pro parte verò intestatum decedere. Quamobrem etiam in eo debet habere locũ prædicta iuris dispositio, vt arguunt Alex.in d.l.1.num.3.versic.item dicit ff de acq.hær.& Ias.in d. l.re coniunctis,nume.121. Tertio denique probatur, quia fisci priuilegium non debet trahi in alterius iniuriam † l. impu- 26
beri,41.ff.de adm.tut.l.vlt.C.de stat.& imag l.cum filiusf. 29. ff.de mil.testa.& sic in iniuriam creditorum,quorum interest, totam hæreditatem acquiri, vt habeant, contra quem suis actionibus experiantur,† vt considerat Purp.in d. l. vn. nume. 27
106.C quand.non pet.part.

Sexto procedit, non solum in hæreditatibus testamentarijs, sed etiam in ijs, quæ ab intestato deferuntur, † l.qui ex 28
dua-

*duabus.53.§.vlt.ff.de acq.hæred.Et scribunt Alex.in d.l.vn.nu. 12.uers.sed certè & ibi Alcia num.10.uers.Nam succedentes, & Purp.num.*100.*C.quand.non pet part.Soc.Sen.in l.si mihi & tibi.12.in princ.num.4.uers.sed ista ratio ff.de leg.primo, Gul. Ben.in d.cap.Raynutius,in uerb.& uxorem nomine Adelasiam num.93.& 114.uers.Vnde restat, Alcia.in d.l.re coniuncti,num. 40 uers.merito.& lib.4.Parad.cap.8.num.3.Cagn.in rub.Cod. quand.non pet.part.num.44.Gomez.tom.1.uaria res.cap.10.nu. 27.uers.2.Duar.lib.1.de iur.accr.cap.2.Men.cons.50.nume.9.* Nam & ad eas pertinet illa Iustiniani ratio, † propter quam diximus,partem vacantem inuitis hæredibus accrescere, scilicet,quia etiam ab intestato absurdum est, eiusdem hæreditatis partē agnoscere partem verò respuere; *ut scribit Duar. d.lib.1.de iur.acc.c.2.in q.praced.n.*10.*& seqq.*

Septimo procedit, etiamsi portio illius,qui vocatur ad ius accrescendi, fuerit aliquibus extantibus à statuto limitata, puta,quia statuto caueatur,vt extantibus agnatis mater non succedat filio, nisi in vncia: Nam repudiantibus agnatis residuum hæreditatis accrescet matri etiam inuitæ non obstāte dispositione statutaria, quippe, quæ tacitam habet conditionem, si agnati velint ad se residuum pertinere, † *Ita Gul. Ben.in d.cap.Raynutius,in verb.& vxorem nomine Adelasiam nume.97.*

Octauo procedit,etiam in hæredibus hæredum, quippe, quibus etiam inuitis pars vacans accrescit, † *d.l.vn.§.his ita definitis,C.de cad.toll.& l.liber homo 59.§.fi.ff.de hæred.inst.Et scribunt Azo.in summ.C.eiusd.tit.n.18. Ang.in l.vlt.uers.præterea C.de inst.& subst.*

Nono procedit etiam in bonorum possessionibus: nam,& in his portio vacans inuito accrescit, † *vt scribunt gl.in l.2.§. si duo,in uerb.accrescit ff. de bon.poss.sec.tab.Dec.in d.l.vn.in prima lect.nu.6.& ibi Alcia.nu.7.uers.Ratio dubitationis, Cod. quand.non pet.part Cuiac.ad eund.tit.* Nec est contrarium, quod nemini inuito bonorum possessio acquiratur,† *l.3.§.inuito ff.de bon.poss.*quia id initio,& re integra verùm est: † Nemo enim cogitur bonorum possessionem agnoscere, aut ipso iure bonorū possessor efficitur, sed, vbi semel agnouit bonorum possessionem ,etiam pro parte, quin ei etiam inuito reliquæ deficientium partes accrescāt, non est dubitandum.

Decimo procedit,etiamsi quis minimam hæreditatis partem agnoscat, puta vnciam: Nam ei etiam inuito reliquæ hæreditatis partes accrescent,† *d.l.qui ex duabus.53.§. vlt. ff. acq.hæred.ibi,ex aliqua parte: Dictio enim aliqua verificatur etiam in minimo. Et ita in specie declarat Gul. Ben. in d.cap. Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelasiam,num.96.*

Vndecimo procedit etiamsi pars deficiat postea, quam fuerat acquisita,siue is, qui deficit, desinat esse hæres nomine,& effectu, siue solo effectu: † Nam,&,si querela inofficiosi pro parte rumpatur testamentum, quo casu scriptus hæres,qui iam adierat, desinit esse hæres, non solum effectu, sed etiam nomine, † *l.in substitutione 31.ff.de uulg.*si pars illa hæreditatis aliqua ratione postea vacet,& alter hæres institutus postmodum adeat, cogetur etiam inuitus vniuersam hæreditatem suscipere, † *secundum Gul.Ben.in d.cap.Raynutius,in uerb.& uxorem nomine Adelasiam num.*136.Idem est, & si suus, qui hæres est ipso iure, se abstineat: nam,& si maneat hæres nomine,† *l.2.§.sed si sint sui.ff.ad Tertull.& si ex modica.6.§.si filius ff.de bon.lib.l.cum quasi 30.§.sed, & si suus ff. de fideic.lib.* nihilominus eius portio accrescet inuito cohæredi, vel extraneo,vel suo,qui post illius abstentionem adiuit, vel se paternæ miscuit hæreditati, nec habebit locum dispositio, *l.cum hæreditate 55.ff.de acq.hæred.* † *Ita Bart.in l.pen. et ibi Castr.nu.2.ff.de acq.hæred.Ang.in l.si duo.38.nu.1. et ibi Imol. nu.1.ff.eod.Ang.in d.l.cum hæreditate.55.nu.1.uers.in text.ibi, ff.eod.Castr.in l.si minor.61.nu.2.uers.contra quam ff. eod. Ant. Fum.de coniunct.cap.16.num.1.Donell.d.lib.7.comm.capit.12.* Et simili modo,si minor post aditam hæreditatis partem in integrum restituatur, quo casu manet hæres nomine,† *l. aut Prætor.7.alias l.et si sine.8.§.sed quod Papinianus, ff.de minor.* pars illius accrescet inuito cohæredi, si post illius restitutionem adeat, quia dispositio *l.si minor.61 ff.de acq.hæred.* non procedit in eo, qui post restitutionem adiuit,† *vt in specie declarant Bart.in d.l.pen.et ibi Castr.nu. 2 ff.de acq.hæred.Castr. in d.l.si minor.61.nu.2.uers.contra quam ff.eod.Gul.Ben.in d.c. Raynutius,in verb.& uxorem nomine Adelasiam,nu 142. Ant. Fum.de coniunct.cap.16.nu.1.* Denique,si ex duobus hæredibus alter post aditam priuetur ob spretum præceptum testatoris, licet maneat hæres nomine *cap. Raynaldus, & ibi not. Abb nu.15.extr.de testa.* nihilominus eius portio inuito accrescet cohæredi, qui post illius priuationem adiuit, † quia 43
nec dispositio *§.si quis autem non implens Auth.de hæred. & Falc.coll.1.* ad hanc speciem referri potest.

Duodecimo procedit, etiamsi pars accrescens sit damnosa,& propriè lucrosa,puta quia testator solam deficiētis partem supra vires nominatim onerarit: Adhuc enim inuitus vtranque suscipere cogetur, † *secundum Gul. Ben. in d.* 44
capit. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, numer.96.

Decimotertio procedit,etiamsi cohęres,qui post defectum alterius adit,ignoret,non quidem partem defecisse, sed eam esse damnosam: Nam nihilominus cogetur vtramque suscipere, † siue id contingat per ignorātiam iuris, siue per ignorantiam facti, *vt declarat Gul.Ben.ibi;* Nec enim in hac specie talis ignorantia excusat *d.l.si duo.38.ff.de acq.hæred.* 45

Planè interdum supradicta cessant,& pars hęreditatis etiā postea agnoscenti non inuito, sed volenti accrescit.

Primum enim cessant in Ecclesia,vel alia pia causa:Nam, licet eis volentibus competat ius accrescendi hæreditarium, † *vt de Ecclesia scribit Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam, nume.94. De alia uerò pia causa sentiunt,qui simpliciter aiunt, ius accrescendi locum habere in pia causa hærede,quos retulimus in 7.cap.q.61 num.14.* non tamen competit eis inuitis, † quia in huiusmodi causis cessant illæ absurditates, quæ à iuris ciuilis rigore proficiscuntur, † Non enim absurdum est,in testamento ad pias causas decedere quem pro parte testatum,& pro parte intestatum,*ut diximus in 5.c.q.41.n.14.* Quamobrem cessare debet, & amplectendæ partis vacantis necessitas,quæ non aliam ob causam inducitur,quam,vt absurdum euitetur,sicut ex ijs,quæ diximus *in q.præced.nu.10.& seqq.* facilè est intelligere. 46 47 48

Secundo, si tempore aditionis cohæres ignorabat, alterius partem defecisse, non accrescet ei pars inuito † *ut scribunt* 49
Bart.in d.l.cum hæreditate.55.num.3.et ibi Imol.num.3.uersic. in eadem glo ff.de acq.hæred. Bart.in d.l.si duo 38.ff.eod.Guliel. Ben.in d.cap.Raynutius,in uerb.et uxorem nomine Adelasiam, num.136.Seb.Sap.in d.l.vn.num.15.C.quand.non pet.part. sed procedent ea,quæ dicemus in sequenti casu,scilicet,quia † nihil est, quod ei possit imputari. Idem est,& in eo, qui ignorans minorem in integrum restitutum suam portionem adiuit, *ut dicemus in hoc cap.q.7.num.16.* 50

Tertio, cum per alium, nobis acquiritur hæreditas, pars non accrescit inuito, † *ut scribunt Alcia.in d.l.re coniuncti,nu.* 51
*58 uers.in his quoque,Duar.lib.2.de iur.accr cap.1.Cuiac.ad tit. C quand.non pet.part.*per ea,quæ diximus *in hoc cap.q.1. num. 30.et latius dicemus in 9.cap q.26.*

Quarto demum quod diximus inuito accrescere,procedit, quoad proprietatem, non etiam, quoad possessionem, quia nemo inuitus possidere cogitur. † *Ita Bald.in d.l un. nume.3. C.quand.non pet.part.Rip.in d.l.re coniuncti,num.183.* 52

S V M M A R I V M.

1 *Declaratur l.cum hæreditate.55.ff.de acq.hæred et nume. seqq.ferè per tot.*
3 *Hæredi, qui adiuit,defertur conditio totius hæreditatis,aut amplectendæ, aut omittendæ,si postea cohæres etiam extraneus deficiat, et cur,n.5. Sed disputando contrarium sustinetur num.7.& seqq.usque ad nu.35. Declara, ut n. 95.et 96.*
4 *Portio hæreditatis deficiens post partis principalis aditionem, accrescit inuito, non præcisè,sed causatiuè, si nempe velit suam portionem retinere.*
6 *Declaratur l.si certarum.18.in princ.uers. quod si alterutra ff.de mil test et num.34.*
8 *Declaratur l un.§.his ita definitis C.de cad.toll.et nu.seqq.*
9 *Dictio iam refertur ad præteritum.*
12 *Declaratur l.qui ex duabus.53.§.ult.ff.de acq.hæred.*
13 *Declaratur l.si quis hæres.35.in prin.ff.de acq.hæred.et numer.seq.*
16 *Nemo dat, quod non habet.*
17 *Declaratur l.testamento.6.C.de impub.et al.subst.*

An, & quando portio hæreditatis vacans post partis principalis aditionem inuito cohæredi accrescat.

QVÆSTIO VI.

SEcundus casus est, quando post aditionem, vel immixtionem vnius ex cohæredibus deficit alterius portio, non iure singulari, sed, iure communi, Et tunc, si quidem deficiat per abstensionem sui hæredis, certi iuris est, locum habere dispositionem † *l. cum hereditate 55. ff. de acq. har.* vbi Martianus, *Cum hæreditate patris necessarius hæres se abstinet,* inquit, *conditio cohæredi, siue extraneo, siue suo defertur, vt, aut totam agnoscat, aut à tota recedat, & ita se abstinere potest propter aliũ qui per suam personam non poterat.* Quam Vlpianus, & Scęuola † *in l. si is, qui immiscuit 56. ff. eod. & l. si pupillus 79. ff. ad Treb.* ad alias personas porrexerunt. 1 2

Cœterùm, si deficiat alio iure, puta per extranei repudiationem, magna solet esse quæstio, nunquid idem sit statuendum; Et veteres quidem frequentiùs idem statuendum arbitrantur, ac putant, tum, qui priùs adiuit, non omnimodo cogendum partem alterius postea deficientis suscipere, sed conditionem illi deferendam, vt, aut totam hæreditatem agnoscat, aut à tota recedat. † *Ita enim censuerunt Io. antiquus glossator in d. l. cum hereditate, in verb necessarius, & ibi Bart. num. 2. & 3. Ang. num. 1. vers. in tex. ibi. Castr. num. 1. & 5. Imol. num. 2. Bart. in d. l. re coniuncti num. 53. & ibi Crott. n 99. vbi testatur hanc esse communem. Rip. nu. 184. & 185 2 in fin. vbi ait, non esse à communi recedendum. Bart. in l. vlt. num. 2. ff de acq. hæred. & in l. quidam elogio 20. num 1. vers. item opp. C de iur. de lib. Bald. in l vn §. his ita definitis nu. 5. C. de cad. tolled. Ang. in d. l. si pupillus 79. num. 1. & ibi Imol. vers. aduerte ff ad Treb. Alex in l. vn num. 12. & ibi Ias. num. 41. Pic. in fin. Purp. n. 105. Cod. quand. non pet. part. Gul. Ben in d. cap Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, n. 135. & 136. Papiens. in form li. quo ag. ex subst. in verb breuiloce num. 21. Soc Iun. (licet sub dubio) in l. stipulationes non diuiduntur 72. num. 328. ff. de verb. oblig. Gomez. tom. 1. variar. resolu. cap. 10. num. 27. vers. vnum tamen est, Graff in §. ius accrescendi, q. 29. num 2. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part.* Et hoc modo pars illi inuito accrescat, non pręcisè, sed (vt aiunt) causatiuè, si nempe velit suam portionem retinere, † *vt explicat Pic. in d. l. vn. in fin. C. quand. non pet. part.* Quod (secundum eos) magnam rationem habet: Nam, cum pars alterius nondum esset defecta, quo tempore cohęres suam portionem agnouit, nihil est, quod ei possit imputari, cur adierit partem sibi à testatore relictam, vel à lege delatã: Nec enim debuit cogitare de parte cohæredis, quæ nondum erat vacans, & ideo, si & illam amplecti cogeretur, cum hoc ei præter cogitationem contingat, damnum sentiret iniustum, & iniquum, quod, quia ferendum non est, ideo potiùs ei deferenda est amplectendæ, aut omittendæ totius hæreditatis conditio, per quam effectu restituitur in eũ statum, in quo erat ante, quam adiret. *Ita Imol. in dict. l. cum hereditate 55. num. 3. vers. in gl. fin. ff. de acq. har. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, n. 136* 3 4 5

Nec videtur hæc pars authoritate veterum Iurisconsultorũ destituta: Nam etiam extraneo repudiante conditionẽ hanc esse deferendam hęredi, qui iam adierat, probat *l. si certarum 18. in princ. vers. quod, si alterutra ff. de mil. test.* vbi, cum miles alium Castrensium rerum, alium cęterarum scripsisset hæredem, Caius ita scribit, *Quod si alterutra pars bonorum ari alieno, quod ex ea causa pendebit, non sufficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte institutus est, non adierit, alterum, qui adisset,* compel-

compellendum esse, *aut defendere totam hæreditatem aut totam creditoribus soluere*. Ex quibus verbis apparet, † non nouum,vt etiam extraneis repudiantibus prædicta conditio deferatur hæredi, qui iam adierat, cum hoc ius etiam in testamento militis obseruetur.

Verùm,& si consulendo ac iudicando non sit ab hac sententia, tamquam receptissima recedendum, contrariam tamen opinionem vti veriorem,ac veterum Iurisconsultorum responsis magis consonam semper profitendo sum secutus, †Quam etiam probarũt *Fulg.in l.testamento 6.C.de impub.& al.subst.Polit.in d.l.re coniuncti num 80.& ibi Crott.num.100. vbi fatetur,hanc in puncto iuris esse veriorem*, *Gozad in dict l. vn.nu 36.vers.4.C.quand.non pet.part. Duar lib 2.de iur.accr. cap.1.Donell lib.7.comm capit.12. Et videtur etiam fuisse de mente Bald.in d.l.vn.num.24. C. quand.non pet.part dum ait, accrescere inuito,nec referre,vtrum ante,vel post acquisitionem portio vacet*, *& probarunt etiam* alij existimantes, non esse prædictam conditionem hęredi deferendam,cum extraneus repudiat, sed omnimodo cogendum eum partem postea vacantem suscipere. Probatur autem hæc sententia

Primo *l.vn.§.his ita definitis*, *C.de cad toll* vbi Iustinianus de iure accrescendi hæreditario loquens, *& hoc nolentibus ipso iure accrescat*, inquit, *si suas portiones agnouerint*: quibus verbis non obscurè significat, † se loqui de hæredibus, qui suas portiones agnouerunt ante quam alterius portio deficeret; Hoc enim indicat illa dictio,iam,quæ refertur ad tempus præteritum † *l iam tamen 5. in princ. ff. ind. solu l.iam hoc iure 4. in princ. ff. de vulg.* Vnde,cum dicat, eis etiam inuitis partes accrescere,intelligimus, etiam inuitis accrescere partes eorum, qui postea deficiunt.

Nec est,quod aliquis respondeat, ita videri Iustinianum intelligendum,quasi dicat,partem inuitis accrescere,si velint suam portionem retinere, † *Quomodo veteres passim respondere solent,vti videre est apud glo.in d.l.cum hæreditate 55. in verb.vt eius actiones,vers. Dic ergo ff.de acq. hæred.* quia, cum Iustinianus præcedentem requirat propriæ partis acquisitionem,vt alicui inuito pars alia accrescat, non obscurè videtur significare, se iniungere necessitatem accipiendæ partis accrescentis, non amittendæ partis acquisitæ,† *vt considerat Goz.ad in dict.l.vnic.num.36.vers. Nec obstat,Cod. quand. non pet. part.*

Secundo verò probatur id ipsum *l qui ex duabus 53.§.vlt. ff de acq.hæred.*vbi Caius,*Qui semel aliqua ex parte hæres extitit,*inquit,*deficientium partes etiam inuitus excipit:* Loquitur enim † de partibus eorum, qui deficiunt post alterius acquisitionem,dum supponit,eum semel aliqua ex parte hęredem extitisse,& tamen vult, eum etiam inuitum cogi suscipere partes deficientium; Non igitur eas poterit cum sua parte dimittere.

Tertio scribitur hoc apertiùs *in l. si quis hæres 35. in princ. ff.de acq.hæred.*vbi Vlpianus, *Si quis hæres institutus ex parte, mox Titio substitutus ante. quam ex causa substitutionis ei deferatur hæreditas pro hærede gesserit,*inquit,*erit hæres ex causa quoque substitutionis,quoniam inuito quoque ei accrescit portio*. Hic enim † non est dubitandum, quin propriæ partis acquisitio præcesserit alterius partis deficientiam,cum expresè dicat,eum pro hærede gessisse ante,quam ex causa substitutionis ei deferretur hæreditas,& præterea subijciat, huiusmodi accretiones esse appendices præcedentis institutionis, & tamen vult,ei etiam inuito partem accrescere, Ergo etiam ei, qui priùs adiuit, pars inuito accrescit.

Nec dicas,hoc procedere, si ius accrescendi sit cum substitutione coniunctum,secus verò,si per se consistat, † *vt veteres passim respondere solent. sicuti nos referemus in 9.capit.q.43.* quia,cum huiusmodi necessitas non proueniat,† à substitutione,quippe,quæ nemini inuito acquiritur, sed proueniat à iure accrescendi, *vt ibidem ostendemus*, non potest in coniunctione vis aliqua constitui: Si enim ius accrescendi per se non esset huius naturæ,nec haberet hanc potestatem, non posset eam tribuere substitutioni,quia nemo dat, quod non habet † *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. l. traditio 20. in prin. ff. de acq.rer.dom.* Magis igitur est, vt hæc necessitas proueniat à solo iure accrescendi, quod non obscurè significat Vlpianus, dum ait, *quoniam inuito quoque ei accrescit portio*, & sic causam necessitatis ab accrescendi iure, non à iure substitutionis deducit,Quod etiam fit *in l.testamento 6. Cod.de impub.& al. subst.* vt apparet ex illis verbis, † *adeuntibus suam portionem, etiam inuitis cohæredum repudiantium accrescit portio*. 17

Nec est,quod respondeas, superiores locos procedere de mero iure, seu de rigore iuris ciuilis, non verò de æquitate, † *d.l.cum hæreditate,vt respondent Bald.in d.l.cum hæreditate, vers.Not.quod,si sunt,& vers.2.opp & alij.* quia cum veterum prudentum responsa, non in stricto iure fundarentur, sed in bono,& æquo,cuius artem ipsimet profitebantur *l.1.in princ. ff.de iust. & iur.* & Vlpianus,& Caius scribant inuito partem accrescere *in d.l. si quis hæres 35 & d l.qui ex duabus 53.§.vlt. ff.de acq.hæred.* Consequens est, † vt eorum dicta inspecta etiam æquitate sint accipienda. 18 19

Quarto confirmatur hoc ipsum ea ratione,quia,si ad hoc, vt pars inuito accrescat, necessarium esset, eam priùs defecisse, quam cohæres suam adierit,non posset ea dici accrescere hæredibus hæredum inuitis, *vt dicitur in d.l.vn.§. his ita definitis,C.de cad. toll.* Nam † ad hæredes hæredis non transit ius accrescendi,nisi pars principalis fuerit ab hærede acquisita,quia alioquin,nec transiret principalis,tamquam non adita,*d.l.vn.§.in nouissimo.C.de cad toll.* & per consequentias nec accrescens, quæ principalem sequitur,& ei accedit. Vbi autem pars principalis fuit à primo hærede acquisita, si acquisitio facta fuit post defectum alterius partis, iam non poterit dici pars accrescere hæredi hæredis, sed potiùs primo hæredi, quippe, qui adeundo suam partem censetur etiam accrescentem,quasi iunctam agnouisse *d.l. si duo 38. ff. de acq.hær.* Vt igitur hæredi hæredis dici possit accrescere, necessariò supponendum est, priùs hæredem adiisse suam portionem, mox alio hærede relicto decessisse, demum alterius cohæredis portionem defecisse, *vt fit in l. si is,qui immiscuit 56. ff. de acq hæred.* quo casu, quia etiam huiusmodi hæredi hæredis inuito accrescit portio *d. §. his ita definitis*, intelligimus etiam post acquisitionem propriæ partis inuito accrescere partes, quæ deficiunt. 20

Nec est facienda vis *in d.l cum hæreditate 55. ff. de acquir. hæred.* quæ de suo post alterius acquisitionem abstinente loquitur,quia longè alia † est sui abstinentis, alia extranei repudiantis ratio:Nam,vbi suus abstinet portio nõ deficit omni iure,sed tantum iure Prætorio † *l. si filius. qui abstinuit 13. ff.de inter.act l.nam nec emancipatus 91. ff. de leg. primo l.pro hærede 20.§.Papinianus ff.de acq.hæred.Vlp.tit.22.inst.§.inter necessarios*,cum suus iure ciuili maneat hæres, saltem nomine,*vt diximus in q.præced n.39* Vbi verò extraneus repudiat, portio deficit omni iure † *l.1.§.qui semel. ff.de succ.ed.l. proinde 8.vers.nam,si legatum,ff si cert pet.l.qui repudiantis 17.in princ ff.de inoff.test.& d l pro hærede 20.§.Papinianus ff de acq. hæred.* Vnde quia ius accrescendi secundum sui naturam nõ habet locum,nisi pars omni iure deficiat,*vt diximus in 7.cap. q.38.num.4.* fit, vt extraneo repudiante pars accrescat inuito,quia ius accrescendi secundum sui naturam locum habet, suo vero abstinente,non accrescat inuito, sed totius,aut amplectendi, aut omittendi conditio deferatur, quia ius accrescendi secundum sui naturam locum habere nequit: † *Ita Gozad.in d.l.vn num.36.versic.Non obstat.Cod.quand.non pet. part.Duar.dict.lib.2.de iur.accr.cap.1.* Denique,cum suus abstinet,portio non vacat iure ciuili,sed beneficio tantum Prętoris,quod beneficium non debet in alterius iniuriam trahi, *vt diximus in q.præced.num.26.* quæ ratio cessat, cum extraneus repudiat, scilicet, quia portio deficit etiam iure ciuili, *vt dictum est.* † *Ita Crott.in d.l.re coniuncti,num.100. Don.d. lib.7.comm. cap.12.* 21 22 23 24 25

Nec est contrarium, quod suus propter abstinendi beneficium æquiparetur extraneo,& idem, quod extraneus consequatur† *d l.nam nec emancipatus 91. ff. de leg.primo d.l pro hærede 20.§.Papinianus.ff.de acq.hæred.* quia ratione mouentur † *Bart in d.l.cum hæreditate,num.2.& alij* & posse communẽ sustineri censuit † *Crott.in d l re coniuncti nu. 100.* quia præter id,quod talis æquiparatio † non fit, nisi beneficio Prætoris,quod non debet in alterius iniuriam trahi, *ut dictum est*, certi etiam iuris est, haberi loco extranei respectu sui,† & quoad hoc, ne possit à creditoribus hæreditarijs conueniri *l.pater f.12.vers. quæro, ff.de princ.cred. aliàs est l.paterf.28. ff. de bon.auth.Iud.poss.& l.si filius,qui patri 12. ff.de uulg.* Cęterum respectu aliorum magis est,vt magna sit inter extraneũ repu- 26 27 28 29 30

repudiantem, & suum abstinentem differentia: nam extraneo repudiante, nullum in eo remanet ius, quod aliquid operari possit. At suo abstinente, manet hæredis nomen, siue (vt vulgo dicimus) existentia sui hæredis, quæ multos effectus operatur, ac potissimum illum, ne portio videatur omni iure vacasse, *vt dictum est*.

Minus est facienda vis in ratione, quam veteres passim afferre consueuerunt, quasi nihil imputari possit ei, qui prius
31 adiuit, quia, imo est, quod imputetur. † Nam, qui scit, aut scire potest, cohærede deficiente se vniuersis oneribus fore implicitum, ea conditione adire videtur, vt ait Vlpianus *in d.l.si*
32 *duo.38.ff.de acq.hared.* Et, quamquam loquatur † de eo, qui post alterius abstensionem se immiscuit, pertinet tamen eius ratio, & ad eos, qui prius agnoscunt partem sibi delatam, propter illud verbum, fore, quod ad tempus futurum refertur
33 † *l.1.& tot.tit.ff.rem pup salu for.* quod etiam fatetur *Rip. in d. l.re coniuncti, nu.185.*
34 Denique non obstat *l.si certarum*, quia loquitur † de testamento militis: Non enim eadem est testamenti paganici, & militaris ratio, scilicet, quia in testamento pagani locum habet ius accrescendi, & quidem secundum sui naturam, quę est, vt etiam inuitis hæredibus deferat ipso iure portionem: At in testamento militis, regulariter non habet ius accrescendi locum, maximè, quando miles distinxit patrimonia, *vt ostendemus in 10.cap q.24.num.19.& seqq.* ideoque licet arctandus sit, in altero ex patrimonijs institutus, vt totam hæreditatem defendat, quoties alterum patrimonium non est soluendo, ne alioquin militis priuilegium in ipsius trahatur iniuriam, qua sine dubio afficeretur, si patrimonium illud non haberet defensorem, propterea quod bona essent sub hasta distrahenda *§.1.inst.quib. ex caus.ma. non lic.* non tamen ob id sequitur, debere institutum, qui vnicum patrimonium agnouit, præcisè cogi etiam alterum patrimonium suscipere contra naturam testamenti militaris, secundum quam agnouisse censetur, sed potius ei deferenda est, vtriusque patrimonij, aut amplectendi, aut omittendi conditio. Et ita disputando verius esse profitemur.

Sed retenta communi, à qua (vt diximus) non est in forensibus controuersijs recedendum, videamus, quibus casibus ea procedat, quibusque cesset. Procedit autem

Primo, non solum in hærede, sed etiam in hærede hæredis, quippe, cui defertur eadem, aut amplectendæ, aut omittendæ totius hæreditatis conditio, quæ deferebatur hæredi *d. l. si is,*
35 *qui immiscuit 56.ff. de acq. hared.* Et, quamquam loquatur de suo abstinente, trahitur tamen à veteribus etiam extraneum repudiantem, aut alio modo deficientem, exemplo
36 principalis conclusionis, † *vti videre est apud Ang.in d.l.cum hareditatis, num.1.& ibi Castr.num.1.Imol.num.1.*

Secundo procedit, etiamsi post acquisitionem alterius portio resoluatur ipso iure, puta per querelam, vel alio modo:
37 † *Ita Castr.in l.si minor.61.num.2.ff.de acq hared. Gul. Ben. in d.cap Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam, num. 135.vers.& à paritate*; Verum vt liberè dicam, quod sentio, puto hanc extensionem non esse veram, quia, si post acquisitionem portio resoluatur per querelam, quo casu rescisso pro parte testamento desinit institutus pro ea parte esse hęres etiam ipso iure, *ut diximus in q.praced.nu.37.* pars illa, si qua ratione vacet, non accrescet inuito, etiam causatiuè, sed vo-
38 lenti, † *prout rectè censuit Polit.in dict.l.re coniuncti, num.80*
39 quia, † cessat tunc absurditas illa, cuius euitandæ causa necessitas accretionis iniungitur; Non enim absurdum est, ex causa inofficiosi, & sic ex post facto quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, *ut diximus in 3. cap. q. 1.num.10.Et in his terminis considerat Polit.in d.l re coniuncti, num.80.* Idem est & in alijs casibus, in quibus post acquisitionem aditio resoluitur, *ut ostendemus in q.seq.num.22.*

Tertio procedit etiam hodie non confecto inuentario,
40 † *vt scribunt Bart.in d l.cum hareditate, numer.7.& ibi Castr. num.3.versic.3.Imol.num.3.versic. quid autem, Imol. in l. 1.§. hac stipulatio numer.11.ff.si cui plus, quam per l. Falc. Ang. de Gamb.de testam.gl.112.num.15.in fi.Gul.Ben.in d.cap. Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelasiam n.137.versic.4.Roll. in tract de Inuent.quæst.197.secundum impressionem Taurinensem:* Nec enim prædicta *l. cum hareditate*, dispositio fuit à Iustiniano correcta, *in l.vlt.C.de Iur.delib.* quia, licet hæres non conficiens inuentarium insolidum obligetur ob suum delictum, saltem præsumptum, cum lex præsumat, eum res hæreditarias subtraxisse † *§. hinc nobis, versic.sancimus. Auth.* 41
de hared & Falc.coll.1. hoc tamen intelligitur, quoad partem suam, non etiam, quoad partem cohæredis, † *ut declarant* 42
Bart.in d.l cũ hareditate.n.8.vers.sed posses.ff.de acq.hær. Gul. Ben in d.c.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.137.vers.4.

Quarto procedit, etiamsi non adsint creditores, sed legatarij: † Nam, cum eis teneatur hæres simplex etiam vltra vi- 43
res hæreditarias secundum ius nouissimum Authenticorum, ideo debet habere beneficium *d.l.cum hareditate, vt dicemus infra num.54.*

Quinto procedit etiam in fideicommissario, cui propter abstensionem sui hæredis defertur altera pars hæreditatis,
† *ut in specie l.si pupillus 79.ff.ad Trebell.* Nam, si pupillus hę- 44
res vniuersalis institutus, & grauatus partem hæreditatis Sempronio restituere, post factam restitutionem abstineat se bonis paternis, etiam pro ea parte, in qua grauatus non fuerat, non accrescit illa portio fideicommissario inuito, sed ei defertur conditio, vt, aut totam hæreditatem suscipiat, aut à tota recedat, *secundum dispositionem d.l.cum hareditate.* Quod, an etiam minore post aditam in integrum restituto procedat, quæri potest, sed de hoc dicemus *in q.seq num.26.& seqq.*

Planè interdum cessat prædictæ *l.cum hareditate*, dispositio: Primum enim, si hæres, qui adiuit, confecerit inuentarium, quia certum est, partem accrescentem nullum ei posse detrimentum afferre, cum inuentarij beneficium operetur, ne possit vltra vires hæreditarias conueniri, † *l fin.§.& si prafa-* 45
tam, C.de iur.delib.§.sed nostra.inst de hæred.qual. & diff.§.fiat igitur inuentarium, Auth.de hared & Falc.coll.1. ideo, quasi cessante causa cessat & prædictę *l cum hareditate*, beneficiũ.
† *Ita Castr.in d.l.cum hareditate, num.3.vers.3. Gul.Ben.in d.* 46
cap.Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam, nu.137. vers.si autem vltra vires. Planè hoc procedit sine dubio, si fecerit inuentarium totius hæreditatis, & in eo res omnes hęreditarias insolidum descripserit. Cœterum, si id tantum pro sua parte confecerit, an etiam idem sit dicendum, quæri potest. Et *Imol.quidem in d l.cum hareditate, num.3. versic. extra gl.& alij*, plerique censuerunt, † non obstante tali in- 47
uentario, vtpote facto pro parte principali non etiam pro accrescente, locum habere dispositionem *prædicta l. cum hareditate.* Sed contrarium est verius, † quia, cum inuentarium 48
factum pro parte principali censeatur etiam factum pro accrescente, *ut ostendemus in 9. cap. q.46 nu.12.* Consequens est, vt, quasi facto totius hæreditatis inuentario cesset prædicta dispositio. Quod mihi videntur sensisse veteres, *quos retulimus supra nu.46.* dum simpliciter dixerunt, facto ab hærede inuentario cessare dispositionem *prædictæ l.cum hareditate:* Sentiunt enim sufficere, si id faciat pro sua parte, quia alioquin vix posset dari casus, in quo locum haberet eorum sententia, cum hæres pro parte institutus non, nisi pro sua parte soleat inuentarium conficere. Ideo autem sufficit, quia ita factum inuentarium probat vires hęreditarias etiam pro alijs partibus ad eundem hæredem postea pertinentibus, scilicet, quia inuentarium non potest fieri pro parte indiuisa, quin
† insolidum describantur omnes res hæreditariæ cum suis 49
qualitatibus, & quantitatibus, & partis mentio fit tantum ratione dominij, vt intelligamus, eum non describere totam rē, quasi suam, licet, totam exprimat, sed tantum pro ea parte, pro qua fuit ad hæreditatem vocatus. Hoc autem facto non potest non esse superuacua noua confectio inuentarij, si alia dimidia postea superueniat, quia descriptio substantiæ, qualitatis, & quantitatis iam est facta, & hoc solum mutandum est, vt loco dimidiæ, pro qua dixerat hæres, se in inuentario res illas posuisse, intelligamus, positas insolidum, quæ res fit ipso iure, & virtualiter. Quamobrem verum est, facto ab hærede inuentario etiam pro parte cessare dispositionem, *prædictæ l cum hareditate.*

Secundo, si nulli creditores adsint, quia nulla subest causa, propter quam debeat hæres, aut partem suam dimittere, aut accrescentem recusare ideo cessat etiam, *prædictæ l. cum hareditate*, beneficium. † *Ita Bart. in d.l.cum hareditate, nu-* 50
mer.5.versic.item aduerte, & ibi Castr.num.3 Gul.Ben.in d cap. Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam nu.136.vers. 2.Alb.

Alb.d.consil.310.num.22. Si enim cessat, quando adsunt creditores, qui non intendunt, inferre molestiam pro parte accrescente, *vt dicemus infra numer. 66. & seqq.* quanto magis cessare debet, quando non adsunt, quo casu, nec inferunt, nec
51 inferre possunt molestiam. † *Ita Bart. in d.l. cum hæreditate, num.5. versic. item aduerte.* Hinc infertur, si filia adierit hæreditatem matris pro parte sibi competente, & sic pro ea parte acquisierit vsumfructum patri, deinde decesserit relicto filio, & postmodum alia pars deficiat, puta, quia fratres eius illam repudient, si filius velit ex persona matris totam auiæ hæreditatem repudiare, vt eam habeat ex persona propria, & hoc modo excludat auum maternum ab vsufructu, non esse audiendum, nec posse hoc facere, quia maternus auus non est creditor hæreditarius: Non enim vsumfructum consequi debuit à matre eademque vxore, sed à filia, ideoque, quia nullus adest creditor hæreditarius, non debet habere locum be-
52 neficium, *d.l. cum hæreditate* † *Ita Bart. in d.l. cum hæreditate, num.6. & ibi Ang. in fin.* Adeo autem verum est, cessare prædictum beneficium, si nulli creditores adsint, vt secundum iura vetera procederet etiamsi adessent legatarij, aut fideicommissarij: Nam quoniam eis secundum illa iura non te-
53 nebatur hæres vltra vires hæreditarias † *l.1.§. fiis, qui quadringenta, & l. si hæres ab eo 68. ff. ad Treb. l.1.§. hæc verba, versic. in quibusdam, ff. si cui plus, quam per leg. Falcid.* ideo nulla suberat recusandæ partis accrescentis, aut propriæ partis
54 omittendæ causa. † *vt scribunt Bart. in d.l. cum hæreditate, nu. 8. & ibi Bald. versic. Bart. quærit;* Sed, cum hodie non minus legatarijs, & fideicommissarijs particularibus, quam creditoribus teneatur hæres simplex insolidum, & vltra vires hæredi-
55 tarias † *d.§. si verò non fecerit inuentarium, Auth. de hæred. & Falc. coll.1.* fit, vt etiam existentibus legatarijs, aut fideicommissarijs particularibus competat prædictæ legis beneficium
56 etiamsi nulli creditores adsint. † *Ita Bart. in d.l. cum hæreditate num 8 (licet sub dubio,) & ibi Bald. versic. Bart. quærit, Ang. num.3. Castr. num.3. vers.3.* Itaque tunc cessabit, cum neque
57 aderunt creditores, neque legatarij, vel fideicommissarij, † *vt declarant Ang. in d.l. cum hæreditate. num.3.* etiamsi adessent aliæ implicationes in hæreditate, quæ requirerent laborem animi & personæ: nam propter illas non haberet locum prędictæ legis beneficium, quoniam id propter creditores defer-
58 ri, solet. † *Ita Bart. in d.l. cum hæreditate, num.9.*

Tertio cessat, etiamsi adsint creditores, dummodo sint tales, vt non absorbeant totam hæreditatem, sed certū sit eam
59 esse soluendo, † *Ita Castr. in d.l. cum hæreditate, num.3. & ibi*
60 *Imol. num.3. vers. extra glo.* Et, quamquam plerique † contrariam opinionem sint amplexi, Verior tamen est prædicta sententia, quia sufficit hæredem non teneri vltra vires hæ-
61 reditarias, vt cesset *prædicta l. cum hæreditate* dispositio, † *sicuti declarat Imol. in d.l. cum hæreditate, numer.3. vers. extra glo.* Nec obstat, quod, licet effectu non teneatur vltra vires,
62 intersit tamen eius non vexari litibus, † vt dicimus de minore *l. minoribus.6. ff. de minor* quia quod de minore dicitur, nō
63 debet trahi ad maiores, † *vt rectè scripsit Imol. in supra allegato loco*: Alioquin enim ne facto quidem inuentario cessaret, *prædicta l. cum hæreditate* beneficium, quia etiam eo casu interest hæredis litibus non vexari. Hinc infertur, cessare etiam
64 prædictam dispositionem iure Canonico, † quia, cum eo iure non teneatur quis vltra vires hæreditarias, etiamsi non
65 conficiat inuentarium † *secundum Bald. in l. cum à matre. 14. in fi. C. de rei vind. in rubr. ff. de acq. hæred. vers. Benè tamen fateor, in d.l. cum hæreditate. 55. in fi. ff. de acq. hær. & consil. 145. numer.4. uersic. & quia, vol.4.* videtur cessare causa, propter quam hæredi beneficium *d.l. cum hæreditate*, indulgetur. Sed contrarium verius est, & receptius: Nam & iure canonico tenetur hæres vltra vires hæreditarias, si non conficiat inuentarium, *vt docent Bald. in l. vlt. in princ. num.9. C. de iur. delib. Alex. in rub. ff. de acq. hæred. num.5. uersic. & plus dicit. & in d. l. vlt. §. fin. num.2. uers. Non obstat, quod lex ciuilis C. de iur. delib. Abb. in c. Raynaldus, n.14. extra de testa. & cons.73. nume.8. vers. Ad hoc enim respondeo lib.2. Anch. lun. quæst. fam. 57. nu. 13. lib.2. Rolan. de inuent. part. vlt. uers. nunquid de iure canonico, seu secundum Taurinensem impressionem in volumine tractatuum de inuentario q.215. num.3. vers. tu verò teneas, & ibi Monticu q.226. nu.9 vbi testatur hanc opinionem esse receptissimam, & nu.10. & Crass q.268. n.2. Andr. Fach. lib.6. controu. cap.23.* ideoque etiam eo iure debet habere locum prædictæ, *l. cum hæreditate*, dispositio. *Ita Bald. in d.l. cum hæreditate, in fine*, licet alia ratione moueatur, *quam supra improbauimus, quod scilicet eius intersit litibus non vexari; Non enim vexationis, & litium est habenda ratio, sed illud solum spectandum, an vltra vires conueniri possit, vt supra dictum est.*

Quarto cessat prædicta dispositio, si creditores dicant, se contentos portione illius, † quam exceptionē proponit Mar- 66
tianus *in d.l. cum hæreditate, versic. si tamen*, his verbis, *Si tamen creditores dicant, se contentos esse eius portione, quia non potest exonerari, nisi deferatur conditio & alterius parte abstinere se creditores debent, vt actiones ei, qui conuenitur dentur;* Sed, quoniam ea sunt ambigua, & varias recipiunt interpretationes, ideo necessario nobis erit videndum, quid ibi senserit Martianus. Duo sunt autem de quibus non dubitatur, Primum, si creditores dicant, se esse contentos eius portione, idest se non acturos contra hæredem, qui adierat, nisi pro ea parte, pro qua iam adierat, non posse hęredem dimittere partem suam, sed pro ea teneri creditoribus respondere † *Ita scribunt* 67
Alb. d. consil.310. num.22. & Donell. d. lib.7. comm. cap. 12. Et ratio est, quia † nulla fit ei iniuria: Nam per repudiationem, 68
siue abstensionem cohæredis non grauatur supra, quam esset antea grauatus, scilicet, quia, etiamsi cohæres suam partē cum effectu agnouisset, omnimodo fuisset ille obligatus pro sua portione hæreditaria creditoribus respondere. † *l. 1. C. si* 69
cert. peta l.2. C. de hæred. actio. Cum igitur creditores nihil vlterius prætendant, nullam habet querelæ causam, propter quam possit recusare partem suam contra dispositionem iuris ciuilis, quæ non patitur, vt post aditionem possit hæres 70
repudiare, † *l. sicut.4. C. de repud. hæred. §. extraneis inst. de hæred. qual. & diff.* cum id, quod est acquisitum, repudiari nequeat † *l.1. §. decretalis ff. de success. ed. ita Donell. d. lib.7. comm.* 71
cap.12. Alterum verò, de quo non dubitatur, est non posse huiusmodi hæredem à creditoribus conueniri pro parte vacante, cum ipsamet exceptio supponat, creditores declarare, se esse contentos ipsius portione, idest, se non acturos, nisi pro ea parte, quam ipse priùs adierat. Et hoc etiam dubium non habet, † *vt ait Bald. in d.l. cum hæreditate, vers. Nor.* Sed dubi- 72
tatio in eo primùm consistit, nunquid pars vacans sit danda creditoribus. ita, vt ipsi pro ea parte consequantur dominia rerum, & actionibus hæreditarijs vti possint, an verò danda sit hæredi, qui priùs adierat, ita, vt habeat quidem emolumētum totius hæreditatis, & sic non solum pro parte sua, sed etiam pro parte accrescente, verum non possit à creditoribus conueniri, nisi pro parte sua, puta pro dimidia, si ex semisse fuerat institutus; Et veteres quidem frequentiùs arbitrantur, partem vacantem esse dandam creditoribus, & pro ea non posse hæredem, qui prius adierat, aut agere, aut conueniri, quia, nec commodum, nec incommodum eius partis sentire debet † *Ita gl. in d.l. cum hæreditate in uerb. eius portio-* 73
ne, in verb. conditio, & in verb. vt eius actiones, vers. posset, & ibi Bald. vers. Not. Imol. nu.2. vers. item similiter, & num.3. versic. in gloss. fin. vbi ait hunc intellectum esse verissimum. Videtur autē hæc sententia magnam habere rationem: Nam, quia secundum naturam est, eum sequi incommoda, quem, & commoda sequuntur † *l.1. §. denique ff. de acqu. plu. arc. l. si igitur. 56. §.* 74
vlt. ff. pro soc. §.1 inst. de legi. patro. tut. Auth. sicut hæreditas C. de legit. tut. l.1. ff. de institor. Paul. libr.2. senten. tit 8. in prin. ita, & contra non debent ad eum commoda pertinere, qui incom- 75
modum non habet. † Cum igitur hæres incommoda partis accrescentis non habeat, scilicet, quia pro ea non potest à creditoribus conueniri, ob declarationem ab eis factam, se fore contentos parte, quam hæres prius adierat, *vt dictum est*, Cōsequens est, vt, nec eius partis commoda debeant ad eundem hæredem pertinere, sed potiùs ad ipsosmet creditores, qui effectu sentiunt incommoda. Sed, quoniam huic sententiæ mirum in modum repugnant illa Martiani verba, *& alterius parte abstinere se creditores debent*, quippe, quæ contrarium omnimodo innuere videntur, ideo, vt eorum vim effugiant, variè solent illa interpretari; Quidam enim putant, hoc dicere Martianum, si creditores dicant, se esse contentos eius portione, debere illos se abstinere & alterius parte, idest, non debere illos agere contra hæredem, qui iam adiuit, pro parte vacante, sed tantum pro parte iam adita, quasi illa verba, *& alterius parte abstinere se creditores debent*, sint referenda

ad

ad partem incommodi, nempe ad partem illarum actionum,
76 quibus ipsi possunt aduersus hæredes experiri. † *Ita gl. in d.l. cum hæreditate in uerb. & alterius*. Et, quoniam huic declarationi obstant illa verba sequentia, *vt actiones ei, qui conue-*
77 *nitur, dentur*, quippe, quæ videntur significare, † partem illam intelligi de parte actionum actiuarum, ita illa interpretantur, quasi pertineant ad aliam partem actionum passiuarum, pro qua potest cohæres conueniri, & hoc significent, creditores debere se abstinere alterius parte, idest, non posse agere pro parte vacante, sed pro parte, quam adierat, actio-
78 nes dandas ei, idest, in eum, qui prius adierat. † *Ita glos. in d.l. cum hæreditate, in verb. eius portione, in verb. conditio, & in verb. ut eius actiones, vers. posset*. Verum, quia hæc expositio
79 nimiam facit vim verbis. † *vt plerique veteres fatentur*, cum Martianus apertè dicat, actiones dandas ei, qui conuenitur, non in eum, ideo aliter alij interpretantur, & censent, hoc dicere Martianum, si creditores dicant, se esse contentos eius portione, dandas quidem esse actiones ipsiusmet partis vacãtis hæredi, qui iam alteram adierat, & hoc significare illis verbis, *vt actiones ei, qui conuenitur, dentur*, sed creditores debere se abstinere & alterius parte, idest, debere agere contra eundem hæredẽ etiam pro parte, quæ accreuit, sed non vltra vires ipsius portionis. Itaque (secundum eos) erit hæres in totum, quoad commoda, & sic, quoad actiones actiuas, sed, quoad incommoda, siue actiones passiuas, tenebitur quidem pro sua parte insolidum, & sic eodem modo, quo tenebatur antea, sed pro parte, quæ accreuit, non tenebitur, nisi, quate-
80 nus vires illius portionis patiuntur, † *Ita Bart. in d.l. cum hæreditate, ante num. 1. & ibi Castr. num. 1. & 6. in fin. Imol. num. 1. & 2. & uers. item similiter, & num. 3. uers. in glo. fin. vbi ait, se putare vtramque lecturam esse veram, & bonam; Imol. in d.l. si pupillus. 79. circa fi. ff. ad Treb. Gul. Ben. in d. ca. Raynutius in verb. & uxorem nomine Adelasiam n. 136. vers. 3.* Verùm, neq;
81 hic sensus sustineri potest, † quia cum Martianus dicat debere creditores, se abstinere, & alterius parte, vt actiones ei, qui conuenitur, dentur, non potest vllo modo intelligi de actionibus passiuis, sed tãtum de actiuis, *vt infra latiùs ostendemus*.
82 Quamobrem verius est, hoc significare Martianum, † si creditores dicant, se contentos esse portione illius, debere se abstinere, & parte alterius, idest, non debere propter hoc, quod declarant, se non acturos contra hæredem, nisi pro sua parte, prætendere partem vacantem ad se pertinere, sed illam debere relinquere, vt eius actiones dentur hæredi, & hoc modo hæres habeat vtranque partem, & pro vtraq; possit actionibus hæreditariis experiri, sed non possit conueniri, nisi pro parte, quam priùs adierat, stãte declaratione creditorum, qui professi sunt, se pro illius tantum parte acturos. Itaq; illa verba, *& alterius parte abstinere se creditores debent*. intelliguntur, quoad commoda, siue, quoad iura actiua, non, quoad passiua, quod dupliciter probatur, & primo ex illa dictione, &,
83 quæ est implicatiua † *l. Carbonianũ. 3. §. si duo, & ibi not. Bart. n. 1. ff. de Carbo. edict.* & significat creditores non solũ debere, se abstinere parte hæredis, qui adiuit, sed etiam parte alterius, qui se abstinuit: Nam illa dictio denotat, creditores eodẽ modo debere, se abstinere parte vacante, quo se abstinent parte hæredis, quoniam implicatiuæ natura est, vt implicet similia
84 † *sicut dicimus de dictione, alius, quæ est similium implicatiua. l. si fugitiui 3. & ibi glo. in verb. alia pœna, & Bald. nume. 6. C. de seru. fugit. Et in specie declarat Paris. consf. 145. nu. 26. & consf. 158. num. 18 vol. 4.* Sed abstensio creditorum, quæ fit respectu partis hæredis non potest intelligi, quoad incommoda, siue actiones passiuas, quia, cum pro ea parte possint haud dubiè hæredem conuenire, non possunt per consequentias hoc respectu dici, se abstinere, sed intelligitur, quoad commoda, siue actiones actiuas, quæ omnimodo dantur hæredi. Ergo eodem modo debet intelligi abstensio, quæ fit respectu partis alterius, qui se postea abstinuit. Secundo comprobatur
85 hoc ipsum, quia dictum à causa subsequente declaratur, † *l. cum pater. 79. §. dulcissimis ff. de leg. 2. Men. consf. 99. nume. 141.*
86 & secundum eius terminos intelligitur, † *l. ita autem. 5. in princ. & ibi Bart. ff. de admin. tuto.* Sed causa subsequens, quæ continetur illis verbis, *vt actiones ei, qui conuenitur, dentur*, pertinet ad actiones actiuas, non passiuas, *vt mox ostendam*. Ergo, & de actiuis, non etiam de passiuis intelligenda sunt verba dicti præcedentis, *& alterius parte abstinere se creditores debent*. Illa autem verba, *vt actiones ei, qui conuenitur, dentur*, ad actiuas, non etiam passiuas actiones pertinere, patet ex ipsamet loquendi formula; Nam ei dari dicuntur actiones, quæ sunt actiuæ, in eum verò, quæ passiuæ
† *l. 1. §. 1. & l. quamuis 40. in princ. ff. ad Treb. §. restituta, versic. post quod, Inst. de fideicom. hæred.* Et præterea verba illa, *qui conuenitur*, & quę demonstrationis gratia subijciuntur, essent superuacua, si Martianus de passiuis actionibus loqueretur. Magis igitur est, vt hoc sentiat, licet creditores dicant, se contentos parte hæredis, nihilominus debere se abstinere parte vacante, ita, vt illius actiones dentur hæredi, *secundum ea, quæ supra diximus*. Et hic (meo iudicio) verus est huius exceptionis sensus, † *Quomodo etiam intellexit gl. in d.l. cum hæreditate in verb. eius portione, in fin. & in verb. vt eius actiones, vers. vel dic, detur*. Alterum verò, de quo dubitatur circa prædictam exceptionem, est quid sibi velint illa verba, *quia non potest exonerari, nisi deferatur conditio*. Et veteres quidem passim, censent, ea continere rationem, cur hæres non possit dimittere partem suam, & hoc significare, † si creditores dicant, se esse contentos eius portione, non posse hæredem, qui prius adierat; suam partem omittere, *quia non potest exonerari, nisi deferatur conditio*, idest, quia non potest liberari pro sua parte, nisi delata conditione repudiet suam portionem, quæ res in proposito non interuenit, cum creditores dicendo, se esse contentos illius portione non deferant conditionem, sed illam excludant. *Ita glo. in dict. l. cum hæreditate 55. in verb. conditio, & ibi Bart. num. 5. vers. nisi, & Ang. num. 2. vers. ibi quia non potest*. Sed est veriùs continere rationem, † cur creditores debeant, & alterius parte abstinere; Nam ratio est, quia hæres, qui suam portionem adiuit, & beneficio cohæredis se postea abstinentis consequitur potestatem dimittendæ propriæ partis, vt eam cogi possit retinere, & pro ea creditoribus satisfacere, debet ab ijsdem creditoribus exonerari parte alterius, ita, vt sit certus, se pro ea non posse molestari. Hæc autem exoneratio non potest fieri, nisi deferatur ei conditio, quia creditores non possunt simpliciter, & absolutè dicere, se consentire, vt portio abstinentis portioni acquisitæ non accrescat, & sic vt hæres, qui adiuit, non nisi pro sua parte sentiat commoda, & incommoda hæreditaria, quoniam hoc repugnat rationi iuris, quæ non patitur, eundem defunctum habere pro parte hæredem, & pro parte nõ; sed debent petere, vt postea, quam hæredi defertur conditio, aut amplectendæ, aut omittendæ totius hæreditatis, compellatur totam amplecti, & ne causetur, se iustè id recusare, ob periculum æris alieni, quod pro parte abstinentis imminet, dicere, se illum pro ea parte exonerare, idest, nolle agere, nisi pro parte, quam priùs aderat; Nam stante hac declaratione poterit hæres cogi totam hæreditatem amplecti, ita, vt sit hæres insolidum, & actionibus hæreditarijs, non solum pro sua parte, sed etiam pro parte abstinentis experiatur, sed à creditoribus non, nisi pro sua parte conueniri possit. Rectè igitur, ait Martianus, creditores, si dicant, se contentos portione illius, debere, & alterius parte abstinere, vt eius actiones ei, qui conuenitur, idest, hæredi dentur, quia non potest exonerari, idest, non potest liberari à solutione æris alieni pro portione abstinentis, vt est necessarium ad hoc, vt cogi possit, nisi ei deferatur conditio totius hæreditatis amplectendæ, aut omittendæ, & ob declarationem creditorum, compellatur totam amplecti, *secundum ea, quæ supra diximus*. Hic (meo iudicio) verus est illorum verborum sensus, non, quem veteribus consentio, debere omnes creditores esse concordes in hærede exonerando, vt illum à beneficio *d.l. cum hæreditate*, excludant: † alioquin non posset cogi totam hæreditatẽ amplecti, propter periculũ æris alieni, quod deberet pro parte non consentientis subire. Vnde quæritur, si vnus ex creditoribus induxerit alios ad remittendum, & is postea remitteret ne, aut cœteri decipiantur, aut hæres sit in damno. † *Ita Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam n. 136. in fin per ext in l. cum in eo 45. & ibi glo. In verb. eadem parte, ff. de pact. l. si fundum. 35. in fin. cum l. seq ff. mand.* 87 88 89 90 91 92

Quinto cessat prædictæ *l. cum hæreditate*, beneficium, si portio deficiat post aditionem, vel immixtionem, vt euenit, cum minor in integrum restituitur: † Nam tunc accrescet cohæredi volenti, non inuito, etiam causatiuè, scilicet, quia poterit suam portionem retinere, & deficientem 93

repu-

An, & quando portio hæreditatis vacans beneficio restitutionis in integrum accrescat cohæredi volenti, vel inuito.

QVÆSTIO VII.

TErtius,& vltimus casus est, quando post vnius aditionem, vel immixtionem, alterius portio vacat, non iure communi, sed iure singulari, idest, ope restitutionis in integrum, vt, quia sit minor, qui beneficio ætatis fuerit in integrum restitutus aduersus aditionem hæreditatis, † *secundum l.au Prætor.7.§.sed, & si hæreditatem, ff.de minor.§. extraneis, inst.de hæred.qual.& diff l.necessarijs 57.uers.sed tamē ff de acq.hær.* Et tunc verius est, huiusmodi portionem accrescere quidem cohæredi, non obstante quod defecerit post aditionem, sed volenti, non inuito, † *l si minor.61.& ibi gl. in verb.non cogatur Bart.Bald.Imol.& Castr.1.num.1 ff.de acq.hær. l pen.& ibi gl.in uerb.maluisset, & Castr.num.3 ff eod. Bart.in d l re coniuncti,num 49.& 53.& ibi Ias.num.234.Rip nu. 187. Alcia.num.58.vers.unde infertur, & Io Gaud num. 67. Bart. in l.quidam elogio 20.num.2 uers.item opp.C.de iur.delib. Ang. in l si pupillus.79.num.1.et ibi Imol.vers.aduerte ff. ad Trebel. Imol in l.cum hæreditate.55.nu.3.versic.in eadem gl.et ibi Cast. num.6.ff.de acq.hæred.Imol.in l.mulieri,et Titio 73.nu.2. uers. et adde ff de cond.et dem.Castr.in l qui patris 59 nume.3.ff. de acq.hæred. Alex.in l.un num.12.et ibi Ias.nume.41.uersic item intellige, Goz.ad.num.2.uers.3.non obstat, Pie.in fin. Purp num. 105.uersic.2.C.quand.non pet.part.Gul.Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb.et uxorem nomine Adelasiam, numer. 138. Ant. Fum.de coniun.cap.16.nume.1. Papien.in form.lib.quo ag. ex subst.in uerb.breuiloce,num.21.Balduin.in §.ult.num.21.inst.de Orfic.Duar.lib.1.de iur.accr.ca.21.et lib.2.cap.1. Ant. Fab.lib. 3.coniect.cap.4.* quia alioquin † beneficium restitutionis in integrum, quod à Prætore minori indulgetur, traheretur in iniuriam,& damnum cohæredis, quippe, qui cogeretur inuitus, se pro parte vacante oneribus hæreditarijs implicare, quod fieri non debet. *Ita Imol.in d.l.si minor,nu.2.et ibi Castr. num.2 Castr.in d.l cum hæreditate, nume.6.Ias.in d.l.un nume. 41.uersic.item intellige,et ibi Goz.ad nume.2.uers. 3.non obstat, C.quand.non pet part.Crott.in d l re coniuncti num.63.et ibi Polit.num.80. Alcia.num.58.uers.unde infertur, Gul.Ben.in d.ca. Raynutius, in uerb.et uxorem nomine Adelasiam, numer.139. uers.et ratio, Cagn.in rubr.C.quand.non pet part. numer. 14.et Ant.Fab.d.lib.3.coniect cap.4.* Maximè,cum in proposito nihil ei possit imputari, cur adierit: † Non enim debuit cogitare de restitutione minoris, quæ remedium extraordinariū est, nec passim competit, sed causa cognita conceditur, *ut in proposito considerant Gul.Ben. in d.cap. Raynutius, in uerb. et uxorem nomine Adelasiam,num.142.et Alcia.in d.l.re coniuncti, num.57.uersic.cur ergo,et num 58.uersic unde infertur.* Denique cessat in hoc casu ratio, † propter quam aliàs dicimus partem vacantem inuitis hæredibus accrescere: Licet enim portio minoris post aditam hæreditatem restituti non accrescat cohæredi, non tamen dicetur defunctus habere pro parte hæredem, & pro parte non, aut decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus, quia minor non obstante restitutione manet hæres, licet nudo nomine, & sustinet pro sua portione causam testamenti *l.au Prætor.7.aliàs,l. et si sine. 8. §.sed quod Papinianus.in fi.ff.de minor. ita ratiocinatur Alcia. in d.l.re coniuncti,num.58 uers unde infertur.* Adeo autem hoc verum est, vt procedat

1
2
3
4
5

Primo, etiamsi cohæres velit suam portionem retinere: Nec enim hæc species est similis ei,quam proposuimus in casu præcedenti. *secundum l.cum hæreditate 55.ff.de acq.hæred.* quoniam ibi accrescit inuito, saltem causatiue, si nempe velit suam portionem retinere,hic verò omnimodo volenti accrescit, ita, vt neque suam portionem dimittere compellatur. † *Ita declarant Bart.in d l.re cum hæreditate,nu.2.uers. opp.quod hac,et ibi Bald.uers.4. Ang.num.2.Castr num.6.Imol. num.3.uers.in eadem gl. Castr.in d.l.si minor nume.2.et in d.l. si pupillus,nume.1.Goz.ad in d l un.numer.36 in fin.et ibi Pie in fin C.quand.non pet.part.Gul Ben.in d.cap. Raynutius, in uerb. et uxorem nomine Adelasiam,numer.141.Tametsi Donell.lib. 7.comm.cap.12.censuerit idem in specie l. si minor.statuendum* 6

quod

quod in specie l.cum hæreditate, quod eadem sit vtriusque ratio, quod à verò alienum est: Huius autem diuersitatis ratio est,
7 quia † pars hæreditatis tunc inuito accrescit, cum ea deficit ante non,cum post acquisitionem, *vt scribunt omnes, quos referemus infra n.*18. & sic,cum ius accrescendi proprium est, non,cum improprium, *secundum ea quæ diximus in 4.cap.q.4. num.*44. Non enim in hoc,sed in illo considerantur rationes, quæ necessitatem accretionis inducunt, *vt patet ex ijs,quæ diximus in hoc cap.q.4.nu 9. & seqq.& supra nu.*5. Sed quando pars deficit ob sui hæredis abstentionem, *vt in specie d l.cum hæreditate*,licet inspecto iure ciuili videatur deficere post acquisitionem,quippe,quæ suo hæredi fit ipso iure, *vt diximus in hoc cap q 4 num.*5. tamen inspecto iure Prætorio verè deficit ante acquisitionem, quia Prætor non habet suum loco hæredis, nisi se immisceat: Nec enim iure Prætorio cuiquam inuito successio acquiritur *l.3.§.inuito, ff. de bon. poss.* & ideo ius accrescendi,quod in eo casu locum habet, hoc iure inspecto proprium est, non improprium. Nihil mirum igitur, si per id pars inuito accrescat,si non præcisè,saltem causatiuè, *secundum ea, quæ diximus in quæst. præced.num* 24. At, cum deficit ex causa restitutionis in integrum, *vt in specie dict.l.si minor*, verè deficit post acquisitionem, quia in integrum restitutio non est necessaria, nisi cum hæres adiuit, aut se im-
8 miscuit,† *l.ei,qui se non miscuit 12.& d.l.necessarijs 57.versic. sed tamen,ff.de acq hær d.§.extraneis,inst.de hær.qual. & diff.* quo casu cum effectu,& irreuocabiliter etiam suis acquiritur
9 hæreditas † *l.impuberibus 11.& d.l.necessarijs 57.ff. de acq. hæred.* ideoque ius accrescendi, quod in hoc casu locum habet, non est proprium, sed improprium, *vt tradunt omnes, quos retulimus in d.4.cap.quæst.4 num.*24. Non igitur inuito,
10 sed volenti tantum debet competere. † *Ita Cuiac. ad tit C. quand.non pet.part.* Et licet nonnulli censuerint, vtroque ca-
11 su improprium esse ius accrescendi. † *vt Cagn.in d.rubr.Cod. quand.non pet part.num.*14. verius tamen est, quod supra diximus si ius Prætorium à iure ciuili,vt par est,distinguatur.
12 Et sanè † ius accrescendi,quod in specie *d.l. cum hæreditate* locum habet,nunquam dici potest extinctum, quia nuda sui hæredis existentia id non extinguit, *vt ostendimus in 7.capit. q 38.num.*168. cum, vt dictum est, suus inspecto iure Prætorio non censeatur paternam successionem acquisiuisse. Nil mirum igitur, si locum habeat cum illa qualitate, vt inuito accrescat, saltem causatiuè,*secundum ea,quæ supra diximus.* At in specie, *l. si minor*, per aditionem extranei, vel immixtionem sui re vera extinguitur ius accrescendi, *vt diximus in eodem 7.cap. q.59.num* 46. exemplo vulgaris substitutionis, quæ modis illis expirat *l.post aditam 5.C.de impub.& al sub.* Non potest igitur amplius cum illa qualitate reuiuiscere.
13 † *Ita Gozad.in d.l.vn.nu.36 in fin. C.quand.non pet.part. Gul. Ben.in d.cap. Raynutius,in verb.& vxorem nomine Adelasiam, num.139.versic.præterea,& specialiter de hoc tertio casu Castr. in l qui patris 59.num.3.ff.de acq hæred.* Nec est contrarium, quod propter restitutionem minoris pars adhuc accrescat, quia, *vt dictum est*, ius illud accrescendi non est proprium: Nam cohæres ad partem vacantem æquitate potiùs, quam
14 accrescendi iure vocatur, † *vt ostendit Polit.in d. l.re coniuncti,num.79.versic.sed ego intrepidè*, ideoque non inuitus, sed volens admitti debet.

Secundo procedit, etiamsi creditores vellent ei facere gratiam,ne teneatur vltra vires hæreditarias,*secundum ea, quæ iuxta communem seruatur in casu præcedenti,vt retulimus in quæst præced.num.*80. Adhuc enim non cogitur, aut suam
15 portionem dimittere, aut vacantem suscipere; † *Ita Gul. Ben.in d cap.Raynutius,in verb et vxorem nomine Adelasiam, num.141.in fin.*

Tertio procedit, non solum in eo, qui adiuit hæreditatem ante,quam minor esset in integrum restitutus, *in quibus terminis loquitur l.si minor*,sed etiam in eo,qui adiuit post, si id
16 fecerit ignorans minorem fuisse in integrum restitutum † *vt docet Gul.Ben.in d. cap.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam,num.*142. licet secus sit,si hoc sciuerit,*vt diximus*
17 *in hoc cap.q.5 num.*49. Et ratio est, quia, † quemadmodum nihil potest imputari ei, qui ante restitutionem adiuit, *vt diximus in q præced.num.*5. ita, nec potest ei, qui restitutionem iam concessam ignorauit.

Quarto procedit,non solum in specie *d l.si minor*,sed etiam in alijs omnibus,in quibus post acquisitionem aditio resoluitur ex dispositione legis, † *vt scribunt Crott.in d.l.re coniun-* 18
cti,num.101.& ibi Alcia.num.58.versic. sed & quoties, & rectè, tametsi plerique contrarium male censuerint. Exemplum fit in specie *§.si quis autē non implens Auth.de hæred.& Falc. coll.1.siue Auth.hoc amplius,C.de fideicomm.* Nam,si ex duobus hæredibus,qui adierunt, vnus ob spretum defuncti præceptum sua portione priuetur,ea cohæredi accrescet,sed volenti,non inuito. † *Ita Bart in d.§ si quis autem non implens* 19
*in fin.Castr.in d.l. si minor nu.2. Crott.in d.l. re coniuncti,n.101. & ibi Alcia.numer.58. versic.sed & quoties,Io:Gut.in d.l.vnic. n.39 C.quand.non pet.part. Duar.lib.2.de iur.accr c.1.Cuiac.ad tit C.quand non pet.part. & in exposit Nouell.*1. Quod procedit, etiamsi filius testatoris simul cum extraneo institutus se patris hæreditate abstinuerit,mox adita per cohæredem hæreditate suam abstensionem reuocauerit, & ad successionem fuerit admissus *ex dispositione l.vltim Cod.de rep.hæred.* Nam, si postea tamquam inobediens priuetur hæreditate, non accrescet eius portio cohæredi inuito, sed tantum volenti, † *vt* 20
rectè censuit Alcia.in dict.l.re coniuncti num 58.versic. vnde fit, contra Crott ibi nu.101.versic puto tamen, quia, † licet is adie- 21
rit hæreditatem eo tempore,quo suus iam abstinuerat se hæreditate,& hac ratione inspecta non videatur posse filij portionem recusare, *ex ijs,quæ diximus in hoc cap qu 5. num.*40. non est tamen in proposito habenda primæ abstensionis ratio, quippe,quæ reuocata, & per consequentias extincta fuit, sed tantum habenda est ratio priuationis, quæ, cum sit post illius aditionem secuta,non potest in eius iniuriam,& præiudicium trahi. Denique procedit in omnibus casibus in quibus portio deficit post acquisitionem; Nam, si in ea locum habeat ius accrescendi, volenti, non inuito accrescet portio.
† *Ita Io: Gut.in dict.l.vnic.numer.39. Cod. quand. non pet. part.* 22
quia, † *vt supra dictum est*, cessat in ijs casibus ratio, pro- 23
pter quam dicimus, partem vacantem inuitis hæredibus accrescere, scilicet, quia, cum semel fuerit in totum acquisita hæreditas, sufficit hoc,vt iuri satisfactum censeatur, nec videatur testator pro parte habere hæredem, seu repræsentari, & pro parte non,aut pro parte testatus, & pro parte intestatus, decessisse. *Ita in his terminis ratiocinatur Alcia.in dict. l.re coniuncti,numer.58.versic. sed, & quoties, & nos etiam diximus in q præced.num.39.*

Planè interdum cessat prædictę *l.si minor*, dispositio: Primū enim si minor fuerit inductus dolo cohæredis ad adeundam hæreditatem, & postea restituatur in integrum, eius portio inuito cohæredi accrescet, † *vt scribunt Ias.in d l.vn.* 24
num.41.versic item intellige,& ibi Purp.num.105.versic.sublimitat,C.quand.non pet.part. Rip.in dict.l.re coniuncti,num.187. versic.quod intelligas,& ibi Io:Guter.numer.39. per ea,quæ not. Bart & alij in l.quis res 98. in princ.versic. huic applicatur,ff de solut. Quod intelligas † si talis accretio sit cohæredi odiosa, 25
vt,quia hæreditas non sit soluendo,secus verò, si fauorabilis,vt quia lucrum contineat: Nam tunc prædicta limitatio non haberet locum, *vt rectè docuit Purp.in d.l.unic.num.105. versic.sublimitat,C.quand.non pet part.*

Secūdo,si minor ex asse hæres institutus, & grauatus partem hæreditatis fideicommissario restituere post totius hæreditatis aditionem,& partis restitutionem factam fideicommissario,in integrum aduersus aditionem restituatur, cogetur fideicommissarius, aut totam hæreditatem suscipere, aut à tota recedere, † *secundum ea quæ diximus in q. præced.n.*44. 26
Itaque pars vacans accrescet ei inuito saltem causatiuè,si velit suam portionem retinere,*secundum dispositionem d. l. cum hæreditate,55. ff.de acq.hæred.* quia,quod dicitur, partem ex causa restitutionis in integrum vacantem accrescere volenti,non inuito,procedit, † in cohærede, qui succedit ex pro- 27
pria aditione,non verò in fideicommissario, qui loco hæredis habetur ex aditione, & restitutione alterius. *Ita Bart.in d.l.cum hæred.tate,num.2.versic.opp.ad hanc, & ibi Imol.nu.3. versic.in eadem gl Bart.in d. l. si pupillus 79 versic. extra gl. & ibi Aug n.1 Castr.nu.1.& versic.vltimo,Imol.versic.aduerte,& in fin ff.ad Treb.Castr.in d.l. si minor nu.2. versic. item adhuc, Gul.Ben.in d cap.Raynutius in verb.et vxorem nomine Adelasiam,n.142,versic* 2. Videtur autem hæc sententia probari *l. si pupillus 79 ff. ad Treb.*vbi Scæuola, † *Si pupillus parenti suo* 28
hæres extitit,inquit,*& fideicommissariam hæreditatis partē restituit*,

stituit, mox abstinet paterna hæreditate, optio deferenda est fideicommissario, vt, aut portionem quoque pupilli agnoscat, aut à toto discedat. aut omnimodo bona vendenda sunt, vt id, quod superfluum est, pupillo seruetur, & si insolidum venire non possunt, omnimodo actiones fideicommissario deneganda erunt; Erat enim in potestate illius vniuersum suscipere, & si quid plus erit, pupillo seruare. Verum, vt liberè dicam, quod sentio, puto limitationem hanc non esse veram, † quia *l. si pupillus*, non pertinet ad speciem, de qua nos loquimur, cum scilicet minor in integrum restituitur, & sic portio vacat iure singulari, & extraordinario, sed pertinet † ad eam, de qua locuti sumus *in q. præcedenti*, cum scilicet suus hæres se abstinuit, & sic vacat iure communi, inter quas species, quanta sit, cum iuris, tum rationis diuersitas, facilè est ex ijs, quæ supra diximus, intelligere. Quamobrem in casu restitutionis in integrum non puto procedere dispositionem *d. l. si pupillus.* Nec est contrariū, quod in ea † videatur tractari de restitutione in integrum, non de simplici abstentione, quod patere videtur ex eo, quia citra beneficium restitutionis in integrum ita demum se possunt sui abstinere, si se non immiscuerint † *§. in extraneis inst. de hered. qual. & diff.* Cum igitur in specie *d. l. si pupillus* se filius immiscuerit, vt constat ex eo, quod hæreditatis partem fideicommissario restituit, quæ res sine immixtione fieri nequit *l. recusare. 6. §. 1. uers. sed, & ad filium ff. ad Trebat.* Consequens videtur, vt non potuerit esse locus abstensioni, sed tantum restitutioni in integrum, quia verius est, imo tractari de abstensione simplici, non obstante, quod filius ibi se immiscuerit hæreditati: Nam in hac re magna est inter impuberes, & puberes differentia, scilicet, quia † impuberibus competit beneficium abstinendi, siue se immiscuerint, siue non, puberibus verò ita demum, si se non immiscuerint *d. l. impuberibus. 11 & d. l. necessarijs. 57 in princ. ff. de acq hared.* Itaque impuberibus etiam se immiscentibus non est necessarium in integrum restitutionis beneficium, sed possunt authore tutore se abstinere perinde, ac, si se non immiscuissent. Qua ratione tam frequenter legimus, pupillos post immixtionem à tutoribus abstentos, *vt in l. ex contractu, 44. ff. de re iudic. & alibi passim.* At verò puberes, si se non immisceant, abstinere citra beneficium restitutionis possunt, si verò se immisceant, non possunt, nisi beneficio restitutionis in integrum, quod illis ratione ætatis vsque ad vigesimumquintum annum indultum est *d. l. necessarijs.* Et ita disputando verum profiteor, tametsi consulendo, & iudicando non putem à superiore limitatione, quæ communis est, recedendum. Qua retenta dicendum est, eam recipere easdem declarationes, & limitationes, quas retulimus *in q. praced.* ac potissimum eam, quæ vult inuitum cogi partem retinere, si creditores dicant, se contentos portione iam restituta, nec pro alia se molestiam fideicōmissario illaturos. † *Ita Cast. in d. l. si pupillus, num. 1.* Et hæc de hæreditatibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius non decrescendi locum habet etiam inuitis legatarijs, aut fideicommissarijs, & cur. num. 2. & 3. Fallit, vt nume. 14. Declara, vt num. 15.*

4 *Coniuncti re tantum retinent etiam inuiti partem legati aut fideicommissi vacantem ante acquisitionem per ius non decrescendi.*

5 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. & num. 13.*

6 *Coniunctis re tantum seu disiunctis legatarijs, aut fideicommissarijs, etiam inuitis portio vacans defertur per ius non decrescendi.*

7 *Coniuncti re, & verbis etiam inuiti consequuntur partem legati, aut fideicommissi vacantem ante acquisitionem, Sed disputando contrarium sustinetur num. 10.*

8 *Coniuncti re, & uerbis etiam inuiti consequuntur partem legati, aut fideicommissi vacantem, & cur. nu. 9. Sed contra, num. 10.*

11 *Coniunctis legatarijs, & fideicommissarijs non, nisi volentibus pars accrescit, Declara vt num. 12.*

16 *Ius accrescendi non competit legatarijs, aut fideicommissarijs, nisi volentibus & cur, num. 18.*

17 *Ius accrescendi singulare offertur, non infertur.*

19 *Legatarius ex duobus legatis potest vnum agnoscere alterum verò respuere.*

20 *Hæreditas differt à legatis, & fideicommissis, quia pars accrescit hæredibus etiam inuitis, legatarijs verò, vel fideicommissarijs non, nisi volentibus. & cur. num. 21. & seqq.*

22 *Legatarius non representat personam defuncti.*

23 *Legatum non est iuris successio.*

26 *Fauori suo quilibet renuntiare potest.*

27 *Fauori alieno nemo potest renuntiare.*

28 *Testatoris interest habere hæredem a quo defendatur.*

29 *Creditorum interest habere, contra quem suis actionibus experiantur.*

31 *Coniunctis verbis tantum legatarijs, aut fideicommissarijs non, nisi volentibus pars accrescit, & cur. num 32.*

33 *Coniunctis re tantum legatarijs, aut fideicommissarijs non, nisi volentibus pars accrescit, si deficiat post acquisitionem, & cur. num. 34.*

35 *Coniunctis re, & verbis legatarijs aut fideicommissarijs non, nisi volentibus pars accrescit, si deficiat post acquisitionem.*

36 *Vsusfructus pars non inuito, sed volenti accrescit.*

37 *Fideicommissi vniuersalis pars non inuito, sed volenti accrescit.*

38 *Fideicommissario, qui coegit hæredem adire, & restituere, pars etiam inuito accrescit, & nu seqq.*

An in legatis, & fideicommissis portio vacans accrescat volenti, an verò inuito.

QVÆSTIO VIII.

Secundum caput principale pertinet ad illud ius accrescendi, quod habet locum in legatis, & fideicommissis, de quo pariter videndum est, an id volentibus tantum vocatis, an verò eis etiam inuitis locum habeat. Constat autem in hac re duos esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando tractatur de iure non decrescendi, Et tunc receptum est, id etiam inuitis legatarijs, & fideicommissarijs habere locum. † *Ita enim scripserunt glo. in l. si mihi, & tibi, 12 in princ. in verb. non posse, & ibi Bald. vers. in ea glo. videtur sic, Imol in fi. Castr num 4. in fi. Ias. nu. 24 ff. de leg. primo, Bart. in d. l. re coniuncti, num. 51. & ibi Ias numer. 8. Rip. nume. 7. Crott. num. 94 vers prima, Polit. num. 79. uers. prima, licet subijciat, contrarium facilè disputando teneri posse, quod & uerum est, Alcia. n. 58 Io. Gaud. num. 73 Gomez. tom. 1 varia resol. ca. 10. num. 42. vers. si verò, Mantic. de coniect. vlt. voldib 10. tit. 3. num. 19. Crass. in §. ius accrescendi, qu. 29 num 3. Et est de mente omnium quos referemus infra nu. 3 & 6* Quamobrem dicimus, in legatis, & fideicommissis iuri non decrescendi non posse renuntiari, *vt referemus in 10 cap. q. 37. num. 3.* Et ratio est, quia, † quoties vnum est legatum, aut fideicommissum, 2 non potest id legatarius, aut fideicommissarius scindere, idest pro parte acquirere, & pro parte repudiare *l. legatarius 38. in princ ff. de leg. primo, l. neminem 4. ff. de leg. 2 & nos latè dicemus in 9. cap. q 23. num. 18. & seqq.* Sed, quando tractatur de iure non decrescendi, respectu vniuscuiusque legatarij, aut fideicommissarij, legatum, vel fideicommissum vnum est, & quidem totius rei, scilicet, quia testator solidum singulis assignat *l. vnic. §. vbi autem legatarij uersic sin vero non omnes C de cad. toll.* Non poterit igitur legatarius, aut fideicommissarius, qui coniuncto non concurrente totum retinere potest, ius non decrescendi repudiando scindere relictum, & sic pro parte id acceptare, pro parte verò respuere. † *Ita Bart. in d. l. re coniuncti, num. 51. & ibi Ias. nu. 8. Polit. num. 79. uers prima, Crott. nu. 94 uersic. prima Alcia num. 58. Io. Gaud. nume. 73. Imol in d. l. si mihi & tibi. 12 in fi prin. & ibi Castr. numer. 4. in fi. Ias. numer. 24. ff. de leg. primo, Ant. Fum. de coni. cap. 17. num. 2. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. nu. 19. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 1. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. ad l. vn. §. hit ita definitis C. de cad. toll. & ad l. si duobus. 16. ff. de leg. primo, Donell. lib. 8. comm. cap. 21.* 3

Hinc infertur primo, si legatarij, aut fideicommissarij sint coniuncti re tantum, & portio deficiat ante acquisitionem, quia tunc locum habet ius non decrescendi, *vt ostendimus in 5 cap. q 37. num. 4. & 5.* partem vacantem etiam ad inuitum collegatarium, aut confideicommissarium pertinere, † vt 4 probat *l. vn. §. vbi autem legatarij, uersic sin uero non omnes,* inui-

iuncto princ. Cod. de cad. toll. nam, cum Iustinianus loquens de
5 coniunctis † dixisset *in princ.* partem vacantem eis tantū volentibus accrescere, postea loquens de disiunctis, siue, quod idem est, de re tantum coniunctis *in d. versic sin uerò non omnes*, non dixit, eos consequi partem deficientis, si eam habere maluerint, sed simpliciter, eos, retinere totum suum legatum integrum, nec alicuius concursu diminutum. Ex hac igitur loquendi diuersitate intelligimus, aliud in disiunctis esse iuris, quia, si etiam ijs volentibus portio deferretur, quemadmodum hoc expressit in coniunctis, ita etiam in disiunctis expressisset, *d. l. un. §. sin autem ad deficientis C. eod.* Et ita censuerunt, qui simpliciter scripserunt, partem legati, vel fideicommissi vacantem ad re tantum coniunctum, seu disiun-
6 ctum etiam inuitum pertinere † *vt glo. in d. l. si mihi, & tibi. 12. in prin. in uerb. non posse, & ibi Castr num. 4. Ias. numer. 24. ff. de leg primo, Ias. in d. l. re coniuncti, num. 8. & ibi Alcia. nu. 1. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 17. num. 2. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 42. uers. si verò, Mantic. de coniect. ult. uol. d. lib. 10. tit. 3. num. 19. Crass. in d. §. iur. accrescendi q. 29. nu. 3. Duar. lib. 2. de iur. accrescendi cap. 1. Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21. Cuiac. in d. l. un. §. his ita definitis, & §. ubi autem legatarij C. de cad. tol. & in d. l. si duobus. 16. qu. 6. ff. de leg. 1.*

Secundo infertur, si legatarij, aut fideicommissarij sint coniuncti re, & verbis, & portio deficiat ante acquisitionem, eam similiter ad collegatarium, aut confideicommissarium
7 etiam inuitum pertinere. † Ita enim videntur accipiendi, qui simpliciter dixerunt, ad re, & verbis coniunctos, etiam inuitos partem legati, aut fideicommissi vacantem pertinere,
8 † *vt Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 17 numer. 2. & Crass. in d. §.*
9 *Ius accrescendi q. 29 nume 3.* Et ratio est, quia, † cum & ipsi solidum habeant initio, *vt ostendimus in 5 cap. quaest. 32. num. 9.* non debet per consequentias inter eos habere locum ius accrescendi, sed ius non decrescendi, *vt ex eorum sententia retulimus in eodem 5. cap. qu. 39. nu. 3.* Et ita iudicando, & consulendo probandum est, propterea, quod hæc est receptissima veterum omnium sententia. Sed disputando, & profitendo nos semper contrariam opinionem, vti veriorem amplexi sumus, existimantes re, & verbis coniunctis partem legati, aut fideicommissi vacantem non inuitis, sed tantum volenti-
10 bus accrescere, † Quod & *Papien. in form. lib. quo, agit ex subst. in verb. breuiloce, num. 35. & Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 58. vers. sed, quid si quis, Don. d. libr. 8. comm. cap. 21. Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, Cod. de cad. toll. & in d. l. si duobus. 16. quaest. 6. ff. de leg primo, & alij* omnes recentiores tradiderunt, & est de mente eorundem simpliciter dicentium, legatarijs, & fideicommissarijs coniunctis, non nisi volentibus partem ac-
11 crescere, † *vt Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, et §. vbi autem legatarijs C. de cad. toll. & Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21.* Non
12 enim sentiunt, † de verbis tantum coniunctis, vtpote, inter quos arbitrantur, non esse ius accrescendi, *vt demonstrauimus in 5. cap. q. 38. nu. 26.* sed sentiunt de re, & verbis coniunctis: Et rectè: Nam hoc apertè probat *d. l. vn. §. vbi autem lega-*
13 *tarij, C. de cad toll.* scilicet, quia, dum Iustinianus ait, † partem vacantem non, nisi volentibus coniunctis accrescere, non de verbis tantum coniunctis loquitur, *vt perperam veteres arbitrati sunt*; Nec enim inter eos locus est iuri accrescendi in legatis, & fideicommissis secundum veriorem recentiorum sententiam, quam etiam nos profitendo secuti sumus *in eodem 5. cap. q. 38. num. 26.* sed loquitur de coniunctis re, & verbis, vtpote, qui propria, & simplici coniunctorum appellatione denotantur, *vt ostendimus in eodem 5. cap. q. 28. n. 8.* Nec est contrarium, quod & ipsi solidum habeant initio, veniantq; proinde per ius non decrescendi, quia (secundum eandem opinionem, quam profitendo secuti sumus) verius est, imo venire per ius accrescendi, *vt latè demonstrauimus in eodem 5. cap. q. 39. nu. 8.* Solidum enim non habent, vt singuli, nec prima facie, siue ex manifestis verbis testatoris, vt habere debent, qui veniunt per ius non decrescendi *d. l. vn. §. vbi autem legatarij, vers. sin verò non omnes, C. de cad. toll.* sed habent, vt coniuncti, & quadam potiùs interpretatione, quam propria vi verborum, *vt ibidem latè ostendimus num. 16.* Et ita disputando profitemur contra receptam antiquorum opinionem, à qua tamen non est in iudicijs recedendum.

Itaque retenta veterum sententia, quæ nullum in hac re constituit discrimen inter re tantum, & re, & verbis coniunctos, sed, vt ad illos, ita, & ad hos etiam inuitos vult partem deficientis per ius non decrescendi pertinere, declaratur non procedere in eo, qui potest eandem rem habere, vel iure hæreditario, idest, iure transmissionis, vel iure non decrescendi, vt euenit cum duobos re tantum, aut (secundum communem) re, & verbis coniunctis; alter alteri collegatario post diem legati cedentem hæres extitit: nam in eius persona ius non decrescendi non est necessarium, quia potest eligere, vtrum velit habere partē defuncti iure hæreditario, an verò iure proprio † *l. si mihi, & tibi 12. in princ. de leg. primo.* Sed hæc 14
non est propriè exceptio, † quia in huiusmodi specie legata- 15
rius non respuit partem in se transmissam, nec repudiando operatur, vt ea maneat in hæreditate, prout euenit, cum legatario volenti pars accrescit, & ea ratione repudiatur, sed eam consequitur, licet alio iure, idest iure legati relicti defuncto, non iure non decrescendi, quippe, cui locus esse nequit, si coniunctus, vel per se, vel per alium ad suam partem admittatur, *vt ostendimus in 7. capitul. quaestion. 36. numer. 6.*

Secundus verò casus est, quando tractatur de iure accrescendi, Et tunc certi iuris est, id volentibus tantum legatarijs, aut fideicommissarijs procedere † *d. l. vn. §. ubi autem legata-* 16
rij, & ibi Bald. in princ. & nu. 8. C. de cad. toll. Et scribunt glo. in l si duobus. 38. in verb si duobus ff. de mil. test. glo. in d. l si mihi, & tibi 12. in princ. in verb. non posse, & ibi Bald. vers. in ea glo. videtur sic, Imol. in fi. Castr. num. 4. in fi. Alex. num 5. Ias. num. 24. & 25. ff. de leg primo. Azo. in summ. C. de cad. toll. num. 18. Bart. in d. l. re coniuncti, nu. 52. & ibi Ias. nu. 8. Crott. nu. 2. & 94. uers. 2. Polit. nu. 79. vers. 2. Rip. num. 7. & 227. Alcia. num. 58. vers. sanè in legatis, Io. Gaud. num. 73. Bart. in d. l. vn. §. his ita definitis, numer. 3. & ibi Bald. nu. 5. Castr. nu. 4. C. de cad. toll. Ang. de Gambell. de test. gl. 42. num. 3. vers. 2. Alex. in d. l. vn. n. 12. & ibi Ias. num. 12. vers. alia est ratio, Goz. ad num. 2. uers. 2. non obstat, Seb. Sap. num. 11. Purp. num. 105. versic. 3. C. quand. non pet part. Ias. in l si duobus. 16. § heres nume. 11 ff. de leg primo Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. nume. 42. uers. si vero, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. nu. 19. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 29. nume. 3. Balduin. in §. vltimo num. 21. inst. de Orficia Mynsin § si eadem num. 12 inst. de legat. Duar. lib. 2. de iur. acc. cap. 1. Anto. Gonea. de iur. accr. numer. 16. Cuiac. in d l. si duobus 16 ff. de leg primo.

Quamobrem dicimus in legatis, & fideicommissis iuri accrescendi renuntiari posse, *vt referemus in 14. cap. q. 27. num. 3.* & ius accrescendi, singulare offerri, non inferri, † *uti videre est* 17
apud Bald. in l. si qua mulier. 4. num. 2. C. ad Tertul. Purp. in d. l. vn. num. 105. vers. 4. C. quand. non pet part. Et ratio est, quia,
† licet legatarius non possit vnum, atque idem legatum pro 18
parte acceptare, pro parte verò repudiare, *vt supra dictum est*, ex duobus tamen legatis sine dubio potest vnum agnoscere, alterum vero respuere † *l. sed duobus. 5. in pri. ff. de leg. 2. l. si Ti-* 19
tio. 10. ff. de vsufr. leg. Sed quando tractatur de iure accrescendi, licet verba testatoris videantur vnum legatum continere, verè tamen respectu singulorum duo sunt, aut plura legata, quod patet ex eo quia coniunctus, qui per ius accrescendi vocatur ad partem coniuncti deficientis, dicitur ad eam vocari, tamquam ad alienam, & alteri legatam, *vti videre est apud eos, quos referemus in hoc cap. q. 14. num. 6.* Poterit igitur legatarius partem suam, & sic vnum legatum agnoscere, partem verò coniuncti, & sic alterum legatum repudiare. *Ita Castr. in d. l. si mihi, & tibi 12. in princ. num. 4. in fi. & ibi Ias. num. 24. ff. de leg. primo Crott. in d. l. re coniuncti n. 94. uers. 2. & ibi Alcia. num. 58. uers. sanè in legatis, Duar. d. lib. 2 de iur. accr. cap. 1 Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis Cod. de cad. toll. Et est de mente Goz. ad in d. l. vn. num. 2. uers. non obstat C. quand. non pet. part.* In quo quidem differunt legata, & fideicommissa ab hæreditatibus, † vtpote, in quibus portio vacans etiam inui- 20
tis hæredibus accrescit, *vt diximus in hoc cap. q. 4. nume. 8. ita scribunt gl. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, in uerb. uolentibus, & ibi Cin. ante num. 1. Bald. num. 8. C. de cad. toll. Azo. in summ. C. eod. num. 18. Cin. in d. l. vn. §. his ita definitis, nume. 1. & ibi Bart. nume. 3. Bald. num. 5 Castr. num. 4. C. eod. Imol. in d l. si mihi, & tibi 12. in fi. prin. & ibi Castr. num. 4. in fi. Alex. num. 5. Ias. num. 25. Soc. Sen. num. 4. ff. de leg primo Alex. in d. l. vn num. 12. & ibi Ias. num. 12. uers. alia est ratio Goz. ad. num. 2. uers. 2. non obstat, Seb. Sap. num. 11. C. quand. non pet part. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 8. & ibi Crott. num. 2. Rip. num. 183. Ias. in d. l. si duobus. 16.*

§.*hæret numer.*11.*ff. de leg. primo Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam, num.*133.*Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. nu.*14 *Balduin in d. §. ult. num.*21.*inst. de Orfic. Mynf. in d. §. si eadem, nu.*12.*inst. de legat. Mantic. de con. ult. vol. d. lib.*10.*tit.*3.*numer.*19.*Duar. lib.*1.*de iur. accr. capit.*3.*Ant. Gouea. de iur. accr. nu.*16.*Cuiac. in d. l. si duobus.*16.*ff. de leg. primo Donell. d. lib.*8.*comm. cap.*21. Cuius diuersitatis duplex solet à nostris afferri ratio,† vna, quia in legatis, & fideicommissis cessat absurditas, quæ in hæreditatibus necessitatem accretionis introduxit, siue consideremus illam, quæ ducitur à repræsentatione defuncti, *de qua locuti sumus in hoc c. q.*4.*n.*16.*& seqq.* siue illam, quæ ducitur à regula *l. ius nostrũ* 7.*ff. de reg. iur.* Nam, licet defunctus ab hærede repræsentetur, non tamen repræsentatur à legatario, vel fideicommissario, quia non, vt hæreditatis, ita, & legati, ac fideicommissi nomen iuris est † *l. quædam.*9.*§. nihil interest uers. is autem ff. de eden. §. legatarij inst. de testam. ordin* ideoque, licet absurdum sit, eiusdem hæreditatis partem amplecti, partem verò repudiare, quia hoc modo defunctus repræsentaretur pro parte, & pro parte non, *vt diximus in eadem q.*4.*num.*10.*& *16.*ac seqq.* non tamen absurdum est, eiusdem rei legatæ partem agnoscere, partem verò respuere, nisi voluntas testatoris refragetur, vt in re tantum coniunctis, quia ex hoc non sequitur, defunctum pro parte repræsentari, cum pars maneat apud hæredem, qui insolidum defunctum repræsentat. † *Ita Cuiac. in d. l. si duobus.*16.*ff. de leg. primo.* Et simili modo, licet absurdum sit, eiusdem hæreditatis testamentariæ partem agnoscere, partem verò respuere, quia hoc modo decederet testator pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod iuris nostri ratio non patitur *d. l. ius nostr. nos, & latè diximus in eadem qu.*4.*nu.*27.*& seqq.* non tamen absurdum est agnoscere partem eiusdem rei legatæ, partem verò repudiare, quia ex hoc non sequitur, testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, cum illa portio maneat apud hæredem, à quo testamenti causa sustinetur, † *vt diximus in* 3.*cap. qu.*1.*num.*6 *ita declarant in his terminis gl. in l. si duobus.*38.*in uerb. si duobus ff. de mil. test. Cin.* (*licet sub dubio*) *in d. l. vn. §. his ita definitis nu.*1.*uers. ratio diuersitatis, & ibi Bart. num.*3.*C. de cad. toll. Bald. in d. l. vn. §. ubi autem legatarij C. eo. Imol. in d. l. si mihi, & tibi.*12.*in si prin. & ibi Cast. n.*4.*in fi. Alex. nu.*5.*Ias. num.*25 *Soc. Sen. num.*4.*ff. de leg. primo Ias. in d. l. re coniuncti, nume.*7.*& ibi Crott. num.*2.*Balduin. in d. §. ult. num.*21 *inst. de Orfic. Duar. lib.*1.*de iur. accr. cap.*3.*Anto. Gouea. de iur. acc. nume.*16. *Et rectè quicquid scripserit Alex. in d. l. vn. num.*12 *uers. sed certè. Cod. quand. non pet. part. ut nos ostendimus in eadem quæst.*4.*nu.*27.*& seqq.* Altera verò ratio est, quia vnusquisque fauori suo renuntiare potest † *l. pen. C. de pact.* alieno verò non potest, † *l. filiusfam.*117.*§. Diui.*2.*ff. de leg. primo.* Sed ius accrescendi, quod habet locum in legatis, & fideicommissis respicit merũ fauorem legatariorum, & fideicommissariorum *l. si hæreditatem* 32.*ff. mand.* Nil mirum igitur, si possit ei renuntiari. At id, quod habet locum in hæreditatibus, non solum hæredum fauorem respicit, sed etiam fauorem testatoris, & creditorum testatoris, quippe cuius interest habere hæredem, à quo defendatur, † *§.*1 *inst. quibus ex caus. man. non lic. §.*1 *inst. de leg. Falc. l. si pupillus paterna.*42.*uersic. impugnas ff. de acq. hæred.* creditorum vero quorum interest habere, contra quem possint suis actionibus experiri † *l. paterfa.*12.*uers. & cum creditores ff. de prin. cred. ultra est l. paterf.*28 *ff. de bon. auth. iud. poss.* Nil mirum igitur, si ab hærede non possit ei renuntiari. † *Ita gl. in d. l. vn. § ubi autem legatarij, in uerb. uolentibus & ibi Bald. num.*8.*C. de cad. toll. Cin. in d. l. vn. §. his ita definitis, num.*1.*uers. et ideo C. eod. Foz. ad in d. l. un. num.*2.*uers.*2.*non obstat, C. quand. non pet. part. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in uerb. et uxorem nomine Adelasiam n.*133. *Et simpliciter de hæreditate loquens, Bald. in d. l. un. §. his ita definitis, nu.*4.*C. de cad. toll. in d. l. un. nu.*14.*uers. cum etiam C. quand. non pet. part. et in l.*1.*num.*2.*C. de indict. uid. toll.*

Hinc infertur primo, si legatarij, vel fideicommissarij sint coniuncti verbis tantum, portionem eis non, nisi volentibus accrescere, † *ut scribunt Ias. in d. l. si mihi, et tibi.*12.*in prin. n.*24.*ff. de leg. primo Alcia. in d. l. re coniuncti nu.*1.*et* 5.*et ibi Crott. n.*94.*uers.*2.*Papien. in for. lib. quo ag. ex subst. in uerb. breuiloc. nu.*35.*Anto. Fum. de coniunct. cap.*17.*numer.*1.*Mantic. de coniect. ult. uol. lib.*10.*tit.*3.*nu.*19.*Crass. in d. §. ius accrescendi q.*29.*num.*3.*Mynf. in d. § si eadem, nu.*12.*inst. de legat. Et sensisse uidentur ueteres, dum simpliciter scripserunt, coniunctis legatarijs, et fideicommissarijs uolentibus, non inuitis partem accrescere, ut gl. in d. l. si mihi et tibi* 12.*in prin. in uerb. non posse, et ibi Castr. num.*4.*ff. de leg. primo Bart. in d. l. un. § ubi autem legatarij num.*2.*C. de cad. toll. Ias. in d. l. re coniuncti, nume.*8. scilicet quia † in ijs, 32
non ius non decrescendi, sed ius tantum accrescendi considerari potest, *ut ex ueterum sententia demonstrauimus in* 5.*cap. q.*38.*num.*1. Hoc autem dicimus retenta veterum sententia quæ vult, inter verbis tantum coniunctos etiam in legatis, & fideicommissis locum habere ius accrescendi, quam esse communem, & ita in foro receptam, vt ab ea temerarium sit consulendo, & iudicando recedere, ostendimus *ibidem num* 8.*& seqq* nam posita contraria opinione, quæ negat, inter eos habere locum ius accrescendi, & quam nos cum recentioribus disputando, & profitendo semper veriorem arbitrati sumus, *ut ostendimus ibi num.*26.*& seqq.* non esset quærendum, an pars accresceret inuitis, an verò volentibus, quia, quod non accrescit, nec volentibus, nec inuitis dici potest accrescere, cũ non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui* 41.*ff. si cer. pet.*

Secundo infertur, si legatarij, aut fideicommissarij sint coniuncti re tantum, & portio deficiat post acquisitionem, in iis casibus, in quibus etiam post emolumentum acquisitum ius accrescendi locum habere potest, *quos retulimus in* 7.*cap. q.*59.*nu.*28.*et seqq.* partem vacantem, non inuitis, sed volentibus tantum coniunctis accrescere, † *ut scribit Papien. in* 33
*form. lib. quo ag. ex subst. in uerb. breuiloc. num.*35. Et hoc ideo, quia † post emolumentum acquisitum etiam inter re tan- 34
tum coniunctos, non ius non decrescendi, sed ius tantum accrescendi locum habere potest, *ut ex eorum ueterum sententia diximus in eodem* 5.*cap. q.*37.*n.*12.*et* 17. Sed, & hoc dicitur retenta communi veterum sententia, à qua nefas est in forensibus controuersiis recedere. Cæterum, si contrariam sententiam amplectamur, quam nos disputando veriorem sumus professi, scilicet etiam post emolumentum acquisitum locum in prædictis causis habere ius non decrescendi inter re tantum coniunctos, *ut ostendimus in eadem q.*37.*nu.*15.*et* 19. magis est vt secundum superiorem definitionem debeat id habere locum, etiam inuitis legatarijs, & fideicommissarijs. Quod & alij plerique animaduerterunt.

Tertio infertur, si legatarij, vel fideicommissarij sint coniuncti re, & verbis, & portio similiter deficiat post acquisitionem, in quibus etiam post emolumentum acquisitum ius accrescendi locum habere potest, *secundum ea, quæ diximus in eodem* 7.*cap. q.*59.*num.*28.*& seqq.* partem vacantem non inuitis, sed volentibus tantum coniunctis accrescere, † quo- 35
niam, & in hac specie non iuri non decrescendi, sed iuri accrescendi locus esse solet, *ut ex eorundem veterum sententia diximus in eodem* 5.*cap. q.*39.*numer.*23.*&* 25. Et hoc posito, etiam, quod inter re, & verbis coniunctos ante acquisitionẽ locum habeat ius non decrescendi, vt nostris communiter visum est; Nam, si probaremus eam sententiam, quam nos disputando veriorem esse diximus, scilicet, inter re, & verbis coniunctos ante acquisitionem, non ius non decrescendi habere locum, sed ius accrescendi, *vt ostendimus in eadem q.*39.*num* 8.*& seqq.* nulla esset ratio, propter quam quis dubitare possit, an post acquisitionem sit ius non decrescendi. Cæterùm posita communi, quæ vult ante acquisitionem non minus inter re, & verbis coniunctos, quam inter coniunctos re tantum esse ius non decrescendi, non video, quam ob rem non possit id etiam post acquisitionem habere locum, *vt patet ex ijs quæ diximus in eadem quæst.*39.*num.*14.*&* 26. & per consequentias portio etiam inuitis applicetur, secundum, ea, quæ de re tantum coniunctis diximus. Sed hæc disputando dicuntur: Nam consulendo, & iudicando non est à communi recedendum, sed probandum, in supradictis casibus, partem non nisi volentibus legatarijs, aut fideicommissarijs accrescere, quod adeo verum est, vt procedat

Primo, siue tractetur de proprietate, siue de vsufructu: nam, & huius portio volenti, non inuito accrescit † *secundum* 36
*Paris. consil.*37.*num.*10.*uol.*3.

Secundo procedit, non solum in legatis, & fideicommissis particularibus, sed etiam in vniuersalibus, † *vt scribunt Bald.* 37
in d. l. vn. §. his ita definitis, num. 5. *Cod. de cad. toll. Imol. in l.*1.

ff. § ex

§.si ex fundo,num.63.uers.et ibi etiam ff.de hæred. inst. Tametsi contrarium, et malè censuerint Ang de Gamb. de testam. glo. 42.n.3.uers.et ius accrescendi,ubi declarat accrescere etiam inuito fideicommissario,uniuersalis,si pars deficiat iure communi, secus,si iure speciali,in uers.quod intelligas, quoniam etiam in ijs cessat absurditas *l.ius nostrum, ut ostendimus in 5.c.q.41.n.7.*

Planè,si fideicommissarius vniuersalis cogat hæredē adire,& restituere,pars alterius cohæredis deficientis ei,etiam in-
38 uito accrescet † *ut diximus in 6.cap.q.21.num.35.et cap.7. qu. 69.n.3.* ne alioquin hæres, qui coactus adijt, sentiat aliquod incommodum ex aditione,*contra l.quia poterat.4.ff. ad Treb.* Quod,& multo magis dicendum est,si fideicommissarius repudiet,quo casu etiam ex voluntate testatoris pars fideicommissariæ hæreditatis deberet ad coniunctum per ius accre-
39 scendi pertinere; † Et ita intelligo eos, qui simpliciter scribunt,partem inuito fideicommissario accrescere, si is cogat
40 hæredem adire & restituere, † *ut Imol.in d.l.1.§.si ex fundo nu. 63.uers.et ibi etiam ff. de hæred.instit.et alios, quos retuli in eodem 6.cap.q.21.n.35.*Et hæc de legatis & fideicommissis.

S V M M A R I V M.

1 *Indiuidua res, si in contractum deducatur fauore duorum, aut plurium, quilibet etiam inuitus solidum habere cogitur socijs deficientibus et cur. num 2.*
3 *Ius non decrescendi locum habet in contractibus etiam inuito socio et cur. num.4.*
5 *Ius accrescendi, quoties habet locum in contractibus, procedit uolente, non inuito socio, Fallit si intersit alterius partis, num.11.et seqq.*
6 *Feudi pars uolenti, non inuito accrescit. Fallit. si domini intersit, num.13.*
7 *Donationis Imperialis pars uolenti non inuito accrescit.*
8 *Vsusfructus debiti ex contractu pars uolenti, non inuito accrescit.*
9 *Ius accrescendi, quod habet locum in assignatione libertorum procedit uolente, non inuito socio.*
10 *Fisco capienti bona ex causa delicti, non accrescit pars inuito,sed uolenti.*
12 *Emptori etiam inuito pars accrescit.*
14 *Pars etiam inuito socio accrescit in contractibus ultro citroque obligatorijs.*

An in contractibus,& alijs viuentium causis pars vacans accrescat volenti, an verò inuito.

Q V Æ S T I O IX.

Tertium, atque postremum tractationis caput pertinet ad illud ius accrescendi, quod in viuentium causis locum habet: Nam,& in hoc dubitari solet, an inuito, an verò volente tantum socio locum habeat. Vtique autem supponimus, locum etiam in causis viuentium habere posse ius accrescendi, vt nostris communiter visum est: Nam, si contrariam probaremus sententiam, quæ negat in contractibus ius accrescendi posse considerari, non posset non esse frustatoria huiusmodi quæstio, cum non entis nullæ sint qualitates. Posita igitur communi constat esse distinguendos tres casus, quorum

Primus est, quando in contractum deductæ sunt res indiuiduæ, Et tunc certi iuris est, totum ad socium, etiam inui-
1 tum pertinere, † quia,cum res partium diuisionem non recipiant, non poterit per consequentias considerari partis repu-
2 diatio, † Sed hoc fit ex natura rei non iure accrescendi, aut non decrescendi, *ut ostendimus in 6.cap.qu.32.num.41. & qu. 37.num.91.*

Secundus casus est,quando in contractu deducitur res sui natura diuidua,& tractatur de iure non decrescendi, vt,quia duo,vel plures rem stipulati sint insolidum, Et tunc similiter certum est,debere socium,etiam inuitum consequi totum
3 † quia, cum respectu vniuscuiusque,contrahentibus vnus sit contractus, vnaque obligatio, quæ totam rem complectitur, non potest ea diuidi, idest, pro parte acceptari, & pro parte
4 respui: † Contractus enim etiam rei diuiduæ indiuiduus est, si in totū sustineri potest,nisi vtraq; pars diuisioni cōsentiat.

Tertius,& vltimus casus est,quando res in contractum deducta sui natura est diuidua,& tractatur de iure accrescendi, quod (secundum communem) etiam in viuentium causis certis casibus locum habet, Et tunc censent regulariter partem volenti, non inuito accrescere. † *uti uidere est apud Ant.* 5
Fum.de coniun cap.21.num.6.Et est de mente eorum,quos referemus num seqq. eiusque rei multa recenseri exempla

Primum in feudis,in quibus portio volenti, non inuito accrescit † *vt scribunt Bald.in l.si qua mulier. 4.nu.2. C.ad Ter-* 6
tul.& in cap.1.§.& quia vidimus,nume.4. De his qui feud.dar. poss. Alex.in d.l.un.num.12.uers.sed certè & ibi Purp nu. 105. uers.4.C.quand.non pet.part.Rosent.de feud.c.6.conclu.74.n.13.

Secundum in liberalitate Imperiali: Nam eius portio,non nisi volenti socio accrescit † *vt docent Gul.Ben.in d.c. Raynu-* 7
tius,in uerb.& uxorem nomine Adelasiam,num.140.Rosent.de feud cap.6.concl.74.nu. 13. Tametsi contrarium in concessione facta à Rege, & male censuerit Papien. in form.lib.quo agit. ex subst.in uerb.breuilocè, num.38.

Tertium in vsufructu debito ex contractu, in quo locum habet ius accrescendi,*secundum communem opinionem, quam retulimus in 6.cap.q.43.n.1.licet nos contrariam opinionem amplexi simus ibi n.6.& seqq.* Nam id volente, non etiam inuito coniuncto (secundum eos) procedet, † *vti uidere est apud* 8
Gul.Ben.in d ca.Raynutius,in uerb.& uxorem nomine Adelasiam, num.140.

Quartum in assignatione libertorum, vtpote in qua pars similiter volenti, non etiam inuito accrescit,† *secundum eun-* 9
dem Gul.Ben ibi, num.140.

Quartum in publicatione bonorum: Nam fisco capienti bona iure delicti non accrescit pars inuito,quia non succedit, vt hæres,sed occupat bona. † *l.ea sola 98.& ibi gl nu. in verb.* 10
item potest.ff.de reg.iur.Alex.in l.1.n.3 uers item dicit ff. de acq. hæred Ias.in d.l.re coniuncti n 119.& ibi Alcia.n.56 uers.quod, si fiscus,Purp.in d.l.vn.nu.102.C. quand.non pet.part.

Planè interdum etiam in contractibus pars inuito socio accrescit; Nam,si intersit alterius partis locum habere ius accrescendi,tunc portio accrescet, etiam inuito. † Exemplum 11
sit in emptione,& venditione fundi:Nam in ea est locus iuri accrescendi propter interesse venditoris, ne alioquin cogatur esse in communione, *vt ex recepta sententia diximus in 6. cap.q.33.num.30.* ideo in ea portio inuito emptori accrescit,
† *vt declarant Alex.in d.l.vn nu.12.vers.sed certè C.quand.non* 12
pet.part.Rip.in d.l.re coniuncti.nu.226.Papiens.in d.form. libell. quo ag.ex subst.in uerb.breuilocè, num.38.

Hinc infertur,etiam in feudo,si domini concedentis intersit,locum habiturum ius accrescendi, etiam inuito vassallo,
† *vti uidere est apud Alex.in d.l.vn.n.12.uers.sed certè C.quād. non pet part. Rosent.de feud.d cap.6.concl.74 n.13.* Idem aiunt procedere in omnibus contractibus vltro, citroque obligatorijs,vtpote,in quibus tractatur de damno, seu interesse alterius,quod etiam inuita parte repellēdum est † *Ita Ant.Fum.* 14
de coniun.d.cap.21.num.6.

Sed hæc, vti diximus, procedunt posita communi, quæ vult, in specie *l.fundus,ille*, totum fundum ad emptorem per ius accrescendi pertinere: Nam, secundum nos, qui sustinemus,id fieri non iure accrescendi, sed ex natura venditoris, quæ est indiuidua, *vt ostendimus in eodem 6.cap.q 33.num. 3.* non pertinerent hæc ad propositam materiam. Et hæc de secunda quæstione.

S V M M A R I V M.

1 *Portio vacans accrescit pro rata, seu portione data.*
2 *Portio hæreditatis accrescit pro portione hæreditaria,& cur. num.3.& seqq. vsque ad num. 19.*
5 *Seruus communis acquirit dominis pro portione dominica, & cur, num.6.*
8 *Testator censetur velle,vt partes, quas fecit in institutione, seruentur in omnibus rebus ad quas hæredes uocantur.*
9 *Hæredes ex disparibus partibus instituti pro hæreditarijs partibus vocantur ab substitutionem vulgarem.*
10 *Hæredes ex disparibus partibus instituti pro hæreditarijs partibus vocantur ad substitutionem pupillarem.*
11 *Hæredes ex disparibus partibus instituti pro hæreditarijs partibus vocantur ad legatum.*
12 *Hæredes ex disparibus partibus instituti pro hæreditarijs par-*

partibus vocantur ad fideicommissum.

13 *Hæredes ex disparibus partibus instituti pro hæreditarijs partibus vocantur ad mortis causa capionem.*

14 *Hæredes ex disparibus partibus instituti censentur etiam pro hæreditarijs partibus grauati.*

15 *Legata, quæ deficiunt, manent apud hæredes pro portione hæreditaria.*

16 *Hæredes ex disparibus partibus institutis pro hæreditarijs partibus vocãtur ad id omne, quod eis, vt hæredib. defertur.*

19 *Hæredibus ex disparibus partibus institutis accrescit pars nulli assignata pro portionibus hæreditarijs.*

20 *Hæredibus ex disparibus partibus institutis effectu accrescunt partes nulli assignata pro portionibus hæreditarijs, etiam in testamento militis.*

21 *Hæreditatis pars vacans accrescit pro portione hæreditaria, etiam ab intestato.*

22 *Hæreditatis pars, quæ cohæredi aufertur ob inobedientiam, accrescit alijs cohæredibus pro portione hæreditaria.*

23 *Portio vacans accrescit pro portione hæreditaria, etiam in successionibus statutarijs.*

24 *Portio, cui quis renunciauit etiam contemplatione vnius ex cohæredibus, accrescit omnibus pro portione hæreditaria, si renunciatio non sit translatiua.*

25 *Portio vacans accrescit pro portione hæreditaria, etiam, quoad onus.*

26 *Portione in hæreditaria computatur etiam id, quod quis per ius accrescendi est consecutus.*

27 *Hæredibus ex re certa institutis, etiam inæqualiter, accrescit tota hæreditas æqualiter.*

An in hæreditatibus portio vacans accrescat viriliter, an verò pro portione hæreditaria.

QVÆSTIO X.

NVnc transeamus ad tertiam quæstionem, & videamus,
an portio viriliter accrescat, an verò pro portione da-
ta. Constat autem generaliter definiri, partem vacantem ac-
1 crescere pro rata, seu pro portione data † *vti videre est apud*
Bart. in l. Mœuio 42. in prin. & ibi Imol. in princ. & n. 2. vers. ideo
totius ff. de leg. 2. Purp. in l. vn. n. 98. C. quand. non pet part. Cost.
de port. rat. q. 49. num. 1. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. Sed,
quia tripliciter hæc inspectio considerari potest, vel respectu
hæredum, vel respectu legatariorum, aut fideicommissario-
rum, vel denique respectu contrahentium, ideo de singulis
separatim nobis erit dispiciendum.

Et quidem, quod attinet ad hæredes, certi iuris est, partem
2 vacantem eis pro hæreditaria portione accrescere † *l. quoties*
9. § si duo l. interdum 13. §. 1. l. liber. homo. 59. §. cum quis l. si ita
quis hæredes instituerit 66. ff. de hæred. instit. l. vn § his ita defi-
nitis C. de cad. toll § videamus, inst. de hæred. inst. §. si quis autem
non implens, Auth. de hær & Falc. coll. 1. Et scribũt gl. in l. vn in
uerb. accrescere, & ibi Pic. n. 28. Cagn. n 68. uers. in eadem gl. ibi
C. quand non pet part. Bart. in d. l. re coniunctis n 53. & ibi Crott.
n. 111. Rip. n. 197. Bart. in d l. vn. §. his ita definitis, in princ. et ibi
Castr. n. 4 C de cad. toll. Bald in d. l. liber. homo. 59. § cum quis ff.
de hæred. inst. Imol. in d. l. liber homo § Titius Ang. de Gamb. de
testa. gl 42. n. 3. Papiens. in form. lib. quo ag. ex subst. in uerb. bre-
uiloce, n. 24. Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in uerb et uxorem no-
mine Adelasiam n. 115. et 118. in fin. Dec. in l. 1 n. 8. et ibi Purp.
n. 8. C. de impub. et al. subst. Cagn. in rubr. C. quand. non pet part.
n. 54. uers. maior, Mantic. de con. ult uol. lib. 4. tit. 11 n. 1. Crass. in
§. ius accrescendi q. 30. Pereg. de fideicom art 16. num. 87. Duar.
lib. 2. de iur. accr. cap. 3. Cuiac in d. l. vn. §. ubi autem legatarij, C.
de cad. toll. Hoto. Ill q. 44. et cons 38 num. 6. Andr. Fach. lib. 4.
controu. cap. 95 Costa de port. rat. d. q 49. num. 2.

Cuius rei duplex potest esse ratio, vna generalis, specialis
3 altera. † Generalis enim ratio est, quia, cum portio hæredita-
tis, non personæ, sed portioni accrescat *l. si Titio 39. § 1. ff. de*
vsufr. iustum videtur, vt, qui plus habet in portione princi-
4 pali, plus etiam de portione accrescente ferat, † *vt scribit*
Decia. cons. 61. n. 11. vol. 2. Ita Ias. in d. l. vn. n. 40. vers. in 3. parte
C quand non pet part. Nam, & simili ratione per seruum com-
munem dominis acquiritur pro portione dominica, non pro
5 virili † *l. seruus communis 5. ff. de stip. seruo l. 1. §. 1. ff. de*
vsufr accr l. & Proculo 20. ff. de leg. 2. quoniam † hæc etiam 6
acquisitio realis est, non personalis: Pertinet enim ad eos, qui
ius habent in seruo, & ideo iustum est, vt, qui in eo plus ha-
bet, plus etiam de acquisitione ferat, cum effectus debeat
cum sua causa commensurari.

Specialis verò ratio, & propria earum hæreditatum, quæ
ex testamẽto deferuntur, est, quia talis præsumitur esse vo-
luntas testatoris, † à qua ius accrescendi etiam in hæreditati- 7
bus regulariter æstimari solet, *vt diximus in 2. cap. q. 2. nu. 49.*
Nam testator, qui plures ex disparibus partibus hæredes in-
stituit partes, quas in institutione fecit, censetur etiam voluis-
se seruari in omnibus rebus, ad quas hæredes instituti postea
vocantur. † Quamobrem pro hæreditariis partibus vocãtur 8
ad substitutionem vulgarem † *l. si in testamento 5. l. si plures* 9
24. ff. de vulg. l. 1. C de impub. & al. subst. §. & si ex disparibus
inst. de vulg. ad pupillarem † *l. qui liberis 8. §. hæc verba, in fil. si* 10
pater filio. 9 l. sed, si plures 10. in prin ff. de vulg. § substituitur,
inst. de pupil. ad legatum † *l. plane. 34. § inde dicitur ff. de leg. pri-* 11
mo, secundum vnum intellectũ, ad fideicommissum † *l. quoties* 12
23. l. Lucius 78. §. pater puerum ff. ad Trebat. l. virũ 8. § vlt. ff.
de reb. dub ad mortis causa capionem † *l. ita liber esse iussus 8.* 13
§. 1. l. si quis testamẽto 12. ff. de statu lib. ad onus † *l. sine an cer-* 14
tis. 17. ff. de duob. reis l. turpia legata 57. §. vlt. l. si hæredes nomi-
natim. 127. ff. de leg. primo. ad legata, quæ deficiunt † *d. l. vn. §.* 15
sed, vt manifestetur C. de cad. toll. & generaliter ad id omne,
quod eis, vt hæredibus defertur † *l. quoties 23. ff. ad Treb.* Nil 16
mirum igitur, si pro hæreditarijs etiam portionibus vocẽtur
ad ius accrescendi. † *Ita Crass. in d. § ius accrescẽdi q 30. Duar.* 17
lib. 2. de iur. accr. cap. 3. Et sanè, si † pro iis partibus vocantur 18
ad substitutionem, debent etiam pro eisdem vocari ad ius ac-
crescendi, quod est quædam substitutio, *vt diximus in 2. cap.*
q. 2. nu. 42. Ita Ias. in d. l. vn. num. 40. vers. in 3. part. & ibi Purp.
n. 98. C. quand. non pet. part. Crott. in d l. re coniunctis nu. 111. Te-
stator enim, quos in institutione prædilexit, censetur etiam
in substitutione prædilexisse, *vt diximus in 5 cap q. 50. nu. 9.*
Hæc autem adeo vera sunt, vt procedant

Primo, non solum in portione assignata, quæ postea defi-
cit, sed etiam in ea, quæ nulli data est: nam ea pro hæredita-
rijs partibus accrescit institutis † *l. interdum 13. §. 1. vers sed,* 19
si alter ff. de hæred instit. § videamus, inst. eod. & nos latè dixi-
mus in 7. cap. q. 1 num. 7.

Secundo procedunt, etiam in testamento militis: † Nam, si 20
vnum instituat in duabus vncijs alterum verò in vncia, tota
eius hæreditas in tres partes diuidetur, & duas habebit pri-
mus, tertiam secundus. Itaq; effectu partes non datæ pro hæ-
reditarijs partibus accrescent institutis *l. quamquam 3. Cod. de*
testa. mil. Quod, qua ratione fiat, qualiterque sit accipien-
dum, latè dicemus *in 10. cap. q. 24. num. 36. & seqq.* vbi vide-
bimus, an, & quando ius accrescendi locum habeat in testa-
mento militis.

Tertio procedunt, non solũ, si tractemus de hæreditatibus
testamentarijs, sed etiam, si de ijs, quæ ab intestato deferũtur,
† *vt scribunt Gul Ben. in d. c. Raynutius, in verb & vxorem no-* 21
mine Adelasiã, n. 93. & 114. vers. vnde restat, & decis 5. n. 46. &
67. Balduin. in §. vlt. n. 23 & ibi Myns. n. 3 inst. de Orficia.

Quarto procedunt, etiã si portio deficiat post acquisitionẽ,
vt euenit in specie, qua post aditã hęreditatẽ vnus ex institu-
tis ob spretum iudicium testatoris priuatur sua portione: Ad-
huc enim ea pro hæreditarijs partibus alijs hæredibus accre-
scit † *§. si quis autem nõ implens, Auth de hæred. & Falc. coll. 1.* 22
Auth hoc amplius C. de fideic et scribit Cuia. in exposit. Nouel. 1.

Quinto procedunt, etiam in successionibus statutarijs, in
quibus diximus habere locum ius accrescendi, *in 6. cap q. 1 n. 4*
nam & in ijs pars vacans pro portione hæreditaria accrescit,
† *vt scribit Decia. cons. 61. n. 10. 11. & 12. vol. 2.* 23

Sexto procedunt, etiamsi pars accrescens fuerit à deficien-
te repudiata contemplatione vnius ex hæredibus; nam, si ta-
lis repudiatio sit simplex, non translatiua, proficiet omnibus
hæredibus pro portione hæreditaria, † *vt scribunt Crau. cons.* 24
220. num. 1. & Costa. de port. rat. d. q. 49 n. 4. & nos latè diximus
in 5. cap. q. 48. num. 6. & seqq.

Septimo procedunt, etiam, quoad onus portionis accre-
scentis: nam pars hæreditatis accrescit cohæredibus cum one-
re pro rata commodi, & sic pro portione hæreditaria
† *l mortuo 90 §. fin. & ibi Imol. num. 4. ff. de leg. secundo, &* 25
scribunt

scribunt Soc. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur. 72. in prin. nu. 326. ff. de verb. oblig. Pereg. de fideicom. artic. 16. nu. 87. Costa de port. rat. d. q. 49. n. 4. & nos etiã dicemus in hoc c. q. 11. n. 1. & seq.

Octauo, quod dicimus, partem vacantem pro portione hæreditaria cuilibet accrescere, non ita est accipiendum, vt accrescat pro ea tantum parte, quæ principaliter cuique fuit delata, sed, vt etiam pro ea, quæ iam per ius accrescendi fuerat ei quæsita: nam etiam hæc dicitur pars hæreditaria, 26 *l. si in testamento. 5. ff. de vulg. & nos late dicemus in 9. c. q. 45. n. 12.*

Planè, si hæredibus particularibus tota hæreditas accrescat, vel, quia nullus datus sit cohæres vniuersalis, vel, quia datus defecerit, non accrescet eis pro portione rei, in qua parti-
27 culariter fuerunt instituti, sed viriliter, & æqualiter, † quia sublata mentione rei, perinde habentur, ac, si sine partibus fuissent hæredes instituti, *sicuti latissimè demonstrauimus in 7. cap. q. 10. n. 4.* Et hæc quidem de hæreditatibus dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l. un. §. ubi autem legatarij, C. de cad. toll. & numer. 6. & 13.*
2 *Portio legati, vel fideicommissi vacans accrescit viriliter, Declara, vt num. 11. & seqq.*
3 *Legata, quæ deficiunt, manent apud hæredes pro portione hæreditaria, apud legatarios verò viriliter.*
4 *Portio legati, vel fideicommissi vacans accrescit pro rata, & cur, num. 5. Declara, vt num. 11. & seqq.*
6 *Virilis portio, quæ dicatur, & num. seqq.*
13 *Portio legati, vel fideicommissi vacans accrescit coniunctis viriliter, disiunctis verò pro portione data, & cur nu. 14.*
15 *Partes inæquales possunt etiam in coniunctis re, & verbis considerari, Declara, vt num. 16.*
17 *Portio accrescit cum onere pro rata.*
18 *Æqualiter grauati censentur etiam æqualiter vocati ad ius accrescendi.*

An in legatis, & fideicommissis portio vacans accrescat viriliter, an vero pro portione data.

QVÆSTIO XI.

Legatarijs autem, & fideicommissarijs, de quibus secundo loco videndum est, quomodo portio accrescat, viriliter ne, an pro portione data, si quæramus, dubium facit, *l. vn. §. ubi autem legatarij C. de cad. toll.* vbi Iustinianus de ijs loquẽs,
1 † *Si verò pars quædam ex ijs deficiat*, inquit, *sancimus, eam omnibus, si habere maluerint pro virili portione cum omni suo onere accrescere*. Quamobrem plerique simpliciter arbitrati sunt, legatarijs viriliter, idest, pro numero personarum, &
2 æquis partibus accrescere, † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. vn. §. vbi autem legatarijs, in prin. Cod. de cad. toll. Donell. libr. 8. comm. cap. 21.* vt in hac re longè alia sit legatariorum, & fideicommissariorum, alia hæredum ratio: Nam & simili modo legata, & fideicommissa, quæ deficiunt, quamuis pro portione hæreditaria maneant apud hæredes, viriliter tamen, & pro numero personarum manent apud legatarios, fideicom-
3 missarios, vel donatarios causa mortis, † *d. l. vn. §. sed, vt manifestetur C. de cad. toll.*

Sed est verius, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet etiam in legatis, & fideicommissis partem vacantem pro ra-
4 ta, seu pro portione data accrescere. † *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. re coniuncti, num. 56. & ibi Crott. num. 111. Rip. nu. 197. Castr. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, in fin. & ibi Cuiac. C. de cad. toll. Bald. in l. Mœuio. 42. in princ. & ibi Castr. numer. 1. Imol. num. 2. vers. in glo. accrescit ff. de leg. 2. Pic. in l. vn. num. 28. C. quand. non pet. part. Ant. Fum. de comm. cap. 10. nu. 6. Bened. de Plumb. inter cons. vlt. vol. Ziles. cons. 62. nu. 16. Nat. cons. 323. num. 3. Crass. in §. ius accrescendi, q. 30. Pereg. de fideic. artic. 16. nu. 87. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 3. And. Fach lib. 4. contr. cap. 95. vbi ait, hanc esse verã, & communem omnium sententiam, Costa. de port. rat. d. qu. 49. n. 2.* Probatur autem hæc sententia

Primo *l. Mœuio. 42. in princ. ff. de leg. 2.* vbi Iabolenus, *quia*, inquit, *cum separatim, & partes fundi, & totus legatus sit, necesse est, vt ea pars, quæ cessat, pro portione legati cuique eorum, quibus fundus separatim legatus est, accrescat.*

Secundo probatur eadem ratione, quam in hæredibus considerauimus. Nam, quia † portio legati, & fideicommissi, non personæ, sed portioni accrescit *d. l. si Titio. 39. §. 1. ff. de vsufr.* ideo iustum videtur, vt, qui plus habet in parte principali, plus etiam de parte accrescente ferat, *vt diximus in q. praeced. num. 3. & seqq.* 5

Neque obstant contraria; Nam *ad l. vn. §. vbi autem legatarij*, respondent nostri passim, virilem ibi † portionem accipi pro ea, quæ data fuit, idest, pro æquali, si æquales partes datæ sint, aliàs etiam pro inæquali. *Ita respondent Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 3. Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij.* 6

Verùm hæc responsio mihi non probatur, † quia constat virilem portionem accipi pro æquali † *l. si duobus. 16. §. vlt. ff. de leg. 1. l. pater filium 36. § ult ff. de leg. 3.* & distingui à portione data † *in l. qui pecuniam 22. §. si hæredibus ff. de statu lib. l. quoties. 23. l. Lucius. 78. § pater puerum ff ad Treb. l. turpia. 57. §. si. l. si hæredes nominatim 127 ff. de leg. primo l. vtrum. 8. §. ult. ff. de reb. dub. l. 2. ff. de fund. instr.* Quamobrem, & Iustinianus *in d. l. vn. §. sed, ut manifestetur C. de cad. toll.* virilem portionẽ explicat † his verbis, *idest, pro numero personarum.* 7 8 9 10

Hinc igitur alij censent, Iustiniani locum non esse generalem, sed restringendum ad eam speciem, in qua legatarijs partes æquales datæ sunt, quia, si inæquales, verius erit, non viriliter, sed pro portione legati partem accrescere † *Ita declarant Cast. in d. l. un. §. ubi autem legatarij, & post eum Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 95.* Quæ responsio vera est, & necessariò probanda, † si sequamur communem opinionem quæ etiam verbis tantũ coniunctis legatarijs ius tribuit accrescendi, *ut retulimus in 5. cap. q. 38. num. 8.* & verbis coniunctos esse putat legatarios, quibus ita relinquitur, Mœuio fundi partem dimidiam, Seio quartam, & Caio quartam do lego, *ut etiã retulimus in eodem 5. cap. q. 16 num. 26.* Cœterùm, si eam probemus sententiam, quam nos disputando veriorem arbitrati sumus *in d. q. 38. num. 26. & seqq.* vt scilicet, coniuncti verbis tantum legatarij non habeant ius accrescendi, & per consequentias in hac iuris accrescendi materia simplex coniũctorum appellatio, non, nisi ad re, & verbis coniunctos referatur, *ut probauimus in eodem 5. cap q. 28. num. 15.* Et similimodo, si sequamur aliam opinionem, quæ negat esse verbis cõiunctos eos, quorum nomina non coniunguntur, licet verbum semel exprimatur, *secundum ea, quæ diximus in eodem 5. cap. quæst. 16, num. 29. & q. 38 nume. 76. & qu. 46. num. 135.* facilis est huiusce contrarij resolutio: Nam verius est, † in hac re differre disiunctos à coniunctis; Disiunctis enim, *de quibus loquitur l. Mœuio, ut latè ostendimus in d. 5. cap. q. 16. nume. 29. & qu. 38 num. 76. & qu. 46. nu. 135.* pars vacans accrescit pro portione data, coniunctis verò, *de quibus loquitur d. §. ubi autem legatarij,* accrescit, pro virili, idest æquali portione. 11 12 13

Diuersitatis autem ratio est, quia † disiuncti possunt habere partes inæquales, ideoque, & inæqualiter ad ius accrescẽdi vocantur, *ut in d. l. Mœuio.* Coniuncti verò non, nisi viriles, & æquales partes habent, scilicet, quia concursus, quo partes fiunt inter eos, non, nisi æquales, & viriles portiones tribuit, *ut diximus in eodem 5. cap q. 27. num. 30. et q. 34. n. 5.* Aequales igitur, & viriles habere debent, & in parte accrescente. 14

Hinc intelligimus effectu verum esse, partem legati, & fideicommissi semper accrescere pro rata, quia, quamuis coniunctis accrescat viriliter, accrescit tamen pro portione legata, quæ semper in eis virilis est.

Nec est, quod aliquis objiciat, imo etiam in coniunctis posse inæquales partes considerari, † vt, cum testator ita scribit, *Lego Titio, Seio, et fratris mei filijs fundum Tusculanum,* quo casu, licet omnes sint re, & verbis coniuncti, & concursu faciant partes, tamen singuli filij fratris minorem habent legati partem, quam Titius, aut Seius, cum illi vocentur in vnã portionem, quam inter se distribuunt, Titius verò, & Seius singuli singulos ferant trientes, *ut diximus in eodem 5. cap qu. 35. num. 7.* quia respondeo, & in hac specie viriles, & æquales partes habere coniunctos: † Nam filij fratris respectu Titij, & Sei, non considerantur singulariter, & vt corpora separata, atque distincta, sed, vt vnum corpus, & quatenus pro vno reputantur, *ut diximus in eadem q. 35. n. 7.* quomodo intellecti habere virilem, & ipsi tam ex legato, quã ex iure accrescendi portionẽ consequuntur, *ut explicat Donell. d. lib. 8. comm. c. 21.* 15 16

Adeo autem verum est, quod diximus, partem legati, aut fideicommissi accrescere pro rata, vt procedat, non solum ratione emolumenti, sed etiam ratione oneris: Nam portio accrescit cum onere pro rata † *d l. vn. §. ne autem C. de cad. toll. & nos dicemus in hoc cap. q. 16. num. 66.*

Planè interdum æqualiter accrescit legati portio, etiam ijs, quibus inæquales partes datæ sunt: nam, si testator inæqualiter ad legatum vocatos æqualiter grauet, censetur etiã æqualiter eos ad ius accrescendi vocasse † *l. verum 8. §. vlt. ff. de reb. dub. Et scribit Crott. in d. l. re coniuncti, nu. 111.* Sed hoc dicitur de ijs, quæ ex expressa dispositione testatoris deferuntur. Itaque vix est, vt ad ius accrescendi possit adaptari. Et hæc de legatis, & fideicommissis.

SVMMARIVM.

1 *Portio accrescit pro rata, etiam in contractibus, vt in Emphyteusi, & cur, num. 2. Fallit, vt num. 3.*

An in contractibus, & alijs viuentium causis portio vacans accrescat viriliter, an verò pro rata portionis principalis.

QVÆSTIO XII.

IN contractibus demum, & alijs viuentium causis, in quibus ex frequentiori nostrorum sententia interdum locum habet ius accrescendi, an portio vacans accrescat viriliter, an verò pro rata portionis principalis, si quæramus, constat regulariter accrescere pro rata, † vt in Emphyteusi, *sicuti docuerunt Ruin. cons. 154. num. 1. vers. Nec obstare videtur, vol. 1. Zuccard. cons. 50. nu. 34. & 56. & Costa de port. rat. q. 49. nu. 2.* Nam, † cum ius accrescendi etiam in huiusmodi causis sit reale, cum portio portioni accrescat, Consequens est, vt pro portione rei cuique competat, *secundum ea, quæ de hæreditatibus diximus in hoc cap. q. 10. nu. 3. & seqq. & de legatis q. 11. nu. 5. Ita in materia emphyteusis ratiocinantur Ruin & Zuccard. in supra allegatis locis.* Planè, si ius accrescendi, sit improprium, vt quia deficiat post acquisitionem, vel deferatur ei, qui portionem non habet, quo casu dicitur potiùs deferri iure successionis, & inuestituræ, quam iure accrescendi, *vt ostendimus in 6. cap. q. 37. num. 22. & q. 38. n. 41.* veriùs est, non pro rata cuiusque portione, sed viriliter vnicuique partem deficientem accrescere, † quia tunc non habetur ratio portionis, sed personæ, quæ ex vi taciti pacti, & inuestituræ primi parentis ad illam portionem admittitur. *Ita in specie declarat Ruin d. cons. 154. num. 1. vers. Nec obstare videtur vol. 1.* Et hæc de tertia quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Portio legati, aut fideicommissi, quæ pro non scripta habetur, accrescit sine onere & cur, num. 2. & seqq.*

3 *Principale, si non subsistit corruit, & onus, quod ab illo dependet.*

4 *Onus adiectum legato censetur impositum personæ non rei.*

5 *Grauari non potest, qui non est in rerum natura.*

6 *Coniunctis legatarijs, aut fideicommissarijs accrescit pars, quæ pro non scripta habetur, sine onere, & cur, nu. 11.*

7 *Coniunctis re, & verbis legatarijs, aut fideicommissarijs accrescit pars, quæ pro non scripta habetur, sine onere.*

8 *Coniunctis verbis tantum legatarijs, aut fideicommissarijs accrescit sine onere pars, quæ pro non scripta habetur.*

9 *Declaratur l. vn. §. in primo Cod. de cad. tollend. & num. 12. 33. & seq.*

10 *Declaratur l. vn. §. ne autem, vers. hoc videlicet C. de cad. toll. & num. 12.*

14 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur facto, seu culpa legatarij, accrescit cum onere & cur, num. 14.*

15 *Declaratur l. vlt. ff. de his quæ pro non scrip. hab.*

16 *Hæres, & coniunctus parificantur in iure accrescendi.*

17 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere præstandæ libertatis.*

18 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere alimentorum.*

19 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere funeris impensæ.*

20 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere legati in piam causam relicti.*

21 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere, si constet talem fuisse voluntatem defuncti.*

22 *Testator potest facere, vt cum onere accrescat, quod aliàs sine onere deberet pertinere.*

23 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere, si testator generaliter grauet eum, ad quem res peruenerit, & cur, num. 24.*

25 *Portio legati, quæ pro non scriptæ habetur, accrescit cum onere, si illud sit omnibus iniunctum, siue nominatim, siue non, & siue onus sit indiuiduum, siue diuiduum, num. 26. & cur, num. 28.*

27 *Portio legati, indistinctè accrescit cum onere, quoties illud omnibus, non vni tantum fuit iniunctum.*

29 *Portio legati, quæ pro non scripta habetur, accrescit sine onere, siue vni sit onus iniunctum, siue duobus, aut pluribus, siue etiam omnibus, num. 30. Sed contra, num. 31. & cur num. 32.*

35 *Hæreditas effectu non differt à legatis, si portio pro non scripta habeatur.*

An pars, quæ pro non scripta habetur, cum onere accrescat in legatis, & fideicommissis.

QVÆSTIO XIII.

SVperest, vt quarto, atque postremo loco videamus, an portio vacans accrescat cum onere, an verò sine. Et in hac pariter quęstione separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid in legatis, & fideicommissis: Secundo, quid in hæreditatibus, Tertio demum, quid in actibus inter viuos.

Et in legatis quidem, ac fideicommissis constat quatuor esse distinguendos casus, quorum primus est, quando portio accrescens habetur pro non scripta, vt, cum illi fuit relicta, qui tempore testamenti non erat in rerum natura, *secundum ea, quæ diximus in 7. cap. q. 24. nu. 1.* Et in hoc casu certi iuris est, partem illam regulariter sine onere accrescere † *l. vn. §. in* 1
primo. & §. ne autem, vers. hoc videlicet, C. de cad. toll. Et scribunt gl. in d l. vn. §. vbi autem legatarij, in verb. accrescere, & ibi Bart. num. 1. & 2. & Cuiac. C. eod. gl. in l. 2. in verb. non putat ff. de hæred. inst. Azor. in summ C. de cad toll. num. 14. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 54. & ibi Ias num. 239. Crott. n. 105. vers. secunda, Polit nu. 82. vers. secunda Rip. num. 189. Ang. in d. l. vn. §. in primo, num. 1. & 3. & ibi Castr. num. 1. & 6. C. de cad. Ang. de Gamb. de sesta gl 41. numer. 1. Castr. in d. l. vn. § pro secundo, nu. 11 C de cadu. in l. eam quam 14. nu. 9. C. de fideicom. & in l. qua conditio 39. in princ. num. 5. & ibi Imol. num 4. vers. an ea gl. in fin. ff. de cond. & dem. Papien. in form. libell. quo ag. ex substit. in verb. breuiloce, num. 26. & 37. Ant. Fum de comun. cap. 19. n. 1. Euerar. in sua centur. argum. loco 59. ab alimentis ad piam causam, num 4. Crass. in § ius accrescendi q. 29. n. 2. & 3. Gomez. tom. 1. variar. resol. cap. 10. nu. 43. vers. 2. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 6 n. 9. Pereg. de fideicom. art. 16. num. 30. & de iur. fisc. lib. 3. tit. 1. n. 4. Bald. in ad tit. de his, quæ pro non script. hab. n. 40. post tit. inst. de ad em. legat. Cuiac. in l. si duobus 16. q. 5. ff. de leg. primo, Don. lib. 8 comm. cap. 21. vers. de onere, Et scribunt etiam omnes, quos referemus in hoc cap. q. 17. n. 7. Quod rationi naturali dicitur esse subnixum *in d. l. vn. §. in primo,* scilicet, quia, † cum onus illud iam ab initio non consistat, consequens est, 2
vt in alium transferri non possit, ex regula, non entis nullæ sunt qualitates *l. eius, qui 41. ff. si cert. pet. Ita Gomez. d. tom. 1. variar. resol. cap. 10. n. 43. vers. 2.* Non consistere autem initio patet ex multis, & primo ex eo, quia, cum non consistat principale, nempe legatum, quod habetur pro non scripto, nec per consequẽtias consistere potest accessorium, nempe onus, quod ab illo dependet † *l cum qui decedens 35. in princip. ff de* 3
leg. 3. l. Plautius 43. in fin. ff. de cond. & dem. l pœnales. 33. §. si Titio, ff. ad l. Falc. l. facta 63. §. si Titius. ff. ad Treb. Ita gl. in d. l vn. § pro secundo in verb. sentire, & ibi Castr nu. 1. C. de cad. toll. Azor. in summ. C. eod. nu. 16. Castr. in d. l. vn §. in primo, n. 1. C. eod. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 2. Cuiac. in d. l. si duobus 16. q 5. ff. de leg primo, Gotofr. in d. l. vn. §. in primo in lit. i. C. de cad. toll. Secundo, quia, cum testator onus adijcit legato, vel fideicom-

deicommisso, non censetur illud imponere rei, sed personæ
4 † vt scribunt Ang. in d. l. vn. § in primo num. 3. & ibi Castr. nu. 6.
C. de cad. Castr. in d. l. quæ conditio, 39. in prin. nu. 5. versic. inter-
dum ff. de cond. & dem. Alcia. in d. l. re coniuncti, num. 59. vers.
ego didisci, & nu. 60. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 2. Quamo-
brem debet subesse persona, in qua grauamen fundamentum
accipiat. Cum igitur in proposito nulla subsit persona, in
qua grauamen fundetur, cum nominata, tamquam non
existens in rerum natura, nec honerari, nec per consequen-
5 tias onerari potuerit † l. quidam referunt. 14. in prin vers. nul-
lius, & versic. & in proposito, ff. de iur. eod. Consequens est, vt
onus tamquam personæ fundamento destitutum iam ab ini-
tio non consistat, & per consequentias non possit in alium
transferri, secundum ea, quæ supra diximus. Ita Anto. Fum.
de coniun. d. cap. 19. num. 1. & Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap.
10. num. 43. versic. 2.

Hoc autem adeo verum est, vt procedat, non solum, si le-
gatarij, & fideicommissarij sint disiuncti (quod dubio caret,
cum hi partem etiam caducam, aut quasi caducam sine vllo
grauamine consequantur, ut dicemus in hoc cap. q. 15. num. 1.)
sed etiam, si sint coniuncti: nam, ijs, licet pars caduca, aut
quasi caduca cum suo onere accrescat, ut dicemus in hoc ipso
cap. q. 14. num. 1. accrescit tamen sine onere, si pro non scripta
6 habeatur, † ut scribunt Gomez. d. cap. 10. num. 43. versic. 2. &
Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21. vers. de onere, siue sint coniuncti
7 re, & verbis, † secundum Papien. in d. form. lib. quo ag. ex subst. in
verb. breuiloce, num. 37. siue etiam (posita communi) verbis
8 tantum † secundum Castr. in dict. l. unic. §. sin autem disiun-
ctim num. 3. C. de cad. toll. & in d. l. quæ conditio, 39. in prin. nu. 5.
versic. interdum ff. de cond. & dem. Quod non obscurè probat
Iustiniani locus in d. l. un. § in primo, C. de cad. vbi traditur, ea,
quæ pro non scriptis habentur, regulariter sine onere accre-
9 scere: Nam ibi loquitur Imperator † de coniunctis, cuiusmo-
di in tota illa constitutione non vocantur, nisi, qui verbo-
rum complexu iunguntur, ut patet ex §. his ita definitis, & §.
vbi autem legatarij. Denique probat hoc ipsum d. l. un. § ne
10 autem, vers. hoc videlicet, vbi Iustinianus † eandem supponit
regulam, & tamen loquitur de ea accretione, quæ continet
lucrum, ut patet ex versic. præcedentibus, quæ res non potest
dici de disiunctis, quippe, qui veniunt per ius non decrescen-
di d. l. un. § sin verò nemo alius, C. eod. sed tantum de coniunctis,
qui, tamquam venientes per ius accrescendi d. l. vn. §. vbi au-
tem legatarij, C. eod. propriè lucrum percipere dicuntur d. l.
un. § pro secundo in fin. C. eod. Ideo autem hi partem, quæ pro
11 non scripta habetur, sine onere consequuntur, quia † cessat
in huiusmodi parte ratio, propter quam aliàs dicimus, eos de-
bere onus impositum deficienti subire: Nam ratio est, quia,
cum veniant, tamquam ad alienum legatum, non sunt feren-
di, si velint agnoscere lucrum, & onus illi annexum respuere
d. l. un. § pro secundo, & dicemus in hoc cap. q. 14. num. 5. quæ ra-
tio cessat in ea parte, quæ pro non scripta habetur; Neque
enim hanc dici potest legatarius capere ex persona deficien-
tis, vtpote in qua nunquam constitit legatum. Ita Donell. d.
lib. 8. comm. cap. 21. vers. De onere.

Planè interdum, &, quæ pro non scripta habetur, cum suo
12 onere pars accrescit: Quod significant † in d. §. in primo, illa
Iustiniani verba, nisi perraro, & illa, non omnibus, sed quibus-
dam, quæ leguntur in d. § ne autem, vers. hoc videlicet.

Primum enim, si legatum pro non scripto habeatur fa-
cto, seu culpa ipsius legatarij, puta, quia sibi, & Titio lega-
tum adscripserit, magis est, vt cum onere portio accrescat
13 † l. ult. ff. de his, quæ pro non scrip. hab. l. filius emancipatus. 14. §.
fin. ff. ad l. Corn. de fals. Et scribunt gl. in d. l. un. §. in primo, in
verb. perraro, & ibi Cin. in fi. C. de cad. toll. Azo. in summ. C. eod.
num. 15. Bart. in d. l. re coniuncti num. 54. & ibi Crott. num. 105.
Polit. num. 82. Rip. num. 189. Alcia. num. 59. Ang. de Gamb. de
testa. gl. 41. num. 1. Anto. Fum. de coniun. cap. 19. numer. 1. in fin.
Soc. Iun. cons. 150. num. 7. uol. 2. Crass. in d. §. Ius accrescendi qu.
29. num. 4. Pereg. de fideic. artic. 16. num. 80. Balduin. ad tit. de
his, quæ pro non script. hab. nu. 49. post tit. inst. de adem. leg. Cuiac.
in l. si duobus 16. q. 5. ff. de leg. primo. Gotofr. in d. l. un. §. in primo,
14 in lit. s. C. de cadu. quia † re vera subest persona, in qua gra-
uamen recipit fundamentum, ut ait Anto. Fum. de con. d. cap.
19. num. 1. in fi. & num. 2. Nam, cum persona nominata sit in
rerum natura, & capax, fit, vt legatum, & per consequentias
etiam onus ei adiectum valeat, licet authoritate S.C. Libo-
niani pro non scripto habeatur, ut ibi Fum. declarat. Et, quã-
quam Paulus in d. l. ult. ff. de his quæ pro non scrip. hab. non lo-
quatur † de coniuncto, sed de hærede, penes quem remanet 15
legatum, quod quis sibi adscripserat, rectè tamen a nostris
trahitur in argumentum pro coniuncto, quia parificantur
hæres, & coniunctus † l. nam sicut 36. in prin. ff. ad l. Aquil. & 16
l. si miles. 32. ff. de mil. testa. &, quibus casibus res cum onere
manet apud hæredem; iisdem, cum onere transit ad coniun-
ctum d. l. un. § in primo, §. pro secundo, & § ne autem C. de cad.
toll. Et in his terminis considerant Polit. in d. l. re coniuncti n. 82.
& ibi Rip. nu. 189. vt proinde non satis consideratè super hoc
reliquerit cogitandum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 105.

Secundo, si onus legato adiectum sit fauorabile, puta, quia
sit iniuncta præstatio libertatis, quæ est fauorabilis, licet prin-
cipale legatum pro non scripto habeatur, nihilominus accre-
scet cum onere præstandæ libertatis † l. cum verò 26. §. si pro 17
non scripto, ff. de fideic. liber. Et scribunt gl. in d. l. un. §. in primo,
in verb. perrarò & ibi Cin. in fi. C. de cad. toll. Azo. in summ. Cod.
eod. num. 14. Pereg. de fideic. d. artic. 16. num. 81. Cuiac. in d. l. si
duobus. 16. q. 5. ff. de leg. 1. Idem est, &, si sit iniunctum onus
alimentorum, † secundum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 154. 18
Euer. in sua cent. argum. loco. 59. de alim. ad piam causam, nu. 4.
Pereg. de fideic. d. artic. 16. num. 81. vel impensæ funeris † licet 19
hoc non audeat firmare gl. in d. § in primo, in verb. perraro, siue
Azo. in d. summ. C. eod. numer. 14. Denique idem est, & in om-
ni onere legati, in piam causam relicti: Nam, quia & ipsum
est fauorabile, ideo, licet principale legatum pro non scripto
habeatur, nihilominus cum suo onere accrescet † ut scribunt 20
Cin. in d. l. un. §. in primo, in fi. & ibi Ang. num. 2. Crott. in d. l. re
coniuncti num. 154. Euerar. d. loco 59. de alim. ad piam caus.
num. 4. Pereg. d. artic. 16. num. 81. Balduin. ad tit. de his, quæ pro
non scrip. hab. num. 49. post tit. inst. de adem. lega. Gotofr. in d. § in
primo, in lit. i.

Tertio, si constet, aut ex verbis, aut ex coniecturis, mèn-
tem testatoris fuisse, vt etiam coniunctus præstet onus, ve-
rius est, partem cum onere accrescere, etiamsi pro non scripta
habeatur: † Neque enim dubitandum est, quin testator pos- 21
sit facere, vt cum onere accrescat portio, quæ aliàs ad coniũ-
ctum sine onere pertineret, † cum totum hoc ius ex volun- 22
tate testatoris æstimetur, ut latius ostendemus in hoc cap. q. 16.
num. 21. Vnde infertur, si testator ita dicat, Quisquis talem
fundum consequetur, Titio dato centum, aut simili loquen-
di genere vtatur, debere coniunctum præstare partem one-
ris, quæ alteri coniuncto fuerat indicta, tametsi pars illa pro
non scripta habeatur † secundum Imol. in d. l. quæ conditio. 39. 23
num. 4. uersic. in ea gl. in fi. ff. de cond. & dem. quia, † cum onus 24
sit omnibus insolidum iniunctum, fit, vt ab vnoquoque sit
præstandum, cum quilibet, etiamsi non alienum, proprium
tamen debeat onus agnoscere dict. l. un. §. sin verò nemo alius,
uersic. & ideo, C. de cad. toll.

Hinc generaliter traditur, partem legati, aut fideicommis-
si, quæ pro non scripta habetur, cum suo onere accrescere, si
onus illud sit omnibus iniunctum, siue nominatim, siue non,
† Ita gl. in d. l. un. §. vbi autem legatarij, in verb. accrescere, C. 25
de cad. toll. Cin. in d. l. vn. § in primo, num. 4. versic. quid ergo, C.
eod. Castr. in d. l. quæ conditio. 39. in prin. nu. 5. ff. de cond. & dem.
Polit. in d. l. re coniuncti num. 82. uersic. secunda, & ibi Rip. num.
189. Pereg. de fideico. d. artic. 16. num. 81. & 83. &, siue onus sit
indiuiduum (quod dubio caret) siue diuiduum † secundum 26
Castr. in d. l. quæ conditio. 39. in prin. num. 5. ff. de cond. & dem. &
Polit. in d. re coniuncti, num. 82. versic. secunda, Quod etiam fuit
de mente eorum, qui tradiderunt, partẽ indistinctè accresce-
re cum onere, quoties illud omnibus, non vni tantum fuit
iniunctum, † ut gl. in d. l. un. §. sin verò non omnes, in verb. non 27
sentiat, C. de cad. toll. Azo. in d. summ. C. eod. nu. 17. Nam, † cum 28
testator omnes legatarios, aut fideicommissarios in onere
coniungit, quod tunc facere intelligitur, cum omnes eodem
grauat onere, constituunt omnes vnum corpus, eaque ratio-
ne quilibet tenetur onus, quasi proprium subire, ut declarant
Polit. in d. l. re coniuncti, num. 82. vers. secunda, & ibi Rip. nu. 189.
Et, quamquam alij contrariam opinionem quæ (secundum
multos) est receptior, sint amplexi, existimantes partem, quæ
pro non scripta habetur, sine onere accrescere, siue vni sit
onus iniunctum, siue duobus, aut pluribus, † ut scribunt glo. 29
in d. l.

in d.l.quæ conditio 39.in princ.in verb.gradum, & ibi Imol.nu.4. versic. in ea glo.in fin. ff.de cond. & dem. siue etiam omnibus, † *vt declarant gl.in d.l. quæ conditio, in verb.gradum, Castr. in l.Celsus 29.§.quod alicuius, num.1. vbi testatur hanc esse communem ff.de leg.2.Imol in l.Ciuitatibus 125.§. Lucius,in fin. ff. de leg.primo.* non puto tamen à superiore sententia, quæ verior est,& ab omnibus recentioribus approbata,recedendum, † maximè,cum ad rationem supra adductam non possit sufficiens afferri responsio, † *secundum Polit.in d.l.re coniuncti, num.82.vers.secunda*.

Nec obstat *l.vn.§.in primo, Cod. de cad.toll.* vbi Iustinianus simpliciter ait,partem, quæ pro non scripta habetur,sine vllo grauamine ad coniunctum pertinere,quia debet intelligi, † de onere, quod vni tantum, idest, ei, qui non erat in rerum natura fuerat iniunctum, non etiam de eo, quod communiter omnibus, *vt declarant Castr. in d.l.quæ conditio, num.5. & Peteg.d.art.16.nu.83.* Nam † onus commune proprium eius est,ad quem aliorum deficientium spectant partes, *vt latius ostendemus in hoc cap.q.16.num.24.*

Minus est,quod obijcias,inde sequi, nullam esse in ijs, quę pro non scriptis habentur, differentiam inter legata,& hęreditates, quia,si onus vni tantum sit nominatim iniunctum, etiam hæreditatis pars sine onere accrescit, si verò sit iniunctum omnibus,cum onere accrescit, etiam pars legati, cum tamen constet,hanc esse inter prædictas causas differentiam, quod, quæ pro non scripta habetur, pars, si hæreditatis sit, cum onere accrescit, si verò legati,sine onere, *vt ostendemus in hoc cap.q.17.num.7.* quia respondeo. fatendo, nullam hoc respectu esse inter prędictas causas differentiã, † *vt etiam fatetur Pereg.d.art.16.num.83.* Licet enim verum sit, differre, in alio tamen, non in hoc consistit differentia, *prout late ostendemus in eadem q.17.num 79.*

S V M M A R I V M.

1 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca accrescit coniuncto verbis tantum cum onere, & cur,nu.5. & seqq. Declara.vt num.11.& 12.*
2 *Ius accrescendi defert partem legati vacantem cum onere.*
3 *Caduca,aut quasi caduca accrescunt cum onere.*
4 *Declaratur l.vn.§.pro secundo,& §. vbi autem legatarij,C. de cad.toll.*
9 *Declaratur l.vnic.§.sin autem ad deficientis,Cod. de cad. tollend.*
10 *Coniunctionis natura est, vt onus vni iniunctum censeatur in omnium coniunctorum persona repetitum.*

An pars caduca, aut quasi caduca cum onere accrescat coniuncto verbis tantum in legatis,& fideicommissis.

Q V Æ S T I O X I V.

Secundus casus est, quando portio legati, vel fideicommissi facta est caduca,aut quasi caduca,*secundum ea,quæ diximus in 7.cap.quæst.22.num.2.* & tractamus de verbis tantum coniunctis, Et tunc (posita communi, quæ vult, inter eos habere locum ius accrescendi, *secundum ea, quæ ex ipsorum sententia diximus in 5.cap.quæst.38.num.8.*) omnes fatentur, partem illam cum suo onere accrescere, † *vti videre est apud glos.in l.quæ conditio.39.in princ.in verb. gradum, & ibi Bart.num.3.Castr.num.5.vers. interdum ff.de cond. & dem.gl. in l.vn.§.ne autem in verb.lucrante, & §.sin verò non omnes, in verb.non sentiat C.de caduc.toll. Azor.in summ.C.eod.num.17. Bart in d.l.un.§.ubi autem legatarij,nu.3.& ibi Castr.numer.1. C.eod Bart.in d.l.re coniuncti,num.32.uers.3.& ibi Ias.n.2.111. 148.uers.3 & uers.4.Rip.num.9. Alcia.nu.59. Castr.in d.l.un. §.pro secundo num.3.§.his ita definitis,numer.2.§. sin autem disiunctim,num.3,Cod.de cad.toll.& in l.si mihi,& tibi 12.in prin. num.4 & in l.si duobus 16.§.fin.num.1. ff. de leg.primo.Papien. in form.lib. quo ag.ex subst.in uerb.breuiloce,numer.37.Port. in §.si eadem,num.11.& 20.uers.4.& ibi Ias.in addit.Balduin.n.9 inst.de legat.Soc.Iun.consf.156.num.7. uol.2. Ant. Fum.de coniun cap.19.nu,1.Gomez.tom.1.uariar. resol.cap.10.nu.43. uers. quarta,Mantic.de con.ult.uol.10.tit.3.numer.16.Crass.in §. ius accrescendi q.29. num.5. Forcat. in Necyo.dial.64. num.4.* Et est de mente eorum, qui scripserunt per ius accrescendi partem legati cum suo onere pertinere† *per text.in d.l.un §.pro secundo.& §.ubi autem legatarij C.de cad.toll.ut Ang.de Gamb. de testam.gl.42.n.7.Ias.in d.l.re coniuncti,n.6.& ibi Ioan.Gaud. num.73.Brun.in tract.de diminut.concl.6 n.34. Put.lib.3.decis. 424.num.2. & 4.Mantic.de con.ult.uol.d.lib.10.tit.3.num.16. Surd.cons.529 num.27.* Quemadmodum,& illorum,qui simpliciter tradiderũt,caduca, aut quasi caduca accrescere cum onere, † *per text.in d.l.vn §.pro secundo,& §.ne autem,in princ. & vers.hoc videlicet C.de cad.toll. vt gl.in d.l.quæ conditio 39.in princ. in verb. gradum, & ibi Castr.num.5.vers.interdum, & Imol.num.4.vers.in ea glos.in fin. ff.de cond. & dem. gl.in d.l.un. §.vbi autem legatarij in uerb.accrescere C. de cad.toll & in l.2. in uerb.non putat ff de hæred.instit Azor. in summ. Cod.de cad. toll num.15.& 16.Ang de Gamb.de testa.gl.41.n.1. Crott.in d. l.re coniuncti num.108.& ibi Polit.num.85.uers.sexta,Rip nu. 192.Alcia.cons.41.nu.1.& 5.lib.9.Gomez.tom.1.uariar.resol. cap.10.num.43.uers.tertia & uers.quarta, Donell.lib.8.comm. cap.21.uers.de onere.* Nam,cum Iustinianus de coniunctis loquatur † *in d.l.un.§.pro secundo, & §.ubi autem legatarij C. de cad.toll.* vbi vult,partem caducam, aut quasi caducam accrescere legatario cum onere, & coniuncti intelligantur, qui verborum nexu iunguntur, *ut ostendimus in 5.cap.q.28.nu.1. & seqq.* sit,vt de ijs potissimum sit prædictus locus accipiendus. Et ita eum veteres omnes intellexerunt. 2 3 4

Huius autem rei duplicem nostri solent afferre rationem, † vna est,quia verbis tantum coniuncti non veniunt ad portionem vacantem iure proprio, & ex proprio legato, cum testator eis non,nisi partes legauerit,sed veniunt iure alieno, quasi ad legatum alteri relictum. Quamobrem non debent agnoscere lucrum, & onus respuere, quod à deficiente præstandum erat,sed vtrumque, quasi ex illius legato,& iure venientes debent agnoscere. † *d.l.un.§.pro secundo,in fi.C. de cad.toll.Ita Castr.in d.l.un.§. pro secundo,num.3.§.his ita definitis num.1.§.sin autem disiunctim,num.1. & 3.C.eod.in d.l.si mihi,& tibi 12.in princ.nu.4.& in d.l.si duobus 16.§.ult num.1. ff.de leg.pr. Ias.in d.l.re coniuncti, num.2.et ibi Rip.nu.9.Mant. de con.ult.uol.dict lib.10.tit.3.num.16.* Et est de mente *glo.in dict.§.pro secundo,in uerb. sentire,* et eorum,qui dixerunt ideo verbis tantum coniunctis partem accrescere cum onere,quia veniunt per ius accrescendi, † *ut Ias.in d.l.re coniuncti,nu.2.* Altera ratio est,quæ colligitur à natura coniunctionis: nam testator, qui pluribus eandem rem coniunctim, & cum onere relinquit, censetur eos, etiam in onere coniungere,& velle,vt vnius deficientis pars,tàm lucri, quàm oneris alteri accrescat. † Quod significat Iustinianus *in d.l.un.§.sin autem ad deficientis Cod.de cad.toll.* dum ait,testatorem ideo disiunctim legata reliquisse, vt vnusquisque suum, non alienum onus agnoscat: Nam,si contrarium volebat,nulla erat difficultas, coniunctim ea disponere: Significat enim, † vbi coniunctim legat,mentem eius esse, vt quilibet ex legatarijs tàm suum, quàm alienum præstet onus, si partem, cui illud erat annexum,consequatur. Et hoc est, quod nostri communiter sentiunt, dum scribunt,verbis tantum coniũctis ideo partem cum onere accrescere, quia natura coniunctionis est, vt onus vni iniunctum censeatur in omnium coniunctorum persona repetitum † *uti uidere est apud Ias.in addit.ad Port. ind.§.si eadem,post num.20.Inst de legat. Ant.Fum. de coniun. d.c.19.num.2.Forcat.in Necyo.dial.67.num.4.* Sed hæc (vt diximus) vera sunt † posita communi, quæ etiam verbis tantum coniunctis legatarijs, & fideicommissarijs ius tribuit accrescendi. At secundum nos,qui in scholis disputando veriorem profitemur sententiam existimantium, non habere eos ius accrescendi, frustra quæritur,an teneantur onus subire,cum non entis nullæ sint qualitates *d. l. eius, qui 41. ff. si cert.pet.* Planè, quoties verborum coniunctio propter adiectionem tertij vim mixtæ coniunctionis habet, *secundum ea, quæ diximus in 5.cap.q.38 nu.77. & q.46.nu.76.* rectè de oneris præstatione disputabitur, † sed,tamquam de vtroque nexu coniuncto, non tamquam de coniuncto verbis tantum. Retenta tamen communi, quibus casibus ea procedat, quibusue cesset, si quæras, recurras necesse est ad ea, quæ dicemus *in hoc cap.q.16.nu.41. & seqq.* vbi communiter de verbis tantum,& re, & verbis coniunctis agemus. 5 6 7 8 9 10 11 12

S V M-

S V M M A R I V M.

1 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum sine onere, & cur, nu. 3. & seqq.*

2 *Ius non decrescendi defert portionem legati, aut fideicommissi sine onere.*

6 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum sine onere conditionis.*

7 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum cum onere, si deficiat post acquisitionem, & cur num. 8. Sed disputando contrarium defenditur num 9.*

10 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum cum onere præstandæ libertatis.*

11 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, aut quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum cum onere alimentorũ.*

12 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum cum onere si constet talem fuisse mentem defuncti.*

13 *Testator potest facere, vt re tantum coniunctus legatarius præstet onus iniunctum coniuncto deficienti.*

14 *Portio legati, aut fideicommissi caduca, vel quasi caduca pertinet ad re tantum coniunctum, cum onere, si illud omnibus sit iniunctum, & cur, num. 15.*

An pars caduca, aut quasi caduca cum onere pertineat ad re tantum coniunctum in legatis, & fideicommissis.

Q V Æ S T I O X V.

TErtius casus est, quando portio legati, aut fideicommissi facta est caduca, vel quasi caduca, & tractamus de re tantum coniunctis, quos frequenter disiunctos appellamus, & inter quos haud dubiè locum habet ius non decrescendi, *vt ostendimus in 5. cap. q. 37. num. 5.* Et in hoc casu fatentur omnes partem deficientis ad coniunctum sine onere pertine-
1 re † *uti videre est apud gl. in l. un. § ne autem in verb. lucrante. & in § fin autem ad deficientis, in verb. non sentiat, C. de cad. toll. gl. in l quæ conditio. 39. in prin. in verb. gradum & ibi Bart. nu. 3. Castr. num. 5. versic. 2. casu, Imol. num. 4 versic. in ea gl ibi re, & verbis, & vesic in ea glo. in fin. ff. de cond. & dem. Azo. in summ. C. de cad. toll. num. 17. Bart. in d l re coniuncti, nu. 55. & ibi Ias. nu. 2. 5. 102. & 111. Crott. nu. 109. Polit. num. 85. versic prima, Rip. num. 9. 193. & 194. & Io. Gaud. num. 12. Bart. in d. l. un. §. vbi autem legatarij in princ. & num. 2. & 4. & ibi Bald. in princ. & Castr. num. 1. Cod. de cad. toll. Bart. in l. si separatim. 30. ff. de cond. & dem. Castr. in l. si mihi, & tibi 12. in prin. num 3. & in l. si duobus. 16. §. fin. num. 1. ff. de leg primo. in d. l. vn. § pro secundo, num. 3. & in d. §. fin autem disiunctim, num. 2 C. de cad. toll. Port. in §. si eadem, num. 21 & 20. versic. 4. & ibi Ias. in addit. Mynf. num. 11. Baldui num. 9 & 19. inst. de legat. Anto. Fum. de con. cap. 19. nu. 2. Zaz. in sing. intell. cap. 29. uersic in primo, Gomez. tom. 1. uariar. resol cap. 10. num. 43. versic. 4. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 29. num 6. versic. secus, Mantic de con vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 16 Baldui ad tit. de his, quæ pro non script. hab nu. 49. post tit inst. de adem. leg. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 2. Cuiac. in d. l si duobus. 16. q. 5 ff. de leg. primo, & in d l. vn. § pro secundo, C. de cad. toll. Forca. in Necyo. dial. 59. num. 1. & dial. 67. num. 4. Pereg. de fideic artic. 16 num. 77.* Quod etiam *aperiè scribitur in d. l. un. §. fin autem ad deficientis, C. de cad. toll. & l. si separatim. 30. ff. de cond & dem.* & fuit de mente dicentium, eos, qui veniunt per ius non decrescendi, non debere onus iniunctum
2 deficienti subire † *ut Cui. in d l. vn §. vbi autem legatarij, in prin. C. de cad toll. Ang. de Gamb. de test a gl. 42 nu. 7. Port. in dict. §. si eadem num. 11. inst. de legat. Ias. in d. l re coniuncti, num. 6. & ibi Rip. num. 193. Io Gaud. nu. 73. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 10. tit. 3 num. 16.*

Huius autem rei duplex quoque solet a nostris afferri ra-
3 tio, † vna, quia re tantum coniunctus non venit ex alieno iure, sed ex iure proprio, quasi ad legatum sibi insolidum relictum, cum testator ei manifestè rem solidam legauerit. Quamobrem non debet aliud onus agnoscere, quam, quod
sibi iniunctum est. † *Ita post Iustinianum in d. l. vn. §. fin verò* 4
non omnes, & §. fin autem ad deficientis, C. de cad. toll. & scribunt Bald. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij in prin. C. eod. Castr in d l. quæ conditio. 39. in prin num. 5. versic 2. casu, ff. de cond. & dem. in d. l. si mihi & tibi. 12. in princ. & d. l si duobus. 16. §. fin. num. 1. ff de leg primo, in d. l. vn. § pro secundo, num. 3. § his ita definitis, num. 2. §. fin autem disiunctim num. 2. & 3. in si C. de cad. toll Ias. in d. l. re coniuncti, num. 4. & 102. & ibi Rip. numer. 7. 9. & 193. Alcia num 59. versic. hinc etiam est Dec in rub. Cod. quand. non pet. part. in tertia lect. num. 5. Ant. Fum. de comun. cap 5. num. 1. & cap. 19. num 2. Crass. in d. § ius accrescendi q. 29. num. 6. vers. secus, Gomez. d tom. 1. var. resol cap. 10. num. 43. versic. 4. Mant. de con. vlt. vol. d lib. 10 tit. 3 num. 16. Pereg. de fideic d artic. 16. num. 77. & artic. 36. num. 117. Cuiac. in d l. vn. § pro secundo, C. de cad. toll. Et tradunt etiam ij, quos referemus in q. seq num. 20. Altera verò ratio deducitur a natura disiunctionis, ex qua testatoris voluntatem colligimus: Nam quemadmodum testator, qui plures in legato coniungit, censetur eos etiam in onere coniungere, ita & contra, qui disiungit in legato, censetur etiam in onere separare, & velle, vt vnusquisque suum, non alienum onus agnoscat: Alioquin enim, si contrarium
voluisset, nulla erat difficultas coniunctim disponendi. † Ita 5
Iustinianus *in d. l. vn. § fin autem ad deficientis, C. de cad. toll. Et post eum Azo. in summ. C. eod. nu. 17. Castr. in d. l. si duobus 16. § vlt. num 1. ff. de leg. 1. Imol in d. l quæ conditio. 39 in princ. num. 4 uersic. in ea glo ibi re, & verbis, ff. de cond. & dem. Ias. in addit. ad Port. in d. §. si eadem post num. 20. inst. de legat. Alcia. in d. l. re coniuncti, num 59. in prin. & versic. hinc etiam est, & ibi Io. Gaud. num. 12 Cuiac. in d. l. si duobus. 16. q 5 ff. de leg. 1.*

Planè, licet hoc regulariter verum sit, & procedat, non solum in onere legati, aut fideicommissi sed etiam in onere
conditionis † *d. l. si separatim. 30. & ibi Castr. ff. de cond & dem.* 6
Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21. versic de onere, & alijs similibus, interdum tamen locum non obtinet: Nam certis casibus, etiam disiuncti, seu re tantum coniuncti partem deficientis cum onere consequuntur.

Primum enim, si post acquisitionem portio deficiat, & nihilominus disiuncto accrescat, vt euenit in vsufructu, *sicuti demonstrauimus in 7. cap. q. 59 num. 103.* receptum est, eam
ad disiunctum cum onere pertinere. † quia non defertur per 7
ius non decrescendi, sed per ius accrescendi, † *ut ex communi* 8
veterum sententia diximus in 5. cap. q. 37. num. 12. Ita Ias. in d. l. re coniuncti, num. 102. Sed hæc limitatio, licet in foro sit seruanda, tamquam ea, quæ in opinione recepta fundamentum habet, non est tamen illi sententiæ consentanea, quam nos disputando veriorem arbitrati sumus *in eadem q. 37. num. 15. & seqq.* Nam ibi verius esse demonstrauimus, inter re tantum coniunctos etiam post acquisitionem ius non decrescendi habere locum. Quo fit, vt etiam eo casu possit coniunctus
onus alteri impositum respuere, † secundum regulam, quam 9
generaliter definiuit Iustinianus *in d l. vn. §. fin autem ad deficientis, C. de cad. toll.*

Secundo verò, si onus iniunctum deficienti sit fauorabile, puta libertatis, alimentorum, aut relicti ad pias causas, erit etiam a disiuncto, qui venit per ius non decrescendi præstan-
dum, vt de onere libertatis † *scribit Alcia. in d. l. re coniuncti,* 10
nu. 59. uers. hinc etiam est, de onere verò alimentorum, † *idem* 11
Alcia ibi, Denique de onere legati relicti ad pias causas, *Vin. decis. 406. nu. 17. versic. & quia.* Quam in rem faciunt etiam ea, quæ diximus *in hoc cap q. 13. num. 17. & seqq. & dicemus in q. 17 num. 109.*

Tertio, si constet, aut ex verbis, aut ex coniecturis, testatorem voluisse, onus etiam a re tantum coniuncto præstari; dubium non est, quin etiam ei cum onere portio deferatur:
† Potest enim testator cauere, vt etiam ad re tantum coniun- 12
ctum portio cum onere pertineat, † *secundum Forca. in dict.* 13
Necyo. dial. 67. num. 4. Quam in rem faciunt etiam, quæ diximus *in hoc ipso cap. q. 13 nu. 21. & seqq. & dicemus in q. seq. n. 21. vbi demonstrabimus totum hoc ius oneris subeundi ex voluntate testatoris æstimari.* Hinc infertur.

Quarto, si testator nominatim omnibus re tantum coniunctis onus imposuerit, debere vnumquemque id agnoscere,
etiam pro parte deficientis, † *ut scribunt glo. in d l un. §. fin ve-* 14
rò non omnes in verb. non sentiat, C. de cad. toll. Castr. in d. l un. §. fin autem disiunctim, num. 2. C. eod. Alcia. in d. l. re coniuncti n. 59.
vers.

versic.hinc etiam est, Et est etiam de mente eorum, qui scripse-
runt indistinctè cum onere transire, quoties id omnibus iniunctum
15 *est, quos retulimus in hoc cap. q. 13. num.* 27. quia † testator eos
pariter grauando videtur in onere coniunxisse, & per con-
sequentias voluisse, vt portio deficientis a capiente præste-
tur, secundum ea, quæ diximus *ibi num.* 28. quæque non est
necesse hic iterum repetere.

S V M M A R I V M.

1 *Portio legati, vel fideicommissi caduca, aut quasi caduca pertinet ad re, & verbis coniunctum sine onere & cur, n 2. & 3. Sed contra, num. 4. & cur nu. 18. & seqq. vsque ad n. 38. Declara, ut num. 63.*

3 *Fauendum plus est magis dilecto, quam minus dilecto, Declara, ut num. 29.*

5 *Declaratur l. si quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem.*

6 *Declaratur l. vn. §. vbi autem legatarij, Cod. de cad. toll. & num. seqq.*

7 *Declaratur l. vn. §. pro secundo, C. de cad. toll. & num. seqq.*

12 *Exceptio denotat regulam in contrarium, & eam in casibus non exceptis confirmat.*

16 *Declaratur l. vn. §. fin autem ad deficientis versic. sed & varietatis, C. de cad. toll. & num. 17. 22. & 51.*

25 *Declaratur l Seia 20. § Caio Seio ff. de fund instr.*

30 *Coniuncti legatarij, aut fideicommissarij partem vacantem cum onere consequuntur, Disiuncti verò sine, Declara, vt num. 31. & 32. & cur, nu. 34. & seqq. vsque ad num. 38.*

33 *Coniuncti re & verbis, & coniuncti verbis tantum non differunt in oneris præstatione.*

38 *Portio legati, aut fideicommissi vacans per ius accrescendi transit cum onere, per ius verò non decrescendi sine, Declara vt nu. 39. & 40.*

41 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere, qualecumque id sit.*

42 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere conditionis. Declara, vt nu. 53. & seqq.*

43 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere modi.*

44 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere, quod in dando consistit.*

45 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere, quod consistit in faciendo, Declara, vt num. 58. & 59.*

46 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere alimentorum, etiamsi nominatim vni sit iniunctum.*

47 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis cum onere legati relicti ad pias causas, etiam si id nominatim vni sit iniunctum.*

48 *Portio non solum accrescit cum suis oneribus, sed etiam cum suis qualitatibus.*

49 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniunctis sine onere, si talis fuit mens defuncti.*

50 *Testator potest facere, vt sine onere accrescat, quod alias deberet cum onere transire, & cur, num. 51.*

52 *Portio legati, aut fideicommissi vacans accrescit coniuncto sine onere conditionis casualis, & cur num. 55.*

54 *Conditio casualis non intelligitur in legatis repetita.*

57 *Datio per alium expediri potest.*

58 *Facta, quæ per alium expediri possint, & quæ non, & numer. 59.*

60 *Conditionis, quæ in faciendo consistit, onus non transit in coniunctum, quoties factum per alium expediri nequit, & cur num. 61.*

62 *Portio accrescit sine onere conditionis, quoties ea personæ cohæret.*

64 *Portio accrescit coniuncto sine onere, quoties id vni tantum nominatim fuit iniunctum, licet nonnulli contrarium verius arbitrentur, nu. 65.*

66 *Portio accrescit coniunctis cum onere pro rata portionis accrescentis.*

An pars caduca, aut quasi caduca cum onere pertineat ad re, & verbis coniunctum in legatis, & fideicommissis.

Q V Æ S T I O XVI.

QVartus, & vltimus casus est, quando pars legati, vel fi-
deicommissi efficitur caduca aut quasi caduca, & tra-
ctamus de coniunctis re, & verbis, Et tunc, si quæramus, an
ad eos portio cum onere pertineat, an verò sine, constat, rem
esse mirum in modum controuersam: Nam plerique cen-
suerunt sine onere pertinere, † *Quæ fuit opinio Petr. de Bellap.* 1
quem refert Bart. in l. quæ conditio. 39. in prin. num. 3. ff. de cond.
& dem. Et sequuntur Papiens. in form. lib. quo ag. ex subst. in
verb. breuiloce, num. 37. Port in §. si eadem nu. 11 inst. de leg. Io.
Gand. in d. l. re coniuncti, nu. 46 & 74. Andr. Fach. lib. 4. controu.
cap. 94. vers. ad tertium. Moti sunt autem

Primo, quia ratio propter quam dicimus, re tantum con-
iunctos non debere præstare onus iniunctum deficienti, mi-
litat etiam in re, & verbis coniunctis: Nam ideo † illi non 2
præstant onus, quia, cum testator eis rem insolidum relique-
rit, defectus non capientis non facit, vt quicquam alijs accre-
scat, ita, vt alienum legatum lucrari videantur, sed, vt nihil
eis decrescat, & proprium legatum integrum, nec diminu-
tum retineant *d. l. vn. § fin verò nemo alius, & §. fin autem ad*
deficientis, C. de cad. toll. At hæc ratio locum habet etiam in
re, & verbis coniunctis quoniam, & ipsis rem insolidum te-
stator relinquit, *vt ostendimus in 5. cap. q. 32. num. 9.* ideoque
secundum receptiorem sententiam, & ipsi veniunt per ius
non decrescendi, & iure suo, quasi ad proprium, non alienum
legatum, *ut retulimus in eodem cap. qu. 39. num.* 3. Ergo & in
eis debet habere locum eadem iuris dispositio, vt scilicet, &
ipsi partem vacantem sine vllo onere consequantur. *Ita*
arguunt Papien in d. form lib. quo ag. ex subst. in verb. breuilocè,
nu. 37. & Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 94. versic ad tertium.

Secundo moti sunt, quia magis dilecto plus est fauendum,
quam minus dilecto † *l. Publius, 36. §. Titia ff. de cond. & dem.* 3
Sed re, & verbis coniunctus magis est dilectus, quam coniun-
ctus re tantum, quod patet ex eo, quia huic ille præfertur *l. re*
coniuncti, 87. vers præfertur ff de leg 3. Ergo, si re tantum con-
iunctus partem sine onere consequitur, multo magis eam si-
ne onere consequi debet coniunctus re, & verbis. *Ita Crott. in*
d. l. re coniuncti, num. 109.

His tamen non obstantibus verius est, quod alij frequen-
tius tradiderunt, scilicet, ad re & verbis coniunctos legatarios,
aut fideicommissarios partem vacantem cum suo onere per-
tinere: † *Ita enim censuerunt gl. in l. quæ conditio, 39 in prin. in* 4
verb. gradum & ibi Bart num. 3 Imol. nu. 4. versic. in ea gl. ibi re,
& verbis, Castr. num. 6 ff. de cond. & dem gl. in d. l. vn. §. ne au-
tem, in verb. lucrante & in § fin verò non omnes, in verb. non sen-
tiat, C. de cad. toll. Azo in summ. C. eod. num. 17. Bart. in d. l. re
coniuncti, num. 24. & 55. & ibi Petr. de Besu. num 34 Ias. n. 111.
Crott. num. 109. vbi testatur, hanc esse communem Polit. nu. 85.
versic. 2. Rip. num. 194. vbi pariter testatur de communi Alcia.
num. 59. vbi similiter attestatur ita communiter esse receptum,
Bart. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 5. & ibi Ang num. 1.
Castr. num. 1. versic. potest etiam. C. de cadu. toll. Castr. in l. si duo-
bus. 16. §. vlt. num. 1 ff. de leg 1. Ias. in addit ad Port. in §. si ea-
dem post num. 20. & ibi Mynsi. num. 15. inst. de leg. Alcia. consil.
40. num. 5. lib. 9. Ant. Fum. de commun cap. 19 nu. 1. Zaz. in suis
sing. intell cap. 27. versic est & alius Gomez tom. 1. varia. resol.
cap. 10. num. 43. versic. 4. Crass. in §. ius accrescendi q. 29 num. 6.
Pereg. de fideic. artic. 16. num. 79. vbi testatur, hanc esse com-
munem Vin decis. 406. num. 16. versic. & quia, Duar. lib. 2. de
iur. accr cap. 2. Forcat. in Necyo dial. 59. num. 1. & dial. 67. n. 4.
Cuiac. in d. l. si duobus 16. q. 5. ff. de leg primo, & in d. l. vn. § pro
secundo, C. de cad. toll. Probatur autem hæc sententia.

Primo *l. si quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem.* vbi Iabole-
nus, *Duobus eadem res si heredi centum dedissent, legata est,*
inquit, *si alter ex ijs quinquaginta dederit, partem legati conse-*
quetur, & pars eius, qui non dederit, alteri cum sua conditione
accrescet. Hic † legatarij fuerant re, & verbis coniuncti, 5
quia secundum Iaboleni verba ita oportuit, testatorem esse
locutum, *Lego Titio, & Seio fundum Tusculanum, si heredi*
cen-

centum dederint, & tamen pars deficientis accrescit alteri cum onere conditionis. Ergo re, & verbis coniunctis cum onere pars accrescit.

Secundo hanc eandem sententiam non obscurè probat
6 *d.l.un.§.vbi autem legatarij,C.de cad.soll.* Nam cum ibi † Iustinianus duo tantum constituat legatariorum genera, coniunctorum scilicet,& disiunctorum,& coniunctos dicat consequi partem deficientis cum onere, disiunctos verò sine, Consequens est, vt omnes, qui non disiuncti, sed coniuncti sunt,partem cum onere consequantur. Sunt autem coniuncti,non disiuncti,qui vtroque nexu iunguntur *l. heredes sine partibus 63.ff.de hered.inst.d.§.si eadem inst.de legat. & nos diximus in 5.cap.q.28.num.* 8. Debet igitur, & ad ipsos portio vacans cum onere pertinere. *Ita Alcia.in d.l.re coniũcti,nu.*59.

Tertio probatur *d.l.un.§.pro secundo & §.ne autem, C eod.*
7 vbi generaliter traditur, †caduca,aut quasi caduca cum suo onere coniunctis accrescere. Ergo & re,& verbis coniunctis. Probatur consequentia,secundum nos dupliciter, & primo,
8 quia coniuncti a Iustiniano non dicuntur,†nisi,qui vtroque nexu iunguntur *d.§.si eadem inst.de lega.& nos ostendimus in d.cap.5.q.28.nu.* 14. Coniunctim enim legare est totam rem dare singulis initio,partes verò fieri concursu *l.coniũctim,78.ff.de leg.3.* Secundo, quia, nisi regula superior de re, & verbis
9 coniunctis acciperetur,non posset in aliquo verificari:†Non enim verificaretur in re tantum coniunctis, quoniam illi, non coniuncti,sed disiuncti in tota illa constitutione a Iustiniano vocantur,*vt patet ex §.his ita definitis,& §.sin autem disiunctim*, & præterea non subeunt onus iniunctum deficienti, *d.§.sin autem ad deficientis*, Minus verificaretur in coniunctis verbis tantum, quia, cum illis portio vacans (secundum nos) non accrescat, *vt ostendimus in 5.cap.q.38. nu.* 26. nec per consequentias dici posset accrescere cum onere. Necessariò igitur debet accipi de re,& verbis coniunctis. At,secundum communem, & in foro receptam opinionem, quæ etiam verbis tantum coniunctis ius tribuit accrescendi,Consequentia probatur, quia coniuncti a Iustiniano vocantur,
10 † non solum ij, qui verbis tantum coniunguntur, sed etiam qui re,& verbis,Quod patet ex eo, quia alioquin mancus, & imperfectus ibi fuisset Imperator: Locutus enim esset de re tantum coniunctis, quos disiunctos vocat, & de coniunctis verbis tantum,quos (secundum eos) simplici coniunctorum appellatione complectitur,& re,& verbis coniunctos omisisset. Atqui hoc dicere est absurdum, quia Iustinianus eo, quod in superiore parte legis plurimis locis coniuncti fecit mentionem,necessarium duxit (vt ipsemet profitetur *in d.§.his ita definit.s.*) omnem eius articuli inspectionem latiùs, & subtiliore tractatu dirimere, & tamen hoc posito non diremisset omnem inspectionem, quoniam re,& verbis coniunctorum tractatum omisisset. Necessariò igitur dicendum est,regulam superiorem debere etiam de re,& verbis coniunctis accipi,vt proinde constet,non satis consultò *Andr.Fach.d.lib.4 Contro.cap.94.vers.ad tertium,& alios* plerosque dixis-
11 se, † Iustinianum *in relatis locis*, non de re,& verbis,sed,de verbis tantum coniunctis esse locutum.

Quarto probatur, quia exceptio in vno casu denotat regulam in contrarium,& eam in omnibus alijs casibus confir-
12 mat † *l.1.in prin.vers.huius,ff.de off.eius* Sed *in d.l.un.§.sin autem ad deficientis*, proponitur exceptio in disiunctis, dum scribitur,eos retinere partem deficientis sine grauamine. Ergo in omnibus alijs,& per consequentias etiam in re, & verbis coniunctis obtinebit regula contraria, vt scilicet eis pars cum suo onere accrescat. *Ita argumentantur Polit.in d.l.re coniuncti, numer.* 86.*& ibi Rip.n.*185.

Nec est,quod respondeas,re,& verbis coniunctos, licet in exceptione non exprimantur, virtualiter tamen in ea conti-
13 neri ob identitatem rationis, *vt respondent Crott.in d.l.re coniuncti,nu.*110.*& Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94.vers.ad ter-*
14 *tium*,quia verius est,ne hoc quidem respectu contineri, † & quidem sine dubio,secundum nos,qui arbitramur,venire eos per ius accrescendi, *vt postea dicemus*,sed,secundum commu-
15 nem ideo non continentur, quia,cum ibi Iustinianus † duas in disiunctis rationes afferat,& posterior non possit ad re, & verbis coniunctos adaptari, *vt ostendimus in sequenti fundamento*,sufficit hoc ad eorum exclusionẽ, licet prior videatur eis posse cõuenire.*Ita sentiũt omnes,quos referemus infra n.*28.

Quinto probatur *d.l.un.§.sin autem ad deficientis,versic.sed & varietatis C.de cad.soll.* vbi Iustinianus,†postea,quã dixit, 16
coniunctos partem deficientis consequi cum onere, disiunctos verò sine, subijcit, *Sed varietatis non in occulto sit ratio, cum ideo videatur testator disiũctim hoc reliquisse vt vnusquisque suum onus,non alienum agnoscat: Nam, si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere.* Nam ex his verbis infertur, Ergo, quoties testator coniunctim disponit,mens eius est, vt coniunctus subeat onus iniunctum deficienti. *Ita arguunt Rip.in d.l.re coniuncti, num.* 195 *Pereg.de fideic.d.artic.16.num.79.*

Nec dicas, intelligendum esse Iustinianum de testatore, qui disponit coniunctim,non vtroque modo,sed verbis tantum, † *Quomodo respondet Crott.in d.l.re coniuncti, num.*110. 17
versic.ad secundum,& Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94.vers.ad tertium, quia huic responsioni obstant ea omnia,quæ diximus in tertio fundamẽto,quæque non est necesse repetere.

Sexto probatur secundum nos quia, †qui venit per ius ac- 18
crescendi, debet præstare onus iniunctum deficienti *d.§.vbi autem legatarij,& tradunt omnes,quos retulimus in hoc cap. q.14.num.2.& referemus infra num.38.* Sed re,& verbis coniuncti secundum veriorem sententiam veniunt per ius accrescendi,*vt ostendimus in 5.cap.q.39.nu.8.& seqq.* Debent igitur onus iniunctum deficienti præstare.

Septimo,& vltimo probatur ratione,quæ est varia pro varietate sententiarum: Nam,secundum nos, qui arbitramur, re,& verbis coniunctos venire per ius accrescendi, & verbis tantum coniunctos ab illo excludi, ratio est duplex,† vna, 19
quia re, & verbis coniuncti non veniunt ad partem vacantem iure proprio,& ex proprio legato,sed iure alieno & quasi ad legatum alteri relictum,ideoque non sunt ferendi,si velint agnoscere lucrum,& onus illi annexum respuere, vt docuit Iustinianus *in d.§.pro secundo*, Quam rationem ad re, & verbis coniunctos referendam, † rectè *Alcia.in d.l.re coniun-* 20
cti,num.59.versic.nec me monet,& alij plerique tradiderunt, *& est de mente eorum,quos referemus infra num.35,qui prædictam rationem simpliciter ad coniunctos retulerunt*. Altera verò ratio est,quia † talis censetur mens testatoris. Nam, cum 21
duos re,& verbis coniungit,& grauat, censetur eos, vt in lucro,ita & in onere coniungere,& cõsequenter velle,vt vnius, deficientis pars accrescat alteri cum suo onere. Quod significat Iustinianus † *in d.§.sin autem ad deficientis,versic.sed,&* 22
varietatis,secundum ea,quæ diximus *in hoc cap.q.14.num.9.* quæque (posita nostra sententia) ad re,& verbis coniunctos non etiam ad coniunctos verbis tantum sunt applicanda. At,secundum communem opinionem,quæ re,&verbis coniunctis tribuit ius non decrescendi, verbis autem coniunctis ius accrescendi,ratio non est duplex:†Nam prior (secundum 23
eos) non potest ad re,& verbis coniunctos adaptari,quippe, qui exemplo disiunctorum veniunt ad partem vacantem iure suo,& ex proprio legato,sed in eis locum habet ratio posterior ducta a natura coniunctionis, quæ est, vt inducat repetitionem,idest operetur, vt onus vni iniunctum censeatur in alterius persona repetitum †*l.Seia.20.§.Caio Seio ff.de fũd.* 24
instr.Ita Bart.in d.l.re coniuncti, num.55 & ibi Petr.de Besu.num.34.Ias.num.111.vbi testatur,hanc esse communem & nu.240.Castr.in d.l.quæ conditio 39 in prin.nu.6.ff.de cond.& dem.& in d.l.si duobus 16.§.fin.nu.1.ff.de leg.1.Ias.in addit. ad Port.in d.§.si eadem,post nu.20.inst.de legat.Ant.Fum.de coniun.cap.19.num.2.Crass.in d.§.ius accrescendi qu.29 num.6. Pereg.de fideic.d.artic.16.nu.79.Et tradunt etiam omnes quos referemus infra num.28. Et quamquam *l.Seia.20.§.Caio Seio ff.de fund.*
instr. non probet id,ad quod adducitur, cum loquatur † de 25
coniuncta posita inter res, non inter personas, Qua ratione *Crott.in d.l.re coniuncti,num.109.& ibi Polit.num.86.vers.adnotandum.Rip.nu.194.Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94. vers.ad tertium, & alij* plerique moti supra dictam rationem improbarunt,†probatur tamen *d.§.sin autem ad deficientis,vers.* 26
sed,& varietatis,secundum ea,quæ supra diximus.

Neque obstant contraria: Ad primum enim, secundum nos,facilis est responsio: Neque enim verùm est, rationem, quæ in disiunctis consideratur, ad re, & verbis coniunctos pertinere, †quia non veniunt per ius non decrescendi,sed per 27
ius accrescendi,& sic non veniunt iure proprio,sed alieno,&, tamquam ad alienum legatum, secundum ea, quæ supra

dixi-

diximus. *Ita respondent Polit. in d. l. re coniuncti, num. 86. vers. & propterea, & ibi Alcia. num. 59. versic. nec me mouet.* At posita communi respondetur, re, & verbis coniunctos, licet in hoc sint similes re tantum coniunctis, seu disiunctis, quod veniunt per ius non decrescendi, & hac ratione videatur idem in eis, quod in disiunctis circa oneris præstationem statuendum, in alio tamen a prędictis differre, quod scilicet verborum nexu iungantur, quę res operatur, vt onus vni iniunctum censeatur etiam in alijs personis repetitum, *secundum ea, quæ supra diximus.* Itaque quod non facit ius non decre-
28 scendi, vis copulæ, seu natura coniunctionis operatur. † *Ita respondent Bart. in d. l. qua conditio. 39. in prin. num. 3. & ibi Imol. nu. 4. versic. in ea gl. ibi, re, & verbis ff. de cond. & dem. Castr. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 1. versic. potest etiam, Cod. de cad. toll. & in d. l. si duobus. 16. §. fi. num. 1. ff. de leg. primo. Rip. in d. l. re coniuncti nu. 195. Gomez. d. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 43. versic. quarta.*

29 Ad secundum verò respondeo, maiorem procedere, † nisi fauoris diminutio procedat ab eadem causa, a qua profluit prædilectio: nam tunc verius est, minus faueri prædilecto, quam alijs, vt euenit in casu nostro: nam, quia prædilectio prouenit a natura coniunctionis, quæ est, vt coniuncti constituant, vnum corpus, & partem coniunctorum, quasi suam præoccupent *d. l. vn. §. his ita definitis Cod. de cad. toll. & nos latè diximus in 5 cap. q. 35. num. 1.* & ab eadem natura prouenit oneris repetitio, *vt diximus supra num. 24. & 28.* fit, vt re, & verbis coniuncti, quemadmodum in parte coniuncti deficientis præferuntur alijs omnibus ex vi coniunctionis, ita etiam ex eadem videbant onus illi iniunctum agnoscere, & hoc modo minus recipiant fauoris, & beneficij, quam, si essent disiuncti: Onus enim, & incommodum est veluti quædam commodi, & beneficij sequela, *ut diximus in hoc cap. q. 6. num. 74.*

Hinc intelligimus, quod generaliter traditur a Iustiniano
30 † *in d. § vbi autem legatarij, & in d. §. fin autem ad deficientis, & post eum à Bart. in d. §. vbi autem legatarij in prin. & num. 2. & ibi Bald. in prin. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 6. Alcia. consil. 40. num. 5. lib. 9. Odd. consil. 98. num. 15. Balduin. in d. §. si eadem, num. 19. inst. de leg. & ad tit. de his, quæ pro non script. hab. num. 49. post tit. inst. de ademp. leg. Cuiac. in d. §. vbi autem legatarij, Donell. lib. 8. comm. cap. 21. versic. de onere, & Vuesemb. in d. §. si eadem, num. 2. & 4.* partem deficientis ad coniunctos cum onere pertinere, ad disiunctos verò sine, ita secundum nos
31 esse accipiendum, † vt coniunctorum appellatione non contineantur, nisi, qui re, & verbis coniunguntur, disiunctorum verò, qui re tantum, At secundum communem sub coniunctis, tàm verbis tãtum, quam vtroque nexu iuncti continen-
32 tur † *vt declarant Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 86. & Vuesemb. in d. §. si eadem, n. 2.* Nec enim respectu oneris aliqua est inter
33 prædicta coniunctorum genera differentia. † *ut scribũt Pere. de fideic. d. artic. 16. num. 79. & Forcat. in Necyo d. dial. 67. n. 4.*

Ratio autem diuersitatis inter coniunctos, & disiunctos
34 secundum nos est duplex † vna, quia coniuncti veniunt per ius accrescendi, tamquam ad lucrum, seu legatum alienum, ideoque non sunt ferendi, si velint lucrum amplecti, & onus illi annexum respuere *d. l. un. §. pro secundo Cod. de cad. toll.* At disiuncti veniunt per ius non decrescendi, & sic iure proprio, & tamquam ad proprium legatum. Quamobrem non debent aliud onus agnoscere, quam, quod sibi impositum est
35 † *d. l. vn. §. fin verò nemo alius & § fin autem ad deficientis, C. de cad. toll. Ita Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 10. titul. 3. nu. 16. Cuiac. in d. §. pro secundo. & d. §. vbi autem legatarij Donell. dict. lib. 8. comm. cap. 21. versic de onere, & nos etiam diximus supra n. 19. & 20 & in q. 14. num. 6. & q. 15. nu. 3. & seqq.* Altera verò ratio est, quia talis censetur mens testatoris, quippe, qui coniungendo, aut disiungendo declarat, vtrum velit, onus esse com-
36 mune, an verò proprium, & separatum † *d. §. fin autem ad deficientis, versic. sed, & varietatis, & nos etiam diximus supra, n. 21. & 22. & in q. 14. nu. 8. & q. 15. nu. 5.* At secundum communem, prædictæ rationes veræ sunt respectu coniunctorum verbis tantum, sed respectu coniunctorum re, & verbis, non,
37 nisi posterior diuersitatis ratio considerari potest, † *ut latè diximus supra num. 23. & seqq. Et in specie declarat Castr. in d. l. si duobus. 16. §. fin. num. 1. ff. de leg. 1.*

Hinc etiam intelligimus, quod a plerisque traditur, per ius accrescendi partem cum onere pertinere, per ius verò non decrescendi sine, † *uti videre est apud Castr. in l. si separatim. 30. ff. de cond. & dem. Ang. de Gamb. de testa. glo. 42. n. 7. Port. in d. § si eadem, num. 11. inst. de leg. Ias. in d. l. re coniuncti num 6. & ibi Io. Gaud. num. 73. Mantic. de con. ult. uol. lib. 10. tit. 3. num. 16.* 38
secundum nos esse verissimum, quia † coniunctos, quos ipsi re, & verbis coniunctos interpretamur, pars cum onere accrescit *d. §. vbi autem legatarij,* a disiunctis verò pars non decrescens sine onere retinetur *d. §. fin autem ad deficientis,* At 39
secundum communem, verum quidem est, † respectu iuris accrescendi. Cæterùm respectu iuris non decrescendi necessariò recipit distinctionem; Aut enim prouenit ex coniunctione reali, & locum habet sine onere, aut ex coniunctione mixta, & cum onere portio retinetur. *Ita declarant omnes, quos retulimus supra num. 28.* 40

Quod autem diximus, ad coniũctos partem cum suo onere transire, siue intelligatur iuxta nostram sententiam de re, & verbis coniunctis, siue iuxta communem, etiam de coniunctis verbis tantum, adeo verum est, vt procedat.

Primo, siue onus sit legati, aut fideicommissi, siue cuiuscunque alterius rei † *d. l. un. § pro secundo C. de cad. toll. Azo. in summ. C. eod. num. 15. Alcia. consil. 41. num. 1. & 5. in fi lib. 9.* 41
Itaque procedit in onere conditionis, † *l. si quis legata 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. d. l. un. §. pro secundo C. de cad. toll. glo. in l. si plures 6. in verb. repellantur C. de cond. insert. Azo. in summ. C. eod. num. 15. Castr. in l. hac scriptura 26. §. vlt num. 1. & in l. si separatim 30. ff. de cond. & dem. Balduin. ad tit. de his, quæ pro non scrip. hab. num. 49. post tit. inst. de ademp. lega. Donell. d. lib. 8. comm. cap. 21. versic. de onere,* vel modi, † *d. l. un. § pro secundo, C. de cad. toll. Azo. in summ. C. eod. num. 15. Imol. in d. l. qua conditio. 39. in prin. nu 4. versic in ea gl. in fi ff. de cond. & dem. Anto. Fum. de coniun. cap. 19. num. 2.* siue consistat in dando † *d. l. si quis legata 53. §. vlt. ff. de cond & dem. d. l. vn. § pro secundo & §. ne autem, C. de cad. toll. Azo. in d. summ. C. eod. num. 15. Anto. Fum de coniun. d. cap. 19. num. 1. & 2. Put. lib. 3. decis. 424. nu. 2.* siue in faciendo † *d. l. un. § pro secundo & § ne autem, C. de cad. toll. Azo. in d. summ. C. eod. num. 15. Papien. in form. lib. quo ag. ex substit. in verb. breuiloce, nu. 37. Anto. Fum. de coniun. d. cap. 19. num. 1. & 2.* 42 43 44 45

Secundo procedit non solum, si communiter omnibus sit onus impositum, sed etiam, si nominatim vni tantum, dummodo tractetur de onere fauorabili, puta alimentorum, † *secundum Crott. in d. l. re coniuncti, num. 154.* vel alterius relicti ad pias causas, † *vt ibi Crott. declarat,* Quam in rem faciunt ea, quæ diximus *in hoc cap. q. 13 num. 18. & seqq. & q. 15 nu. 10. & seqq.* 46 47

Tertio procedit, etiam in qualitatibus; Nam portio non solum accrescit cum suis oneribus, sed etiam cum suis qualitatibus † *vt scribunt Ias. in l. si mihi, & tibi. 12. in prin. nu 9. ff. de leg. 1. Menoch consil. 190. num. 30.* 48

Planè, interdum etiam coniuncti partem vacantem sine onere consequuntur.

Primum enim, si, aut ex verbis, aut ex coniecturis constet, talem esse mentem defuncti, dubium non est, quin etiam coniunctus sine onere partem vacantem consequatur: † Nã 49
testator potest facere, vt sine onere accrescat, quod alioquin sui natura deberet cum onere transire † *secundum Forcat. in d. Necyo dial. 67. num. 4.* & contra, accrescat cum onere, quod 50
aliàs sine onere transire solet, *vt diximus in hoc ipso cap q. 13. num. 22.* scilicet, quia totum hoc ius præstandi, aut non præstandi oneris æstimatur ex voluntate testatoris. † Quamo- 51
brem Iustinianus *in d. l. vn. § fin autem ad deficientis, versic. sed, & varietatis, C. de cad. toll.* ideo disiunctos ait, non subire onus iniunctum deficienti, quia videtur testator disiunctim reliquisse, vt vnusquisque suum onus, non alienum agnoscat: Nam, si contrarium volebat, nulla difficultas erat coniunctim disponere, & *in d. l. vn. §. ne autem, versic fin autem talis,* multa refert conditionum genera, quæ non transeunt in coniunctum, in quem tamen lucrum transfertur, ideo, quia hoc testator noluit.

Secundo, si onus sit conditionis casualis, magis est, vt in coniunctum legatarium, aut fideicommissarium non transferatur, & sic vt eis portio sine onere accrescat † *sicuti docuerunt Imol. in d. l. qua conditio. 39. in prin. nu 4. versic. in ea glo. in fi ff. de cond. & dem. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 19. nu. 3.* Quod 52
enim

enim diximus, accrescere cum onere conditionis, procedit in
53 conditione potestatiua, † *de qua specialiter loquuntur d. l. si quis legata 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. Imol in d. l. qua conditio. num. 4. vers. in ea glo in fin. Ant. Fum. de coniun. d. cap. 19. nu. 1. Peregr. de fideic. d. artic. 16. num. 86.* non etiam in casuali, quip-
54 pe, quæ non intelligitur in legatis repetita † *secundum gl. in d. l. vn. §. pro secundo, in verb. sentire & ibi Cin. nu. 2. Cod. de cad. toll. Imol in d. l. qua conditio, num. 4. vers. si verò onus,* cum re ve-
55 ra non contineat onus ob id, † quod nulli per eam affertur commodum, *ut declarant DD. supradicti.*

Tertio, ne potestatiua quidem conditio semper in coniun-
56 ctum transfertur: † Nam, licet transferatur, si consistat in dando, scilicet, quia datio per alium semper expediri potest,
57 † *l. vlt. vers. an verò ff. de cond. inst. l. Arethusa. 15. in fin. ff. de stat. hom. & d. l. vn. §. ne autem, vers. cum enim C. de cad. toll. Et in specie declarat Mantic. de con. vlt. vol. libr. 11. tit. 17. nu. 1. Put. lib. 3. decis. 424 num. 2.* non tamen semper transfertur, si consistat in faciendo, sed tunc demum, cum factum tale est, vt
58 per alium impleri possit, † vt euenit, cum quis iubetur insulam, vel monumentum, vel aliud tale suis sumptibus facere, vel rem ab hærede testatoris emere, vel locationem, aut fideiussionem subire, & si quid huiusmodi facti simile sit: Nihil enim refert, vtrum per eum, de quo testator locutus est, an per alium eiusdem lucri successorem adimpleatur *d. §. ne autem vers. fin autem.* Cœterùm, si talis sit verborum conceptio, tunc, & facti natura, vt ab alio impleri non possit, tûc, & si lucrum ad coniunctum perueniat, non tamen & grauamen eum sequitur, quia hoc, neque ipsa natura concedit,
59 neque testator voluit: Quid enim si testator iusserit, † eum in certum locum abire, vel liberalibus studijs imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel vxorem ducere, quæ omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur conclusisse, cui & suam munificentiam relinque-
60 bat? † *Ita Iustinianus in d. §. ne autem versic. fin verò talis & post eum Azo in d. summ. C. de cad. toll. num. 16. Bald. in l. si plures. 6. num. 17. versic 7. C. de cond. insert. Ang. cons. 153. n. 2. Zanch. in l. heredes mei 57. §. cum ita part. 10. n. 71 ff. ad Treb. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 11 tit. 17. numer. 10. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 2. Pereg. de fideico d. artic. 16. num. 87. Balduin. ad tit. de his, quæ pro non script. hab. num. 49 post. tit. inst. de adempt. leg.* Cen-
61 setur enim in his omnibus casibus, & alijs similibus † conditio personalis, & personæ cohærens *d. §. ne autem, vers. quæ omnia,* ideoque in alium transferri non potest *l. si ita expressum. 68 ff. de cond. & dem.* Quia ratione generaliter traditur a nostris, portionem sine onere conditionis accrescere, quo-
62 ties conditio personalis est, & personæ cohæret † *vti videre est apud Bart. in d. l. re coniuncti, num. 55. Imol. in d. l. qua conditio, num. 4. versic. in ea gl. in fin.*

Quarto quod diximus, partem cum onere coniuncto accrescere, procedit, si onus communiter omnibus sit impositum,
63 † *in quibus terminis loquuntur d. l. si quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem. Castr. in d. l. vn. §. fin autem disiunctim, nu. 3. C. de cad. toll.* Cœterùm, si nominatim vni tantum, receptum
64 est, sine onere transire, † *uti uidere est apud Castr. in d. §. fin autem disiunctim num. 3. Ang. de Gamb. de testa. gl. 41. num. 1. Ias. in d. l. si mihi, & tibi, 12. in prin. num. 16. ff. de leg. 1. Pere. de fideic. d. artic. 16. nu. 88. Forcat. in Necyo d. dial. 67 num. 4.* Quæ sententia, licet in puncto iuris magnam patiatur dubitatio-
65 nem, & contrariam opinionem, † *quam amplexi sunt gl. in d. l. vn. §. fin verò non omnes, in verb. non sentiat C. de cad. toll. Azo in summ. C. eod. n. 17. Put. d. lib. 3. decis. 424. num. 3. & Cuiac. in d. §. vbi autem legatarij,* non obscurè videatur probare *d. §. ne autem,* si quis diligenter attendat, consulendo tamen, & iudicando, non est a superiore sententia, quæ, vt diximus, receptior est, recedendum.

Quinto, & vltimo, quod diximus, accrescere cum onere, non ita accipiendum est, quasi totum onus accrescat, sed tantum pro portione commodi, idest pro rata portionis ac-
66 crescentis † *d. l. vn. § ne autem Cod. de cad. toll. Pere. de fideic. d. art. 16. nu. 87.* Et hæc de legatis, & fideicommissis.

S V M M A R I V M.

1 *Portio hæreditatis accrescit hæredibus institutis cum onere, & cur num. 2.*
3 *Onus vni iniunctum regulariter censetur a cohæredibus repetitum.*
4 *Caduca, aut quasi caduca portio hæreditatis accrescit cum onere.*
5 *Portio hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere, licet nonnulli contrarium censuerint, nu. 14.*
6 *Portio hæreditatis quoquomodo deficiat cum onere accrescit.*
7 *Hæreditas differt a legatis, & fideicommissis, quia hæredibus semper accrescit pars cum onere, legatarijs verò, & fideicommissarijs non semper, & num. 8. & 24. & cur, num. 11 & seqq. & nu. 17. & seqq. & num. 65 & seqq. vsque ad nu. 86. Declara, vt num. 23.*
9 *Caduca, aut quasi caduca pars legati, vel fideicommissi accrescit cum onere pro non scripta verò sine.*
10 *Portio hæreditatis, siue sit caduca siue quasi caduca, siue pro non scripta, accrescit cum onere.*
12 *Hæreditas repræsentat personam defuncti, non hæredis futuri, & num. 19.*
13 *Legatum non repræsentat personam defuncti.*
15 *Declaratur l. quidam referunt. 14. ff. de iur. codic. & num. seqq. vsque ad num. 64. & num. 155.*
16 *Declaratur l. vnic. §. in primo, Cod. de cad toll. & num. 43. 44 & 64.*
20 *Legatum non a defuncto, sed ab hærede incipit, Declara, vt num. 71.*
21 *Hæres adeundo obligatur legatarijs, & fideicommissarijs quasi ex contractu.*
22 *Ratio diuersitatis vbi afferri non potest, nec ius diuersum constitui debet.*
25 *Declaratur l. ciuitatibus, 123. §. Lucius ff. de leg. primo, & nu. seqq. & num. 107.*
26 *Negatio actus denotat potentiam.*
27 *Dispositio, quæ non habet effectum, habetur pro non facta.*
29 *Declaratur l. si duobus. 16. §. 1. ff. de leg. primo, & num. seqq. & num. 106.*
32 *Falsa demonstratio non vitiat dispositionem, sed vitiatur.*
36 *Declaratur l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. & nu seqq. & nu. 120.*
37 *Dictio, quoquomodo, est vniuersalis, & omnem omnino modum includit, nu. 38.*
40 *Priuatio præsupponit habitum.*
53 *Correctio legum non est inducenda, nisi de ea manifestè constet.*
56 *Cohæres præstat legata relicta a cohærede, quasi substitutus.*
62 *Declaratur l. sed cum ea. 15. ff. de iur. cod & nu. 70.*
66 *Testator grauando legatarios non censetur habere rationem rei, sed personæ. Declara vt nu. 71. & seqq.*
67 *Legatarij etiam inæqualiter vocati, si simpliciter grauentur, censentur grauati viriliter, & cur, num. 68.*
69 *Hæredes nominatim grauati tenentur viriliter, non pro portione hæreditaria.*
72 *Actione reali & effectu conuenitur rei non persona.*
73 *Legatarius grauatus si rem non habet, non tenetur.*
75 *Hæres nominatim grauatus censetur grauatus, quia hæres, non, vt hæres.*
77 *Hæreditas non repræsentat personam defuncti in onere legatorum, & cur, num. 78.*
83 *Hæres est successor iuris.*
84 *Legatarius non iuris, sed rei successor est.*
86 *Portio hæreditatis sine dubio accrescit cum onere, si habeatur pro non scripta culpa hæredis.*
87 *Portio hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, facilius accrescit cum onere, si id sit fauorabile.*
88 *Portio hæreditatis cum onere accrescit, si id simpliciter sit iniunctum.*
89 *Portio hæreditatis cum onere accrescit, si id sit iniunctum omnibus. & num 90.*
91 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id non ab omnibus gradibus sit relictum, sed omnibus eiusdem gradus sit iniunctum.*
92 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, si id sit iniunctum sub nominibus appellatiuis. & nu. 93. & cur, nu. 94.*
95 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, si id sit iniunctum sub nomine appellatiuo uni tantum ex hæredibus, Sed contra, num. 96.*
97 *Nominatim quid fieri dicitur, siue proprium nomen exprimatur,*

matur, siue alia demonstratio, quæ nominis vice fungatur, Declara, vt num.98.& seq.

100 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi nominatim sit omnibus iniunctum, & num.101.& cur, & num. 102. & 103.*

104 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id quibusdam tantum ex hæredibus nominatim sit iniunctum, dummodo accrescat alijs grauatis.& n.105.& cur, nu.108.*

109 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id nominatim vni sit impositum, si tamen onus sit fauorabile puta alimentorum, vel ad pias causas, num.110.*

111 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, siue hæredes sint coniuncti, siue disiuncti, & num.112.*

113 *Portio hæreditatis accrescit cum onere verbis tantum coniuncto.*

114 *Portio hæreditatis accrescit cum onere coniuncto re, & verbis.*

115 *Portio hæreditatis accrescit cum onere coniuncto re tantum, licet in legatis, & fideicommissis accrescat sine onere, & cur.num 117.& seqq. vsque ad num.124.*

116 *Portio hæreditatis cum onere accrescit ei, qui omnimodo disiunctus est.*

118 *Hæres qui semel est, non potest desinere esse hæres.*

119 *Legatarius, qui semel fuit, potest desinere esse legatarius.*

122 *Coniunctio realis, & mixta datur etiam in hæreditatibus.*

124 *Hæres ex pluribus partibus institutus, qui vnam partem omittit ex institutione, vt eam consequatur ex iure accrescendi, debet etiam pro ea onus subire.*

125 *Portio hæreditatis, etiamsi post acquisitionem accrescat, nihilominus accrescit cum onere.*

126 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id non debuisset præstari a deficiente.*

127 *Declaratur l.cum patronus.28.ff.de leg.2.*

128 *Cohæres, cui pars filij accrescit, tenetur præstare onus, quod filius pro quantitate legitimæ non præstitisset.*

129 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi ius accrescendi transeat in fideicommissarium.*

130 *Portio hæreditatis accrescit cum onere legati, aut fideicommissi.*

131 *Portio hæreditatis accrescit cum onere conditionis potestatiuæ, & num.132.*

133 *Portio hæreditatis accrescit cum onere modi.*

134 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, siue consistat in dando siue in faciendo.*

135 *Portio hæreditatis accrescit sine onere si id nominatim vni sit iniunctum & num.seqq. vsque ad num.149.& cur, nu. 140.cum seqq.*

137 *Declaratur l.Celsus.29.§.quod alicuius, ff.de leg.2.& nu seqq. vsque ad num.149.*

149 *Portio hæreditatis accrescit sine onere quod nominatim relictum est etiamsi sit relictum a duobus aut pluribus, dummodo accrescat non nominatis & nu. 150.& cur nu.151.*

152 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, etiamsi id duobus, aut pluribus sit iniunctum sub nominibus appellatiuis, dummodo accrescat non nominato.*

153 *Portio hæreditatis accrescit sine onere si sit impositum ei qui tempore testamenti erat in rerum natura, sed non tempore codicillorum, Sed contra, num.154.*

156 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, si id per alium impleri non possit.& num.157.*

158 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, vsque ad quantitatem legitimæ, si accrescat alijs filijs, secus si extraneis, num.159.*

160 *Portio hæreditatis accrescit cum onere pro rata portionis accrescentis.*

An, & quando pars accrescat cum onere in hæreditatibus testamentarijs.

QVÆSTIO XVII.

NVnc videamus de hæreditatibus, & dispiciamus, an in ijs portio vacans accrescat cum onere, an verò sine: Separatim autem nobis erit videndum, Primo, quid in hæreditatibus testamentarijs. Secundo, quid in ijs, quæ ab intestato deferuntur.

Et in testamentarijs quidem hæreditatibus receptum est, partem vacantem regulariter cum onere accrescere † *l.si duobus.16.§.1.l.ciuitatibus.125.§.Lucius, ff.de leg primo.l.mortuo, 50.§.vlt.& l.cum pater.79.§.cum pater ff de leg.2. l.si res aliena.52.§.1.ff.ad Treb.l.pen.ff.vt leg.nom.cauea.l.vn §.his ita definitis C.de cad.toll. Et scribunt Azo in summ. C. eod. num.18. Bald in l.si Titio.63.§.Iulianus ff.de leg.2.Imol. in d l.si duobus. 16.§.1.ff.de leg.primo & in d l mortuo.50.§.vlt.nu.4.ff de leg.2. Castr.in d §.his ita definitis num.4.Iasin d l.re coniuncti, num. 162.& ibi Io Gaud.nu.73.Iasin l.vn.nu. 12. versic. alia est ratio C.quand.non pet.part.Cagn in rub C.eod.num.44.Zanc in l. hæredes mei 57.§ cum ita part.6.num. 53. ff. ad Treb. Æmil. Ferr.in l.3.num 23.ff.de leg primo, Gomez.tom.1. varia.resol. cap.10.num.43.Pereg.consil 109.nu.4.vol.3.Surd.consil. 529. num. 27. vbi testatur, hanc regulam communiter sequi DD. Laderch consil.72.num.12.versic.quæ, cum ita sint, Forcat.in Necyo dial.67.num.4.Gratia.cap.104.discep.for.num.50.Bald. in § & plures, num.10.inst.de vulg.Duar.lib.2.de iur.accr.ca.2. Anto.Gou.de iur.accr num 17.Cuiac.in d l.vn.§. vbi autem legatarij C.de cad.toll.Donell lib.7.comm.cap.12.in fi & cap 28. versic portionem Rosent.de feud.cap.6.concl.74.n 13.& in gl.fi. Et ita etiam videtur sensisse Bald.in l.si Titio 63.§.Iulianus in fi. ff de leg.2.* dum ait, cum onere accrescere portionem, quæ ad alium pertinet iuxta voluntatem testatoris, quia, † cum onus hæreditati, non personæ imponatur, *ut ostendemus infra n.65.* Consequens est, vt transeat ad omnes, in quos hæreditas trāsfertur. *Ita Gomez.d.cap.10.n.43.* Quamobrem in hæreditatibus dicere possumus, onus vni iniunctum regulariter censeri a cohærede repetitum. † *vt scripserunt Bald.in d.l si Titio. 63.§.Iulianus, ff.de leg.2.Ias.in l licet imperator.77 nu. 47 ff.de leg primo.* Idque adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si portio sit caduca, vel quasi caduca, † *in quibus terminis loquuntur d.l.si duobus.16.§.1.ff.de leg primo d l.vn.§.his ita definitis, & ibi glo in verb quoquomodo, C.de cad.toll gl.in d.l.quæ conditio.39.in prin.in verb.gradum, & ibi Castr.nu.5.versic.interdum, Imol nu.5.ff.de cond.& dem.Imol. in d.l.Celsus.29.§.quod alicuius, n.3.versic. tamen communiter ff.de leg.2.Alex in d.l si duobus.16.§.1.num.3 in fi.ff de leg primo, Crott in d l.re coniuncti, num.108.& ibi Polit.nu.85. versic. sexta, Alcia nu.59.versic.sed an in hæreditate, & Rip.nu.192. Pere.de fideic d.artic.16.num.86.Cuiac.in d.l.vn §. vbi autem legatarij C.de cad.toll.* sed etiam, si pro non scripta, † *vt scribunt Bart.in d l.si duobus.16.§.1.& ibi Alex.num.3 in fi. vbi testatur hanc esse magis communem ff.de leg. primo Bart. in d.l. Celsus.29.§.quod alicuius, num.2.ff de leg.2. Ang.in d.l vn.§.in primo, num.3 C.de cad toll. & in l.eam, quam 14.in prin.versic. Non obstat C.de fideic.Imol.in d.l.mortuo 50.§ fi.nu.4.vbi testatur ita communiter teneri ff.de leg.2.Papie.in d.form.lib.quo ag. ex sub.in verb.breuiloce, num.26 Ias.in d.l.re coniuncti, nu.239. & ibi Rip num.190.vbi pariter testatur, ita communiter teneri, Et præter hos scribunt etiam omnes, quos referemus infra nu.7.* Quoquo enim modo deficiat pars, semper cum suo onere accrescit † *d.§.his ita definitis, & ibi Bart.in prin.Bart.in d.l.quæ conditio.39.in prin.ante num.1.Rip in d.l.re coniuncti, nu.190.* In quo quidem differt hæreditas a legatis, & fideicommissis, † *ut scribunt gl.in d.l.vn §.in primo, in verb.nullo grauamine, & ibi Bald.num.8.& Castr num. 6. C. de cad toll.gl.in d.l.vn.§ his ita definitis, in verb. quoquomodo, & ibi Cin. num. 4. Bart.nu.1, Bald.num.6.Castr.num.4.Cod.eod.glo. in d.l. quæ conditio, in prin.in verb.gradum, & ibi Bart.ante num. 1. Castr. num.5. versic.interdum, Azo in d.summ.Cod.de cad.toll.num.18.Bart. in d l.Ciuitatibus 125.§ Lucius, & ibi Imol in fi.ff.de leg.primo, Imol in d l.Celsus.29.§.quod alicuius num.3.vbi testatur, hanc esse communem, & ibi Castr num.1.ubi pariter testatur de communi ff.de leg.2.Castr.in d.l.si duobus.16.§.1. num. 3. ff. de leg. primo & in l.eam, quam.14.nu.9.C.de fideic.Pere.de iur fisc.lib. 3.tit.1.num 4 Crass in d § ius accrescendi q 29 num 1.Duar.d. lib.2.de iur.accr.cap.2.* vtpote, in quibus non semper cum onere pars accrescat, † *ut scribunt Ias.in d.l.vn.num.12.versic. alia est ratio C.quand.non pet.part. Donell lib.8.comm.c.21 in fi.* Itaque, licet in legatis distinguantur caduca, & quasi caduca ab ijs, quæ pro non scriptis habentur, quod illa cum onere accrescant, hæc verò sine onere transferantur † *d l.vn.§. in primo,*

1
2
3
4
5
6
7
8
9

nu, & §. *pro secundo C. de cad. toll. & tradunt gl. in d. §. pro secundo, in verb. sentire, & ibi Castr. num. 1. glo. in l. 2 in verb. non putat, ff. de hæred. inst. Azo in summ. C. de cad. toll. nu. 16. Imol. in d. l. qua conditio, nu. 5. vers. ratio autem, Gomez. d. cap. 10. n. 43. nosque specialiter diximus in hoc cap. q. 13. num. 1. & q. 14. nu. 1.* in hæreditatibus tamen non fit huiusmodi distinctio, sed indistinctè pars cum suo onere accrescit, siue caduca, aut
10 quasi caduca fiat, siue etiam pro non scripta habeatur, † *ut scribunt gl. in d. l. qua conditio, in verb. gradum, & ibi Imol. nu. 5. Castr. num. 5. Imol. in d. l. Celsus. 29. §. quod alicuius, num. 3. vers. tamen communiter, ff. de leg. 2. Alcia. in d. l. re coniuncti, nu. 59. vers. sed an in hæreditate.* Cuius diuersitatis hanc nostri com-
11 muniter tradunt esse rationem, quia † in hæreditatibus onus eius portionis, quæ pro non scripta habetur, consistit ab initio, cum fundetur in hæreditate, quæ repræsentat personam
12 defuncti † *l. hæreditas. 34. ff. de acq. rer. dom. l. non minus 31. §. vlt. ff. de hæred. inst. §. seruus etiam alienus, inst. eod. l. legatū, 119. §. seruo, ff. de leg. primo, l. nouatio. 24. in fin. ff. de nouat. ti. insti. de stip. seru. in prin.* At in legatis non consistit initio, quia, nec in persona vera, idest nominata, quæ non est in rerum natura, nec in persona ficta recipit fundamentum: Non enim, vt hæreditas, ita, & legatum defuncti personam repræsentat.
13 † *Ita Cin. in d. l. un. §. his ita definitis, num. 4. & ibi Bart. num. 1. C. de cad. toll. Bart. in d. l. qua conditio. 39. in prin. numer. 2. & ibi Imol. num. 5. Castr. nu. 5 vers. interdum, ff. de cond. & dem. Imol. in d. l. Celsus. 29. §. quod alicuius, num. 3 ff. de leg. 2. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 190. Crass. in d. §. ius accrescendi, q 29. num. 1.*

Verùm hæc, quæ nostri frequentiùs tradiderunt, licet, quoad caduca, & quasi caduca procedant sine dubio, tamen, quoad ea, quæ pro non scriptis habentur, magnam patiuntur dubitationem, quia multi sunt, qui contrariam sententiam amplectuntur existimantes, nullam in hoc esse constituendam differentiam inter legata, & hæreditates, sed indistinctè partem, quæ pro non scripta habetur, sine onere ac-
14 crescere. † *Ita enim censuerunt gl. in d. l. un. §. his ita definitis, in verb. quoquomodo C. de cad. toll. gl. in d. l. mortuo. 50. §. fin. in verb. pro portione, ff. de leg. 2. Imol. in d. l. Celsus. 29. §. quod alicuius, num. 2. & 3. versic. & sic patet ff. de leg. 2. & in d. l. qua conditio, 39. in prin. num. 6 ff. de cond. & dem. vbi (licet sub dubio) dicit, hanc opinionem de iure veriorem, Alex. in d. l. licet Imperator. 77. num. 9. ff. de leg. primo, vbi ait hanc opinionem esse multum sustentabilem, Ias. in d. l. re coniuncti, num. 236. & ibi Crott. nu. 106. vers. Itaque, & Polit. num. 84. vbi ait, facilè sustineri posse hanc opinionem, quæ videtur communior, licet in hoc decipiatur. Eandem sententiam probauit Cuiac. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. & in l. si duobus, 16. qu. 5. ff. de leg. primo* Mouentur autem, vt ita sentiant

Primo *l. quidam referunt 14. ff. de iur. codic.* vbi Scæuola, *Quod post hæredis obitum,* inquit, *codicillis legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia hæres, ad quem sermonem conferat, in rebus humanis non est, eaque ademptio, & datio vana efficitur,* Ex quibus verbis ita videtur posse duci argu-
15 mentum. † Onus, quod ab initio non consistit, non potest in alium transferri, cum non entis nullæ sint qualitates *l. eius, qui 41. ff. si cert. pet.* Sed, quando is, qui non est in rerum natura grauatur onere legati, aut fideicommissi, tale onus ab initio non consistit, vt patet ex supradictis verbis Scæuolæ. Non poterit igitur in alium transferri.

Secundo mouentur *d. l. vn. §. in primo, C. de cad. toll.* vbi (se-
16 cundum eos) generaliter traditur, † ea, quæ pro non scriptis habentur, sine onere transire in substitutum, aut coniunctum, vel apud hæredem remanere, nec distinguitur, vtrum pro non scripta habeatur pars legati, an verò pars hæreditatis. Ergo indistinctè debet intelligi, tam de hæreditate, quam de legatis, & fideicommissis.

Tertio mouentur, quia nulla in veritate potest inter lega-
17 ta, & hæreditates afferri diuersitatis ratio, † *ut aiunt Crott. in d. l. re coniuncti num. 106. & ibi Polit. num. 84. versic. superest:* Nam ea, quę communiter affertur secundum eos, non est ve-
18 ra, & merito reprobatur † *à Ias. in d. l. re coniuncti, num. 239. & ibi Crott. num. 105. vers. 3 & Polit num. 84.* quia hæreditas re-
19 præsentat personam defuncti, non hæredis futuri, † *d. l. hæreditas 34. ff. de acq. rer. dom. d. §. seruus etiam alienus inst. de hær. inst.* ideoque non possunt in ea fundari onera legatorum,
20 quippe, quæ non a defuncto, sed ab hærede incipiunt † *l. hæreditarium 39. ff. de act. & oblig.* Non enim defunctus legatarijs obligatur, sed hæres, qui adeundo censetur quasi cum eis contrahere † *l. ex maleficijs 4. §. hæres ff. de act. & oblig. §. hæres,* 21
inst. de oblig. quæ quas. ex contr. nasc. l. 3. §. vlt. ff. quib. ex caus. in poss. eat. Ergo non potest inter legata, & hæreditates, quæ pro non scriptis habentur, diuersum ius constitui, † *ex regula l. 3.* 22
in prin. vers. Nam Diuus ff. de iniust. rupt.

Quarto, & vltimo mouentur, quia, aut onus ab omnibus est relictum, † & cum onere accrescit pars, quæ pro non scri- 23
pta habetur etiam in legatis, *ut diximus in hoc cap. q. 13. num. 25.* aut verò non ab omnibus, sed ab vno tantum nominatim est relictum, & sine onere accrescit, etiam in hæreditatibus, *ut dicemus infra num. 135. & seqq.* Ergo nulla inter legata, & hæreditates est in ijs, quæ pro non scriptis, habentur, differentia. *Ita Pereg. de fideic. d. artic. 16. num. 83.*

His tamen non obstantibus, puto verissimam esse communem traditionem, quam supra retulimus, vt scilicet, in hoc differat † hæreditas a legatis, & fideicommissis, quod 24
pars hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, cum onere accrescat, pars verò legati sine.

Non moueor autem, vt ita sentiam *l. Ciuitatibus. 125. §. Lucius, ff de leg. primo,* quam veteres passim ad suam sententiam comprobandam adducere consueuerunt, quia Paulus ibi † non loquitur de parte, quæ pro non scripta habea- 25
tur, sed de caduca, aut quasi caduca, vt patet ex ipsius verbis, quæ sunt hæc. *Lucius Titius, & Caius Seius Publio Mæuio decem dare damnas sunto. Caius Seius hæres non extitit. Sabinus ait, Titium solum legatum debiturum: Nam Seium pro non scripto habendum esse. Hæc sententia vera est, hoc est, Titius tota decem debebit:* Illa enim verba, *Caius Seius hæres non extitit,* significant, potuisse eum esse hæredem, quoniā actus negatio denotat potentiam † *l. 1. in prin. ff. de suis, & leg.* sed 26
hæredem non extitisse propter aliquam causam aduentitiam, puta propter repudiationem, aut aliam similem. Nec obstat, quod dicat Seium pro non scripto habendum, quia id impropriè dicitur: Non enim significat, institutionem in eius persona haberi pro non scripta, sed eum perinde haberi, ac, si non esset scriptus, idest, hæres institutus, quia generale est in omnibus dispositionibus, quæ effectum non habent, vt perinde habeantur, ac, si facta non essent † *l. legatarius. 38. §.* 27
1 ff. de leg. 1. l. nec interest 51. & l. id autem. 75. in fi. ff. ad l. Falc. Quamobrem, & legata, quæ ex post facto deficiunt, dicuntur haberi pro nō scriptis *in l. pen. C. de leg.* Loquitur ergo ibi Paulus de parte caduca, aut quasi caduca, non de ea, quæ pro non scripta habetur, † *vt declarant gl in d. l. vn. §. in primo, in verb.* 28
nullo grauamine C. de cad. toll. Imol. in d. l. Celsus. 29. § quod alicuius, num. 3. vers. & eodem modo, ff. de leg. 2. & in l. qua conditio 39. in princ. num. 6. ff. de cond. & dem. Polit. in d. l. re coniuncti num. 83. Gotofr. in d l vn. §. in primo, in lit. I Et rectè, quicquid censuerit Cin. in d. §. in primo, num 4.

Minus moueor *l si duobus 16. §. 1. ff. de leg. primo,* quam etiam veteres ad suæ sententiæ confirmationē adducere consueuerunt, quia non tractat etiam ibi Pomponius † de parte, 29
quæ pro non scripta habeatur, siue principium spectemus, siue ea, quæ postea sequuntur: Nā initio, *Hæres,* inquit, *adiecto ei nomine cuiusdam, qui hæres non sit, dare damnatus totum legatum debet,* quibus verbis secundum communem intellectum supponit testatorē vnum hæredem instituisse, & eum simul cum alio, quem non scripserat hæredem, grauasse, vt Caio daret centum, &, cum quæsitum esset, an institutus, ad quē tota pertinebat hæreditas, teneretur integrum legatum præstare, an verò solum dimidiam, stante, quod testator voluit alteram dimidiam præstari ab adiuncto, respondet Pomponius, hæredem totum legatum præstare debere. Itaque non loquitur de parte, quæ pro non scripta habeatur, quia respectu adiecti nō potest aliqua pars hæreditatis haberi pro non scripta, cum scripta non fuerit, scilicet, quia adiectus non fuit hæres institutus. † *Ita legem illam intelligunt ibi glo. in* 30
verb damnatus & Bart. alijsque passim, Imol. in d. l. Celsus 29. §. quod alicuius, n. 3. vers. & pro hac opinione, & in d. l. qua conditio, nu. 6. Minus de tali portione loquitur secundum eum intellectum, quem nos veriorem arbitramur: Nam secundum nos testator ibi, † non duos grauauit, sed vnum, nempe hæ- 31
redem, vt patet ex illis verbis, *dare damnatus,* & adiectio, quā ibi supponit Pomponius, non est personæ, sed nominis:

Grauauit enim testator hæredem, sed ei adiecit nomen cuiusdem, qui non fuit institutus, puta dixit, Hæres Titi (cum vocaretur Caius) centum Mœuio dare damnas esto, quæsitum est, an Caius, qui ex asse est hæres, teneatur integrum legatum præstare, & respondet teneri, quia re vera fuit grauatus hæres, & sic Caius, &, quamquam ei adiecerit nomen Titi, fuit tamen illa adiectio falsæ demonstrationis, quæ non vitiat, sed vitiatur † *l. demonstratio 17. l. falsa demonstratio 33 in princ. ff. de cond. & dem. §. si quis in nomine, versic. huic proxima inst de legat. l. Quintus Mutius 11. ff. de aur. & arg. leg. l. Titia 19. §. fin. ff. de ann. legat.* Et ita etiam videtur sensisse † *Polit. in d. l re coniuncti, num. 83.* At, si verba sequentia spectemus, quæ sunt hæc, *Nam, & si duos ex hæredibus suis nominatim quis damnasset,* & *alter hæreditatē non adijsset, qui adijsset, totum deberet, si pars eius, qui non adijsset ad eum, qui adijsset, peruenerit,* multo minus dici potest tractare † de parte, quæ pro non scripta habeatur, quoniam illa verba, *& alter hæreditatem non adijsset,* denotant, eum potuisse adire, sed non adisse cum (vt supra dictum est) actus negatio denotet potētiam. Itaque loquitur de parte, caduca, aut quasi caduca, non verò de ea, quæ pro non scripta habetur. † *Ita Polit. in d. l re coniuncti, num 83. versic. quinta.*

Sed moueor *d. l. vn §. his ita definitis, C. de cad toll.* vbi Iustinianus. *In his itaque,* inquit, *si quidem cohæredes sunt omnes coniunctim, vel omnes disiunctim, vel instituti, vel substituti, hoc. quod fuerit quoquomodo vacuatum, si in parte hæreditatis, vel partibus consistat, alijs cohæredibus cum suo grauamine pro hæreditaria parte, etiamsi iam defuncti sunt, acquiratur:* Pondero enim † illa verba, *quoquomodo vacuatum,* quæ denotant cū onere accrescere, siue pars sit caduca, aut quasi caduca, siue pro non scripta habeatur, dupliciter inducendo, & primo ducto argumento ab illa dictione, quoquomodo, quæ tamquam vniuersalis, debet omnem omnino vacuationis modū complecti, † *l. his solis 49. ff. de cond. in dict l. 1. ff. de milit. testa. l. quidam 10. in princ. ff. de fideicom liber. Et scribunt Rum cons. 123. num. 10. vol. 2. Paris. consil. 2. nu. 18. vol. 25. Decia. consil. 57. num 26. vol. 1. Menoch. consil 344. num. 19.* & sic etiam eum, quo pars habetur pro non scripta, † *secundum regulam l. Iulianus 66. in princ. ff. de leg. 3.*

Nec dicas, imo non posse eum complecti, cum loquatur † de parte, quæ vacuatur, quæ res non potest dici de ea, quæ pro non scripta habetur, cum priuatio præsupponat habitū † *l. manumissiones 4. ff. de iust. & iur. l. decem 116. ff. de verb. oblig.* Ideoque necessariò esse intelligendam de parte caduca, aut quasi caduca, *vt sentiunt glo. in d. l. vnic. §. in primo, in verb. verb. nullo grauamine, C. de cad. toll. Imol. in d. l. quæ conditio, num. 6 Crott. in d. l. re coniuncti nu. 106. versic. Non obstat text.* quia verius est, etiam eam, quæ pro non scripta habetur, dici vacuari a Iustiniano *in d. l vn. §. in primo,* ideoque cum *in § his ita definitis,* subijciat, partem hæreditatis accrescere cum onere, quoquomodo fuerit vacuata, necessariò sequitur, eum sentire † etiam de ea, quæ pro non scripta habetur. *Ita Polit. in d. l. re coniuncti num. 83. versic. quod secundum, & Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 2.*

Secundo probat *d. §. his ita definitis,* hanc sententiam aliter inducendo: Nam, † cum tribus modis portio deficiat, vel, quia habeatur pro non scripta, vel, quia caduca, aut quasi caduca, *d. l. vnic. §. & , cum triplici,* & de singulis locutus sit Iustinianus in materia legatorum, & fideicommissorum *in §. in primo, §. pro secundo, & in §. nouissimo,* si, cum de hæreditate loquitur *in d. §. his ita definitis,* & ait, partem, quoquomodo fuerit vacuata cum suo onere accrescere, non intelligeretur, etiam de ijs, quæ pro non scriptis habentur, imperfecta esset respectu hæreditatis Iustiniani decisio. Atqui hoc est absurdum, *per ea, quæ diximus in quæst. praeced. num.* 10. Ergo, & antecedens.

Nec est, quod respondeas, non esse imperfectam decisionem eo, quod de hæreditate, quæ pro non scripta habetur, locutus sit Iustinianus † *in d. §. in primo, vt respondet Polit. in d. l. re coniuncti, num. 84. versic. Igitur latiùs,* quia verius est, dispositionem, *d. §. in primo,* non complecti institutionem, quę pro non scripta habetur, sed tantum legatum, aut fideicommissum, † Quod patet ex illis verbis, *Statutum fuerat, vt ea omnia bona manerent apud eos, à quibus fuerāt derelicta:* Nam ea non possunt ad directas hæreditates referri, quippe, quæ non dicuntur ab aliquo relinqui, cum nemo grauetur earum pręstatione, sed directò capiantur, siue spectemus dominium, siue possessionem, sed referuntur ad sola legata, & fideicommissa, quæ dicuntur à grauatis relinqui, vtpote, à quibus præstari debent.

Neque obstant contraria: Ad primum enim respondent nostri frequentiùs, aliud esse, † quando legata in testamento 45
relinquuntur ab eo, qui tunc temporis non erat in rerum natura, aliud verò, quando in codicillis relinquuntur ab eo, qui tempore testamenti, & sic institutionis erat superstes, sed tempore codicillorum iam decesserat: nam primo casu, pars hæreditatis secundum eos, cum suo onere accrescit, Et in his terminis procedit communis traditio, *quam retulimus supra n 5.* secundo verò casu accrescit sine onere; Et ita accipienda est *l. quidam referunt,* † *Ita respondent Bart. in d l. quæ conditio 39.* 46
in princ. n. 1. ff. de cond. & dem. Rip. in d l re coniuncti nu. 190. & ibi Alcia. n. 59. versic. sed, an in hæreditate.

Cuius diuersitatis hanc tradunt esse rationem, quia, † quādo persona grauata erat in rerum natura tempore testamenti, censetur testator ad illam respexisse, & illi grauamen imposuisse, Ideoque, tamquam personæ iniunctum non potest in alium transferri. At, quando iam tempore testamenti non erat superstes, non censetur testator legando grauare nominatum, sed potius hæreditatem, ideoque nil mirum, si onus quasi hæreditarium transeat in omnes, in quos hæreditas transfertur. *Ita Bart. in d. l. quæ conditio. num. 2.* 47

Verum hæc responsio mihi non probatur, † *vt nec Imol. in* 48
d. l Celsus 29. §. quod alicuius, n. 2. & in d l. quæ conditio, nu. 6. & vers ex prædictis, Crott. in d. l. re coniuncti n 105. vers. sed ista solutio, & ibi Polit. n. 83. quia, licet non inficier, magnā inter supra relatas species esse differentiam, scilicet, quia, cū hæres institutus tēpore testamēti nō est in rerū natura, institutio habetur pro non scripta, cū verò tum temporis viuit, & postea moritur ante, quā fiāt codicilli, efficitur quasi caduca, ideoq; non posterior, sed prior tantum species facit ad propositā disputationē, vtpote, in qua quærimus, an pars hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, cum suo onere accrescat, nō tamen puto veram supradictam responsionem, quia, licet diuersificet casus, non tamen tollit vim argumenti, quod à prædicta *l. quidā referunt,* deducitur, † *vt ait Imol. in d. §. quod alicuius, n. 2.* 49
Nā vis consistit in ratione, quæ ita militat in vna, vt in alia specie, imo magis in priore, quā in posteriore: Nā quoties legata relinquuntur in codicillis ab eo, qui post conditū testamentum decessit, ideo non præstantur ab alijs, quia non consistunt initio, cū non adsit persona, in qua grauamen fundari possit licet tempore testamenti viuus esset institutus *dict. l. quidam referunt;* At hæc ratio multo magis habet locum in ea specie, qua legata relinquuntur in testamento ab eo, qui non est tunc temporis in rerum natura; nam talia legata multo minus debent censeri valida, cum non possint fundari in persona, quæ non est, nec vnquam fuit. † *Ita Imol. in* 50
d. §. quod alicuius num. 2. & in d. l. quæ conditio, num. 6 Crott. in dict. l re coniuncti, num. 105. vers. sed ista solutio, & ibi Polit. numer. 83.

Quamobrem alij censent dispositionem *d. l. quidam referunt,* fuisse correctam a Iustiniano, † *in d. § his ita definitis,* 51
vti videre est apud Polit in d. re coniuncti, num. 84. vers. verum, quoniam, & ibi Rip. num. 190. Sed malè, meritòque reprobantur † *ab Imol. in d. l. quæ conditio, num. 6.* quia debet hoc esse 52
postremum, atque subsidiarum remedium, cum legum correctio non sit inducenda, nisi de ea manifestè constet † *l. præcipimus. 32. C. de appel. l. iubemus. 29. C. de testam.* 53

Alij verò putant, dispositionem illam procedere in substituto, de quo loquitur, non etiam in cohærede, de quo nos tractamus, † sed & ipsi meritò reprobantur *a Crott. in d. l. re* 54
coniuncti, num. 106. & ibi Polit. nu. 83. † quia, præter id, quod 55
cohæres legata præstat, quasi substitutus † *l. si Titio. 63. §. Iu-* 56
lianus ff. de leg. 2. & eadem militat in vtroque ratio, constat etiam loqui Scæuolam, non solum de substituto, sed etiam de cohærede, † *in d. l. quidam referunt, § si iuncta, l. seq.* de quo, 57
quid sentiat, facile erit ex ijs intelligere, quæ nos latiùs infra dicemus.

Alij demum arbitrantur, dispositionem legis prædictæ procedere, † quoties legata nominatim relicta sunt ab eo, 58
qui non est in rerum natura, cum alioquin nos loquamur de le-

de legatis relictis simpliciter, *Ita Polit in d.l. re coniuncti, n. 84. vers. potest, & secundo*. Sed, cum Scœuola *in §. fin.* vbi eodem themate retento prosequitur in cohærede quæstionem, quā
59 prius in substituto definierat, supponat, † in specie a se proposita nihil esse discriminis inter grauamen sub proprio, vel sub appellatiuo nomine iniunctum, vt patet ex illis verbis *si, quisquis mihi hæres erit, legatum erit*, & ex illis, *Idem etiam potest circa nomina expressa tractari*, intelligimus non esse probabilem supradictam responsionem.

Quo fit, vt plerique censuerint, ad hoc contrarium non
60 posse sufficientem responsionem afferri, † *vti videre est apud Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 83, vers. quid agitur*. Sed nos aliter arbitramur. Tantum enim abest, vt locus ille Scœuolæ communi traditioni refragetur, vt imo (si diligenter eius verba perpendantur) eam mirum in modum confirmet. Quod, vt liquido constet, necessariò nobis erit eius loci sententia diligenter explicanda.

Proponit igitur Scœuola, quæstionem apud Viuianum
61 expositam, † an scilicet legata, quæ postea, quam instituti mortem obierint, codicillis adscripta, vel adempta sunt, a substitutis debeantur. Vtique autem supponit, testatorem a primo tantum gradu, idest, ab institutis, non etiam a substitutis codicillos confirmasse, vt patet ex illis verbis, *ita, vt ab instituto codicilli confirmarentur*, quia alioquin, si eos ab omni gradu confirmasset, nulla esset dubitatio, quin legata data in codicillis essent à substituto pręstanda, non obstante morte institutorum, adempta verò non item, scilicet, quia, vt datio grauaret substitutos, ita & adeptio eos liberaret. Hoc autem supposito constat huius quæstionis decisionem pendere ex eo, nunquid huiusmodi datio, vel ademptio valeat: Nam, si valet datio, erunt legata à substitutis præstanda, & contra, si valet ademptio, non erunt præstanda. At verò, si datio non valet, non tenebuntur substituti ad eorum præstationem, & contra, si non valet ademptio, tenebuntur, quia inutilis ademptio non perimit legatum, & per consequentias non impedit, quominus legatarius possit agere ex testamento contra eos, in quos legatorum onera transferuntur. In hac autem quæstione fuerunt inter se dissidentes Cassius, Sabinus, & Proculus: Nam Cassius, & Sabinus arbitrabantur, dationem, & ademptionem esse validam, Proculus verò contra putabat non valere. Argumentum Cassij, & Sabini erat huiusmodi. Codicilli pro parte testamenti habentur; Itaque disposita in codicillis perinde habentur, ac, si fuissent disposita in testamento. Atqui, si huiusmodi datio, vel ademptio legatorum fuisset facta in testamento, sine dubio valeret, quia tunc temporis viuebant instituti. Debet igitur valere, licet fuerit facta in codicillis, quo tempore iam instituti decesserant. Hoc autem non obstante putat Scœuola verissimam esse Proculi sententiam, & pro illius confirmatione distinguit duos casus, quorum primus est, quando testator vnum tantum in testamento scripsit hæredem, & ei dedit substitutum, deinde post instituti mortem fecit codicillos, quos (fortassis ignarus eius mortis) ab eodem instituto, non etiam à substituto, confirmauit, Et in hoc casu, quem in prima parte proponit, vt patet ex illis verbis, *Hac in eo hærede, qui ex asse institutus erit, dato substituto, ita, vt ab instituto codicilli confirmarentur*, censet dationem, & ademptionem in codicillis factam nullius esse momenti, & per consequentias dationem non nocere substituto, quia non tenebitur ad præstationem legatorū, quæ codicillis relicta sunt, adeptionē verò eidē substituto non prodesse, quoniam ea non obstante cogetur pręstare legata, quæ fuerant in testamento relicta: Non valere autem dationem, aut ademptionem probat argumēto ducto à persona honorati ad personam grauati: Nam, quemadmodum nullius est momenti legatum, quod relinquitur ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis non est, licet testamenti tempore fuerit, scilicet, quia debet esse, cui detur, deinde sic quæri, an legatum consistat, vt non ante iuris ratio, quam persona quærenda sit, ita etiam in proposito, quod post hæredis obitum codicillis legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia hęres ad quem testator sermonem confert, in rebus humanis non est, eaque datio, & ademptio nunc vana efficitur. Secundus verò, casus est, quando duos in testamento scripsit hæredes, & eis dedit substitutos, deinde post vnius ex institutis mortem fecit codicillos, quos ab ijsdem institutis, non etiā a substitutis confirmauit, & in eis legata quibusdam reliquit his verbis *Quisquis mihi hæres erit, dato*, Et in hoc casu ait, legata esse valida, quia viuit vnus ex hæredibus primi gradus, in cuius persona legata consistunt. De illo sanè subijcit dubitari posse, an cohæres, qui est superstes, integra legata præstare debeat, an verò solum dimidiam, quæ ab ipso videbatur relicta. Dubitationem facit, quia legata non nisi pro portione hæreditaria præstanda sunt. Sed cohæres, qui viuit, non habet totam hæreditatem, sed tantum dimidiam; Nam alia dimidia, quæ per alterius cohæredis mortem facta est caduca, non accreuit illi, sed pertinuit ad substitutum, qui regulariter solet excludere coniunctum, vt patet ex illis verbis, *quia sit substitutus hæres, qui partem faciat*. Ergo non tenebitur cohæres integra legata præstare, sed tantum dimidiam eorum partem. Sed contrarium Scœuola putat verius; Nam, quia testator legatum voluit ab eo præstari, qui hæres esset, & ex primo gradu solus sit hæres superstes, Consequens est, vt is solus totum legatum præstare debeat. Idque multo magis locum habere putat, quando is adiunctus est, qui etiam tunc, cum adiungebatur, in rebus humanis non erat. Hanc Scęuolæ sententiam ipso iure veram esse suppo-
nit Aphricanus † *in l. sed, cum ea. 15. quæ immediatè sequitur*, 62
sed non inspecta æquitate Prætoria: Nam, quia testatoris voluntas est, vt legata ex vniuersa hæreditate præstentur, & in proposito non habeat cohæres totam hæreditatem, sed tantum dimidiam, fit, vt, si legatarij petant à cohærede integra legata, licet inspecto iure stricto rectè videantur experiri, possit tamen cohæres opponere doli mali exceptionem, quasi plus petant, quam testator eum præstare voluerit. Itaque hoc modo operabitur, vt illi non, nisi dimidiam legatorum partem consequantur. Et, si quæras, à quo alteram dimidiam consequi debeant, respondeo à nullo: Non enim possunt eam consequi à cohærede instituto, quoniam (vt dictum est) effectu non tenetur, nisi pro portione hæreditaria, Minus eam consequi possunt à substituto, quia, cum codicilli à solis institutis confirmati sint, consequens est, vt substitutus non teneatur præstare legata in illis relicta, quod non obscurè significat Scœuola in illis verbis, *quia sit substitutus hæres, qui partem faciat, licet ipse non debeat*. Hic (meo iudicio) ve-
rus est eiusce loci sensus, quo posito intelligimus, eum † non 63
obesse communi veterum traditioni, quæ vult, partem hęreditatis, quæ pro non scripta habetur, cum suo onere accrescere, siue primam speciem spectemus, siue secundam: Nam, si primam, ideo legata non consistunt, quia personam non habent, in qua fundentur: Non enim possunt fundari in persona hæredis instituti, quoniam is tempore codicillorum, & sic eo tempore, quo legata relicta sunt, non erat in rebus humanis, ideoque non potuit grauari; Minus possunt fundari in persona cohæredis, quia testator vnum tantum, idest, eum, qui postea decesserat, hæredem scripserat. Denique non possunt fundari in persona substituti, quia codicilli eum non respiciunt, cum ab instituto, non etiam à substituto confirmati sint. Nil mirum igitur, si legata, tamquam personæ grauatæ fundamento destituta nullius sint momenti. At nos loquimur in terminis, in quibus duo, vel plures hæredes instituti sunt: Eo enim ipso, quod tractamus de iure accrescendi, supponimus duos, aut plures institutos *l. testam. 6. C. de impud. & al. subst. & nos diximus in 4. cap. quæst. 4. num. 6.* ideoque licet legata pro parte illius, qui non est in rerum natura, non possint in eius persona fundari, fundantur tamen in persona cohæredum, ad quos illa portio hæreditatis per ius accrescendi transfertur, *secundum ea, quæ postea dicemus*. At, si secundam speciem spectemus, multo minus officit communi traditioni, quia cohæres ideo non præstat legata pro portione relicta ab eo, qui non erat in rebus humanis, quia non habet partem hæreditatis, in qua fuerat institutus is, qui postea desijt esse in rerum natura, cū ea pertinuerit ad substitutum. At nos loquimur de cohærede, qui partem hæreditatis relictam ei, qui non est in rebus humanis, consequitur per ius accrescendi, ideoque termini sunt longe diuersi. Quinimo, si quis diligenter consideret locum illum, intelliget, eum probare, non improbare communem traditionem; Nam eo ipso, quod in secunda specie vult Scęuola, cohæredem ipso iure teneri præstare integrum legatum, & sic etiam pro portione illius, qui non erat in rerum natura, licet par-

partem hæreditatis non fuerit per ius accrescendi consecutus, ostendit, se multo magis admittere cohæredem debere partem illam præstare, si portio hæreditatis ei accreuerit. Quod apertius confirmant Aphricani verba, quæ postea subijciuntur; Nam, & ipse supponit, cohæredem ipso iure teneri ad totius legati præstationem, sed ei proficere doli mali exceptionem, si ampliùs ab eo, quam hæreditaria portio petatur, quia, cum voluntas testatoris sit, vt legata ex vniuersa hæreditate erogentur, & cohæres non vniuersam hæreditatem habeat, sed tantum dimidiam, cum alia dimidia non accreuerit ei, sed ad substitutum pertinuerit. Consequens est, vt insolidum conueniri non possit. Ergo, si alteram dimidiam per ius accrescendi esset cõsecutus, vt nos supponimus habet Aphricanus in confesso, non profuturam ei doli mali exceptione, quin integra legata prçstare teneatur, & sic, quin pars hæreditatis in illa specie censeatur cum suo onere accreuisse. Probat igitur non improbat ille locus communem veterum traditionem. Et ita hoc primum contrarium tolendum puto.

Ad secundum verò respondeo, imo locum illum non esse
4 generalem, † sed ad legata, & fideicommissa, non etiam ad hæreditates quæ pro non scriptis habentur, pertinere, *sicuti latè demonstrauimus supra num.* 44.

Ad tertium respondeo, imo diuersitatis rationem subesse,
5 quia † in legatis, & fideicommissis onus imponitur personæ; ideoque, si ea non subiit, vt euenit, cum in rerum natura non est, non potest, onus consistere, & per consequentias, nec in alium transferri, *ut diximus in hoc cap. quest.* 13. *nu.* 4. *& seqq.* At in hæreditatibus non personæ imponitur, sed hæreditati, ideoque, licet vnus ex institutis non sit in rerum natura, nihilominus onus etiam pro parte, quæ debuisset ad illum pertinere, consistit, quasi hæreditati impositum, & per consequentias transit in omnes, in quos illa hæreditatis portio transfertur. *Ita Ang. in d. l. vn. §. in primo, num.* 3. *& ibi Castr. num.* 6. *C. de cad. toll. Castr. in d. l. quæ conditio.* 39. *in prin. num* 5. *versic. interdum, ff. de cond. & dem. Alcia. in dict. l. re communi, num* 59. *versic. ego didisci, & nu* 60. *Gomez. tom.* 1. *var. resolut. cap.* 10 *num* 43. *Duar d lib.* 2. *de iur. accr. cap.* 2. *Idque videtur etiam sensisse Bart. in sua ratione, quam retulimus supra nu* 47. *vt ibi Alcia. ait.* Quam esse veram diuersitatis rationem, intelligimus ex eo, quia testator grauando legatarios, non censetur habere rationem rei, sed personarum † Quod patet ex eo, quia viriliter, & æqualiter præstant onus, licet ex inæqualibus partibus legatum meruerint, † *l. vn §. sed ut manifestetur, & ibi gl in verb. pro virili, vers. quia, quod, C. de cad. toll* Hoc enim ideo fit, quia † testator ad personas respicit, non ad rem legatam. At, cum grauat hæredes, censetur habere rationem hæreditatis, non personarum. Quamobrem non viriliter, sed pro portione hæreditaria tenentur, *vt diximus in hoc c. q.* 10. *num.* 14. Hinc fit, vt, si ex aliqua circunstantia colligere possimus, eum ad personas respexisse, teneantur hçredes viriliter, etiamsi ex inæqualibus portionibus fuerint instituti. Exemplum sit, cum testator eos grauat nominatim, idest, sub nomine proprio, non sub nomine hæredum; nam tunc, quia rationem personarum habet, ideo viriles singuli, non hæreditarias debent partes † *l. turpia.* 57 *§. fin. & l. si hæredes nominatim.* 127. *ff. de leg.* 1. Ergo, quoties non nominatim, sed simpliciter, aut sub nomine hæredum onus relinquitur, effectu non censetur id impositum personis, sed hæreditati, quia eatenus à singulis præstandum est, quatenus quisque de hæreditate capit. Quod non obscurè significat Aphricanus *in d. l. sed, cum ea,* 15. *ff. de iur. cod.* dum ait, † voluntatem testatoris, qui legat, esse, vt ex vniuersa hæreditate legata erogentur: Significat enim legatorum onus esse reale, & ideo pro rata rei esse à singulis præstandum.

Nec est contrarium, quod legatum præstetur ab hæredibus §. 1. *inst. de legat.* & ab hæredibus incipere dicatur *in l. hæreditarium.* 39. *ff. de actio. & oblig.* quippe, qui adeundo legatariis obligantur, *l. ex maleficijs,* 4. *§. hæres, ff. eod.* quia ex hoc non sequitur, censeri impositum personis; Nam † hæredes tenentur, vt hæredes, & hæreditatem habentes, non verò, vt personæ à testatore consideratæ: sicuti in simili dicimus de tertio possessore, qui actione reali conuenitur: Non enim conuenitur, quia sit obligatus, sed, quia rem habet. Itaque effectu conuenitur, res, non persona, † *l. Imperatores,* 7. *ff. de publica. & vectig. l. denique* 19. *ff. ex quib. caus. ma.*

Denique non est contrarium, quod etiam in legatis onus videatur impositum rei, propterea, quod, si legatarius rem non habeat non tenetur ad oneris præstationem † *l. fideicommissum* 81. *ff. ac leg. primo. l. Imperator.* 72. *in prin. ff. de leg.* 2. *l. si legatarius* 8. *in prin. & l. cum quis decedens* 35. *in prin. ff. de leg.* 3. *l.* 1. *versic. cum enim non aliter, C. comm. de legat.* quia respondeo, in legatis rem considerari, † vti causam, sine qua non nascitur obligatio, non etiam vti subiectum obligationis: Nam, si legatarius rem non habeat ex iudicio defuncti, non tenetur subire onus sibi iniunctum, quia, quem non honoro, grauare non possum *l. sed. & si sic.* 6. *ff. de leg.* 3. *l. ab eo.* 9. *C de fideic.* Sed ex hoc non sequitur, rem ipsam censeri grauatam, quia grauatur persona, non res, licet sub conditione, si rem consequetur, vt in simili dicimus de hærede grauato nominatim; Nam, etsi grauamen ita demum consistat, si ille hæreditatem adierit, cum, vt dictum est, is, qui non capit aliquid ex iudicio defuncti, non possit onerari, non tamen sequitur in hoc casu censeri grauamen impositum hæreditati, quia imo censetur impositum personæ, *ut ostendemus infra num.* 140. Itaque hæres grauatur, quia hæres, non, vt hæres, † *Ita declarat Imol. in d l Celsus.* 29. *§. quod alicuius, num.* 3. *versic in ea gl ibi, ff. de leg.* 2. Hæc autem diuersitatis ratio, quam supra retulimus, non est eadem cum communi: † Nam, licet in hoc cum ea conueniat, quod vtraque supponit, in hæreditatibus onus rei, non personæ imponi, in legatis verò personæ, in hoc tamen nostra differt à communi, quia veters considerant hæreditatem, quatenus refertur ad defunctum, & eum repræsentat, quæ res in onere legatorum fieri nequit; † Nam hæreditas in ijs tantum defuncti personam representat, † quæ in illo iam habebant fundamentum, vt sunt dominia, credita, & debita defuncti. Cœterùm in ijs, quæ, vel in persona defuncti nunquam habuerunt fundamentum, vel cum eo sunt extincta, non potest illius personam representare, quia hoc faceret inutiliter; Nec enim defunctus representari potest in eo, quod eius respectu, aut amplius non est, aut nunquam fuit *l.* 1. *§. Scæuola ff. si is, qui test. lib. ess. ins. fuer.* Cum igitur legatorum obligatio non habuerit in persona defuncti fundamentum, scilicet, quia legata ab hærede incipiunt *d. l. hæreditarium.* 39. *ff. de actio. & oblig.* Consequens est, vt hoc respectu non possit hæreditas defunctum representare. At nos consideramus hæreditatem, quatenus refertur ad hæredem, idest, quatenus ab hærede, vel est quæsita, vel debet acquiri; Nam ea continet onus legatorum, quod vti reale, transit ad omnes, in quos hæreditas ipsa transfertur, adeo vt transeat etiam in fideicommissarium *l* 2. *ff. ad Trebell.*

73
74
75
76
77
78

Ad quartum denique respondeo, fatendo nullam hoc respectu esse differentiam inter legata, & hæreditates, quæ pro non scriptis habentur, sed differentiam in duobus consistere, † & primo in eo, quia in hæreditatibus potest onus imponi simpliciter, in legatis verò non potest: Nam onus simpliciter impositam spectat ad hæredes, qui onera subire tenentur, non etiam ad legatarios, qui lucrum consequuntur. † *Ita Polit in d. l. re communi, num.* 84. *versic. superest*, Secundo differunt in eo, quia in hæreditatibus, si onus imponatur sub nomine hæredis, pars, quæ pro non scripta habetur, cum suo onere accrescit, at in legatis, si imponatur sub nomine legatarij, accrescit sine onere; Non enim, vt in hæreditatibus, ita & in legatis fit distinctio inter nomen proprium, & nomen appellatiuum, † *vt censuit Imol. in d. l. quæ conditio, nu.* 5. *versic. tertia.* Ratio diuersitatis est, quia † nomen hæredis est nomen iuris, quod continet onera, non etiam nomen legatarij, quippe, qui oneribus non subijcitur. Quamobrem dicimus, hæredem esse successorem iuris † *l. quoties.* 9. *§. hæredes ff. de hæred instit.* legatarium verò non iuris *l. quadam* 9. *§. nihil interest ff. de eden. §. legatarij, inst. de test a. ordin.* sed rei successorem esse, † *l. si rem legatam.* 6. *ff. de except. Ita eleganter docuit Imol. in d. l. quæ conditio.* 39. *num.* 5. *versic. tertia.* Et hoc est, quod sensit *Bald in d. l. vn. §. in primo, num.* 8. *C. de cad. toll.* dum hanc inter legata, & hæreditates diuersitatis rationem attulit, quod † hæreditas est nomen appellatiuum, quod nunquam moritur, legatarius autem, & fideicommissarius sunt nomina propriorum nominum designatiua: Significat enim in legatis nil referre, vtrum dicat testator, grauo Titium, & Sempronium, an verò grauo legatarios, vel fideicom-

79
80
81
82
83
84
85

fideicommissarios. Ex quibus intelligimus,hæreditatis, & legatorum diuersitatem,quæ in hac materia considerari potest, effectu in hoc consistere, quia in hæreditatibus potest onus,vel imponi rei,vel personæ,si rei,vt regulariter euenit, portio,quæ pro non scripta habetur, cum onere accrescit, si verò personæ.vt, cum imponitur nominatim, accrescit sine onere. At in legatis, & fideicommissis semper imponitur personæ,ideoque semper accrescit sine onere. Et ita controuersiam hanc, quæ mirum in modum torsit nostros Interpretes,dirimendam puto.

Ex supradictis apparet,verissimum esse, quod supra diximus,in hæreditatibus testamentariis regulariter partem cum onere accrescere,quoquomodo deficiat, idest, siue fiat caduca,aut quasi caduca, siue etiam pro non scripta habeatur: Neque enim inter hæc vocationum genera consistit in hæreditatibus differentia. Hæc autem multo faciliùs procederent,si tractaremus de iis oneribus, quæ etiam in legatis præstanda sunt ab eo,cui accrescit pars, quæ pro non scripta habetur,vt cum vitio instituti,qui se scripsit hæredem,pars habetur pro non scripta: Nam tunc sine dubio accrescit cum
86 onere † *vt scribunt Bart.in d.l.re coniuncti num.54.& ibi Crott. num.105.Pereg.de fideicom.d.artic.16.num.85.* Idem est cum tractatur de onere præstandæ libertatis, vel alimentorũ, vel
87 alterius legati pij: † Nã pars hæreditatis,quæ pro non scripta habetur,cum tali onere faciliùs,quã in aliis casibus accrescit.

Planè hæc regulariter vera sunt, & procedunt primo, si onus sit iniunctum simpliciter, siue tractemus de portione caduca,aut quasi caduca,siue etiam de ea,quę pro non scrip-
88 ta habetur. † *vt de hac scribunt Bart.in d.l.re coniuncti nu.54 & ibi Polit.num.83.Rip.num.191 Castr.in d.l.vn.§ in primo, in fi.C.de cad.toll. Papien.in d.form.lib.quo ag.ex subst.in verb.breuiloce num.26. Pereg.de fideico.artic.16.num.85. De omnibus verò Bart.in d.l.si duobus.16.§.1.ff.de leg.1. Alcia.in d.l.re coniuncti num.59.versic.sed,an in hæreditate.*

Secundo procedunt, si onus generaliter omnibus hæredibus sit iniunctum,puta,quia testator dixerit, Quisquis mihi hæres erit,dato: Nam in hoc casu non est dubitandum,quin pars hæreditatis cum suo onere accrescat, cum omnes hære-
89 des censeantur grauati, † *vt declarat Anto. Fum.de comun. cap.19 nu.3.& 4.* siue portio sit caduca,vel quasi, siue etiam
90 habeatur pro non scripta, † *vt de posteriore scribunt Imol. in d.l.quæ conditio nu.6.versic.& intellige, Io.Gaud.in d.l.re coniuncti nu.73.Crass.in d.§.ius accrescendi q.29.nu.2.De omnibus verò Imol.in d.l.quæ conditio nu.4 versic.2.casu.*

Tertio procedunt,etiamsi omnes gradus,seu omnes hæredes vnius tantum gradus sint grauati; Nam tunc respectu eorum,qui sunt in eo gradu,idem est: Accrescit enim iis cum
91 onere, quia censetur id omnibus iniunctum. † *Ita de parte, quæ pro non scripta habetur constat ex dict.l. quæ conditio 39. in prin.& ibi Bart.num.1.ff.de cond. & dem.*

Quarto procedunt,etiamsi onus sub nominibus appellatiuis impositum sit,puta quia testator grauauerit hæredes sub
92 nomine hæredum, † *vt declarant Bart.in d.l.Celsus.29.§.quod alicuius,num 3.ff.de leg 2.Imol.in d.l.quæ conditio, num.4.versic. si autem fuisset,* siue portio sit caduca, vel quasi caduca, siue
93 pro non scripta habeatur, † *vt de omnibus scribit Imol in d.§. quod alicuius,num.3.vesic.tamen communiter.* Et ratio est,quia
94 testator non censetur imposuisse onus personæ, sed hæreditati. *vt scribit Ias.in d.l.licet Imperator.77.nu.32.ff.de leg.1. & nos latè diximus sup.n. 65.* & ad ius hæreditarium respexisse, ideoq; ad quemcumq; transit hæreditas, transit & onus, *vt declarat Imol in d.§ quod alicuius,nu.3.versic.& ratio etiam.* Idque secundum quosdam, adeo verum est, vt procedat, etiamsi onus sub nomine appellatiuo sit iniunctum vni tan-
95 tum ex hæredibus, † quia,cum etiam in hoc casu censeatur potiùs contemplatus portionem,quam personam, consequẽs est, vt onus, quasi reale transeat in omnes, in quos portio transfertur,*secundum ea,quæ supra diximus. Ita Imol.in d.l.
96 quæ conditio num.4.versic.2.casu.* Sed malè † quia non potest onus vni tantum iniungi, quin nominatim iniungatur, *vt rectè scripsit Castr.in d.l.quæ conditio,n.5.vers.interdum*, cum nominatim fieri quid dicatur,non solum, cum propria nomina exprimuntur,sed etiam,cum alia demõstratio, quę no-
97 minis vice fungatur† *l.nominatim.88.ff.de leg.3. & in proposito declarat AEm.Ferr.in l.3.nu.24.ff.de leg.primo.* Nec est quod respondeas,id procedere, †quoad validitatẽ relicti,nõ,quoad 98
alios effectus, *vt respondet Imol.in d.l.quæ conditio,nu.4.vers. Nec obstat,* quia verius est,procedere indistinctè.†Quid enim 99
interest,dixerit testator,Hæres meus, quem ex sextante instituí, Titio dato centum,an,Cai Titio dato centum; Quamobrem,& veteres prudentes,cum tractant de legatis,quę non ab omnibus,sed ab vno tantum hęrede relinquuntur,semper supponunt, ea fuisse relicta nominatim. *vti uidere est in l.in ratione.11.§.si filio, vers.Itaque ff.ad leg. Falc. & in §.&,cum quæsitum,inst. eod.*

Quinto procedunt,etiamsi onus nominatim, seu per expressionem propriorũ nominum sit impositum,dummodo nominatim omnibus eiusdem gradus iniunctum sit.† *vt scri-* 100
bunt Castr.in d l.vn.§.in primo,in fi.C. de cad.toll. Alex.in d.l.si duobus.16.§.1.num.3.ff.de leg.primo, Ias.in d.l licet Imperator. 77.num.34.& 35.ff.eod. siue portio sit caduca, vel quasi, siue etiam pro non scripta habeatur, † *l.si duobus.16.§.1.& l ciui-* 101
tatibus.125.§.Lucius ff.de leg. 1.l.quæ conditio.39.in prin.vers. at, quæ conditio, ff.de cond.& dem.Et de hac scribunt glo.in d.l. quæ conditio,in verb.gradum.& ibi Bart.num.1.Bart.in d l.re coniuncti num.54.& ibi Crott.num.106.versic.quarta, Polit.n. 85.vers.Quinta, Io.Gaud.num.73.Bart.in d.l.Celsus 29.§.quod alicuius, num.4.ff de leg.2.Castr.in d.l.si duobus 16.§.1.num.3. versic.sed opp.ff.de leg.primo, Papiens.in d. form. lib. quo ag.ex subst.in uerb.breuiloce,num.26.Pereg.de fideic.d.artic.16.num. 82.vbi testatur,hanc esse communem,De omnibus verò scribunt glo.in d.l.quæ conditio,in verb.gradum, & ibi Castr.nu.5.Imol. num 4.versic.sed benè, & versic.2.casu, Imol.in d.§. quod alicuius,num.3.versic.tamen communiter, Alcia.in d l.re coniuncti,num.59.vers.sed,an in hæreditate. Et ratio est, quia † tunc 102
censetur potiùs iniunctum gradui, quam personæ *d. l. quæ conditio.39.in prin.versic. At,quæ conditio,& ibi glo.in uerb gradum,Bart.num.2.uers.item,quæ est ratio,imol.nu.4.uersic.fateor tamen,imol.in d.§.quod alicuius num.3.uersic.& sic patet, Alex. in d.l.si duobus,16.§.1.num.3.ff.de leg.primo,Ias.in d.l.licet Imperator.77.num.34.ff.eod.Peregr.de fideic.d.artic.16. num.82.* Denique non potest omnibus eiusdem gradus onus imponi, quin interponatur copula,quæ sui natura repetitionem operatur. † *Ita Crott.in d.l.re coniuncti,num.106.uers.quarta.* 103

Sexto procedunt, etiamsi non omnibus de gradu sit onus nominatim iniunctum,sed quibusdam tantum ex eis; Nam, si vnus deficiat, & eius pars accrescat alteri pariter grauato, cum suo onere accrescet† *d.l.si duobus,16.§.1.& ibi Imol.Alex.* 104
num.3.Ias.num.9.ff.de leg.primo,Et in specie declarant Imol. in d.l.quæ conditio, num.4. uers.3.casu,& ibi Alex.in addit.ad. Bart.in lit.B. Imol.in d.§.quod alicuius, num.3.uers.& pro hoc, Ias.in d.l.licet Imperator,num.35.Cuiac.in d.l.si duobus,16.q.5. ff.de leg.primo, siue pars caduca sit,aut quasi caduca,siue etiã pro non scripta habeatur, † *ut de hac scribunt glo. in d.l quæ* 105
conditio,in verb gradum,& ibi Imol num.6.uers.uel potes,Bart. in d.l.ciuitatibus,125.§.Lucius,& ibi Imol.ff.de leg primo,Imol. in d.§ quod alicuius,num.3.uol.2.Peregr.d. artic. 16 num. 82. De omnibus verò Bart.in d.l.si duobus, 16.§.1.Imol.in d.l.quæ conditio,num.4.uers.sed benè & in d.§.quod alicuius, numer.3. uersic.tamen communiter. Et in his terminis procedit,& intelligenda est † *d.l.si duobus,16.§.1.ff.de leg. primo, vt decla-* 106
rant Imol.in d.l.quæ conditio,num.4.uersic.sed benè & n.6. uers. uel potes,& in d.§.quod alicuius,num.3.uers.uel.2. Alex.in d.l.si duobus.§.1.num.3. Quemadmodum & † *l.ciuitatibus, 125.§.* 107
Lucius ff.eod.ut etiam declarat imol.in d.l.quæ conditio,num.4. uersic.sed benè,& num 6.uersic.uel potes,& in d.§.quod alicuius, num.3.versic.& eodem modo. Et ratio est,quia, † cum plures 108
simul grauantur,habentur loco vnius, *ut docent imol.in d.l.si duobus,§.1.& ibi Alex.num.3.Ias.in d.licet Imperator, nu.34.* & videntur etiam in onere coniuncti, *secundum Bald.in d.l. un.§.in primo,num 9.C.de cad.toll.imol.in d.l.quæ conditio, n.4. versic.sed benè,& Castr.in d.l.si duobus, §.1. num. 3. versic.sed opp.* ideoque nil mirum,si eis portio cum suo onere accrescat, non obstante,quod id nominatim fuerit iniunctum.

Septimo procedunt, etiamsi onus sit iniunctum nominatim vni tantum, dummodo tractetur de onere fauorabili, puta de onere alimentorum, † *l.4.§.fi.& ibi gl.in uerb.agant,* 109
& in verb.proponi & Bart.in princ.ff.de alim.leg.Alex.in addit. ad Bart.in d.l.quæ conditio, in lit. B.& in d. l. si duobus, §. 1. 110
num.3.& ibi ias.num.14 Crott.in d. l. re coniuncti, num.154.

An pars caduca, aut quasi caduca cum onere pertineat ad re, & verbis coniunctum in legatis, & fideicommissis.

QVÆSTIO XVI.

QVartus, & vltimus casus est, quando pars legati, vel fideicommissi efficitur caduca aut quasi caduca, & tractamus de coniunctis re, & verbis, Et tunc, si quæramus, an ad eos portio cum onere pertineat, an verò sine, constat, rem esse mirum in modum controuersam: Nam plerique censuerunt sine onere pertinere, † *Quæ fuit opinio Petr. de Bellap. quem refert Bart. in l. quæ conditio. 39. in prin. num. 3. ff. de cond. & dem. Et sequuntur Papiens. in form. lib. quo ag. ex subst. in verb. breuiloce, num. 37. Port. in §. si eadem nu. 11. inst. de leg. Io. Gaud. in d. l. re coniuncti, nu. 46 & 74. Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 94. vers. ad tertium.* Moti sunt autem 1

Primo, quia ratio, propter quam dicimus, re tantum coniunctos non debere præstare onus iniunctum deficienti, militat etiam in re, & verbis coniunctis: Nam ideo † illi non 2 præstant onus, quia, cum testator eis rem insolidum reliquerit, defectus non capientis non facit, vt quicquam alijs accrescat, ita, vt alienum legatum lucrari videantur, sed, vt nihil eis decrescat, & proprium legatum integrum, nec diminutum retineant *d. l. vn. §. sin verò nemo alius, & §. sin autem ad deficientis, C. de cad. toll.* At hæc ratio locum habet etiam in re, & verbis coniunctis quoniam, & ipsis rem insolidum testator relinquit, *vt ostendimus in 5. cap. q. 32. num. 9.* ideoque secundum receptiorem sententiam, & ipsi veniunt per ius non decrescendi, & iure suo, quasi ad proprium, non alienum legatum, *ut retulimus in eodem cap. qu. 39. num. 3.* Ergo & in eis debet habere locum eadem iuris dispositio, vt scilicet, & ipsi partem vacantem sine vllo onere consequantur. *Ita arguunt Papien in d. form lib. quo ag. ex subst. in verb. breuiloce, nu. 37. & Andr. Fach. d. lib. 4. controu. cap. 94. versic ad tertium.*

Secundo moti sunt, quia magis dilecto plus est fauendum, quam minus dilecto † *l. Publius, 36. §. Titia ff. de cond. & dem.* 3 Sed re, & verbis coniunctus magis est dilectus, quam coniunctus re tantum, quod patet ex eo, quia huic ille præfertur *l. re coniuncti. 87. vers. præfertur ff. de leg. 3.* Ergo, si re tantum coniunctus partem sine onere consequitur, multo magis eam sine onere consequi debet coniunctus re, & verbis. *Ita Crott. in d. l. re coniuncti, num. 109.*

His tamen non obstantibus verius est, quod alij frequentius tradiderunt, scilicet, ad re & verbis coniunctos legatarios, aut fideicommissarios partem vacantem cum suo onere pertinere: † *Ita enim censuerunt gl. in l. quæ conditio, 39 in prin. in verb. gradum & ibi Bart num. 3 Imol. nu. 4. versic. in ea gl. ibi re, & verbis, Castr. num. 6 ff. de cond. & dem gl. in d. l. vn. §. ne autem, in verb. lucrante & in §. sin verò non omnes, in verb. non sentiat, C. de cad. toll. Azo in summ. C. eod. num. 17. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 24. & 55. & ibi Petr. de Besu. num 34 Ias. n. 111. Crott. num. 109. vbi testatur, hanc esse communem Polit. nu. 85. versic. 2. Rip. num. 194. vbi pariter testatur de communi Alcia. num. 59. vbi similiter attestatur ita communiter esse receptum, Bart. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij, num. 5. & ibi Ang num. 1. Castr. num. 1. versic. potest etiam C. de cadu. toll. Castr. in l. si duobus. 16. §. vlt. num. 1 ff. de leg 1. Ias. in addit ad Port. in §. si eadem post num. 20. & ibi Mynsi. num. 15. inst. de leg. Alcia. consil. 40. num. 5. lib. 9. Ant. Fum. de coniun cap. 19 nu. 1. Zaz. in suis sing. intell cap. 27. versic est & alius Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 43. versic. 4. Crass. in §. ius accrescendi q. 29 num. 6. Pereg. de fideic. artic. 16. num. 79. vbi testatur, hanc esse communem Vin decis. 406. num. 16. versic. & quia, Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 2. Forcat. in Necyo. dial. 59. num. 1 & dial. 67. n. 4. Cuiac. in d. l. si duobus 16. q. 5. ff. de leg primo, & in d. l. vn. §. pro secundo, C. de cad. toll.* Probatur autem hæc sententia. 4

Primo *l. si quis legata. 53. §. vlt. ff. de cond. & dem.* vbi Iabolenus, *Duobus eadem res si heredi centum dedissent, legata est,* inquit, *si alter ex ijs quinquaginta dederit, partem legati consequetur, & pars eius, qui non dederit, alteri cum sua conditione accrescet.* Hic † legatarij fuerant re, & verbis coniuncti, 5 quia secundum Iaboleni verba ita oportuit, testatorem esse locutum, *Lego Titio, & Seio fundum Tusculanum, si heredi*

cen-

centum dederint, & tamen pars deficientis accrescit alteri
cum onere conditionis. Ergo re, & verbis coniunctis cum
onere pars accrescit.

Secundo hanc eandem sententiam non obscurè probat
6 *d.l.un.§.vbi autem legatarij,C.de cad.soll.* Nam cum ibi † Iu-
stinianus duo tantum constituat legatariorum genera, con-
iunctorum scilicet, & disiunctorum, & coniunctos dicat con-
sequi partem deficientis cum onere, disiunctos verò sine,
Consequens est, vt omnes, qui non disiuncti, sed coniuncti
sunt, partem cum onere consequantur. Sunt autem coniun-
cti, non disiuncti, qui vtroque nexu iunguntur *l. haredes sine
partibus 63.ff.de hared.inst.d.§.si eadem inst.de legat. & nos di-
ximus in 5.cap.q.28.num.* 8. Debet igitur, & ad ipsos portio
vacans cum onere pertinere. *Ita Alcia.in d.l.re coniũcti, nu.59.*

Tertio probatur *d.l.un.§.pro secundo & §.ne autem, C eod.*
7 vbi generaliter traditur, † caduca, aut quasi caduca cum suo
onere coniunctis accrescere. Ergo & re, & verbis coniunctis.
Probatur consequentia, secundum nos dupliciter, & primo,
8 quia coniuncti a Iustiniano non dicuntur, † nisi, qui vtroque
nexu iunguntur *d.§.si eadem inst.de lega.& nos ostendimus in
d.cap.5.q.28.nu.* 14. Coniunctim enim legare est totam rem
dare singulis initio, partes verò fieri concursu *l.coniũctim,78.ff.
de leg.3.* Secundo, quia, nisi regula superior de re, & verbis
9 coniunctis acciperetur, non posset in aliquo verificari: † Non
enim verificaretur in re tantum coniunctis, quoniam illi,
non coniuncti, sed disiuncti in tota illa constitutione a Iusti-
niano vocantur, *vt patet ex §.his ita definitis, & §.sin autem
disiunctim*, & præterea non subeunt onus iniunctum defici-
enti, *d.§.sin autem ad deficientis*, Minus verificaretur in con-
iunctis verbis tantum, quia, cum illis portio vacans (secun-
dum nos) non accrescat, *vt ostendimus in 5.cap.q.38.nu.* 26.
nec per consequentias dici posset accrescere cum onere. Ne-
cessariò igitur debet accipi de re, & verbis coniunctis. At, se-
cundum communem, & in foro receptam opinionem, quæ
etiam verbis tantum coniunctis ius tribuit accrescendi, Con-
sequentia probatur, quia coniuncti a Iustiniano vocantur,
10 † non solum ij, qui verbis tantum coniunguntur, sed etiam
qui re, & verbis, Quod patet ex eo, quia alioquin mancus, &
imperfectus ibi fuisset Imperator: Locutus enim esset de re
tantum coniunctis, quos disiunctos vocat, & de coniunctis
verbis tantum, quos (secundum eos) simplici coniunctorum
appellatione complectitur, & re, & verbis coniunctos omisis-
set. Atqui hoc dicere est absurdum, quia Iustinianus eo,
quod in superiore parte legis plurimis locis coniuncti fecit
mentionem, necessarium duxit (vt ipsemet profitetur *in d.§.
his ita definit.s*,) omnem eius articuli inspectionem latiùs, &
subtiliore tractatu dirimere, & tamen hoc posito non dire-
misset omnem inspectionem, quoniam re, & verbis coniun-
ctorum tractatum omisisset. Necessariò igitur dicendum
est, regulam superiorem debere etiam de re, & verbis coniun-
ctis accipi, vt proinde constet, non satis consultò *Andr.Fach.
d.lib.4 Contro.cap.94.vers.ad tertium.& alios* plerosque dixis-
11 se, † Iustinianum *in relatis locis*, non de re, & verbis, sed, de
verbis tantum coniunctis esse locutum.

Quarto probatur, quia exceptio in vno casu denotat re-
gulam in contrarium, & eam in omnibus alijs casibus confir-
12 mat † *l.1.in prin.vers.huius,ff.de off.eius*, Sed *in d.l.un.§.sin au-
tem ad deficientis*, proponitur exceptio in disiunctis, dum
scribitur, eos retinere partem deficientis sine grauamine. Er-
go in omnibus alijs, & per consequentias etiam in re, & ver-
bis coniunctis obtinebit regula contraria, vt scilicet eis pars
cum suo onere accrescat. *Ita argumentantur Polit.in d.l.re
coniuncti, numer.86.& ibi Rip.n.185.*

Nec est, quod respondeas, re, & verbis coniunctos, licet in
exceptione non exprimantur, virtualiter tamen in ea conti-
13 neri ob identitatem rationis, *vt respondent Crott.in d.l.re con-
iuncti,nu.110.& Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94.vers.ad ter-
14 tium*, quia verius est, ne hoc quidem respectu contineri, † &
quidem sine dubio, secundum nos, qui arbitramur, venire eos
per ius accrescendi, *vt postea dicemus*, sed, secundum commu-
15 nem ideo non continentur, quia, cum ibi Iustinianus † duas
in disiunctis rationes afferat, & posterior non possit ad re, &
verbis coniunctos adaptari, *vt ostendimus in sequenti funda-
mento*, sufficit hoc ad eorum exclusionẽ, licet prior videatur
eis posse cõuenire. *Ita sentiũt omnes, quos referemus infra n.28.*

Quinto probatur *d.l.un.§.sin autem ad deficientis, versic.sed
& varietatis C.de cad.soll.* vbi Iustinianus, † posteã, quã dixit, 16
coniunctos partem deficientis consequi cum onere, disiun-
ctos verò sine, subijcit, *Sed varietatis non in occulto fit ratio,
cum ideo videatur testator disiũctim hoc reliquisse vt vnusquis-
que suum onus non alienum agnoscat: Nam, si contrarium vo-
lebat, nulla erat difficultas coniunctim ea disponere*. Nam ex
his verbis infertur, Ergo, quoties testator coniunctim dispo-
nit, mens eius est, vt coniunctus subeat onus iniunctum defi-
cienti. *Ita arguunt Rip.in d.l.re coniuncti, num.195 Pereg de
fideic.d.artic.16.num.79.*

Nec dicas, intelligendum esse Iustinianum de testatore,
qui disponit coniunctim, non vtroque modo, sed verbis tan-
tum, † *Quomodo respondet Crott.in d.l.re coniuncti, num.110.* 17
*versic ad secundam, & Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94.vers.
ad tertium*, quia huic responsioni obstant ea omnia, quæ di-
ximus in tertio fundamẽto, quæque non est necesse repetere.

Sexto probatur secundum nos quia, † qui venit per ius ac- 18
crescendi, debet præstare onus iniunctum deficienti *d.§ vbi
autem legatarij, & tradunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q.
14.num.2.& referemus infra num.*38 Sed re, & verbis coniun-
cti secundum veriorem sententiam veniunt per ius accre-
scendi, *vt ostendimus in 5.cap.q.39.nu.8.& seqq.* Debent igitur
onus iniunctum deficienti præstare.

Septimo, & vltimo probatur ratione, quę est varia pro va-
rietate sententiarum: Nam, secundum nos, qui arbitramur,
re, & verbis coniunctos venire per ius accrescendi, & verbis
tantum coniunctos ab illo excludi, ratio est duplex, † vna, 19
quia re, & verbis coniuncti non veniunt ad partem vacan-
tem iure proprio, & ex proprio legato, sed iure alieno & qua-
si ad legatum alteri relictum, ideoque non sunt ferendi, si ve-
lint agnoscere lucrum, & onus illi annexum respuere, vt do-
cuit Iustinianus *in d.§ pro secundo*, Quam rationem ad re, &
verbis coniunctos referendam, † rectè *Alcia.in d.l.re coniun- 20
cti, num.59.versic.nec me monet, & alij* plerique tradiderunt,
*& est de mente eorum, quos referemus infra num.35.qui prædi-
ctam rationem simpliciter ad coniunctos retulerunt*. Altera ve-
rò ratio est, quia † talis censetur mens testatoris. Nam, cum 21
duos re, & verbis coniungit, & grauat, censetur eos, vt in lu-
cro, ita & in onere coniungere, & cõsequenter velle, vt vnius,
deficientis pars accrescat alteri cum suo onere. Quod signi-
ficat Iustinianus † *in d.§.sin autem ad deficientis versic.sed, & 22
varietatis*, secundum ea, quæ diximus *in hoc cap.q 14.num.9.*
quæque (posita nostra sententia) ad re, & verbis coniunctos
non etiam ad coniunctos verbis tantum sunt applicanda.
At, secundum communem opinionem, quæ re, & verbis con-
iunctis tribuit ius non decrescendi, verbis autem coniunctis
ius accrescendi, ratio non est duplex: † Nam prior (secundum 23
eos) non potest ad re, & verbis coniunctos adaptari, quippe,
qui exemplo disiunctorum veniunt ad partem vacantem
iure suo, & ex proprio legato, sed in eis locum habet ratio po-
sterior ducta a natura coniunctionis, quæ est, vt inducat re-
petitionem, idest operetur, vt onus vni iniunctum censeatur
in alterius persona repetitum † *l.Seia.20.§.Caio Seio ff de fũd. 24
instr.Ita Bart.in d.l.re coniuncti, num.55 & ibi Petr.de Besu.
num.34.Ias.num.111.vbi testatur, hanc esse communem & nu.
240.Castr.in d.l.qua conditio 39 in prin.nu.6.ff.de cond.& dem.
& in d.l.si duobus 16.§.fin.nu.1.ff.de leg.1.Ias.in addit. ad Port.
in d.§ si eadem, post nu.20.inst.de legat. Ant.Fum.de coniun.cap.
19.num.2.Crass.in d §.ius accrescendi qu.29 num. 6. Pereg.de
fideic.d.artic.16.nu.79.Et tradunt etiam omnes quos referemus
infra, num.*28. Et quamquam *l.Seia.20.§.Caio Seio ff.de fund.
instr.* non probet id, ad quod adducitur, cum loquatur † de 25
coniuncta posita inter res, non inter personas, Qua ratione
*Crott.in d.l.re coniuncti, num.109.& ibi Polit.num.86.vers.ad-
notandum.Rip nu.194.Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.94. vers.
ad tertium, & alij* plerique moti supra dictam rationem im-
probarunt, † probatur tamen *d.§ sin autem ad deficientis, vers. 26
sed & varietatis*, secundum ea, quæ supra diximus.

Neque obstant contraria: Ad primum enim, secundum
nos, facilis est responsio: Neque enim verùm est, rationem,
quæ in disiunctis consideratur, ad re, & verbis coniunctos
pertinere, † quia non veniunt per ius non decrescendi, sed per 27
ius accrescendi, & sic non veniunt iure proprio, sed alieno, &,
tamquam ad alienum legatum, secundum ea, quæ supra
dixi-

diximus. *Ita respondent Polit.in d l.re coniunƐti, num.86.verſ. & propterea, & ibi Alcia.num. 59. verſic.nec me mouet.* At poſita communi reſpondetur,re,& verbis coniunctos,licet in hoc ſint ſimiles re tantum coniunctis, ſeu diſiunctis, quod veniunt per ius non decreſcendi, & hac ratione videatur idem in eis,quod in diſiunctis circa oneris præſtationem ſtatuendum,in alio tamen a prędictis differre,quod ſcilicet verborum nexu iungantur,quę res operatur,vt onus vni iniunctum cenſeatur etiam in alijs perſonis repetitum, *ſecundum ea,quæ ſupra diximus*. Itaque quod non facit ius non decre-
28 ſcendi,vis copulæ,ſeu natura coniunctionis operatur. † *Ita reſpondent Bart.in d.l.qua conditio.39.in prin.num.3.& ibi Imol. nu.4.verſic.in ea gl.ibi,re,& verbis ff.de cond.& dem. Caſtr. in d.l.vn.§.vbi autem legatarij,num.1.verſic.poteſt etiam, Cod.de cad.toll.& in d l.ſi duobus.16.§.fi.num.1.ff.de leg.primo. Rip. in d.l.re coniunƐti nu.195.Gomez.d.tom.1.varia.reſol.cap.10.num. 43.verſic.quarta.*

29 Ad ſecundum verò reſpondeo,maiorem procedere,† niſi fauoris diminutio procedat ab eadem cauſa, a qua profluit prædilectio: nam tunc verius eſt, minus faueri prædilecto, quam alijs,vt euenit in caſu noſtro: nam, quia prædilectio prouenit a natura coniunctionis, quæ eſt, vt coniuncti conſtituant,vnum corpus,& partem coniunctorum,quaſi ſuam præoccupent *d.l.vn.§.his ita definitis Cod.de cad.toll.& nos latè diximus in 5 cap.q.35.num.1.*& ab eadem natura prouenit oneris repetitio, *vt diximus ſupra num. 24. & 28.* fit, vt re,& verbis coniuncti, quemadmodum in parte coniuncti deficientis præferuntur alijs omnibus ex vi coniunctionis, ita etiam ex eadem videbant onus illi iniunctum agnoſcere, & hoc modo minus recipiant fauoris, & beneficij, quam,ſi eſſent diſiuncti: Onus enim,& incommodum eſt veluti quædam commodi,& beneficij ſequela, *ut diximus in hoc cap. q. 6.num.74.*

Hinc intelligimus, quod generaliter traditur a Iuſtiniano
30 † *in d.§ vbi autem legatarij, & in d.§.fin autem ad deficientis, & poſt eum à Bart.in d §.vbi autem legatarij in prin.& num.2, & ibi Bald.in prin.Iaſ.in d l re coniunƐti, num.6. Alcia. conſil. 40.num.5.lib.9 Odd.conſil.98 num.15, Baldui in d.§.ſi eadem, num.19.inſt.de leg & ad tit.de his,quæ pro non ſcript.hab.num. 49.poſt tit.inſt.de ademp.leg. Cuiac.in d. §. vbi autem legatarij, Donell.lib.8.comm.cap.21.verſic.de onere, & Vueſemb in d.§.ſi eadem, num. 2.& 4.* partem deficientis ad coniunctos cum onere pertinere, ad diſiunctos verò ſine, ita ſecundum nos
31 eſſe accipiendum,†vt coniunctorum appellatione non contineantur,niſi,qui re,& verbis coniunguntur, diſiunctorum verò,qui re tantum, At ſecundum communem ſub coniunctis,tàm verbis tātum,quam vtroque nexu iuncti continen-
32 tur † *vt declarant Polit.in d.l.re coniunƐti, nu.86 & Vueſemb. in d.§.ſi eadem, n.2.* Nec enim reſpectu oneris aliqua eſt inter
33 prædicta coniunctorum genera differentia.† *ut ſcribūt Pere. de fideic.d.artic.16 num.79 & Forcat.in Necyo d.dial.67.n.4.*

Ratio autem diuerſitatis inter coniunctos, & diſiunctos
34 ſecundum nos eſt duplex † vna, quia coniuncti veniunt per ius accreſcendi, tamquam ad lucrum,ſeu legatum alienum, ideoque non ſunt ferendi,ſi velint lucrum amplecti, & onus illi annexum reſpuere *d l.un.§.pro ſecundo Cod.de cad toll.* At diſiuncti veniunt per ius non decreſcendi,& ſic iure proprio, & tamquam ad proprium legatum. Quamobrem non debent aliud onus agnoſcere, quam, quod ſibi impoſitum eſt
35 † *d l.vn.§ ſin verò nemo alius & § ſin autem ad deficientis,C. de cad.toll.Ita Mantic.de con.vlt.vol.d.lib.10.titul.3.nu.16.Cuiac. in d.§.pro ſecundo & d.§.vbi autem legatarij Donell. dict. lib.8. comm.cap.21.verſic de onere,& nos etiam diximus ſupra n.19. & 20 & in q.14.num 6 & q.15.nu. 3. & ſeqq.* Altera verò ratio eſt,quia talis cenſetur mens teſtatoris,quippe,qui coniungendo,aut diſiungendo declarat,vtrum velit,onus eſſe com-
36 mune,an verò proprium,& ſeparatum † *d.§.ſin autem ad deficientis,verſic.ſed,& varietatis,& nos etiam diximus ſupra, n. 21.& 22.& in q.14.nu.8.& q.15.nu.5.* At ſecundum communem,prædictæ rationes veræ ſunt reſpectu coniunctorum verbis tantum, ſed reſpectu coniunctorum re, & verbis,non,
37 niſi poſterior diuerſitatis ratio conſiderari poteſt, † *ut latè diximus ſupra num.23.& ſeqq.Et in ſpecie declarat Caſtr.in d. l.ſi duobus.16.§.fin.num.1.ff.de leg.1.*

Hinc etiam intelligimus,quod a plerisque traditur,per ius accreſcendi partem cum onere pertinere, per ius verò non decreſcendi ſine. † *uti videre eſt apud Caſtr. in l ſi ſeparatim. 38*
30.ff.de cond.& dem. Ang.de Gamb.de teſta.glo.42.n.7.Port.in d §.ſi eadem,num.11.inſt.de leg.Iaſ.in d l.re coniunƐti num 6.& ibi Io.Gaud.num.73.Mantic.de con.vlt.vol lib.10.tit.3.num.16. ſecundum nos eſſe veriſſimum,quia † coniunctis, quos ipſi 39
re,& verbis coniunctos interpretamur, pars cum onere accreſcit *d.§.vbi autem legatarij,* a diſiunctis verò pars non decreſcens ſine onere retinetur *d.§.ſin autem ad deficientis,* At ſecundum communem,verum quidem eſt, † reſpectu iuris 40
accreſcendi. Cœterùm reſpectu iuris non decreſcendi neceſſariò recipit diſtinctionem; Aut enim prouenit ex coniunctione reali,& locum habet ſine onere, aut ex coniunctione mixta, & cum onere portio retinetur. *Ita declarant omnes, quos retulimus ſupra num.28.*

Quod autem diximus,ad coniūctos partem cum ſuo onere tranſire,ſiue intelligatur iuxta noſtram ſententiam de re, & verbis coniunctis, ſiue iuxta communem,etiam de coniunctis verbis tantum, adeo verum eſt,vt procedat.

Primo,ſiue onus ſit legati, aut fideicommiſſi, ſiue cuiuſcunque alterius rei † *d.l.un.§ pro ſecundo C. de cad toll Azo.* 41
in ſumm.C.eod.num.15.Alcia.conſil.41.num.1.& 5.in fi lib.9. Itaque procedit in onere conditionis, † *l.ſi quis legata 53.§.* 42
vlt.ff.de cond & dem.d.l.un.§.pro ſecundo C.de cad toll.glo in l. ſi plures 6.in verb repellantur C.de cond.inſert. Azo. in ſumm. C.eod.num.15.Caſtr.in l.hac ſcriptura 26.§.vlt num.1. & in l.ſi ſeparatim 30.ff.de cond.& dem.Baldui.ad tit. de his, quæ pro non ſcrip.hab num.49.poſt tit inſt.de ademp.lega.Donell.d.lib.8. comm.cap.21.verſic.de onere, vel modi, † *d.l.un §.pro ſecundo,* 43
C.de cad.toll.Azo.in ſumm,C.eod.num.15.Imol.in d l.qua conditio.39.in prin.nu 4.verſic in ea gl.in fi ff.de cond.& dem. Anto. Fum.de coniun.cap.19.num,2. ſiue conſiſtat in dando † *d l.ſi* 44
quis legata 53.§.vlt.ff.de cond & dem.d l.vn.§.pro ſecundo & §. ne autem,C.de cad.toll.Azo.in d ſumm.C.eod.num. 15. Anto. Fum de coniun.d.cap.19.num.1.& 2.Put.lib.3.deciſ.424.nu. 2. ſiue in faciendo † *d.l.un.§.pro ſecundo & §.ne autem,C.de cad.* 45
toll.Azo in d.ſumm.C eod.num.15.Papien.in form.lib.quo ag ex ſubſtit.in verb.breuiloce.nu.37.Anto.Fum.de coniun.d.cap. 19. num.1.& 2.

Secundo procedit non ſolum, ſi communiter omnibus ſit onus impoſitum,ſed etiam,ſi nominatim vni tantum, dummodo tractetur de onere fauorabili,puta alimentorum, † *ſe-* 46
*cundum Crott.in d.l.re coniunƐti, num.154.*vel alterius relicti ad pias cauſas, † *vt ibi Crott.declarat,* Quam in rem faciunt 47
ea,quæ diximus *in hoc cap.q.13.num.18.& ſeqq.& q.15 nu.10. & ſeqq.*

Tertio procedit, etiam in qualitatibus; Nam portio non ſolum accreſcit cum ſuis oneribus, ſed etiam cum ſuis qualitatibus † *vt ſcribunt Iaſ.in l.ſi mihi,& tibi.12.in prin.nu 9.ff.de* 48
leg.1.Menoch.conſil.190.num.30.

Planè, interdum etiam coniuncti partem vacantem ſine onere conſequuntur.

Primum enim,ſi,aut ex verbis,aut ex coniecturis conſtet, talem eſſe mentem defuncti, dubium non eſt, quin etiam coniunctus ſine onere partem vacantem conſequatur: † Nā 49
teſtator poteſt facere, vt ſine onere accreſcat, quod alioquin ſui natura deberet cum onere tranſire † *ſecundum Forcat. in* 50
d.Necyo.dial.67.num.4.& contra,accreſcat cum onere, quod aliàs ſine onere tranſire ſolet, *vt diximus in hoc ipſo cap q.13. num.22.* ſcilicet,quia totum hoc ius præſtandi,aut non præſtandi oneris æſtimatur ex voluntate teſtatoris. † Quamo- 51
brem Iuſtinianus *in d.l.vn.§ ſin autem ad deficientis,verſic.ſed, & varietatis,C.de cad.toll.*ideo diſiunctos ait,non ſubire onus iniunctum deficienti, quia videtur teſtator diſiunctim reliquiſſe,vt vnuſquiſque ſuum onus, non alienum agnoſcat: Nam,ſi contrarium volebat, nulla difficultas erat coniunctim diſponere, & *in d.l.vn.§.ne autem,verſic ſin autem talis,* multa refert conditionum genera, quæ non tranſeunt in coniunctum,in quem tamen lucrum transfertur, ideo, quia hoc teſtator noluit.

Secundo,ſi onus ſit conditionis caſualis, magis eſt, vt in coniunctum legatarium, aut fideicommiſſarium non transferatur, & ſic vt eis portio ſine onere accreſcat † *ſicuti docue-* 52
runt Imol.in d.l.qua conditio.39.in prin.nu 4.verſic. in ea glo. in fi ff.de cond.& dem.Ant.Fum.de coniun.d.cap.19.nu. 3. Quod

enim diximus, accrescere cum onere conditionis, procedit in
53 conditione potestatiua, † *de qua specialiter loquuntur d. l. si quis legata 53. §. vlt ff de cond. & dem. Imol in d. l. qua conditio. num. 4. vers. in ea glo in fin. Ant. Fum. de conium. d. cap. 19. nu. 1. Peregr. de fideic. d. artic. 16. num. 86.* non etiam in casuali, quippe,
54 quæ non intelligitur in legatis repetita † *secundum gl. in d. l. vn. §. pro secundo in verb. sentire & ibi Cin. nu. 2. Cod de cad. toll. Imol in d. l. qua conditio, num. 4. vers. si verò onus,* cum re vera
55 non contineat onus ob id, † quod nulli per eam affertur commodum, *ut declarant D D. supradicti.*

Tertio, ne potestatiua quidem conditio semper in coniun-
56 ctum transfertur: † Nam, licet transferatur, si consistat in dando, scilicet, quia datio per alium semper expediri potest,
57 † *l. vlt vers. an verò, ff. de cond. inst. l. Arethusa. 15. in fin. ff. de stat. hom & d. l. vn. §. ne autem, vers. cum enim C. de cad. toll. Et in specie declarat Mantic. de con. vlt. vol. libr. 11. tit. 17. nu. 1. Put. lib. 3. decis. 424 num. 2.* non tamen semper transfertur, si consistat in faciendo, sed tunc demum, cum factum tale est, vt
58 per alium impleri possit, † vt euenit, cum quis iubetur insulam, vel monumentum, vel aliud tale suis sumptibus facere, vel rem ab hærede testatoris emere, vel locationem, aut fideiussionem subire, & si quid huiusmodi facti simile sit: Nihil enim refert, vtrum per eum, de quo testator locutus est, an per alium eiusdem lucri successorem adimpleatur *d. §. ne autem vers. sin autem.* Cœterùm, si talis sit verborum conceptio, tunc, & facti natura, vt ab alio impleri non possit, tūc, & si lucrum ad coniunctum perueniat, non tamen & grauamen eum sequitur, quia hoc, neque ipsa natura concedit,
59 neque testator voluit: Quid enim si testator iusserit, † eum in certum locum abire, vel liberalibus studijs imbui, vel domum suis manibus extruere, vel pingere, vel vxorem ducere, quæ omnia testatoris voluntas in ipsius solius persona intelligitur conclusisse, cui & suam munificentiam relinque-
60 bat? † *Ita Iustinianus in d. § ne autem versic. sin verò talis & post eum Azo in d. summ. C. de cad. toll num. 16. Bald. in l. si plures. 6. num. 17. versic 7. C de cond. insert. Ang. cons. 152. n. 2. Zanch. in l. heredes mei 57. §. cum ita part. 10. n. 71 ff ad Treb Mantic. de con. vlt. vol. d. lib 11 tit. 17. numer. 10. Duar. lib. 2. de iur accr. cap. 2. Pereg. de fideico d artic. 16. num. 87. Balduin. ad tit. de his, quæ pro non script. hab num. 49 post. tit. inst. de adempt. leg.* Cen-
61 setur enim in his omnibus casibus, & alijs similibus † conditio personalis, & personæ cohærens *d. §. ne autem, vers. quæ omnia,* ideoque in alium transferri non potest *l. si ita expressum. 68 ff de cond. & dem.* Quia ratione generaliter traditur a nostris, portionem sine onere conditionis accrescere, quo-
62 ties conditio personalis est, & personæ cohæret † *vti videre est apud Bart. in d. l. re coniuncti, num. 55. Imol. in d. l. qua conditio, num. 4 versic. in ea gl. in fin.*

Quarto quod diximus, partem cum onere coniuncto accrescere, procedit, si onus communiter omnibus sit impositum,
63 † *in quibus terminis loquuntur d. l. si quis legata. 53. §. vlt. ff de cond. & dem. Castr in d. l. vn. § sin autem disiunctim, nu. 3. C de cad. toll.* Cœterùm, si nominatim vni tantum, receptum
64 est, sine onere transire, † *uti uidere est apud Castr. in d. § sin autem disiunctim num. 3. Ang de Gamb. de testa. gl. 41. num. 1. Ias. in d. l. si mihi, & tibi, 12, in prin, num 16. ff. de leg. 1. Pere. de fideic. d. artic. 16. nu. 88. Forcat. in Necyo d. dial. 67 num. 4.* Quæ sententia, licet in puncto iuris magnam patiatur dubitatio-
65 nem, & contrariam opinionem, † *quam amplexi sunt gl. in d. l. vn. §. sin verò non omnes, in verb. non sentiat C. de cad. toll. Azo in summ. C. eod. n. 17. Put. d. lib. 3. decis. 424. num. 3. & Cuiac. in d. §. vbi autem legatarij,* non obscurè videatur probare *d. §. ne autem,* si quis diligenter attendat, consulendo tamen, & iudicando, non est a superiore sententia, quæ, vt diximus, receptior est, recedendum.

Quinto, & vltimo, quod diximus, accrescere cum onere, non ita accipiendum est, quasi totum onus accrescat, sed tantum pro portione commodi, idest pro rata portionis ac-
66 crescentis † *d. l. vn. § ne autem Cod. de cad. toll. Pere. de fideic. d. art. 16. nu. 87.* Et hæc de legatis, & fideicommissis.

S V M M A R I V M.

1 *Portio hæreditatis accrescit hæredibus institutis cum onere, & cur num. 2.*
3 *Onus vni iniunctum regulariter censetur a cohæredibus repetitum.*
4 *Caduca, aut quasi caduca portio hæreditatis accrescit cum onere.*
5 *Portio hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, accrescit cum onere, licet nonnulli contrarium censuerint, nu. 14.*
6 *Portio hæreditatis quoquomodo deficiat cum onere accrescit.*
7 *Hæreditas differt a legatis, & fideicommissis, quia hæredibus semper accrescit pars cum onere, legatarijs verò, & fideicommissarijs non semper, & num. 8. & 24. & cur, num. 11 & seqq. & nu. 17. & seqq. & num. 65 & seqq. vsque ad nu. 86. Declara, vt num. 23.*
9 *Caduca aut quasi caduca pars legati, vel fideicommissi accrescit cum onere pro non scripta verò fine.*
10 *Portio hæreditatis, sine sit caduca sine quasi caduca, sine pro non scripta, accrescit cum onere.*
12 *Hæreditas repræsentat personam defuncti, non hæredis futuri, & num. 19.*
13 *Legatum non repræsentat personam defuncti.*
15 *Declaratur l. quidam referunt. 14. ff. de iur. codic. & num. seqq. vsque ad num. 64. & num. 155.*
16 *Declaratur l. vnic. §. in primo, Cod. de cad toll. & num. 43. 44 & 64.*
20 *Legatum non a defuncto, sed ab hærede incipit, Declara, vt num. 71.*
21 *Hæres adeundo obligatur legatarijs, & fideicommissarijs quasi ex contractu.*
22 *Ratio diuersitatis vbi afferri non potest, nec ius diuersum constitui debet.*
25 *Declaratur l. ciuitatibus, 123. §. Lucius ff. de leg. primo, & nu. seqq. & num. 107.*
26 *Negatio actus denotat potentiam.*
27 *Dispositio, quæ non habet effectum, habetur pro non facta.*
29 *Declaratur l. si duobus. 16. §. 1. ff. de leg. primo, & num. seqq. & num. 106.*
32 *Falsa demonstratio non vitiat dispositionem sed vitiatur.*
36 *Declaratur l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. & nu seqq. & nu. 120.*
37 *Dictio, quoquomodo est vniuersalis, & omnem omnino modum includit, nu. 38.*
40 *Priuatio præsupponit habitum.*
53 *Correctio legum non est inducenda, nisi de ea manifestè constet.*
56 *Cohæres præstat legata relicta a cohærede, quasi substitutus.*
62 *Declaratur l. sed cum ea. 15. ff. de iur. cod & nu. 70.*
66 *Testator grauando legatarios non censetur habere rationem rei sed personæ Declara vt nu. 71. & seqq.*
67 *Legatarij etiam inequaliter vocati, si simpliciter grauentur, censentur grauati viriliter, & cur, num. 68.*
69 *Hæredes nominatim grauati tenentur viriliter, non pro portione hæreditaria.*
72 *Actione reali & effectu conuenitur res non persona.*
73 *Legatarius grauatus si rem non habet, non tenetur.*
75 *Hæres nominatim grauatus censetur grauatus, quia hæres, non, vt hæres.*
77 *Hæreditas non repræsentat personam defuncti in onere legatorum, & cur, num. 78.*
83 *Hæres est successor iuris.*
84 *Legatarius non iuris, sed rei successor est.*
86 *Portio hæreditatis sine dubio accrescit cum onere, si habeatur pro non scripta culpa hæredis.*
87 *Portio hæreditatis, quæ pro non scripta habetur, facilius accrescit cum onere, si id sit fauorabile.*
88 *Portio hæreditatis cum onere accrescit, si id simpliciter sit iniunctum.*
89 *Portio hæreditatis cum onere accrescit, si id sit iniunctum omnibus. & num 90.*
91 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id non ab omnibus gradibus sit relictum, sed omnibus eiusdem gradus sit iniunctum.*
92 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, si id sit iniunctum sub nominibus appellatiuis & nu. 93. & cur, nu. 94.*
95 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, si id sit iniunctum sub nomine appellatiuo uni tantum ex hæredibus, Sed contra, num. 96.*
97 *Nominatim quid fieri dicitur, siue proprium nomen exprimatur,*

matur, siue alia demonstratio, quæ nominis vice fungatur, *Declara, vt num.98.& seq.*

100 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi nominatim sit omnibus iniunctum, & num.*101 *& cur, & num.* 102. *&* 103.

104 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id quibusdam tantum ex hæredibus nominatim sit iniunctum, dummodo accrescat alijs grauatis.& n.*105.*& cur, nu.*108.

109 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id nominatim vni sit impositum, si tamen onus sit fauorabile puta alimentorum, vel ad pias causas, num.*110.

111 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, siue hæredes sint coniuncti, siue disiuncti, & num.*112.

113 *Portio hæreditatis accrescit cum onere verbis tantum coniuncto.*

114 *Portio hæreditatis accrescit cum onere coniuncto re, & verbis.*

115 *Portio hæreditatis accrescit cum onere coniuncto re tantum, licet in legatis, & fideicommissis accrescat sine onere, & cur, num* 117.*& seqq. vsque ad num.*124.

116 *Portio hæreditatis cum onere accrescit ei, qui omnimodo disiunctus est.*

118 *Hæres qui semel est, non potest desinere esse hæres.*

119 *Legatarius, qui semel fuit, potest desinere esse legatarius.*

122 *Coniunctio realis, & mixta datur etiam in hæreditatibus.*

124 *Hæres ex pluribus partibus institutus, qui vnam partem omittit ex institutione, vt eam consequatur ex iure accrescendi, debet etiam pro ea onus subire.*

125 *Portio hæreditatis, etiamsi post acquisitionem accrescat, nihilominus accrescit cum onere.*

126 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi id non debuisset præstari a deficiente.*

127 *Declaratur l.cum patronus.28.ff.de leg.2.*

128 *Cohæres, cui pars filij accrescit, tenetur præstare onus, quod filius pro quantitate legitimæ non præstitisset.*

129 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, etiamsi ius accrescendi transeat in fideicommissarium.*

130 *Portio hæreditatis accrescit cum onere legati, aut fideicommissi.*

131 *Portio hæreditatis accrescit cum onere conditionis potestatiuæ, & num.*132.

133 *Portio hæreditatis accrescit cum onere modi.*

134 *Portio hæreditatis accrescit cum onere, siue consistat in dando siue in faciendo.*

135 *Portio hæreditatis accrescit sine onere si id nominatim vni sit iniunctum & num.seqq. vsque ad num.*149.*& cur, nu.* 140.*cum seqq.*

137 *Declaratur l.Celsus.*29.*§.quod alicuius, ff.de leg.2.& nu seqq. vsque ad num.*149.

149 *Portio hæreditatis accrescit sine onere quod nominatim relictum est etiamsi sit relictum a duobus aut pluribus, dummodo accrescat non nominatis & nu.* 150.*& cur, nu.*151.

152 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, etiamsi id duobus, aut pluribus sit iniunctum sub nominibus appellatiuis, dummodo accrescat non nominato.*

153 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, si sit impositum ei, qui tempore testamenti erat in rerum natura, sed non tempore codicillorum, Sed contra, num.*154.

156 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, si id per alium impleri non possit, & num.*157.

158 *Portio hæreditatis accrescit sine onere, vsque ad quantitatem legitimæ, si accrescat alijs filijs, secus si extraneis, num.*159.

160 *Portio hæreditatis accrescit cum onere pro rata portionis accrescentis.*

An, & quando pars accrescat cum onere in hæreditatibus testamentarijs.

QVÆSTIO XVII.

NVnc videamus de hæreditatibus, & dispiciamus, an in ijs portio vacans accrescat cum onere, an verò sine: Separatim autem nobis erit videndum, Primo, quid in hæreditatibus testamentarijs. Secundo, quid, in ijs, quæ ab intestato deferuntur.

Et in testamentarijs quidem hæreditatibus receptum est,
partem vacantem regulariter cum onere accrescere † *l.si duo-* 1
*bus.16.§.1.l.ciuitatibus.125.§.Lucius, ff.de leg primo l.mortuo,
50.§.vlt.& l.cum pater.79.§.cum pater ff de leg.2. l.si res aliena.52.§.1.ff.ad Treb.l.pen.ff.vt leg.nom.caueа.l.vn §.his ita definitis C.de cad.toll.Et scribunt Azo in summ. C. eod. num.18.
Bald in l.si Titio.63.§.Iulianus ff.de leg 2.Imol. in d l.si duobus.
16.§.1.ff.de leg.primo & in d l mortuo.50.§.vlt.nu.4.ff de leg.2.
Castr.in d.§.his ita definitis,num.4. Ias.in d l.re coniuncti, num.
162.& ibi Io Gaud.nu.73.Ias.in l.vn.nu. 12. versic. alia est ratio C.quand.non pet.part.Cagn in rub C.eod.num.44.Zanc in l.
hæredes mei 57.§ cum ita part.6.num. 53. ff. ad Treb. Æmil.
Ferr.in l.3.num 23.ff.de leg primo, Gomez.tom.1. varia.resol.
cap.10.num.43.Pereg.consil 109.nu.4.vol.3.Surd.consil. 529.
num. 27. vbi testatur, hanc regulam communiter sequi DD.
Laderch consil.72.num.12.versic.quæ, cum ita sint, Forcat.in
Necyo.dial.67.num.4.Gratia.cap.104.discep.for.num.50.Bald.
in § & plures, num.10.inst.de vulg. Duar lib.2.de iur.accr.ca.2.
Anto.Gon.de iur.accr.num 17.Cuiac.in d l.vn.§. vbi autem legatarij C.de cad.toll.Donell lib.7.comm.cap.12.in fi & cap 28.
versic.portionem Rosent.de feud.cap.6.concl.74.n 13. & in gl.fi.
Et ita etiam videtur sensisse Bald.in l.si Titio 63.§.Iulianus in fi.
ff de leg.2.*dum ait, cum onere accrescere portionem, quæ ad
alium pertinet iuxta voluntatem testatoris, quia, † cum onus 2
hæreditati, non personæ imponatur, *ut ostendemus infra n.65.*
Consequens est, vt transeat ad omnes, in quos hæreditas trāsfertur. *Ita Gomez. d.cap.10.n.43.* Quamobrem in hæreditatibus dicere possumus, onus vni iniunctum regulariter censeri a cohærede repetitum. † *vt scripserunt Bald.in d.l si Titio.* 3
*63.§.Iulianus, ff.de leg.2.Ias.in l licet imperator.77.nu. 47.ff.de
leg primo.* Idque adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si portio sit caduca, vel quasi caduca,
† *in quibus terminis loquuntur d.l.si duobus.16.§.1.ff.de leg pri-* 4
*mo d l.vn.§.his ita definitis, & ibi glo in verb quoquomodo, C.de
cad.toll gl.in d.l.quæ conditio.39.in prin.in verb.gradum, & ibi
Castr.nu.5.versic.interdum, Imol nu.5.ff.de cond.& dem.Imol.
in d.l.Celsus.29.§.quod alicuius, n.3.versic. tamen communiter
ff.de leg.2. Alex in d.l si duobus.16.§.1.num.3 in fi.ff de leg.primo, Crott in d l.re coniuncti, num.108.& ibi Polit.nu.85. versic.
sexta, Alcia nu.59.versic.sed an in hæreditate, & Rip. nu.192.
Pere.de fideic d.artic.16.num.86.Cuiac.in d.l.vn §. vbi autem
legatarij C.de cad.toll.*sed etiam. si pro non scripta, † *vt scri-* 5
*bunt Bart.in d l.si duobus.16.§.1.& ibi Alex.num.3 in fi.vbi testatur, hanc esse magis communem ff.de leg. primo Bart. in d. l.
Celsus.29.§.quod alicuius, num.2.ff de leg.2. Ang.in d. l vn.§.in
primo, num.3 C.de cad toll. & in l.eam, quam 14.in prin.versic.
Non obstat C.de fideic.Imol.in d.l.mortuo 50.§ fi.nu.4.vbi testatur.ita communiter teneri ff de leg.2.Papie.in d.form.lib.quo ag.
ex sub.in verb.breuiloce, num.26 Ias.in d.l.re coniuncti, nu.239.
& ibi Rip num.190.vbi pariter testatur, ita communiter teneri,
Et præter hos scribunt etiam omnes, quos referemus infra nu.7.*
Quoquo enim modo deficiat pars, semper cum suo onere accrescit † *d.§.his ita definitis, & ibi Bart.in prin.Bart.in d.l.quæ* 6
conditio.39.in prin.ante num.1.Rip in d.l.re coniuncti, nu.190.
In quo quidem differt hæreditas a legatis, & fideicommissis,
† *ut scribunt gl.in d.l.vn §.in primo, in verb.nullo grauamine, &* 7
*ibi Bald.num.8.& Castr num. 6. C. de cad toll gl.in d.l.vn.§ his
ita definitis, in verb.quoquomodo, & ibi Cin. num. 4. Bart.nu.1.
Bald.num.6.Castr.num.4.Cod.eod.glo. in d.l. quæ conditio, in
prin.in verb.gradum, & ibi Bart.ante num. 1. Castr. num.5.
versic.interdum, Azo.in d.summ.Cod.de cad.toll.num.18.Bart.
in d l.Ciuitatibus 125.§ Lucius, & ibi Imol in fi.ff.de leg primo,
Imol in d l.Celsus.29.§.quod alicuius num.3.vbi testatur, hanc
esse communem, & ibi Castr num.1.ubi pariter testatur de communi, ff.de leg.2.Castr.in d.l.si duobus.16.§.1. num. 3. ff. de leg.
primo & in l.eam, quam.14.nu.9.C.de fideic.Pere.de iur fisc.lib.
3.tit.1.num.4 Craff in d § ius accrescendi q.29 num 1.Duar.d.
lib.2.de iur.accr.cap.2.* vtpote, in quibus non semper cum onere pars accrescat, † *ut scribunt Ias.in d.l.vn, num.12.versic. alia* 8
est ratio C.quand.non pet.part.Donell lib.8.comm.c.21 in fi. Itaque, licet in legatis distinguantur caduca, & quasi caduca ab
ijs, quæ pro non scriptis habentur, quod illa cum onere accrescant, hæc verò sine onere transferantur † *d l.vn.§. in pri-* 9
mo,

mo,& §. pro ſecundo C. de cad toll. & tradunt gl. in d. §. pro ſecundo, in verb. ſentire, & ibi Caſtr. num. 1. gloſ. in l. 2 in verb. non putat, ff. de hæred. inſt. Azo in ſumm. C. de cad toll. nu. 16. Imol. in d. l. quæ conditio, nu. 5. verſ. ratio autem, Gomez. d. cap. 10. n. 43. noſque ſpecialiter diximus in hoc cap. q. 13. num. 1. & q. 14. nu. 1. in hæreditatibus tamen non fit huiuſmodi diſtinctio, ſed indiſtinctè pars cum ſuo onere accreſcit, ſiue caduca, aut

10 quaſi caduca fiat, ſiue etiam pro non ſcripta habeatur, † *ut ſcribunt gl. in d. l. quæ conditio, in verb. gradum, & ibi Imol. nu. 5. Caſtr. num. 5. Imol. in d. l. Celſus. 29. §. quod alicuius, num. 3. verſ. tamen communiter. ff. de leg. 2. Alcia. in d. l. re coniunčti, nu. 59. verſ. ſed, an in hæreditate.* Cuius diuerſitatis hanc noſtri com-

11 muniter tradunt eſſe rationem, quia † in hæreditatibus onus eius portionis, quæ pro non ſcripta habetur, conſiſtit ab initio, cum fundetur in hæreditate, quæ repræſentat perſonam

12 defuncti † *l. hæreditas. 34. ff. de acq. rer. dom. l. non minus 31. §. vlt. ff. de hered. inſt. §. ſeruus etiam alienus, inſt. eod. l. legatū, 119. §. ſeruo, ff. de leg. primo, l. nouatio. 24. in fin. ff. de nouat. tit. inſt. de ſtip. ſeru. in prin.* At in legatis non conſiſtit initio, quia, nec in perſona vera, ideſt nominata, quæ non eſt in rerum natura, nec in perſona ficta recipit fundamentum: Non enim, vt hæreditas, ita, & legatum defuncti perſonam repræſentat.

13 † *Ita Cin. in d. l. un. §. his ita definitis, num. 4. & ibi Bart. num. 1. C. de cad. toll. Bart. in d. l. quæ conditio. 39. in prin. numer. 2. & ibi Imol. num. 5. Caſtr. nu. 5 verſ. interdum, ff. de cond. & dem. Imol. in d. l. Celſus. 29. §. quod alicuius, num. 3. ff. de leg. 2. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 190. Craſſ. in d. §. ius accreſcendi, q 29. num. 1.*

Verùm hæc, quæ noſtri frequentiùs tradiderunt, licet, quoad caduca, & quaſi caduca procedant ſine dubio, tamen, quoad ea, quæ pro non ſcriptis habentur, magnam patiuntur dubitationem, quia multi ſunt, qui contrariam ſententiam amplectuntur exiſtimantes, nullam in hoc eſſe conſtituendam differentiam inter legata, & hæreditates, ſed indiſtinctè partem, quæ pro non ſcripta habetur, ſine onere ac-

14 creſcere. † *Ita enim cenſuerunt gl. in d. l. un. §. his ita definitis, in verb. quoquomodo C. de cad toll. gl. in d. l. mortuo. 50. §. fin. in verb. pro portione, ff. de leg. 2. Imol. in d. l. Celſus. 29. §. quod alicuius, num. 2. & 3. verſic. & ſic patet ff. de leg. 2. & in d. l. quæ conditio, 39 in prin. num. 6. ff. de cond. & dem. vbi (licet ſub dubio) dicit, hanc opinionem de iure veriorem, Alex. in d. l. licet Imperator. 77. num. 9. ff. de leg. primo, vbi ait hanc opinionem eſſe multum ſubſtentabilem, Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 236. & ibi Crott. nu. 106. verſ. Itaque, & Polit. num. 84. vbi ait, facile ſuſtineri poſſe hanc opinionem, quæ videtur communior, licet in hoc decipiatur. Eandem ſententiam probauit Cuiac. in d. l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad toll. & in l. ſi duobus, 16. qu. 5. ff. de leg. primo* Mouentur autem, vt ita ſentiant

Primo *l. quidam referunt 14. ff. de iur. codic.* vbi Scœuola, *Quod poſt heredis obitum*, inquit, *codicillis legatum, vel ademptum eſt, nullius momenti eſt, quia hæres, ad quem ſermonem conferat, in rebus humanis non eſt, eaque ademptio, & datio vana efficitur.* Ex quibus verbis ita videtur poſſe duci argu-

15 mentum. † Onus, quod ab initio non conſiſtit, non poteſt in alium transferri, cum non entis nullæ ſint qualitates *l. eius, qui 41. ff. ſi cert. pet.* Sed, quando is, qui non eſt in rerum natura grauatur onere legati, aut fideicommiſſi, tale onus ab initio non conſiſtit, vt patet ex ſupradictis verbis Scęuolæ. Non poterit igitur in alium transferri.

Secundo mouentur *d. l. vn. §. in primo, C. de cad. toll.* vbi (ſe-

16 cundum eos) generaliter traditur, † ea, quæ pro non ſcriptis habentur, ſine onere tranſire in ſubſtitutum, aut coniunctum, vel apud hæredem remanere, nec diſtinguitur, vtrum pro non ſcripta habeatur pars legati, an verò pars hæreditatis. Ergo indiſtinctè debet intelligi, tam de hæreditate, quam de legatis, & fideicommiſſis.

Tertio mouentur, quia nulla in veritate poteſt inter lega-

17 ta, & hæreditates afferri diuerſitatis ratio, † *ut aiunt Crott. in d. l. re coniuncti num. 106. & ibi Polit. num. 84. verſic. ſupereſt:* Nam ea, quę communiter affertur ſecundum eos, non eſt ve-

18 ra, & merito reprobatur † *à Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 239. & ibi Crott. num. 105. verſ. 3 & Polit num. 84.* quia hæreditas re-

19 preſentat perſonam defuncti, non hæredis futuri, † *d. l. hereditas 34. ff. de acq. rer. dom. d. §. ſeruus etiam alienus inſt. de her. inſt.* ideoque non poſſunt in ea fundari onera legatorum,

20 quippe, quæ non a defuncto, ſed ab hærede incipiunt † *l. hæreditarium 39. ff. de act. & oblig.* Non enim defunctus legatarijs obligatur, ſed hæres, qui adeundo cenſetur quaſi cum eis contrahere † *l. ex maleficijs 4. §. heres ff. de act. & oblig. §. hæres, inſt. de oblig. quæ quaſ. ex contr. naſ. l. 3. §. vlt. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Ergo non poteſt inter legata, & hæreditates, quæ pro 21

non ſcriptis habentur, diuerſum ius conſtitui, † *ex regula l. 3. in prin. verſ. Nam Diuus ff. de iniuſt. rupt.* 22

Quarto, & vltimo mouentur, quia, aut onus ab omnibus eſt relictum, † & cum onere accreſcit pars, quæ pro non ſcripta habetur etiam in legatis, *ut diximus in hoc cap. q. 13 num.* 23
25. aut verò non ab omnibus, ſed ab vno tantum nominatim eſt relictum, & ſine onere accreſcit, etiam in hæreditatibus, *ut dicemus infra num. 135. & ſeqq.* Ergo nulla inter legata, & hæreditates eſt in iis, quæ pro non ſcriptis habentur, differentia, *Ita Pereg. de fideic. d. artic. 16. num. 83.*

His tamen non obſtantibus, puto veriſſimam eſſe communem traditionem, quam ſupra retulimus, vt ſcilicet, in hoc differat † hæreditas a legatis, & fideicommiſſis, quod 24
pars hæreditatis, quæ pro non ſcripta habetur, cum onere accreſcat, pars verò legati ſine.

Non moueor autem, vt ita ſentiam *l. Ciuitatibus. 125. §. Lucius, ff de leg. primo*, quam veteres paſſim ad ſuam ſententiam comprobandam adducere conſueuerunt, quia Paulus ibi † non loquitur de parte, quæ pro non ſcripta habea- 25
tur, ſed de caduca, aut quaſi caduca, vt patet ex ipſius verbis, quæ ſunt hæc. *Lucius Titius, & Caius Seius Publio Mænio decem dare damnas ſunto. Caius Seius hæres non extitit. Sabinus ait, Titium ſolum legatum debiturum: Nam Seium pro non ſcripto habendum eſſe. Hac ſententia vera eſt, hoc eſt, Titius tota decem debebit:* Illa enim verba, *Caius Seius hæres non extitit*, ſignificant, potuiſſe eum eſſe hæredem, quoniā actus negatio denotat potentiam † *l. 1. in prin. ff. de ſuis, & leg.* ſed 26
hæredem non extitiſſe propter aliquam cauſam aduentitiam, puta propter repudiationem, aut aliam ſimilem. Nec obſtat, quod dicat Seium pro non ſcripto habendum, quia id impropriè dicitur: Non enim ſignificat, inſtitutionem in eius perſona haberi pro non ſcripta, ſed eum perinde haberi, ac, ſi non eſſet ſcriptus, ideſt, hæres inſtitutus, quia generale eſt in omnibus diſpoſitionibus, quæ effectum non habent, vt perinde habeantur, ac, ſi facta non eſſent † *l. legatarius. 38. §.* 27
1. ff. de leg. 1. l. nec intereſt 51. & l. id autem. 75. in fi. ff. ad l. Falc. Quamobrem, & legata, quæ ex poſt facto deficiunt, dicuntur haberi pro nō ſcriptis *in l. pen. C. de leg.* Loquitur ergo ibi Paulus de parte caduca, aut quaſi caduca, non de ea, quæ pro non ſcripta habetur, † *vt declarant gl in d. l. vn. §. in primo, in verb.* 28
nullo grauamine C. de cad. toll. Imol. in d. l. Celſus 29. §. quod alicuius, num. 3. verſ. & eodem modo, ff. de leg 2. & in l. quæ conditio 39 in princ. num. 6. ff de cond. & dem. Polit. in d. l. re coniuncti num. 83. Gotofr. in d. l. vn. §. in primo, in lit. I Et rectè, quicquid cenſuerit Cin. in d. §. in primo, num 4.

Minus moueor *l. ſi duobus 16. §. 1. ff. de leg. primo*, quam etiam veteres ad ſuæ ſententiæ confirmationē adducere conſueuerunt, quia non tractat etiam ibi Pomponius † de parte, 29
quæ pro non ſcripta habeatur, ſiue principium ſpectemus, ſiue ea, quæ poſtea ſequuntur: Nā initio, *Hæres*, inquit, *adiecto ei nomine cuiuſdam, qui heres non ſit, dare damnatus totum legatum debet*, quibus verbis ſecundum communem intellectum ſupponit teſtatorē vnum hæredem inſtituiſſe, & eum ſimul cum alio, quem non ſcripſerat hæredem, grauaſſe, vt Caio daret centum, &, cum quæſitum eſſet, an inſtitutus, ad quē tota pertinebat hæreditas, teneretur integrum legatum præſtare, an verò ſolum dimidiam, ſtante, quod teſtator voluit alteram dimidiam præſtari ab adiuncto, reſpondet Pomponius, hæredem totum legatum præſtare debere. Itaque non loquitur de parte, quæ pro non ſcripta habeatur, quia reſpectu adiecti nō poteſt aliqua pars hæreditatis haberi pro non ſcripta, cum ſcripta non fuerit, ſcilicet, quia adiectus non fuit hæres inſtitutus. † *Ita legem illam intelligunt ibi glo. in* 30
verb damnatus & Bart. aliiſque paſſim, Imol. in d. l. Celſus 29. §. quod alicuius, n. 3. verſ. & pro hac opinione, & in d. l. quæ conditio, nu. 6. Minus de tali portione loquitur ſecundum eum intellectum, quem nos veriorem arbitramur: Nam ſecundum nos teſtator ibi, † non duos grauauit, ſed vnum, nempe hæ- 31
redem, vt patet ex illis verbis, *dare damnatus*, & adiectio, quā ibi ſupponit Pomponius, non eſt perſonæ, ſed nominis:

Grauauit enim testator hæredem , sed ei adiecit nomen cu-
iusdem,qui non fuit institutus, puta dixit, Hæres Titi (cum
vocaretur Caius) centum Mœuio dare damnas esto, quæsi-
tum est, an Caius, qui ex asse est hæres, teneatur integrum
legatum præstare,& respondet teneri, quia re vera fuit gra-
uatus hæres, & sic Caius, &, quamquam ei adiecerit nomen
Titi,fuit tamen illa adiectio falsæ demonstrationis, quæ non
vitiat, sed vitiatur † *l.demonstratio 17.l. falsa demonstratio 33
in princ. ff.de cond.& dem.§. si quis in nomine, versic. huic pro-
xima inst de legat.l.Quintus Mutius 11.ff.de aur. & arg.leg.l.
Titia 19.§.fin.ff. de ann. legat.* Et ita etiam videtur sensisse
† *Polit.in d.l re coniuncti,num.83.* At, si verba sequentia spe
ctemus,quæ sunt hæc, *Nam,& si duos ex heredibus suis nomi-
natim quis damnasset,*& *alter hereditatē non adijsset, qui adis-
set,totum deberet,si pars eius, qui non adijsset ad eum, qui adis-
set,peruenerit,* multo minus dici potest tractare † de parte ,
quæ pro non scripta habeatur, quoniam illa verba, *& alter
hereditatem non adijsset,*denotant,eum potuisse adire,sed non
adisse cum (vt supra dictum est) actus negatio denotet potē-
tiam. Itaque loquitur de parte, caduca, aut quasi caduca ,
non verò de ea,quæ pro non scripta habetur. † *Ita Polit.in
d l re coniuncti,num 85.versic.quinta.*

Sed moueor *d.l.vn §.his ita definitis, C.de cad toll.* vbi Iusti-
nianus. *In his itaque*, inquit,*si quidem cohæredes sunt omnes
coniunctim,vel omnes disiunctim, vel instituti, vel substituti, hoc.
quod fuerit quoquomodo vacuatum,si in parte hæreditatis, vel
partibus consistat,alijs cohæredibus cum suo grauamine pro hæ-
reditaria parte,etiamsi iam defuncti sunt,acquiratur:* Pondero
enim † illa verba, *quoquomodo vacuatum*, quæ denotant cū
onere accrescere, siue pars sit caduca,aut quasi caduca, siue
pro non scripta habeatur, dupliciter inducendo , & primo
ducto argumento ab illa dictione, quoquomodo, quæ tam-
quam vniuersalis, debet omnem omnino vacuationis modū
complecti,† *l.his solis 49. ff.de cond.in dict l.1.ff.de milit.testa.
l.quidam 10.in princ.ff.de fideicom liber. Et scribunt Ruin cons.
123.num.10.vol.2.Paris.consil.2.nu.18.vol.25. Decia.consil.57.
num 26.vol.1.Menoch.consil 344.num.19.* & sic etiam eum ,
quo pars habetur pro non scripta, † *secundum regulam l.
Iulianus 66.in princ.ff.de leg.3.*

Nec dicas, imo non posse eum complecti, cum loquatur
† de parte,quæ vacuatur,quæ res non potest dici de ea, quæ
pro non scripta habetur, cum priuatio præsupponat habitū
† *l.manumissiones 4.ff.de instit & iur.l.decem 116.ff. de verb.
oblig.* ideoque necessariò esse intelligendam de parte caduca,
aut quasi caduca,*vt sentiunt glo.in d l.vnic.§.in primo, in verb.
verb. nullo grauamine,C. de cad.toll.Imol.in d. l. quæ conditio,
num.6 Crott.in d.l,re coniuncti nu.106.versic. Non obstat text.*
quia verius est,etiam eam, quæ pro non scripta habetur, dici
vacuari a Iustiniano *in d.l vn.§.in primo*,ideoque cum *in §.his
ita definitis*,subijciat,partem hæreditatis accrescere cum one-
re, quoquomodo fuerit vacuata, necessariò sequitur, eum
sentire † etiam de ea,quæ pro non scripta habetur. *Ita Po-
lit. in d.l re coniuncti num.83.versic.quod secundum, & Duar.
d.lib.2.de iur.accr.cap.2.*

Secundo probat *d §.his ita definitis*, hanc sententiam aliter
inducendo: Nam, † cum tribus modis portio deficiat, vel,
quia habeatur pro non scripta, vel, quia caduca, aut quasi
caduca, *d l.vnic.§. &, cum triplici,* & de singulis locutus sit
Iustinianus in materia legatorum, & fideicommissorum *in
§.in primo,§.pro secundo, & in §.nouissimo,* si,cum de hæredita-
te loquitur *in d.§.his ita definitis,* & ait,partem,quoquomodo
fuerit vacuata cum suo onere accrescere, non intelligeretur,
etiam de ijs,quæ pro non scriptis habentur, imperfecta esset
respectu hæreditatis Iustiniani decisio. Atqui hoc est ab-
surdum, *per ea,quæ diximus in quæst.præced.num.*10. Ergo,&
antecedens .

Nec est, quod respondeas, non esse imperfectam decisio-
nem eo,quod de hæreditate, quæ pro non scripta habetur ,
locutus sit Iustinianus † *in d.§.in primo, vt respondet Polit. in
d.l.re coniuncti,num.84. versic. Igitur latius,* quia verius est ,
dispositionem,*d.§.in primo*,non complecti institutionem,quę
pro non scripta habetur, sed tantum legatum, aut fideicom-
missum,† Quod patet ex illis verbis, *statutum fuerat , vt ea
omnia bona manerent apud eos,à quibus fuerāt derelicta:* Nam
ea non possunt ad directas hæreditates referri, quippe, quæ
non dicuntur ab aliquo relinqui,cum nemo grauetur earum
pręstatione,sed directò capiantur,siue spectemus dominium,
siue possessionem,sed referuntur ad sola legata, & fideicom-
missa , quæ dicuntur à grauatis relinqui, vtpote, à quibus
præstari debent.

Neque obstant contraria : Ad primum enim respondent
nostri frequentiùs,aliud esse, † quando legata in testamento 45
relinquuntur ab eo,qui tunc temporis non erat in rerum na-
tura,aliud verò,quando in codicillis relinquuntur ab eo, qui
tempore testamenti,& sic institutionis erat superstes,sed tem-
pore codicillorum iam decesserat:nam primo casu, pars hæ-
reditatis secundum eos,cum suo onere accrescit, Et in his ter-
minis procedit communis traditio, *quam retulimus supra n 5.*
secundo verò casu accrescit sine onere ; Et ita accipienda est
l. quidam referunt, † *Ita respondent Bart.in d l.quæ conditio 39.* 46
*in princ.n.1.ff.de cond.& dem.Rip.in d l.re coniuncti nu.190.&
ibi Alcia.n.59.versic.sed,an in hæreditate.*

Cuius diuersitatis hanc tradunt esse rationem,quia,† quā- 47
do persona grauata erat in rerum natura tempore testamen-
ti, censetur testator ad illam respexisse, & illi grauamen im-
posuisse, ideoque, tamquam personæ iniunctum non potest
in alium transferri. At,quando iam tempore testamenti non
erat superstes, non censetur testator legando grauare nomi-
natum,sed potius hæreditatem , ideoque nil mirum, si onus
quasi hæreditarium transeat in omnes , in quos hæreditas
transfertur. *Ita Bart.in d.l. quæ conditio.num.2.*

Verum hæc responsio mihi non probatur,† *vt nec Imol.in* 48
*d.l Celsus 29.§.quod alicuius,n.2.& in d l.quæ conditio.nu.6.&
vers ex prædictis,Crott.in d.l,re coniuncti n 105.vers.sed ista so-
lutio,& ibi Polit.n.83.*quia,licet non inficier, magnā inter su-
pra relatas species esse differentiam,scilicet,quia,cū hæres in-
stitutus tēpore testamēti nō est in rerū natura, institutio ha-
betur pro non scripta,cū verò tum temporis viuit, & postea
moritur ante,quā fiāt codicilli,efficitur quasi caduca, ideoq;
non posterior,sed prior tantum species facit ad propositā dis-
putationē vtpote,in qua quærimus,an pars hæreditatis, quæ
pro non scripta habetur,cum suo onere accrescat, nō tamen
puto veram supradictam responsionem,quia, licet diuersifi-
cet casus,non tamen tollit vim argumenti,quod à prædicta *l.
quidā referunt*,deducitur,† *vt ait Imol.in d.§.quod alicuius,n.2.* 49
Nā vis consistit in ratione,quæ ita militat in vna , vt in alia
specie,imo magis in priore,quā in posteriore : Nā quoties le-
gata relinquuntur in codicillis ab eo, qui post conditū testa-
mentum decessit,ideo non præstantur ab alijs,quia non con-
sistunt initio,cū non adsit persona, in qua grauamen funda-
ri possit licet tempore testamenti viuus esset institutus *dict.l.
quidam referunt*; At hæc ratio multo magis habet locum in
ea specie, qua legata relinquuntur in testamento ab eo, qui
non est tunc temporis in rerum natura ; nam talia legata
multo minus debent censeri valida,cum non possint funda-
ri in persona, quæ non est , nec vnquam fuit. † *Ita Imol. in* 50
*d.§.quod alicuius,num.2.& in d.l.quæ conditio,num.6 Crott.in
dict.l re coniuncti, num.105.vers. sed ista solutio,& ibi Polit.
numer.83.*

Quamobrem alij censent dispositionem *d.l. quidam refe-
runt*, fuisse correctam a Iustiniano , † *in d.§ his ita definitis*, 51
*vti videre est apud Polit in d.re coniuncti,num.84.vers.verum ,
quoniam,& ibi Rip.num.190.* Sed malè,meritòque reproban-
tur † *ab Imol.in d.l.quæ conditio , num.6.* quia debet hoc esse 52
postremum, atque subsidiarum remedium,cum legum cor-
rectio non sit inducenda,nisi de ea manifestè constet † *l.præ-* 53
cipimus.32.C.de appel.l.iubemus.29.C.de testam.

Alij verò putant , dispositionem illam procedere in sub-
stituto,de quo loquitur , non etiam in cohærede,de quo nos
tractamus, † sed & ipsi meritò reprobantur *a Crott. in d.l.re* 54
coniuncti, num.106.& ibi Polit.nu.83. † quia, præter id,quod 55
cohæres legata præstat, quasi substitutus † *l.si Titio.63.§.Iu-* 56
lianus ff.de leg.2. & eadem militat in vtroque ratio , constat
etiam loqui Scœuolam , non solum de substituto , sed etiam
de cohærede , † *in d.l.quidam referunt,§ si.iuncta,l.seq.* de quo, 57
quid sentiat , facile erit ex ijs intelligere , quæ nos latiùs in-
fra dicemus.

Alij demum arbitrantur , dispositionem legis prædictæ
procedere , † quoties legata nominatim relicta sunt ab eo , 58
qui non est in rerum natura , cum alioquin nos loquamur
de le-

de legatis relictis simpliciter, *Ita Polit in d.l. re coniuncti, n.84. vers. potest, & secundo*. Sed, cum Scœuola *in §. fin.* vbi eodem themate retento prosequitur in cohærede quæstionem, quã
59 prius in substituto definierat, supponat, † in specie a se proposita nihil esse discriminis inter grauamen sub proprio, vel sub appellatiuo nomine iniunctum, vt patet ex illis verbis *si, quisquis mihi hæres erit, legatum erit*, & ex illis, *Idem etiam potest circa nomina expressa tractari*, intelligimus non esse probabilem supradictam responsionem.

Quo fit, vt plerique censuerint, ad hoc contrarium non
60 posse sufficientem responsionem afferri, † *vti videre est apud Polit. in d. l. re coniuncti, nu. 83. vers. quid agitur*. Sed nos aliter arbitramur. Tantum enim abest, vt locus ille Scœuolæ communi traditioni refragetur, vt imo (si diligenter eius verba perpendantur) eam mirum in modum confirmet, Quod, vt liquido constet, necessariò nobis erit eius loci sententia diligenter explicanda.

Proponit igitur Scœuola, quæstionem apud Viuianum
61 expositam, † an scilicet legata, quæ postea, quam instituti mortem obierint, codicillis adscripta, vel adempta sunt, a substitutis debeantur. Vtique autem supponit, testatorem a primo tantum gradu, idest, ab institutis, non etiam a substitutis codicillos confirmasse, vt patet ex illis verbis, *ita, vt ab instituto codicilli confirmarentur*, quia alioquin, si eos ab omni gradu confirmasset, nulla esset dubitatio, quin legata data in codicillis essent à substituto pręstanda, non obstante morte institutorum, adempta verò non item, scilicet, quia, vt datio grauaret substitutos, ita & ademptio eos liberaret. Hoc autem supposito constat huius quæstionis decisionem pendere ex eo, nunquid huiusmodi datio, vel ademptio valeat: Nam, si valet datio, erunt legata à substitutis præstanda, & contra, si valet ademptio, non erunt præstanda. At verò, si datio non valet, non tenebuntur substituti ad eorum præstationem, & contra, si non valet ademptio, tenebuntur, quia inutilis ademptio non perimit legatum, & per consequentias non impedit, quominus legatarius possit agere ex testamento contra eos, in quos legatorum onera transferuntur. In hac autem quæstione fuerunt inter se dissidentes Cassius, Sabinus, & Proculus: Nam Cassius, & Sabinus arbitrabantur, dationem, & ademptionem esse validam, Proculus verò contra putabat non valere. Argumentum Cassij, & Sabini erat huiusmodi. Codicilli pro parte testamenti habentur; Itaque disposita in codicillis perinde habentur, ac, si fuissent disposita in testamento. Atqui, si huiusmodi datio, vel ademptio legatorum fuisset facta in testamento, sine dubio valeret, quia tunc temporis viuebant instituti. Debet igitur valere, licet fuerit facta in codicillis, quo tempore iam instituti decesserant. Hoc autem non obstante putat Scœuola verissimam esse Proculi sententiam, & pro illius confirmatione distinguit duos casus, quorum primus est, quando testator vnum tantum in testamento scripsit hæredem, & ei dedit substitutum, deinde post instituti mortem fecit codicillos, quos (fortassis ignarus eius mortis) ab eodem instituto, non etiam à substituto, confirmauit, Et in hoc casu, quem in prima parte proponit, vt patet ex illis verbis, *Hæc in eo hærede, qui ex asse institutus erit, dato substituto, ita, vt ab instituto codicilli confirmarentur*, censet dationem, & ademptionem in codicillis factam nullius esse momenti, & per consequentias dationem non nocere substituto, quia non tenebitur ad præstationem legatorũ, quæ codicillis relicta sunt, adẽptionẽ verò eidẽ substituto non prodesse, quoniam ea non obstante cogetur pręstare legata, quæ fuerant in testamento relicta: Non valere autem dationem, aut ademptionem probat argumẽto ducto à persona honorati ad personam grauati: Nam, quemadmodum nullius est momenti legatum, quod relinquitur ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis non est, licet testamenti tempore fuerit, scilicet, quia debet esse, cui detur, deinde sic quæri, an legatum consistat, vt non ante iuris ratio, quam persona quærenda sit, ita etiam in proposito, quod post hæredis obitum codicillis legatum, vel ademptum est, nullius momenti est, quia hęres ad quem testator sermonem confert, in rebus humanis non est, eaque datio, & ademptio nunc vana efficitur. Secundus verò, casus est, quando duos in testamento scripsit hæredes, & eis dedit substitutos, deinde post vnius ex institutis mortem fecit codicillos, quos ab ijsdem institutis, non etiã a substitutis confirmauit, & in eis legata quibusdam reliquit his verbis *Quisquis mihi hæres erit, dato*, Et in hoc casu ait, legata esse valida, quia viuit vnus ex hæredibus primi gradus, in cuius persona legata consistunt. De illo sanè subijcit dubitari posse, an cohæres, qui est superstes, integra legata præstare debeat, an verò solum dimidiam, quæ ab ipso videbatur relicta. Dubitationem facit, quia legata non nisi pro portione hæreditaria præstanda sunt. Sed cohæres, qui viuit, non habet totam hæreditatem, sed tantum dimidiam; Nam alia dimidia, quæ per alterius cohæredis mortem facta est caduca, non accreuit illi, sed pertinuit ad substitutum, qui regulariter solet excludere coniunctum, vt patet ex illis verbis, *quia sit substitutus hæres, qui partem faciat*. Ergo non tenebitur cohæres integra legata præstare, sed tantum dimidiam eorum partem. Sed contrarium Scœuola putat verius; Nam, quia testator legatum voluit ab eo præstari, qui hæres esset, & ex primo gradu solus sit hæres superstes, Consequens est, vt is solus totum legatum præstare debeat. Idque multo magis locum habere putat, quando is adiunctus est, qui etiam tunc, cum adiungebatur, in rebus humanis non erat. Hanc Scęuolæ sententiam ipso Iure veram esse supponit Aphricanus † *in l. sed, cum ea. 15. quæ immediatè sequitur*, 62
sed non inspecta æquitate Prætoria: Nam, quia testatoris voluntas est, vt legata ex vniuersa hæreditate præstentur, & in proposito non habeat cohæres totam hæreditatem, sed tantum dimidiam. fit, vt, si legatarij petant à cohærede integra legata, licet inspecto iure stricto rectè videantur experiri, possit tamen cohæres opponere doli mali exceptionem, quasi plus petant, quam testator eum præstare voluerit. Itaque hoc modo operabitur, vt illi non, nisi dimidiam legatorum partem consequantur. Et, si quæras, à quo alteram dimidiam consequi debeant, respondeo à nullo: Non enim possunt eam consequi à cohærede instituto, quoniam (vt dictum est) effectu non tenetur, nisi pro portione hæreditaria, Minus eam consequi possunt à substituto, quia, cum codicilli à solis institutis confirmati sint, consequens est, vt substitutus non teneatur præstare legata in illis relicta, quod non obscurè significat Scœuola in illis verbis, *quia sit substitutus hæres, qui partem faciat, licet ipse non debeat*. Hic (meo iudicio) verus est eiusce loci sensus, quo posito intelligimus, eum † non 63
obesse communi veterum traditioni, quæ vult, partem hęreditatis, quæ pro non scripta habetur, cum suo onere accrescere, siue primam speciem spectemus, siue secundam: Nam, si primam, ideo legata non consistunt, quia personam non habent, in qua fundentur: Non enim possunt fundari in persona hæredis instituti, quoniam is tempore codicillorum, & sic eo tempore, quo legata relicta sunt, non erat in rebus humanis, ideoque non potuit grauari; Minus possunt fundari in persona cohæredis, quia testator vnum tantum, idest, eum, qui postea decesserat, hæredem scripserat. Denique non possunt fundari in persona substituti, quia codicilli eum non respiciunt, cum ab instituto, non etiam à substituto confirmati sint. Nil mirum igitur, si legata, tamquam personæ grauatæ fundamento destituta nullius sint momenti. At nos loquimur in terminis, in quibus duo, vel plures hæredes instituti sunt: Eo enim ipso, quod tractamus de iure accrescendi, supponimus duos, aut plures Institutos *l. testam. 6. C. de impud. & al. subst. & nos diximus in 4. cap. quæst. 4. num. 6.* ideoque licet legata pro parte illius, qui non est in rerum natura, non possint in eius persona fundari, fundantur tamen in persona cohæredum, ad quos illa portio hæreditatis per ius accrescendi transfertur, *secundum ea, quæ postea dicemus*. At, si secundam speciem spectemus, multo minus officit communi traditioni, quia cohæres ideo non præstat legata pro portione relicta ab eo, qui non erat in rebus humanis, quia non habet partem hæreditatis, in qua fuerat Institutus is, qui postea desijt esse in rerum natura, cũ ea pertinuerit ad substitutum. At nos loquimur de cohærede, qui partem hæreditatis relictam ei, qui non est in rebus humanis, consequitur per ius accrescendi, ideoque termini sunt longe diuersi. Quinimo, si quis diligenter consideret locum illum, intelliget, eum probare, non improbare communem traditionem; Nam eo ipso, quod in secunda specie vult Scęuola, cohæredem ipso iure teneri præstare integrum legatum, & sic etiam pro portione illius, qui non erat in rerum natura, licet

fideicommiſſarios. Ex quibus intelligimus, hæreditatis, & legatorum diuerſitatem, quæ in hac materia conſiderari poteſt, effectu in hoc conſiſtere, quia in hæreditatibus poteſt onus, vel imponi rei, vel perſonæ, ſi rei, vt regulariter euenit, portio, quæ pro non ſcripta habetur, cum onere accreſcit, ſi verò perſonæ, vt, cum imponitur nominatim, accreſcit ſine onere. At in legatis, & fideicommiſſis ſemper imponitur perſonæ, ideoque ſemper accreſcit ſine onere. Et ita controuerſiam hanc, quæ mirum in modum torſit noſtros Interpretes, dirimendam puto.

Ex ſupradictis apparet, veriſſimum eſſe, quod ſupra diximus, in hæreditatibus teſtamentarijs regulariter partem cum onere accreſcere, quoquomodo deficiat, ideſt, ſiue fiat caduca, aut quaſi caduca, ſiue etiam pro non ſcripta habeatur: Neque enim inter hæc vocationum genera conſiſtit in hæreditatibus differentia. Hæc autem multo faciliùs procederent, ſi tractaremus de iis oneribus, quæ etiam in legatis præſtanda ſunt ab eo, cui accreſcit pars, quæ pro non ſcripta habetur, vt cum vitio inſtituti, qui ſe ſcripſit hæredem, pars habetur pro non ſcripta: Nam tunc ſine dubio accreſcit cum
86 onere † *vt ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti num.* 54. *& ibi Crott. num.* 105. *Pereg. de fideicom. d. artic.* 16. *num.* 85. Idem eſt cum tractatur de onere præſtandæ libertatis, vel alimentorũ, vel
87 alterius legati pij: † Nã pars hæreditatis, quæ pro non ſcripta habetur, cum tali onere faciliùs, quã in alijs caſibus accreſcit.

Planè hæc regulariter vera ſunt, & procedunt primo, ſi onus ſit iniunctum ſimpliciter, ſiue tractemus de portione caduca, aut quaſi caduca, ſiue etiam de ea, quę pro non ſcripta
88 ta habetur. † *vt de hac ſcribunt Bart. in d. l. re coniuncti nu.* 54. *& ibi Polit. num.* 83. *Rip. num.* 191 *Caſtr. in d. l. vn. § in primo, in fi. C. de cad. toll. Papien. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in verb. breuiloce. num.* 26. *Pereg. de fideico. artic.* 16. *num.* 85. *De omnibus verò Bart. in d. l. ſi duobus.* 16. §. 1. *ff. de leg.* 1. *Alcia. in d. l. re coniuncti num.* 59. *verſic. ſed, an in hæreditate.*

Secundo procedunt, ſi onus generaliter omnibus hæredibus ſit iniunctum, puta, quia teſtator dixerit, Quiſquis mihi hæres erit, dato: Nam in hoc caſu non eſt dubitandum, quin pars hæreditatis cum ſuo onere accreſcat, cum omnes hære-
89 des cenſeantur grauati, † *vt declarat Anto. Fum. de coniun. cap.* 19 *nu.* 3. *&* 4. ſiue portio ſit caduca, vel quaſi, ſiue etiam
90 habeatur pro non ſcripta, † *vt de poſteriore ſcribunt Imol. in d. l. quæ conditio nu.* 6. *verſic. & intellige, Io. Gaud. in d. l. re coniuncti nu.* 73. *Craſſ. in d. § ius accreſcendi q.* 29. *nu.* 2. *De omnibus verò Imol. in d. l. quæ conditio nu.* 4 *verſic.* 2. *caſu.*

Tertio procedunt, etiamſi omnes gradus, ſeu omnes hæredes vnius tantum gradus ſint grauati; Nam tunc reſpectu eorum, qui ſunt in eo gradu, idem eſt: Accreſcit enim ijs cum
91 onere, quia cenſetur id omnibus iniunctum. † *Ita de parte, quæ pro non ſcripta habetur conſtat ex dict. l. quæ conditio* 39. *in prin. & ibi Bart. num.* 1 *ff. de cond. & dem.*

Quarto procedunt, etiamſi onus ſub nominibus appellatiuis impoſitum ſit, puta, quia teſtator grauauerit hæredes ſub
92 nomine hæredum, † *vt declarant Bart. in d. l. Celſus.* 29. *§. quod alicuius, num* 3. *ff. de leg* 2. *Imol. in d. l. quæ conditio, num.* 4. *verſic. ſi autem fuiſſet,* ſiue portio ſit caduca, vel quaſi caduca, ſiue
93 pro non ſcripta habeatur, † *vt de omnibus ſcribit Imol in d. §. quod alicuius, num.* 3. *veſic. tamen communiter.* Et ratio eſt, quia
94 teſtator non cenſetur impoſuiſſe onus perſonæ, ſed hæreditati, *vt ſcribit Iaſ. in d. l. licet Imperator.* 77. *nu.* 32. *ff. de leg.* 1. *& nos latè diximus ſup. n.* 65. & ad ius hæreditarium reſpexiſſe, ideoq; ad quemcumq; tranſit hæreditas, tranſit & onus, *vt declarat Imol in d. § quod alicuius, nu.* 3. *verſic. & ratio etiam.* Idque ſecundum quoſdam, adeo verum eſt, vt procedat, etiamſi onus ſub nomine appellatiuo ſit iniunctum vni tan-
95 tum ex hæredibus, † quia, cum etiam in hoc caſu cenſeatur potiùs contemplatus portionem, quam perſonam, conſequẽs eſt, vt onus, quaſi reale tranſeat in omnes, in quos portio transfertur, *ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Ita Imol. in d. l.*
96 *quæ conditio num.* 4. *verſic.* 2. *caſu.* Sed malè † quia non poteſt onus vni tantum iniungi, quin nominatim iniungatur, *vt rectè ſcripſit Caſtr. in d. l. quæ conditio, n.* 5. *verſ. interdum,* cum nominatim fieri quid dicatur, non ſolum, cum propria nomina exprimuntur, ſed etiam, cum alia demõſtratio, quę no-
97 minis vice fungatur † *l. nominatim.* 88. *ff. de leg.* 3. *& in propoſito declarat AEm. Ferr. in l.* 3. *nu.* 24. *ff. de leg. primo,* Nec eſt quod reſpondeas, id procedere, † quoad validitatẽ relicti, nõ, quoad 98
alios effectus, *vt reſpondet Imol. in d. l. quæ conditio. nu.* 4. *verſ. Nec obſtat,* quia verius eſt, procedere indiſtinctè. † Quid enim 99
intereſt, dixerit teſtator, Hæres meus, quem ex ſextante inſtitui, Titio dato centum, an, Cai Titio dato centum; Quamobrem, & veteres prudentes, cum tractant de legatis, quę non ab omnibus, ſed ab vno tantum hęrede relinquuntur, ſemper ſupponunt, ea fuiſſe relicta nominatim. *vti uidere eſt in l. in ratione.* 11. *§. ſi filio, verſ. Itaque ff. ad leg. Falc. & in §. & , cum quæſitum, inſt. eod.*

Quinto procedunt, etiamſi onus nominatim, ſeu per expreſſionem propriorũ nominum ſit impoſitum, dummodo nominatim omnibus eiuſdem gradus iniunctum ſit. † *vt ſcri-* 100
bunt Caſtr. in d. l. vn. §. in primo, in fi. C. de cad. toll. Alex. in d. l. ſi duobus. 16. *§.* 1. *num.* 3. *ff. de leg. primo, Iaſ. in d. l. licet Imperator.* 77. *num.* 34. *&* 35. *ff. eod.* ſiue portio ſit caduca, vel quaſi, ſiue etiam pro non ſcripta habeatur, † *l. ſi duobus.* 16. *§.* 1. *& l. ciui-* 101
tatibus. 125. *§. Lucius ff. de leg.* 1. *l. quæ conditio.* 39. *in prin. verſ. at, quæ conditio, ff. de cond. & dem. Et de hac ſcribunt glo. in d. l. quæ conditio in verb. gradum. & ibi Bart. num.* 1. *Bart. in d. l. re coniuncti num.* 54. *& ibi Crott. num.* 106. *verſic. quarta, Polit. n.* 85. *verſ. Quinta, Io. Gaud. num.* 73. *Bart. in d. l. Celſus* 29. *§. quod alicuius, num.* 4. *ff. de leg.* 2. *Caſtr. in d. l. ſi duobus* 16. *§.* 1. *num.* 3. *verſic. ſed opp. ff. de leg. primo, Papienſ. in d. form. lib. quo ag. ex ſubſt. in uerb. breuiloce. num.* 26. *Pereg. de fideic. d. artic.* 16. *num.* 82. *vbi teſtatur, hanc eſſe communem, De omnibus verò ſcribunt glo. in d. l. quæ conditio in verb. gradum, & ibi Caſtr. nu.* 5. *Imol. num* 4. *verſic. ſed bene, & verſic.* 2. *caſu, Imol. in d. §. quod alicuius, num.* 3. *verſic. tamen communiter, Alcia. in d. l. re coniuncti, num.* 59. *verſ. ſed, an in hæreditate.* Et ratio eſt, quia † tunc 102
cenſetur potiùs iniunctum gradui, quam perſonæ *d. l. quæ conditio.* 39. *in prin. verſic. At, quæ conditio, & ibi glo. in uerb. gradum, Bart. num.* 2. *uerſ. item, quæ eſt ratio, Imol. nu.* 4. *uerſic. fateor tamen, Imol. in d. §. quod alicuius num.* 3. *uerſic. & ſic patet, Alex. in d. l. ſi duobus,* 16. *§.* 1. *num.* 3. *ff. de leg. primo, Iaſ. in d. l. licet Imperator.* 77. *num.* 34. *ff. eod. Peregr. de fideic. d. artic.* 16. *num.* 82. Denique non poteſt omnibus eiuſdem gradus onus imponi, quin interponatur copula, quæ ſui natura repetitionem operatur. † *Ita Crott. in d. l. re coniuncti, num.* 106. *uerſ. quarta.* 103

Sexto procedunt, etiamſi non omnibus de gradu ſit onus nominatim iniunctum, ſed quibuſdam tantum ex eis; Nam, ſi vnus deficiat, & eius pars accreſcat alteri pariter grauato, cum ſuo onere accreſcet † *d. l. ſi duobus,* 16. *§.* 1. *& ibi Imol. Alex.* 104
num. 3. *Iaſ. num.* 9. *ff. de leg. primo, Et in ſpecie declarant Imol. in d. l. quæ conditio, num.* 4. *uerſ.* 3. *caſu, & ibi Alex. in addit. ad. Bart. in lit. B. Imol. in d. §. quod alicuius, num.* 3. *uerſ. & pro hoc, Iaſ. in d. l. licet Imperator, num.* 35. *Cuiac. in d. l. ſi duobus,* 16. *q.* 5. *ff. de leg. primo,* ſiue pars caduca ſit, aut quaſi caduca, ſiue etiã pro non ſcripta habeatur, † *ut de hac ſcribunt glo. in d. l. quæ* 105
conditio, in verb. gradum, & ibi Imol. num. 6. *uerſ. uel potes, Bart. in d. l. ciuitatibus,* 125. *§. Lucius, & ibi Imol. ff. de leg. primo, Imol. in d. § quod alicuius, num.* 3. *uol.* 2. *Peregr. d. artic.* 16 *num.* 82. *De omnibus verò Bart. in d. l. ſi duobus,* 16. *§.* 1. *Imol. in d. l. quæ conditio, num.* 4. *uerſ. ſed benè & in d. §. quod alicuius, numer.* 3. *uerſic. tamen communiter.* Et in his terminis procedit, & intelligenda eſt † *d. l. ſi duobus,* 16. *§.* 1. *ff. de leg. primo, vt decla-* 106
rant Imol. in d. l. quæ conditio, num. 4. *uerſic. ſed bene, & n.* 6. *uerſ. uel potes, & in d. §. quod alicuius num.* 3. *uerſ. uel.* 2. *Alex. in d. l. ſi duobus, §.* 1. *num.* 3. Quemadmodum & † *l. ciuitatibus,* 125. *§.* 107
Lucius ff. eod. ut etiam declarat Imol. in d. l. quæ conditio num. 4. *uerſic. ſed benè, & num.* 6. *uerſic. uel potes, & in d. § quod alicuius, num.* 3. *verſic. & eodem modo.* Et ratio eſt, quia, † cum plures 108
ſimul grauantur, habentur loco vnius, *ut docent Imol. in d. l. ſi duobus, §.* 1. *& ibi Alex. num.* 3. *Iaſ. in d. licet Imperator, nu.* 34. & videntur etiam in onere coniuncti, *ſecundum Bald. in d. l. un. §. in primo num.* 9. *C. de cad. toll. Imol. in d. l. quæ conditio, n.* 4. *verſic. ſed benè, & Caſtr. in d. l. ſi duobus, §.* 1. *num.* 3. *verſic. ſed opp.* ideoque nil mirum, ſi eis portio cum ſuo onere accreſcat, non obſtante, quod id nominatim fuerit iniunctum.

Septimo procedunt, etiamſi onus ſit iniunctum nominatim vni tantum, dummodo tractetur de onere fauorabili, puta de onere alimentorum, † *l.* 4. *§. fi. & ibi gl. in uerb. agant,* 109
& in verb. proponi & Bart. in princ. ff. de alim. leg. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. quæ conditio, in lit. B. & in d. l. ſi duobus, §. 1. 110
num. 3. *& ibi Iaſ. num.* 14 *Crott. in d. l. re coniuncti, num.* 154.

Ruin.consil.3.nu.27.vol.2.& consil.139 numer.13.vol.3. Gratia. cap.104.discep for num.50.& cap.603.num.16. vel alterius relicti ad pias causas † *vt docent Alex.in d.l.si duobus,§.1.num.3. & ibi Ias num.15. Alex.in addit.ad Bart in d.l.qua conditio,in lit. B.Crott.in d.l.re coniuncti,num.154 Ruin.d.consil.3.num.27. vol.2.& d.consil.139.num.13 vol.3. Durant.de art.testan.d.tit. 6.cautel.45.num.1.Grat.d cap.603.discep.for.num. 16.* Quam in rem faciunt ea,quæ diximus *in hoc cap q 13. num.20.*

Octauo procedunt, siue cohæredes sint coniuncti,siue disiuncti: Nam,licet in legatis,& fideicommissis coniuncti differant à disiunctis, quod illi partem deficientis cum onere consequantur, hi verò sine, *vt diximus in hoc cap.q. 16.num. 30.* in hæreditatibus tamen non fit huiusmodi distinctio,sed, siue cohæredes coniuncti sint,siue disiuncti, semper eis cum onere pars accrescit, † *d l.vn.§.his ita definitis.& ibi Bald. numer.3.versic.his ergo C.de cad toll.Castr.in d.l.vn §.in primo n. 6.C.eod.Cagn.in rub.C.quand non pet.part num.44.Cuiac. in d. l.vn.§ ubi autem legatarij,C de cad.* & siue pars sit caduca, aut,quasi caduca,siue etiam pro non scripta habeatur, † *vt de caduca,vel quasi scribit Cuiac.in d.l.si duobus 16.quæst. 5.ff. de leg.primo.De omnibus verò Imol in d.l.qua conditio,numer.4. vers.2.casu.* itaque non solum verbis tantum coniuncto cum onere pars accrescit, † *in quibus terminis loquuntur Ant.Fum. de commu.cap.19.num.1 & Forcat.in Necy. dial.67.numer.4.* aut coniuncto re,& verbis, † *vt apud eundem Ant.Fum. d c. 19 n.1.* sed etiam coniuncto re tantum, † *vti videre est apud Imol.in d l qua conditio nu.4.vers.2.casu. & Forcat.d.cap.67.n. 4. Et de omnibus scribit Imol.in d.l.qua conditio . nu 5. uersic.2.* imo etiam ei,à quo omnimodo disiunctus est.† *vt aut Alci. in d.l.re coniuncti,num.61.* Cuius diuersitatis hanc plerique putant esse rationem; quia, † non,vt in legatis,ita & in hæreditatibus consideratur ius non decrescendi: Non enim decrescere potest pars hæreditatis quæ semel vni est quæsita,cum is,qui semel est hæres, non possit desinere esse hæres † *l ei,qui soluendo.88.ff.de her.inst.l.ait Prætor.7.alias l.& si fine.8.§ sed, quod Papinianus,in fi ff.de minor.§ restituta inst.de fideic.hæred.* cum alioquin in legatis possit quis desinere esse legatarius,& habere legatum. † *Ita Imol.in d l.qua conditio,num.4 uersic.2. casu.* Sed ego,licet cum eis in hoc consentiam, quod putem, iuris accrescendi,& non decrescendi distinctionem in hæreditatibus non considerari (*tametsi contrarium nostri passim habeant in confesso uti uidere est apud Bart. in l.planè 34. §. si coniunctim,num.2. uers.dicas ff.de leg.primo, Bald in d.l.extraneum 9.num.5 uers. Adhuc dubitatur C de her.inst*) quod Iustinianus de hæreditatibus loquens simpliciter dicat. † partẽ accrescere siue cohæredes coniuncti sint,siue disiuncti, *in d.l. vn.§.his ita definitis,C.de cad.toll.* loquens verò de legatis, & fideicommissis distinguat coniunctos a disiunctis, & illis dicat partem accrescere,his verò non decrescere *in d.l.vn §. vbi autem legatarij,& §. seqq.* non tamen probo supra relatam diuersitatis rationem, † *vt nec probat Pereg.de fideic d.art.16 num.78.* Nam ea supponit,in hæreditatibus non dari concursum, nec partes concursu fieri, sed initio, quod perspicuè falsum est: Datur enim etiam in hæreditatibus realis,& mixta coniunctio † *l.triplici.142.ff de verb.sign.& in proposito considerat Pereg.ibi,* in qua partes concursu fiunt. Quamobrem & *in l.coniunctim.80 ff.de leg.tertio.* Celsus. *Coniunctim hæredes institui,* inquit, *aut coniunctim legari, hoc est, totam hæreditatem, & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri.* Itaque diuersitatis rationem puto ex ijs pendere, quę diximus *supra nu.65.* Nam,quia † in hæreditatibus onus censetur impositum rei,non personæ, fit, vt, etiamsi disiunctim sit relictum,nihilominus debeat ab eo agnosci,ad quem pars hæreditatis, quæ onus habet, transfertur. At in legatis onus imponitur personæ,ideoque is tantum debet illud agnoscere, cui iniunctum est, aut, qui ex illius iure venit secundum ea, quæ diximus *in hoc cap.q.14.15.& 16,* quæque non est necesse hic iterum repetere.

Nono procedunt,etiamsi tractetur de eo iure accrescendi, quod est de se ipso ad se ipsum: Nam,si quis ex pluribus partibus fuerit hæres institutus, & vnam partem omittat ex institutione, vt eam habeat ex iure accrescendi, nihilominus tenebitur ad legata, quæ tanquam institutus pro illa parte præstare debuisset, Et hoc ex edicto si quis omissa causa testamenti, quippe, quod etiam in hac specie locum habet. † *Ita Ias.in l.si mihi & tibi 12 in prin.num.5.ff.de leg 1.* 124

Decimo procedunt, etiam in eo iure accrescendi, quod post acquisitionem locum habet; Nam,si ex duobus hæredibus vnus priuetur sua portione ob spretum præceptum testatoris,ea cohæredi cum suo onere accrescet, † *§ si quis antẽ non implens,Auth de hær.& Falc,coll.1.Auth. hoc amplius, Cod. de fidecom glo.in d l.un.§.in primo,in verb.nullo grauamine,& ibi Cin.nu.4.versic.9.& vltimo C.de cad.toll.* 125

Vndecimo procedunt,etiamsi onus tale sit,vt à cohærede, qui repudiat, non deberet præstari propter aliquam causam singularem,adhuc enim præstandum est ab eo, qui partem illam per ius accrescendi cõsequitur. † Exemplum fit in specie *l cum patronus.28 ff.de leg.2.* vbi Marcellus, † *Cum patronus ex debita parte institutus,* inquit, *fideicommissum relictum ab eo præstare non cogatur,si emiserit institutionem vtrum, qui eam partem vindicat,eodem modo retinere,an verò præstare debeat fideicommissum? Et magis est,deberi fideicommissum,quoniam quod illius personæ præstatur, hoc nequaquam ad aliam pertinere debet.* Quod trahitur ad speciem,in qua testator instituit filiũ in legitima,& sic in triente,& in residuo instituit extraneum: Nam,licet filius non teneatur ad præstationem onerum,quæ suæ portioni fuerant iniuncta,propterea,quod ea de legitima reijciũtur *l.omnimodo.30.& l. quoniam in prioribus.32.C de inoff.testa.* si tamen repudiet, aut aliter deficiat, & eius portio extraneo cohæredi accrescat, tenebitur is ad onerum præstationem,quoniam illud beneficium,quod filio competebat, in extraneum cohæredem non transfertur.† *Ita Castr.in d.l cum patronus,num.2.* Planè,si non extraneo, sed alteri filio portio deficientis accrescat, quid iuris sit, dicemus *infra num.158.* 126 127 128

Duodecimo procedunt, etiamsi portio deficiens non cohæredi, sed fideicommissario vniuersali accrescat: Nam in eum,vt ius accrescendi transfertur *,sicuti demonstrauimus in 7.cap q.69.n.24.* ita etiam transit onus portionis accrescentis: † *Ita Donell.lib.7.comm.cap.28.versic.portionem.* 129

Decimotertio procedunt supradicta omnia, qualecunque sit onus, idest, siue sit onus legati, aut fideicommissi,siue potestatiuæ conditionis,siue modi,vt de onere legati, aut fideicommissi † *constat ex d.l.si duobus.16.§.1.& l.ciuitatibus 125. §.1.ff.de leg.primo. d.l.mortuo 50.§.fin ff.de leg.2.l pen.ff. vt leg. nom.cau. Et scribunt Pereg. de fideicom d.artic.16 numer.86. Donell.lib.7.comm cap.12. in fin.* de onere verò conditionis, † *constat ex l.hac scriptura.26.§.vlt.& ibi Castr.numer. 1.ff.de cond.& dem.Imol.in d.l.qua conditio num.4.vers.2.casu.* seu cõditionis potestatiuæ, † *scribunt Anto Fum de commun.cap.19. num.1.Pereg.d artic.16.nu.86.* Denique de onere modi † *scribit Imol.in d l.qua conditio,num.4.vers.2 casu,* Et siue consistat in dando. siue in faciendo † *in d.l mortuo.50. §.vlt.ff.de leg.2.Ant.Fum.de commun.d.cap.19 num.1. Et de onere operis faciendi constat ex d.l.mortuo.50.§.vlt.& latè scribit Soc. Iun. in l.stipulationes non diuiduntur 72.in pri.num.326.ff de uerb. oblig.* Quamobrem,si hæres ex parte institutus fuerit grauatus & fideicommisso conditionali, & ante conditionis euentum dicat hæreditatem suspectam, si quidem cohæres eius partem suam adierit,non poterit cogi adire. quia pars accrescet cohæredi cum onere fideicommissi *l sed, cum ab hærede. 12.& ibi Bart.ff.ad Treb. glo in l. apud Iulianum 11. §.vlt.in verb statim & ibi Ang.& Castr.num.1.ff.eod.* 130 131 132 133 134

Interdum tamen,etiam pars hæreditatis sine onere accrescit: Primum enim,si onus nominatim vni tantum ex hæredibus sit impositum,& eius portio deficiat. accrescet ea sine onere † *l.Celsus.29.§.quod alicuius,in fin & ibi Bart.in prin. & num.4. Imol.num.2.ff.de leg.2.Bart.in d l.si duobus. 16.§. 1. & ibi Alex in princ & num.3. Ias.num.9.& 14.vbi ait, ita communiter teneri,ff de leg.primo,Castr.in d.l.vn.§.pro secundo nu. 3.versic.breuiter C.de cadu.toll.Imol.in d l.qua conditio num.4. uers dicis tamen,& uers.2.casu & in d.l.ciuitatibus.125.§. Lucius ff.de leg.primo,Ias.in d l licet Imperator.77.num.39.ff. eod. Ruin.consil.3.nu 27.uol.2 & consil.139.nu.13. vol.3. Alcia.de præs reg.2.præs.35.nu 4 in fi.& num.6.Io Gaud.in d.l.re coniuncti.n.73.Duran de art.testand tit.6.cautel.45 n 1.Æmil.Ferr. in l.3.num.23.ff.de leg.primo. Pereg.de fideic.artic.4.num.12.in fi.Gratia.d cap.603.discep for num.17.* siue deficiat, quia facta sit caduca aut,quasi caduca,siue, quia pro nõ scripta habeatur, † *vt de caduca,aut quasi caduca scribunt Rip in d l.re con-* 135 136

*coniuncti num.*192.*& Pereg.de fideic.d.art.*16.*num.* 88. *De ea verò, quæ pro non ſcripta habetur ſcribunt Bart.in d.l.re coniuncti num.*54.*& ibi Crott.num.*107.*Polit.num.*85.*Rip.num.* 191. *Bart.in d.l.quæ conditio, num.*1.*& ibi Alex. in addit. in lit. B. Bart.in d.l.vn.§.his ita definitis,num.*1.*C. de Cad. toll. Ang. in d.l.vn.§.in primo num.*3.*C.eod Caſtr in d.l.ſi duobus.*16.*§.*1.*n.*3. *verſic.ſed opp.ff de leg primo,& in d.l.Celſus.* 29. *§. quod alicuius num.*1.*vbi teſtatur, hanc eſſe communem,ff. de leg.*2.*Papien. in d.form.lib.quo ag.ex ſubſt in verb.breuiloce,num.*26.*Craſſ.in d.§.ius accreſcendi qu.*29.*num* 2.*Pereg.de fideic.d.artic.* 16.*nu.* 84.*vbi pariter teſtatur, hanc eſſe communem, Et de omnibus, Imol.in d.l.quæ conditio, num.*4.*verſic ſed benè, & ibi d.§.quod alicuius,num.*3.*verſic.tantum communiter, Alcia.in d.l.re coniuncti,num.*59.*verſic ſed an in hæreditate.*

Et, quamquam *gl in d.l.vn.§ his ita definitis,in verb.quoquomodo, & in d.§.pro ſecundo,in verb.ſentire,Caſtr in d.§.in primo num.*6.*verſic.tamen,quia in d.§.quod alicuius nu.*2.*Anto.Fum. de coniun.d.cap.*19.*num.*3.*Duar.lib.*2.*de iur.accr.cap.*2.*Cuiac. in d.l.vn.§.vbi autem legatarij, & in d.l.ſi duobus.*16.*q.*5.*& alij*

137 plerique contrarium cenſuerint † exiſtimantes locum Celſi *in d.l.Celſus.*29.*§.quod alicuius ff. de leg.*2. & alios ſimiles eſſe

138 intelligendos † ſecundum id ius, quod ante reſcriptum Diui Seueri obtinebat, ideoque poſt tale reſcriptum non procedere *ſecundum diſtinctionem l.ſi Titio.*63.*§.Iulianus,ff.de leg.*2. aut ſaltem correctos eſſe conſtitutione Iuliani *in d.l.vn. §. his ita definitis*, non eſt tamen à ſuperiore ſententia, quæ re-

139 ceptior eſt, recedendum, quia, † præter id, quod correctio non eſt inducenda, niſi de ea apertè conſtet, *ut ſæpè dictum eſt. Qua ratione ſupradictam opinionem improbarunt Iaſon.in d. l.licet Imperator,num.*35.*& Crott.in d.l.re coniuncti, num.*107.

140 *verſic.iſte intellectus*, habet etiam ea rationem: Nam, † cum teſtator hæredem nominatim grauat, non hæreditati, ſed perſonæ grauamen imponere cenſetur, *vt ſcribunt Ang.in d. l.vn.§.in primo,num.*3.*Cod.de cad toll.Iaſ.in d.l.licet Imperator, num.*32.*Alcia.in d.l.re coniuncti,num.*59.*verſic. ſed an in hæreditate,Et eſt de mente Bart.in d.§ his ita definitis,num.*1 & po-

141 tius ad perſonam, quam ad ius hæreditarium reſpicere † *ut ait Imol.in d.§.quod alicuius,num.*3.*verſic & eſt ratio*, ideoque ita demum onus eſt præſtandum, ſi hæres extiterit is, à quo relictum eſt, *ut mox oſtendemus*. Nec dicas hoc procedere de

142 rigore iuris, non verò inſpecta voluntate teſtatoris, † *ut declarat Caſtr.in d.l.quæ conditio,num.*5.*verſic. interdum*, quia imo procedit inſpecta voluntate defuncti, quæ in hac oneris translatione conſideratur: Nam eo ipſo, quod teſtator vni tantum nominatim onus imponit, mens eius cenſetur eſſe, vt ita demum onus præſtetur, ſi is, à quo relictum eſt, hæres ex-

143 titerit † *d.l.Celſus.*29.*§.quod alicuius ff.de leg.*2.*Io Gand. in d.l. re coniuncti,num.*73.*Ita Imol in d.l quæ conditio, num.*4.*verſic. ſed benè*. Minus reſpondeas *l.Celſus* 29. *§. fi.* procedere in ea

144 portione, quæ pro non ſcripta habetur, † *ut voluit Crott.in d. l.re coniuncti num.*107. non etiam in caduca, aut quaſi caduca, vtpote in qua procedit diſpoſitio *d.l.ſi Titio.*63.*§.Iulianus, ff.de leg.ſecundo,vt declarant Polit.in d.l.re coniuncti, nu.*85.*& ibi Crott.num.*107.*vbi ait,hanc eſſe communem, & veram opi-*

145 *nionem*, quoniam hæc ſententia meritò reprobatur † *à Cin in d.l.vn.§.in primo nu.*4.*verſic. Tamen hæc improbatio C. de cad. toll.& Iaſ.in d.l licet Imperator,num.*34. Nam, præter id, quod inter hæc vacuationum genera non poteſt, reſpectu hæreditatis aliqua differentia conſiderari, conſtat etiam, loqui Celſum de parte caduca, aut quaſi caduca, non etiam de ea, quæ pro non ſcripta habetur. Nam cum ita ſcribat. *Si filio hæredi pars eius, à quo nominatim legatum eſt, accreſcit, non præſtabit legatum, quod iure antiquo capit*, illa verba, *quod iure antiquo capit*, diligenter ponderanda ſunt: Significant enim lo-

146 qui Celſum † de eo caſu, in quo filius ab extraneo tunc temporis differebat, ſcilicet quia in extraneis ſeruabatur ius nouum, nempe ius legis Iuliæ, & Papiæ, in filijs verò ius antiquum *l.vn.§.primo verſic.& cum lex C. de cad.toll. & nos latè dicemus in* 10 *c.q.* 8. *nu.* 27. Hæc autem diuerſitas non conſiſtebat in ijs, quæ pro non ſcriptis habebantur, ſcilicet, quia lex Iulia, & Papia non, niſi, ad caduca, & quaſi caduca pertinebat. Quamobrem, & caducaria vocabatur, *ut oſtendemus in eadem q.*8.*nu.*17. Neceſſariò igitur dicendum eſt, loqui Celſum de parte caduca aut quaſi caduca, & hoc dicere, filium, qui partem cohæredis deficientis capit iure antiquo, quod in eis etiam tum temporis ſeruabatur, non teneri præſtare onus, quod ab illo nominatim erat relictum. Nec dicas, hoc eſſe ſingulare in filio, quia ſingularitas nõ in eo conſiſtit, vt onus præſtare non teneatur. Eſt enim hoc ius commune, ſed in eo, vt pars deficientis ei tunc temporis accreſceret, quod in extraneo non obtinebat; Non enim ei pars vacans accreſcebat, ſed ex diſpoſitione legis Papiæ fiſco deferebatur, *vt latè dicemus in eadem q.*8.*nu.*20. Vnde, cum ius antiquum, quod in ſolis liberis, & parentibus olim ſeruabatur hodie ſublata conſtitutione Iuſtiniani lege Papia ſeruetur in omnibus *d.l.un in prin.verſic.& cum lex C de cad.toll.* intelligimus, diſpoſitionem *d.l.Celſus, §.fi.* ad omnes hæredes inſtitutos, quibus portio deficientis accreſcit, pertinere. Denique non eſt, quod reſpondeas, prædictum locum Celſi eſſe intelligendum † de le- 147
gato relicto in teſtamento, quod ruptum eſt, quaſi filius, qui conſequitur extranei partem, non teneatur præſtare legatum ab eo relictum, *vt intelligit Anto.Fum.de coniun.d.ca.*19. *num.*4. quia, cum loquatur Celſus † de filio, cui pars cohære- 148
dis accreſcit, intelligimus, eum ſupponere, teſtamentum eſſe validum, & firmum, non ruptum, *l. teſtamento* 6.*C.de impub. & al.ſub.& nos diximus in* 5.*cap.q.*2.*nu.*8. Magis igitur eſt, vt probet, legata ab vno ex cohæredibus nominatim relicta non eſſe præſtanda a cohęrede, cui pars hæreditatis accreſcit.

Secundo, ſi non ab vno, ſed à duobus ex pluribus ſit onus nominatim relictum, licet cum onere pars accreſcat alteri pariter grauato, *vt diximus ſupra num* 104. ſi tamen ei deferatur, qui nominatus non eſt, ſine onere accreſcere, † *ut docet* 149
*Imol.in d.l.ſi duobus,§.*1 *& in d.§.quod alicuius num.*3.*verſic.& pro hoc,& d.l.quæ conditio,num.*4.*verſic.*3.*caſu*, ſiue portio ſit caduca, aut quaſi caduca, ſiue etiam pro non ſcripta habeatur, † *vt de poſteriore ſcribit idem Imol.in d.l.quæ conditio, n.*6. 150
*verſic.vel potes, De omnibus verò idem Imol.in d.§. quod alicuius num.*3.*verſic.tamen communiter,& in d.l.quæ conditio,n.*4. *verſic.ſed benè*. Nam † reſpectu tertij non grauati nulla eſt 151
differentia inter grauamen nominatim iniunctum vni, & iniunctum duobus, quia ſemper eadem militat ratio. Idque plerique tradunt procedere, etiamſi grauamen duobus ſit iniunctum ſub nominibus appellatiuis, † *ut Imol. in d.l.quæ* 152
*conditio,num.*6,*verſic.& hoc quando*. Quod verum eſt, quia non poteſt onus duobus tantum ex pluribus imponi, quin aliqua adijciatur demonſtratio, quæ proprij nominis vice fungatur. Quo fit, vt licet nomina appellatiua expreſſa ſint, dicatur tamen onus iniunctum nominatim, & per conſequẽtias non debeatur, ſi illi à quibus eſt relictum, hæredes non extiterint, *ſecundum ea.quæ diximus ſupra num.*135.*& ſeqq.*

Tertio, ſi onus ſit impoſitum ei, qui erat quidem in rerum natura tempore teſtamenti, ſed tempore codicillorum, quo legata relicta ſunt, iam deceſſerat, cenſent nonnulli illius portionem ſine onere accreſcere † *per d.l. quidam referunt.*14.*ff.* 153
*de iur.codic.ita enim cenſuerunt ij,quos retulimus ſupra nu.*46. Sed hæc opinio non eſt vera, † quia in caſibus, in quibus por- 154
tio cum onere accreſcit, quando inſtitutus non erat in rerum natura tempore teſtamenti, in iiſdem accreſcit etiam cum onere, quando tunc temporis erat viuus, & deceſſit ante codicillos, quoniam eadem ſubeſt vtroque caſu ratio, *ſicuti demonſtrauimus ſupra num.*48.*& ſeqq.* Nec obſtat *d. l. quidam referunt §. fin.* quia in ſpecie eius legis, † onus legato- 155
rum relictorum ab eo, qui tempore codicillorum non erat in rebus humanis, non ideo in cohæredem non tranſit, quod aliqua ſit iuris diuerſitas inter legata relicta ab eo, qui non erat in rerum natura tempore teſtamenti, & relicta ab eo, qui poſt conditum teſtamentum deceſſit, ſed, quia portio defuncti non accreuerat cohæredi, ſed tranſiuerat in ſubſtitutum, ideoque non erat æquum in plus teneri cohęredem, quam hæreditaria portio pateretur. At nos ſupponimus, partem eius, qui non eſt in rebus humanis tempore codicillorum, accreſcere cohæredi, in quibus terminis illa lex probat accreſcere cum onere, *vt latè demonſtrauimus ſupra num.*61.

Quarto, ſi onus tale ſit, vt ab alio impleri non poſſit, aut impleri teſtator noluerit, accreſcet portio ſine onere, vt diximus in legatis † *Ita Bald.conſil.*301.*num* 9. *vol.* 1.*Io. Gand.* 156
*in d.l.re coniuncti,num.*73. Exemplum ſit in conditione poteſtatiua, quæ in faciendo conſiſtit, ſi tractetur de facto, quod ab alio non poſſit expediri, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc*

cap. quaest. 15 *num.* 58 *& seqq.* Nam onus eius conditionis non transibit in cohæredem, † *ut declarat Pereg. de fideicomm. d. art.* 16. *num.* 76. *&* 87.

Quinto pro portione legitimæ pars hæreditatis sine onere accrescit fratribus deficientis: † Nam, si pater instituat duos filios, & eos grauet fideicommisso, deinde vnus repudiet aut aliter deficiat, eius portio accrescet quidem fratri, eidemque cohæredi cum onere restitutionis, sed grauatus detrahet de hæreditate integram legitimam, & sic non solum partem ad se principaliter spectantem, sed etiam partem fratris, quæ postea accreuit, nec cogetur illam fideicommissario restituere, quia, quemadmodum onus restitutionis, seu fideicommissi tollitur de principali portione legitimæ, ita etiam tollitur de portione accrescente, *uti nos latè demonstrauimus in 6. cap. quaest.* 10. *n.* 6. *& seqq. & ostendemus etiam in 9. cap. q.* 49. *num.* 40. *& seqq.* Planè, si non filio, seu alteri, cui legitima debeatur, pars deficientis accresceret, sed extraneo, dubium non est, quin teneretur is præstare onus, quod à deficiente relictum erat, quia pars illa extraneo accrescens, vt legitimæ nomen amittit, ita, & legitimæ priuilegium, † *d. l. cum Patronus* 28. *ff. de leg.* 2. *& nos diximus supra num.* 128.

Sexto demum, quod diximus, partem hæreditatis cum onere accrescere, intelligendum est pro rata portionis accrescentis, † *d. l. mortuo* 50. *§. fin. & ibi Imol. num.* 4. *ff. de leg.* 2. *Soc. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur* 72. *in princ. nu.* 326. *ff. de uerb. oblig. Pereg. de fideic. d. art.* 16. *n.* 87. *Costa de port. rat. q.* 49. *nu.* 4. Et hæc de hæreditatibus testamentarijs.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur l.* 1. *§. ult. ff. de leg.* 3. *& n.* 7. 10. *& seqq.*
2 *Portio hæreditatis, quæ ab intestato defertur, accrescit cum onere, & cur, num.* 5. *&* 6.
3 *Declaratur l. si Titio* 63. *§. Iulianus, ff. de leg. secundo.*
4 *Portio hæreditatis cum onere accrescit ijs omnibus, qui legali coniunctione sunt coniuncti, & cur num* 5. *&* 6.
8 *Iuris accrescẽdi, & edicti successorij differentia, & nu. seq.*
12 *Portio hæreditatis, quæ ab intestato defertur, accrescit cum onere, siue id nomine appellatiuo sit iniunctum, siue id sub nomine proprio, n.* 13. *Declara, vt n.* 15.
14 *Legata relicta ab instituto censentur à substituto repetita, etiamsi nominatim relicta sint.*
16 *Portio hæreditatis, quæ ab intestato defertur accrescit sine onere, si id vni nominatim sit iniunctum, & num. seqq.*

An, & quando pars accrescat cum onere in hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur.

QVÆSTIO XVIII.

Nunc videamus de hæreditatibus legitimis, & dispiciamus, an in ijs portio vacans accrescat cum onere, an verò sine. Dubitationem autem facit *l.* 1. *§. ult. ff. de leg.* 3. vbi Vlpianus scribit, † si quis intestatus decedens ab vno fideicommissum reliquerit, & illo repudiante hæreditas ad alium pertineat, non debere illum præstare fideicommissum à deficiente relictum.

Sed hoc non obstante verius est, quod nostri communiter tradiderunt, partem scilicet hæreditatis vacantem legitimo hæredi cum suo onere accrescere: † *Ita enim scripserunt Bart. in l. si Titio* 63. *§. Iulianus, n.* 1. *& ibi Bald. & Castr. n.* 1. *ff. de leg.* 2. *Bart. in d. l. re coniuncti n.* 18. *& ibi Crott. n.* 139. *versic.* 5. *Polit. n.* 95. *versic.* 4. *Alcia. n.* 61. *Ant. Gou. de iur. accresc. n.* 22. *Duar. lib.* 2. *de iur. accresc. c.* 2. *Et videtur etiam sensisse Bald. in d. l. si Titio* 63. *§. Iulianus, in fi. dum ait, cum onere accrescere portionem, quæ præter defuncti voluntatem ad alium pertinet, si onus generaliter cuilibet successuro fuerit iniunctum. Et rectè*: Nam hoc apertè probatur *l. si Titio* 63. *§. Iulianus, ff. de leg.* 2. vbi Vlpianus, † postea, quam retulit, Iulianum dixisse, *si alter ex legitimis hæredibus repudiasset portionem, cum esset ab eo fideicommissum relictum, cohæredem eius cogendum non esse, fideicommissum præstare: Portionem enim eius ad cohæredem sine onere pertinere*, subijcit, *Sed post rescriptum Seueri, quo fideicommissa ab instituto relicta à substitutis debentur, & hic quasi substitutus cum suo onere consequetur accrescentem portionem*. Idque, non solum inter legitimos hæredes locum habere traditur, sed etiam inter omnes, qui legitima coniunctione iunguntur: Nam eis portio vacans cum suo onere accrescit, † *vt scribunt Bart. in d. l. re coniuncti, num.* 64. *& ibi Crott. num.* 139. *versic.* 5. *Rip. num.* 218. 4

Cuius rei frequentiùs illa dicitur esse ratio, † quia coniuncti legali coniunctione pro verbis tantum coniuncti habentur, *vt ex recepta nostrorum sententia diximus in* 5. *cap. qu.* 27. *num.* 47. ideoque militat in eis ratio, quam in verbis tantum coniunctis retulimus *in hoc cap. q.* 14. *n.* 5. *& seqq. Ita Bart. in d. l. re coniuncti, nu.* 64. *& ibi Crott. nu.* 139. *in fin.* Et quamquam nos *in eadem q* 27. *num.* 47. *& seqq.* demonstrauerimus veriùs esse, legitima coniunctione iunctos pro re, & verbis coniunctis reputari, idem tamen videtur sequi effectus, scilicet, quia etiam vtroque modo iunctis portio vacans cum onere accrescit, *vt docuimus in hoc ipso cap. quaest.* 16. *num.* 4. Sed magis est, vt, non hæc sit vera hæreditariæ portionis cum onere deferendæ ratio, sed illa, quam retulimus *in quaest. praeced. num.* 65. quia scilicet † in hæreditatibus onus imponitur rei, non personæ, ideoque ad omnes transire debet in quos ipsa hæreditatis portio transfertur, *secũdum ea, quæ latius ibi diximus*. 5 6

Neque obstat *l.* 1. *§. ult. ff. de leg.* 3. quia respondent nostri communiter, in eius specie † succedentem non venire per ius accrescendi, sed per successorium edictum, scilicet, quia hæreditas transfertur de primo gradu in secundum, cum alioquin per ius accrescendi, non in alium, sed in eundem gradum, siue eiusdem gradus personas transferatur, *vt dicemus in 9. capit. quaest.* 14. *num.* 16. *& seqq.* Magna enim in hoc est inter successorium edictum, & ius accrescendi differentia, † scilicet, quia, si intestatus decedens fideicommissum ab eo relinquat, qui primo gradu successurus est, & eo repudiante ad sequentem gradum successio deuoluatur, non debet is fideicommissum præstare *d. l.* 1. *§. fi. ff. de leg.* 3. At, si ex duobus in primo gradu existentibus vnus repudiet, alter, qui portionem accrescentem consequitur, fideicommissum à deficiente relictum præstare debebit *dict. l. si Titio* 63. *§. Iulianus. Ita docent Bart. in dict. §. Iulianus, num.* 1. *versic. dicendum, Ant. Gou. de accr. num.* 22. *& alij omnes, quos referemus infra numer. seqq.* 7 8

Hæc autem ideo tam variè, quia, † cum ab intestato transfertur hæreditas de vno gradu in alium, hæres succedit præter spem, & cogitationem defuncti, quippè, qui putabat esse successuros venientes ex primo gradu, quod patet ex eo, quia primum tantum grauauit gradum; Alioquin enim, si grauasset omnes ab intestato succedentes, cessaret prædictæ *l.* 1. *§. fi.* dispositio. Nil mirum igitur, si succedens, quasi non capiens ex voluntate, & cogitatione defuncti, non cogatur fideicommissum alijs iniunctum præstare. At, quando portio accrescit cohæredi venienti ex eodem gradu, sine dubio transfertur in eum, quem testator putauit successurum, & ea ratione pariter cum alio grauauit. Ergo, tamquam veniens ex voluntate, & mente defuncti debet onera ab eo relicta præstare. *Ita gl. in d. l. si Titio* 63. *§. Iulianus, in verb. cum suo onere & ibi Bart. nu.* 1. *Bald. & Castr. n.* 2. *ff. de leg.* 2. *Bart. in d. l. vn. §. his ita definitis n.* 1. *C. de cad. toll.* 9

Non dico autem correctam esse dispositionem † *d. l.* 1. *§. fi.* per ea, quæ scribit Vlpianus *in d. §. Iulianus, Quomodo respondet glo. in dict. l. vnic. § pro secundo, in verb. sentire & in §. his ita definitis in verb. quomodo, C. de cad. toll.* quia verius est, vtranque dispositionem in suo vigore remanere, † cum loquantur, in diuersis terminis, ideoque non sit ab vna ad correctionem alterius inferendum, *ex regula l. Papinianus exuli* 21. *ff. de minor.* Quamobrem supradicta responsio meritò fuit improbata. 10 11

Adeo autem verùm est, quod diximus partem vacantem legitimo hæredi cum suo onere accrescere, vt procedat, non solum, si onus sit relictum simpliciter, aut sub nomine appellatiuo, † *In quibus terminis loquũtur Alcia. de præs. reg.* 2. *præs.* 35. *nu.* 7. *& alij plerique*, sed etiam, si sub nomine proprio, & sic nominatim, † *d. l. si Titio* 63. *§. Iulianus, ff. de leg.* 2. *& scribit etiam Alcia. d. præs.* 35. *nu.* 7. Nam, & Seueri rescriptum de substituto loquens, quod ab Vlpiano trahitur ad cohæredem, per ius accrescendi partem vindicantem *in dict. §. Iulianus*, locum habet, etiamsi legata ab instituto sint relicta nominatim † *l.* 1. *§. id, quod ex substitutione, ff. ad l. Falc. vt in his termi-* 12 13

nominis considerant Bart.in d.§.Iulianus, num.1. vers.sed huic Alcia.d præs.35 num.4.& 7.

Verùm hoc ita accipiendum est, vt procedat, si nominatim ab omnibus erat grauamen relictum.
25 † Cœterùm, si ab vno tantum, idest à deficiente, veriùs, & receptius est, non cogi alios cohæredes onus ab illo relictum præstare, sed partem
26 vacantem illis sine onere accrescere, † *vt scribunt Bart. in l. cum pater 79.§.cum existimaret, nu.1 vers.tu in hoc passu ff. de legat.2.Bald.in d.l.si Titio.63.§.Iulianus,in fi.ff.eod. Rip.in d.l.re coniuncti,num.218.ita declarant Bart.in d.§.Iulianus, num.1. in fi.& nu.12.& ibi Bald.in fi. Alcia.in d.l.re coniuncti,num.59. vers.sed, an in hæreditate*, ex regula *l.Celsus 29.§.quod alicuius ff.de leg.2.* de qua latè diximus *in q.præced. num. 135. et seqq.* Et quamquam *Alciat.d.præs.35.nu.7.et alij* plerique contra-
27 riam opinionem sint amplexi, † non est tamen à priore sententia, tamquam receptiore, aut consulendo, aut iudicando recedendum.

Hinc intelligimus, si ex tribus hæredibus ab intestato successuris, & in eodem gradu existentibus, testator nominatim à duobus fideicommissum relinquat, & vnius portio va-
28 cet, si quidem † alteri pariter grauato accrescat, cum suo onere, *secundum ea, quæ de testamentarijs hæreditatibus diximus in q.præced num.104.et 109.* Et hæc de hæreditatibus.

S V M M A R I V M.

1 *Portio vacans in contractibus transit cum onere per ius accrescendi, sine onere verò per ius nō decrescendi, & cur, n.2.*
3 *Feudi pars accrescit cū onere, non decrescit verò sine onere.*
4 *Pensio super distributionibus quotidianis imposita non debet præstari à Capitulo, si percipiat partem distributionum grauatam per ius non decrescendi, secus verò, si per ius accrescendi.*
5 *Pensio realis transit in omnes, in quos res grauata transfertur.*
6 *Pensio super distributionibus quotidianis imposita in dubio censetur imposita rei non personæ, & per consequentias debet præstari à Capitulo, penes quod remanet pars distributionum propter absentiam, vel suspensionem Canonici.*

An, & quando pars accrescat cum onere in contractibus, & alij viuentium causis.

QVÆSTIO XIX.

SVperest, vt videamus de causis viuentium, & dispiciamus, an in ijs portio cum onere accrescat, an verò sine. Et nostri quidem frequentiùs distinguunt ius accrescendi à iure non decrescendi: Nam per ius accrescendi censent, portionem cum onere transferri, per ius verò non decre-
1 scendi sine, † *ita scribunt ij, quos referemus infra num.3. et 4.* Cuius diuersitatis eam tradunt esse rationem, quam nos retulimus *in hoc cap. q.16.nu.34 et seqq.* de legatis, & fideicom-
2 missis loquentes, *scilicet*, quia † qui venit per ius non decrescē-di, venit iure proprio, tamquam ad rem sibi insolidum debitam, ideoque non debet aliud onus agnoscere, quam quod sibi impositum est, *secundum ea, quæ diximus in hoc ipso cap. q.15.nu.3.* At, qui venit per ius accrescendi, venit iure alieno, tamquam ad rem alteri debitam. Quamobrem debet subire onus, quod ab illo præstandum erat, *secundum ea, quæ diximus in hoc eodem cap.q.14.num.6. ita Card. Molin. apud Farin.in recoll.decis.part.2.decis.133.num.1.* Huius rei multa possunt exempla afferri

Primum in feudis, & emphyteusibus: Nam in ijs portio per ius accrescendi transfertur cum onere, per ius verò non
3 decrescendi, sine † *vt de iure accrescendi scribunt Bald.consil. 301.nu.9.vers.dicet aliquis,vol.2.Purp.cons.114.nume.1.versic. et ratio est,et Crass.in §.ius accrescendi q.33.num.3.vers.Nota.*

Secūdum in distributionibus quotidianis, in quibus etiam seruatur eadem distinctio: Nam, si super fructibus alicuius Canonicatus sit reseruata pensio, & propter suspensionem, vel absentiam Canonici portio distributionum, quę ad illum debuisset pertinere, spectet ad capitulum per ius accrescendi, erit ab illo præstāda pēsio, si verò per ius nō decrescendi, non
4 item. † *Ita distinguit Card. Molin. apud Farin.d.decis.133.n.1.* Planè in dubio, quoties super distributionibus quotidianis pensio imponitur, censetur Sum.Pont. voluisse grauare distributiones ipsas, non, quatenus acquiruntur Canonico mediante seruitio, sed, quatenus ad Canonicatum illum spectare possunt, & sic per se, & in abstracto. Quo fit, vt onus pensionis, quasi reale transeat in omnes in quos illa distributionum portio transfertur, † *secundum doctrinam Roma.* 5
cons.388 per tot.Caccialup.de pensio.q.9 per tot.Gigant.de pensio. q.39.num.1.q.40.num.1 q.43 num.2.q.44.num.2.q.47.num.2. q.51 num.15.& q.65 num.1.Bursat.cons.361. nume.15.16.32. & 38. & per consequentias etiam in Capitulum, quippe, quod in hoc casu non potest dici habere partem illam iure suo, & sic per ius non decrescendi, cum respectu pēsionis pars censeatur facta ab initio, sed potius per ius accrescendi, per quod portio cum onere transfertur, *vt supra dictum est.* Et ita sæpiùs à Sum.Pont. declaratum est, & a Rota Romana decisum, † *vt referunt Gonzal.in 8.regul. cancel.glo.5.§.5.num.* 6
44.Garz.de benef.part.1.cap.5.num.214.& seqq Card. Molin. apud Farin.d.decis.133 num.2. Et hæc de octauo capite.

Qui sint effectus iuris accrescendi.

C A P V T IX.

TRanseamus nunc ad Nonum Caput, & videamus, Qui sint effectus iuris accrescendi. Constat autem omnes effectus in duo genera distribui: Quidam enim personas respiciunt, quidam verò naturam, & qui naturā, vel consistunt in propria natura communicanda, vel in aliena suscipienda, de quibus singulis separatim tractaturi, dispiciamus primo de ijs effectibus, qui personas respiciūt.

S V M M A R I V M.

1 *Transmissarius venit ex persona defuncti.*
2 *Pater venit ex persona filij.*
3 *Dominus venit ex persona serui.*
4 *Monasterium venit ex persona monachi.*
5 *Fiscus venit ex persona indigni.*
6 *Substitutus vocatur in locum deficientis.*
7 *Substitutus venit ex persona propria.*
8 *Substitutus venit, tamquam subrogatus in locum, & partem deficientis.*
9 *Legata, & fideicommissa, quæ deficiunt, manent apud eos, à quibus sunt derelicta.*
10 *Hæredes, apud quos manent ea, quæ deficiunt, veniunt iure proprio.*
11 *Legata, quæ deficiunt, manent apud hæredes iure hæreditario.*
12 *Institutis deficientibus hæreditas pertinet ad venientes ab intestato.*
13 *Hæredes legitimi vocantur iure proprio, & ex propria persona.*
14 *Filij succedunt in locum patris prædefuncti iure repræsentationis.*
15 *Repræsentationis iure qui venit, dicitur venire ex persona propria, & num.17.*
16 *Repræsentationis iure qui venit, succedit in locum, & gradum, seu partem eius, qui repræsentatur.*
18 *Repræsentationis ius locum non habet, nisi quoties tractatur de successione ascendentis, aut patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ.*
19 *Repræsentatio cessat, quoties is, qui debet repræsentari, tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, est superstes, & cur, num.22.*
20 *Repræsentatio est quædam fictio.*
21 *Fictio cessat, vbi adest veritas.*
22 *Nepos non succedit in locum filij, si is tempore mortis aui erat superstes.*
23 *Proximioribus deficientibus vocantur sequentes in gradu ex edicto successorio.*
24 *Veniens ex edicto successorio dicitur venire ex persona propria.*
25 *Fiscus vocatur, tamquam ad bona vacantia, si defunctus nullum prorsus reliquit successorem.*

Qui-

Quibus veniens per ius accrescendi præferatur.

QVÆSTIO I.

ET personas quidem respicere dicimus effectus illos, qui in excludendo consistunt, cum scilicet virtute iuris accrescendi coniunctus excludit aliquem ex ijs, ad quos portio deficientis fuisset peruentura, si coniunctum non habuisset. Quamobrem dispiciamus, quos excludat ius accrescendi, siue, quibus veniens per ius accrescendi præferatur.

Eorum autẽ omnium, de quibus quæstio esse potest, duo sunt genera: quidam enim veniunt ex persona deficientis, quidam verò ex persona propria.

Ex persona deficientis veniunt transmissarius, pater, dominus, Monasterium, fiscus: nam transmissarius venit ex persona defũcti † *l. si mihi, & tibi. 12. in pri. & ibi Bald. in prin. not ff. de leg primo, l. si mihi, & Titio. 57. in prin. ff. de leg. 2. l. si nepos. 5. ff. de coniung. cum em. lib. l. 3. §. si is, qui status, ff. de Carbo. edict. l. filius. 22. in fi. ff. de inof. testa. Et scribunt Bart. in l. 1. num. 20. ff. de vulg. Castr. in l. un. num. 2. Cod. de his, qui ant. apert. tab. Ang. de Gamb. de testam. gloss. 42 n. 4. Alex. consil 20. n. 8. versi. Non obstat octauum, vol. 1. Ruin. consil. 156. n. 4. vol. 2. & consil. 127. n. 7. vol. 3. Zaz. de substit. tit. de vulg. nu. 9. Purp. consil. 558. nu. 31. in fi. Ceph. consil. 16. nu. 36. & consil. 283. nu. 25. Osas. cons. 72. num. 27. versic. 7. Trentacinq. de substit. part. 1. cap. 15. num. 2. Honded. consil. 55. num. 35. vol. 2. Pereg consil. 1. num. 31. vol. 2. Men. de præs. lib. 4. præs. 201. nu. 2.* Pater ex persona filij, † *l. quamuis. 15. C. de fideicom. l. quæritur. 38. ff. de bon. lib. Et scribunt Bart. in d. l. 1. num. 22. uersic. sed hic filius ff. de vulg. Bald. Nouell. de substit. tit. de vulg. nu. 16. Zaz. de substit. tit. de vulg. num. 9. Gomez in 45. leg. Taur num. 142.* Dominus ex persona serui † *l. si duobus. 41. & l. debitor 84. §. seruo alieno ff. de leg. 2. l. 1. §. non solum ff. de success. edict. Et scribunt Zaz. de substit. d. tit. de vulg. nu. 9. Gomez. in d. 45. leg. Taur. nu. 142.* Monasterium ex persona monachi, † *vt declarant Bald in l. fin. §. 1. nu. 4. C. de Epis. & cler & in l. 1. nu. 43. C. qui adm. ad bon. poss. Alcia. in d. l. 1. numer. 94. ff. de vulg.* Et fiscus ex persona indigni, † *vt scribunt Bald. in l. etiam 3 num. 1. vers. Opp. quod fiscus C. ad l. Falc. Zaz. de substit. d. tit. de vulg. num. 9. Pereg. de iur. fisc. lib. 2. tit. 2. num. 27.*

Ex persona verò propria, qui veniunt, sunt in duplici differentia: Aut enim veniunt iure consolidationis, aut iure successionis. Iure consolidationis, quoties agitur de vsufructu, *vt ostendemus in hoc cap. qu. 3. num. 1.* vel vtili dominio, quod vicem vsusfructus obtinet, *vt ostendemus ibi n. 5.* Iure verò successionis, quoties agitur de proprietate, vel nuda, vel plena.

Porrò iure successionis varij pro specierum varietate veniunt: Nam, aut successio est testamentaria, aut legitima, & si testamentaria, aut testator deficienti dedit substitutum, & is primo loco vocatur † *l. vn. §. in primo, §. pro secundo, & §. sin autem aliquid sub conditione, C. de cad toll. l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sec. tab.* non quidem ex persona alterius, sed ex persona propria, † *vt declarant Cast. consil. 374 numer. 3. uersic. Non enim veniunt, vol. 1. Ruin consil. 94. nu. 14. versic. & non obstat, vol. 2. Paris consil 4. in fi. vol. 3. Ceph. consil. 283. n. 25. Osas. consil. 73. num. 11. in fi. & nu. 12. Odd. consil. 2. n. 14. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 11 tit. 20. num. 7. versic. verum Men. consil. 1088. numer. 12. & 13. & consil. 1103. nu. 12.* quia non venit, tamquam successor deficientis, sed, tamquam in eius locum, & partem subrogatus † *l. fin. C. de hæred. inst. l. pen. uersic. iam enim, ff. de iniust. rupt. l. 1. C. de testa. mil. Et scribunt Bart. in l. quidam elogio. 20. num. 1. uersic. venio ad secundum C. de iur. delib. Curt. Iun. consil. 73. nu. 7. & consil. 199. n. 31. Decia. consil. 91. n. 6. vol. 5.* Aut verò testator non dedit substitutum, & tunc, aut tractatur de legatis, & fideicommissis, & regulariter ea, quæ deficiunt, manent apud eos, a quibus sunt derelicta † *d. l. vn. §. in primo, §. pro secundo, & §. sin autem aliquid sub conditione, C. de cad. toll. l. cum filio. 11. ff. de leg. 1. l. si quis Titio. 17. in princ. l. Celsus 29. in princ. & l. Iulianus 62. ff. de leg. 2. l. pater filium. 36. §. Tusculanus ff. de leg 3. l. in testamento ita erat scriptum. 31. ff. de cond. & dem l. pen. & l. vlt. C. de legat. l. in fraudem 10. §. si quis ei ff. de his, quib. vt ind. l. ult ff. de his, quæ pro non script. hab. Pereg. de fideic. artic. 31. numer. 1.* qui & ipsi veniunt ex persona propria non ex persona legatariorum, aut fideicommissariorum, † scilicet, quia non retinent ea, quæ deficiunt, tam- 10
quam legatariorum, aut fideicommissariorum successores, sed tanquam hæredes in vniuersum instituti, & sic iure suo, siue iure institutionis, & hæreditario † *l. id autem. 76. versic.* 11
qua ratione ff. ad l. Falc. Et scribit Castr. in l. à filio. 25. num. 2. ff. de leg. primo. Aut verò tractatur de hæreditatibus, & institutis deficientibus, regulariter res pertinet ad venientes ab intestato † *l. 1. in prin. ff. de suis, & legit. l. post legatum. 5. in prin. vers.* 12
de eo verò ff. de his, quib. ut indig. tit. inst. de hær. quæ ab intest. def. in princ. qui & ipsi ex persona propria, & proprio iure venire intelliguntur † *l. si quis ex his 4. in princ. ibi, suo nomine, ff.* 13
vnd. lib. l. 1. §. 1 ibi, suam, & §. non solum, ibi, suo nomine, ff. de success. ed. Men. consil. 1128. num. 8. Aut denique tractatur de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, Et tunc, aut proximior deficit viuo eo, de cuius bonis agitur, aut post eius mortem, &, si eo viuo, aut tractatur de successione ascendentis, vel patrui, aut amitæ, auunculi, aut materteræ, & portio deficientis pertinet ad eius filios venientes iure repræsentationis † *§. 1. vers. in hoc enim, & § si igitur, Auth. de hered. ab intest.* 14
ven coll. 9. Auth. cessante C. de legit. hæred. Auth. vt fratr. filij, in princ. coll. 9. §. cum filius & §. fin. inst. de hæred. quæ ab int. defer. Et scribunt Bart in Auth. post fratres. in prin. C. de legit. hæred. Alex consil. 44 num. 18. uersic. Nec obstat, vol 5. Ias. in l. si amia. 2. num 4. uersic. sed aduerte C. de success. ed. Corn consil. 57. nu. 6. vol. 2. Paris. consil. 20. numer. 25. & 26 & consil 37. num. 1. 2. & 7. vol. 2. Crau. consil. 127. nume. 2. Rub. in l. Gallus 29. §. quidam recte nu. 46. ff. de liber. & posth. Natt. consil. 424. nu. 3 Ceph. consil. 616. num 41. Bursa. consil. 71. num. 1. qui & ipsi censentur venire ex persona propria, non ex persona deficientis, † vt tra- 15
dũt omnes, quos referemus *n. 17. Et simpliciter scribunt Alex. consil. 4. num 13. vol. 4. Ruin. consil. 206. num. 3. vol. 2.* Succedunt enim in locum, & gradum, seu partem patris sui † *l. 1. §. si fi-* 16
lius, & §. sed, si quis ff. de suis, & legit. d. §. cum filius. inst. de hæred. quæ ab int. def. l. si qua pœna 7. ff. de his, qui sunt sui, vel al. iur. sed veniunt ex persona propria non aliena, † *vt dictum est, &* 17
in specie declarant Bart. in l. 1. §. si sit filius, uersic. sed mihi ff. de coniung. cum eman. lib. in l. 1. §. si sit nepos, versic. vnde prima, ff. de collat. dot. & in l. 2. C. de lib. præt. Alex. d. consil. 20. nu. 3. & 8. versic. Non obstat octauum vol. 1. Ias. in d. l. si amia n. 4. uersic. sed caue, C. de success. ed Ruin. consil. 127. n. 7 vol. 3. Osasc. d. consil. 72. n. 27. uersic. 7. Franch. dec. 67. n. 2. Dec. consil. 167. n. 16. vol. 1. Surd consil. 133. n. 25. Schen. consil. 54. n. 10. vol. 1. Galua cons. 1. n. 76. Aut verò tractatur de successione alterius, quã ascendentis, vel patrui, aut amitæ, auunculi, aut materteræ, & ius repræsentationis locũ habere nequit † *§. reliquam; versic. hu-* 18
iusmodi. Auth de hered. ab int. ven. coll. 9. Et scribunt Bart in d. Auth. post fratres, in princ C. de legit. hæred. Castr. in Auth. defuncto n. 3. C. ad Tert. Ias. in d. l. si amia 2. n. 4. uersic. sed aduerte, Cod. de success. ed. Ruin. consil. 79. num. 14. vol. 3. Paris. consil. 37. nu. 3. & 7. consil. 38. nu. 15. vol. 2. Soc. Iun. consil. 133. nu 29. vol. 1. & consil. 9. num. 2. vol. 2. Gabr. consil. 86. num. 9. in fi. vol. 1. Si verò proximior deficiat post mortem eius, de cuius bonis agitur, tunc etiamsi tractetur de successione ascendentis, aut patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ, non potest esse locus repræsentationi, † *vt declarant Dec. consil. 1. num 12. & consil.* 19
87. num. 3. versic. 3. efficaciter & nu. 4. uersic. 3 non obstat, Ruin. consil. 134. n. 22. uersic. Nec obstat, & consil. 169. n. 7. uersic. Nec præmissis obstat, uol. 2. Paris. d. consil. 37. n. 68, uol. 4. & consil. 21. n. 19. uol. 3 Osasc. d. consil. 72. n. 23. Menoch consil. 400. n. 50, quia repræsentatio est quædam fictio, † *ut scribunt Bald. in Auth.* 20
cessante, num. 1 uersic. Azo. C. de leg. hæred. & in l. 3. §. 1. ff. de legit. tuto. Osas. d. consil. 72. num. 20. uersic. his etiam accedit, & n. 23. uers. 5. facit, cui locus esse non potest, vbi adest veritas, † *l. filio, quem pater 23. ff. de lib & posth Et scribunt Bart. in l. si* 21
is qui pro emptore, 15. num. 22. ff. de vsucap. Ceph. in l. centurio. 15. n. 193. ff. de vulg. & sic, vbi filius re vera est superstes tempore mortis patris. Qua ratione dicimus nepotem non succedere in locum filij qui tempore mortis patris erat in rerum natura † *l. si quis posthumus. 9. §. si filius ff. de lib. & posth l. si quis* 22
filio, 6. in princ. ff. de iniust. rupt l. si quis, filium, 34. §. quia postea C. de inoff. test. late Surd decis. 167. num. 9. & decis. 230. num. 2. Non poterunt igitur sequentes venire, nisi per successorium edictum, cui generaliter locus est, quoties ij, quod in gradu suc-

ſuccedendi erant proximiores, tempore mortis eius, de cuius bonis agitur.poſtea defecerunt, vel morte, vel repudiatione, vel quacunque alia ratione: Fit enim tunc locus ſequentibus
23 agnatis,& cognatis,& ſucceſſiuè etiam viro,& vxori, † *l.1.§. pen. ff. de leg.3.l.1.§.ſi intra,& §.quibus, ff.de ſucc.ed.§.placebat,inſt.de legit.agn.ſucceſſ.§.cum igitur, inſt. de bon.poſſ.l.vlt. C.de legit.hered.* qui pariter dicuntur venire ex perſona pro-
24 pria,non ex perſona deficientis, † *vt declarant Caſtr in l pater filium 14 numer 4. ff.de inoff. Cæuall. in ſuis commu.contra comm.q.101.num.72.* Quod,ſi nemo ſit, qui rem, aut ex teſtamento, aut ab inteſtato vindicare velit,aut poſſit, tunc
25 bona,quaſi vacantia fiſco deferuntur † *l.1.in princ.& l 2.ff. de ſucc.ed.l.vn.§.cum autem, C.de cad.toll.l.1.l.vacantia 4.C. de bon.vacan.lib.10.l 1.§.Diuus, ff.de iur.fiſc.l pen.§.inteſtatorum,C.de prapo.ſacr.cub.lib.12.l.item veniunt 22.§ ait Senatus ff de petit hered.l. filiusf.117.§. qui inteſtato, ff.de leg.primo, §. inordinatum, & §. exharedatos,verſ ſi verò oblatam Auth. de hered.& Falc.coll.1.Auth.hoc ampliùs, C. de fideicomm.cap.1. & ibi Affl.in verb.bona vacantia.num.3 tit.qua ſint regal. Et ſcribunt Caſtr in l.1.num.5.verſ circa primam, C.qui admitt. Alex.in l.ſi marito 32. in princ.nu.2. verſ.ſed dubium, ff. ſol. matr.& in l.recuſare 6.§.meminiſſe.num.1,verſ.vel ſecundum, ff.ad Treb.Iaſ in l.eam,quam 14.nu.13.C de fideicom.Martin. Laud de fiſc.qu.239.Rollandin.de ſucceſſ.ab inteſt.nu.23.Corn conſ.324.num.7.vol.4.Boſſ.in tit.de bon.vac.num.1.& 2.Tiraq. in tract. le mort.ſaiſ le viſ, decla.15 num.11. Pereg de iur fiſc. lib.4.tit.3.nu.1. & ſeqq. Roſent.de feud.cap.5.concl 52 in glo.6. Galua conſ.13.nu.1. & 2.Cuiac.ad l.vlt.ff.de ſucc.ed. in 6.lib. reſp.Papin.Craſſ.in §.hereditas,q.5.n.3.*

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi non excludit eos,qui veniunt ex perſona deficientis.ſed ab ijs excluditur,& cur,n.2. Declara,vt n.3.*
4 *Portio coniuncti non tranſit in eos, qui ex illius perſona veniunt ſi is moriatur viuo teſtatore, ſiue eo,de cuius bonis agitur,& cur,num.5.*
6 *Portio coniuncti non transfertur in eos,qui veniunt ex perſona deficientis ſi is decedat poſt mortem teſtatoris, ſed ante emolumenti delationem puta pendente conditione,ſub qua fuit à teſtatore vocatus.*
7 *Portio coniuncti non transfertur in eos qui veniunt ex perſona deficientis,ſi is moriatur poſt obitum teſtatoris ſiue illius,de cuius bonis agitur,& emolumenti delationem, ſed ante acquiſitionem etiam reſolubilem.*
8 *Portio vocati transfertur in eos qui veniunt ex perſona deficientis ſi is moriatur poſt acquiſitionem reſolubilem.*
9 *Portio coniuncti qui repudiat, quando transferatur in eos, qui veniunt ex perſona ipſius deficientis.*
10 *Portio coniuncti qui deceſſit poſt emolumentũ irreuocabiliter acquiſitum,transfertur in eos,qui ex ipſius perſona veniũt.*

An ius accreſcendi excludat eos, qui veniunt ex perſona deficientis.

Q V Æ S T I O II.

EX his autem,ſi quæramus,quos excludat ius accreſcendi, primum omnium de ijs erit videndum, qui veniunt ex perſona deficientis, & diſpiciendum, an eis veniens per ius accreſcendi præferatur. Conſtat autem non præferri, ſed
1 potiùs ab ijs excludi: † Nam, & tranſmiſſarius coniunctum excludit,& pater,& dominus,& monaſterium, & fiſcus, *vt latè oſtendimus in 7.cap.de traſmiſſario q 41.nu 6.& ſeqq. De patre,q.42.num.525.& ſeqq.De domino q.43 num.133.& ſeqq. De monaſterio,q.44.nu.4. & ſeqq. De fiſco demum,q.45.nu.4. q.46.num.1.q.47.num.2.& q.58.num.22.& ſeqq.* ſcilicet,quia,
2 † cum huiuſmodi perſonæ ſubrogentur in locum deficientium,Conſequens eſt,vt eodem,quo illi, cenſeantur iure: Vnde,quemadmodum deficientes in parte ſua coniunctum excluſiſſent, ita etiam excludere debent ij, qui in ipſorum locũ ſubrogantur,eorumdemque perſonas repreſentant *vt in eodẽ 7.cap.diximus de tranſmiſſario d.q.41.num.7 & 8.De patre d. q.42.num.3.De fiſco demum q.46.num.3.* Vtique autem ſup-
3 ponimus,† nos eſſe in caſibus, in quibus pars deficientis ad alium ex ipſius perſona venientem pertinere poſſit: Nam,ſi non poſſet haud dubiè (caſu,quo nihil aliud obſtaret) locum haberet ius accreſcendi, non, quia hoc ius excludat eos, qui deficientium perſonas repreſentant, ſed, quia repreſentatio ceſſat, & ſic, non per modum prælationis, ſed per modum remotionis obſtaculi.

Hinc videndum eſt, quando pars deficientis tranſeat ad alios ex ipſius perſona venientes, &, quando non: Ita enim intelligemus, quando poſſit, vel non poſſit, ius accreſcendi habere locum. Conſtat autem in hac re varios eſſe diſtinguendos caſus,quorum

Primus eſt, quando coniunctus deficit viuo teſtatore,ſiue eo,de cuius bonis agitur. Et tunc certi iuris eſt, partem eius non tranſire ad eos,qui aliàs ex perſona ipſius deficientis venire ſolent,† puta ad tranſmiſſarium,patrem,dominum,mo- 4
naſterium,fiſcum *vt de tranſmiſſario diximus in eadem q.41. num.18. & ſeqq. De patre verò d.q.42.nu 470 & ſeqq. De domino d.q.43.n.76.& ſeqq. De monaſterio d q 44.num.1.& ſeqq. De fiſco demum q.46 num.18.& ſeqq. & q.58.num.14.* quia, 5
cum ius non fuerit in illius perſona radicatum, Conſequens eſt, vt in alios ex eiuſdem perſona veniẽtes tranſire nequeat, cum nemo plus iuris in alium transferre poſſit, quam ipſe habeat *l.nemo plus iuris 55.& l.nemo plus commodi 163.ff. de reg.iur.* Quamobrem eius portio coniuncto accreſcit, *ſecundum ea qua diximus in eodem 7.cap.q 33.n.1.& ſeqq.*

Secundus verò caſus eſt, quando coniunctus deficit poſt mortem teſtatoris. ſed ante emolumenti delationem, puta pendente conditione,ſub qua fuit à teſtatore vocatus, Et tũc pariter certum eſt,non eſſe locum tranſlationi: † Nam, nec 6
hæres ſeu tranſmiſſarius admitti poteſt, nec pater,nec dominus, nec monaſterium,nec fiſcus, propter eandem rationem, quam in præcedenti caſu retulimus, *vt de tranſmiſſario diximus in d.q 41.num.24.& ſeqq. De patre verò d.q.42.num 495. De domino d.q.43 num.87.& ſeqq. De monaſterio d q 44.nu.3. De fiſco demum d.q 46.num.40.& ſeqq. & d.q.58.nu 14.* Quo fit,vt eius portio debeat coniuncto accreſcere, *ſecundum ea, que diximus in eodem 7.cap.q.34.n 7.& ſeqq.*

Tertius caſus eſt, quando coniunctus deficit poſt mortem teſtatoris,ſiue illius de cuius bonis agitur, & emolumenti delationem,ſed ante acquiſitionem, etiam reſolubilem, & talis deficientia contingit per mortem,vel naturalem,vel ciuilem vocati, Et tunc ſimiliter tranſlatio ceſſat, † ſiue loquamur 7
de tranſmiſſario,ſiue de cœteris,quos ſupra retulimus: nam, & hic eadem militat ratio, quam in ſuperioribus caſibus cõſiderauimus, *vt patet ex ijs, que diximus in eodem 7. cap.q.41. num.36.q.42.num.685.& ſeqq q.43.num.111. & ſeqq qu 44. num.51.& ſeqq.q.46 num 46. & ſeqq.& q.58.num.17.& ſeqq.* Quamobrem pars deficiens ad coniunctum per ius accreſcendi pertinebit, *ſecundum ea, que diximus in eodem 7.cap. q.35.num.11.& ſeqq.*

Quartus caſus eſt quando coniunctus deficit poſt mortem teſtatoris, & acquiſitionem reſolubilem puta poſt ceſſionem diei,& talis deficientia, contingit etiam per mortem naturalem, vel ciuilem, Et tunc certum eſt locum habere tranſlationem, & per conſequentias ceſſare ius accreſcendi. † ſiue 8
tranſlatio fiat in hæredem, quem tranſmiſſarium vocamus, ſiue in patrem,aut dominum ſiue in monaſterium, ſiue etiã in fiſcum, *vt latè oſtendimus in eodem 7.cap.q.41.nu.56.& ſeqq. q.42.n.722.& ſeqq q.43.n.116 & ſeqq.q.44.n.68.& ſeqq.q.46. num.66.& ſeqq.* Nam in his potiſſimum terminis procedunt ea,quæ diximus *ſupra num.1.& ſeqq.*

Quintus caſus eſt,quando coniunctus deficit poſt mortem teſtatoris, & emolumẽti delationem, ſed ante acquiſitionem, vel etiam poſt acquiſitionem reſolubilem, ſed deficit per repudiationem, Et tunc † differt tranſmiſſarius à cœteris,qui 9
veniunt ex perſona deficientis: Nam tranſmiſſarius excluditur,quippe cui potuit defunctus repudiãdo nocere.Quamobrem fiet locus coniuncto venienti per ius accreſcendi, *vt diximus in eodem 7.cap.q.35.num.3. & ſeqq.& d.q.41.nu 30. & ſeqq.* At cęteri,tamquam ij, quibus vocati repudiatio nocere nequit,admittuntur. Quo fit,vt ius accreſcendi neceſſariò ceſſet, *vt oſtendimus in d.cap.7.q.42.nu.525.& ſeqq q.44. num.4.& ſeqq.& q.58 num.23.& ſeqq.* Planè, ſi ſeruus repudiet,licet domino non noceat agendo, nocet tamen omittendo, quia, quandiù non adit, tandiu hæreditatem domino non acquirit, ideoque, ſi perſeueret in ſua peruicacia vſque

ad

ad mortem efficit, vt dominus censeatur ab hæreditate exclusus, eaque ratione fiat iuri accrescendi locus, *sicuti ostendimus in d.cap.q.43.num.98.& seqq.*

Sextus, & vltimus casus est, quando coniunctus deficit post acquisitionem irresolubilem, puta post aditam hæreditatem, vel agnitum legatum, aut fideicommissum, Et tunc indubitati iuris est, locum esse translationi, † & cessare ius accrescendi, per ea, quæ latè diximus *in eodem 7.cap.q.41.num 104. & seqq q.42.num.745. & seqq. q.43.num.133. & seqq.qu.44. n.76.& seqq q.46.n.70. & q.58.n.1.& seqq.* Et hæc de ijs, qui veniunt ex persona deficientis. 10

S V M M A R I V M.

1 *Vsusfructus extinguitur, & cum proprietate consolidatur, quoties vsufructuarius deficit, puta moritur.*
2 *Dominus directus ad quem feudum, vel emphyteusis deuoluitur finita linea, venit iure consolidationis.*
3 *Ius accrescendi, tamquam potentius excludit ius consolidationis, & cur num. 4.*
5 *Dominium vtile vicem vsusfructus obtinet.*
6 *Consolidationis ius cessat, quoties potest habere locum ius accrescendi.*
7 *Feudi pars non pertinet ad dominum, sed accrescit conuasallo quoties in eo potest habere locum ius accrescendi.*
8 *Emphyteusis pars, quæ deficit, non deuoluitur ad dominum, sed accrescit socio, quoties in emphyteusi potest habere locum ius accrescendi.*
9 *Vsusfructus pars cum proprietate consolidatur, quoties in ea ius accrescendi locum habere nequit.*
10 *Vsusfructus pars consolidatur cum proprietate, quoties testator prohibuit ius accrescendi.*
11 *Vsusfructus pars non accrescit coniuncto, sed consolidatur cum proprietate, quoties ille fuit ad suam portionem admissus de iure speciali.*
12 *Ius accrescendi in quo differat à iure consolidationis, & numer seqq.*
14 *Declaratur l. si extraneo 52. in princ. ff. de vsufr.*
15 *Ius consolidationis competit etiam ei, qui venit de iure speciali & cur num. 16.*
17 *Ius consolidationis interdum est potentius, quam ius accrescendi.*
18 *Portio vsusfructus facilius consolidatur, quam accrescat.*
19 *Feudi pars ad dominum deuoluitur & vtile dominium directo consolidatur, quoties in feudo non potest habere locum ius accrescendi.*
20 *Emphyteusis pars redit ad Ecclesiam, vel alium dominum, & vtile dominium cum directo consolidatur, quoties sumus in casibus, in quibus emphyteusis non recipit ius accrescendi.*

An ius accrescendi excludat ius consolidationis.

Q V Æ S T I O III.

NVnc videamus de ijs, qui veniunt ex persona propria, & dispiciamus, an eis coniunctus veniens per ius accrescendi præferatur. Et quoniam eorum varia retulimus exempla *in hoc cap.q.1.num.5.vers.ex persona, & nu.seqq.* ideo de singulis separatim tractaturi videamus primo de ijs, qui veniunt iure consolidationis. Dicuntur autem iure consolidationis venire proprietarij, & domini directi: Nam, si is qui vsumfructum habet, deficiat, puta moriatur, quia vsus-
1 fructus extinguitur, & cum proprietate consolidatur † *l.3.l. idem Neratius 4 in princ. versic. vnde, & §. fin. & l si tibi 5. l. idem & si 7. in princ ff de vsufr. accr. §. si inst de vsufr. Soc. Iun. cons.43.num.3.vol.4* ideo proprietarius dicitur eum consequi, siue vsusfructus dicitur ad eum pertinere, non iure successionis, sed iure consolidationis, *vt rectè declarat Andreas Capanus I. C. & eques Neapolitanus, qui nobilissimæ familiæ suæ stemmata lucidissimis propriæ gloriæ facibus illustrauit, in illo, quem recens in lucem protulit de iure releuij tractatu part.4. q.13.num.6.* Et simili modo, si deficiat Vasallus, aut emphyteuta, qui vtile dominium habet, nec superſit legitimus feudi, aut emphyteusis successor, quia res ad dominum deuoluitur, & eo modo vtile dominium cum directo consolidatur, ideo dominus directus dicitur venire iure consolidationis. † *vti videre est apud Bald.consil.301.num.9 vol 1.* 2

Cum his igitur solet coniunctus plerunque habere controuersiam: Nam, si sint duo eiusdem rei vsufructuarij, vel vasalli, vel emphyteutæ, & vnus ex ijs deficiat, & proprietarius, vel dominus directus intendat, partem deficientis ad se iure consolidationis pertinere, coniunctus verò contra dicat, ad se pertinere per ius accrescendi, quæri solet, vter debeat præferri.

Et, si quidem simus in casibus, in quibus potest esse locus iuri accrescendi, dubium non est, quin præferatur coniunctus, quia ius accrescendi, tamquam potentius excludit ius consolidationis, † *vt probant loci, quos referemus infra num.6. Et in specie scribunt Bald.cons.301.num.9.vol.1.Gomez.tom.1. var.resol cap.10.num.41.Surd.cons.123.nu.20.Peregr.cons.59. num.2.vol.1.* Nam, † quia consolidatio supponit extinctionem, siue interitum vsusfructus *§. finitur, inst. de vsufr* aut vtilis dominij, quod vicem vsusfructus obtinet, † *vt scribunt Bald.in l.cum oportet 6.in princ.num.8.vers.item cum feudum, C.de bon.quæ lib. Ang. de Gamb cons.35. num.11.* &, quandiu superest vnus ex coniunctis, non finitur vsusfructus, quippe, qui dicitur in suo statu manere *l.1.§.idem ait, ff.de vsufr.accr.* ideo fit, vt non possit esse locus cōsolidationi. Vnde, si is, qui partem vsusfructus habet moriatur, aut aliter deficiat ante, vel post acquisitionem, & supersit aliquis, qui partem illius per ius accrescendi vindicare possit, puta coniunctus re, & verbis, aut re tantum, aut etiam (vt nostris frequentiùs visum est) verbis tantum. *secundum ea, quæ diximus in 5.cap.q.37.& num.6.& 12.q.38.num.8 & seqq & q.39.num.3.& 23.& c.6. q.20.num.35.& cap.7.q.59.num.10.& 103.& seqq.* vel superſit condominus, quem vulgò coniunctum legali coniunctione vocamus, &, quem etiam habere ius accrescendi certum est, quoties agitur de vsufructu *l.1.§.1.ff.de vsufr accr. & nos ostendimus in eodem 5.cap q.40 num.27. & seqq.* cessabit ius consolidationis, † *l.3 §. idem Papinianus, ff. quib. mod. vsufr. amit. l.1.§.1.l.idem Neratius 4.§. non solum, & l. interdum 11.ff. vsufr. accr. Et scribunt Gomez. dict. tom.1. variar. resol.cap.10. num.41. Pereg.d.cons.59.num.2.vol.1. Vin decis.406. num.15. Surd.d.cons.123. num.20. Hoto.in Epito.tit. ff.de vsufr. accr. num.15 uers.Tertia.* Et simili modo, si is, qui feudi partem habet, moriatur sine filijs feudi capacibus, & simus in casibus, in quibus feudum recipit ius accrescendi, *quos retulimus in 6.cap.q.37.nu.3. & seqq* pars deficientis non ad dominum directum, sed ad socium, seu conuasallum pertinebit, & hoc modo excluderur ius consolidationis: Hoc enim est, quod tam frequenter dicimus feudi partem non ad dominum pertinere, sed coniuncto accrescere † *cap.1.§. si duo fratres, De feud. March cap.1. De duob. fratr. à Capita inuest. Et videre est apud Bald.in l vn.num.32.vers. item super eo. C.quand.non pet part. & d.cons.301.num.9.lib.1.Iason l. si mihi, & Titio 110. in princ.num.12.vers.item adde, & ibi Alcia nu.20. ff.de verb. oblig Ias cons 136.num.4.vol.4 Crott.in d.l.re coniuncti nu 145. & in l.4.§.Cato num 57. ff.de verb.oblig. Paris cons.6 num.1.& seqq.vol.1 & cons.13.num.58.vol.2. Ruin. cons.169.nu.4. vol.1. Alcia cons.20.num.8 lib.3. Zaz. de feu.part.8. num.38.* Idem est, &, si absque liberis deficiat is, qui partem emphyteusis habet: Nam, si habeat socium, cui possit ius accrescendi cōpetere, excludetur dominus directus, puta Ecclesia, vel alius veniens per ius consolidationis. Quamobrem dicimus, partem emphyteusis, non ad dominum pertinere, sed conemphyteutæ accrescere, † *vti uidere est apud Bart.in d. l. si mihi, & Titio 110.in princ.num.5.& ibi Alcia num.25. & 26. ff.de uerb.oblig Ang de Gamb.d.cons.35.num.7. Alex.cons.22.n.11. vol.5. Ias.in l.2.num.201.C.de iur.emph. Crott. in d.l.4.§.Cato, num.57. ff.de verb.oblig. Clar.in § emphyteusis q.39.nu.3. Gabr. cons.88.n 7.vol.1.& cons.66.num.3.vol.2. Peregr.cons.30.nu.13. uol.1. Gratia cap.272 discep. for.num.14.15.& 26.& cap.707. n.12. Rota apud Farin. dec.152. num.3.part.2.* 3 4 5 6 7 8

Contra verò, si simus in casibus, in quibus ius accrescendi locum habere nequit, dubiū non est, quin pars deficientis cum proprietate, vel directo dominio consolidetur, & sic vocetur proprietarius, vel dominus directus, non per modum prælationis, quasi ius consolidationis sit potentius iure accrescendi, sed per modum remotionis obstaculi, quia cessante iure

iure accrescendi nihil est, quod proprietario, vel domino directo obstare possit. Hinc infertur

Primo, si ex duobus, aut pluribus vsufructuariis vnus deficiat, & simus in casibus, in quibus ius accrescendi locum habere nequit, puta, quia vsufructuarij sint omnimodo disiuncti, partem deficientis ad proprietarium pertinere, & eo mo-
9 do cum proprietate consolidari † *l. 2. l. 3. l. idem Neratius 4. in princ. versic. vnde. & l. idem. & si. 7. in prin. ff. de vsufruct. accr. d. l. sicut 3. §. idem Papinianus, ff. quibus mod. vsufr. amit. Et scribunt Pereg. d. consil. 59. num. 3. vol. 1. Don. lib. 10. comm. cap. 23.* Idem est, & si vsusfructus sit relictus coniunctim, sed ius accrescendi aut expressè, aut tacitè sit à testatore prohibitum, quod in vsufructu fieri posse constat *ex iis, quæ dicemus in 10. cap. q. 16. num. 5. & seq.* Nam altero deficiente pars eius non ad coniunctum per ius accrescendi, sed ad proprietarium per
10 ius consolidationis pertinebit † *l. Dominus 63. §. 1. & ibi not. ff. de vsufr.* Denique, si is, qui partem vsusfructus habet, fuerit ad eam admissus non iure communi, sed iure singulari, pars alterius deficientis non accrescet ei, sed ad proprietarium
11 pertinebit † *l. mulieri, & Titio 73. ff. de cond. & dem. Quod, qualiter accipiendum sit, latè diximus in 7. cap. quæst. 61. nu. 34. & seqq.* In quo quidem differt ius accrescendi à iure conso-
12 lidationis: † Nam, si paterfam. Extraneum scribat hæredem, & matri suæ relinquat proprietatem deducto vsufructu, filiumque emancipatum prætereat, & is agnoscat bonorum possessionẽ contra tabulas, mater cui ex edicto Prætoris conseruatur legatum, tamquam relictum coniunctæ personæ, *l. 1. in princ. ff. de leg. præst.* non habebit proprietatem nudam, etiam viuente extraneo, sed proprietatem plenam, & sic plus, quam ei testator reliquerit, scilicet, quia legauit ei proprietatem deducto vsufructu, & tamen consequitur proprietatem plenam, & sic cum vsufructu consolidatam *l. si extraneo,*
13 *52. in princ. ff. de vsufr.* Et hoc ideo, quia, † cum vsufructuarius, nempe extraneus hæres institutus defecerit, propterea, quod agnita ab emancipato præterito contra tabulas bonorum possessione corruit testamentum, Consequens est, vt vsusfructus debeat ad proprietatem redire, & cum ea consolidari. Nec dicas debere pertinere ad emancipatum, qui contra tabulas bonorum possessionem agnouit, quippe, qui in locum hæredis instituti subrogatur, quia, licet id stricta iuris ratio suaderet, benigna tamen interpretationem contrarium receptum est: Nam, quia filius contra patris voluntatem admittitur, verisimilius creditum est, voluisse testatorẽ, vsumfructum, quem extraneo hæredi instituto reseruarat, eo non admisso pertinere potiùs ad matrem, cui reliquerat proprietatem, quam ad filium, quem prætereundo omnimodo voluerat ab hæreditate sua excludere. Quod significat Paulus *in d. l. si extraneo*, dum ait, plenam proprietatem esse præ-
14 standam matri, *pietatis respectu*: Significat enim † hoc fieri ex præsumpta testatoris voluntate, quæ in pietate filiali fundatur. Ex quo patet, etiam ei, qui ad legatum admittitur de
15 iure speciali, ius consolidationis competere, † *vt in d. l. si extraneo not. gl. in verb. proprietas, & Bald. & Ang. & post eos Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio. 73. num. 4. ff. de cond. & dem. Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. num. 46.* licet ius accrescendi non
16 competat, *vt dictum est*, & hoc ideo, quia † id ex necessitate fit, *vt declarat Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. nu. 46.* Nam, quoties vsusfructus extinguitur, necessario debet cum proprietate consolidari, ne alioquin proprietas sit inutilis *§. ne autem Inst. de vsuf.* Quod mortuo filio rectè dicitur. At eo viuente magis est, vt pietatis, non necessitatis ratio id induxerit. Est igitur hoc respectu ius consolidationis potentius
17 iure accrescendi. † *vt scribunt Bald. & Ang. in d. l. si extraneo, & Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 46.* scilicet, quia
18 faciliùs consolidatur, quam accrescat, † *vt ait Soc. Sen. in d. l. mulieri, & Titio. 73. num. 4.* Sed alio respectu potentius est ius accrescendi, quam ius consolidationis, quia, si concurrant, hoc ab illo excluditur, *vt supra dictum est*.

Secundo infertur, si ex duobus, aut pluribus vasallis, qui eiusdem feudi partes habent, vnus deficiat, & simus in casibus, in quibus non potest esse locus iuri accrescendi, *secundum ea, quæ diximus in 6. cap. q. 37. num. 60. & seqq.* partem deficientis ad dominum deuolui, & per consequentias cum di-
19 recto dominio consolidari † *cap. 1. De ben. fratr. cap. 1. §. si duo Fratres, De feud. Marc. cap. 1. §. 1. De fratr. de non. ben. inuest. Et scribunt gl. in cap. 1. in verb. duo fratres De duob. fratrib. à Capit. inuest. Cin. in l. vn. in fin. C. quand. non pet. par. Bald. in l. vn. §. in primo num. 3. Cod. de cad. toll. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 20. extr. de constit. & cons. 301. num. 13. lib. 1. Castr. consil. 46. num. 1. & consil. 262. num. 1. versic. Nec, si dicatur, & num. 2. versic. sequitur ergo vol. 2. Roma. consil. 1. num. 6. versic prima quidem casu, Alex. consil. 30. nu. 7. versic 2. vol. 1. Luc. de Penn. in l. vn. C. si liber. Imp. soc. sin. hæred. decess. lib. 10. Ias. consil. 24. nu. 2. versic sed redeundo, vol. 3. & consil. 136. nu. 4. vol. 4. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 148. Rip. in d. l. re coniuncti, num. 168. versic. vel, nisi Zaz. in d. l. si mihi, & Titio. 110. in prin. num. 4. ff. de verb. oblig. Balzar in d. cap. 1. in prin. nu. 17. in fi. De fratr. de nou. ben. inu. Soc. Iun. consil. 73. nu. 20. vol. 1. & consil. 92. num. 6. vol. 4. Paris. consil. 6. nu. 7. vol. 1. Nico. Bello consil. 20. nu. 4. Menoch. consil. 464. nu. 3. versic. Cæterùm, & num. seqq. Pereg. consil. 30. numer. 6. & 14. vol. 1. & consil. 24. num. 9. vol. 2. Crass. in §. ius accrescendi q. 33. numer. 4. versic. in feudo Schen. consil. 45. num. 3. vol. 1.*

Tertio infertur, si ex duobus, aut pluribus emphyteutis vnus moriatur, aut aliter deficiat, & simus etiam in casibus, in quibus ius accrescendi cessat, partem illius ad dominum directum, puta Ecclesiam pertinere, & hoc modo dominiũ
vtile cum directo consolidari, † *vti videre est apud Bart. in d.* 20
l. si mihi, & Titio. 110. num. 4. versic. Breuiter & ibi Castr. num. 3. Alex. num. 14. Ias. num. 12. versic. tenendo, Alcia. num. 16. 21. & 24. versic quid ergo. Zaz. num. 9. versic. Cæterùm ff. de verb. oblig. Bart. in l. fraudati 8. in fi. ff. de publica, & vectig. Bald. in l. legatarius. 38. versic. & est argumentum & ibi Alex. n. 2. ff. de leg. primo, Bald. in l. vn. num. 30. versic. quid dicemus, C. quand. non pet. part. in Auth. si quas ruinas, n. 7. versic. 3. casu, C. de sacr. Eccl. & consil. 275. lib. 4. Port. ad tit. Instit. de iur. person. num. 10. & ibi Ias. ita addit. Alex. consil. 17. n. 6. versic Circa tertium. & consil. 24. n. 4. vol. 5. Crott. in d. l. re coniuncti n. 140. & 145. versic. quid autem. Ruin. consil. 151. n. 15. & consil. 166. num. 12. vol. 1. Clar. in d. § Emphyteusis q. 39. num. 4. Bero q. 70. num. 1. Gabr. consil. 87. num. 1. vol. 1. Ceph. consil. 345. nu. 4. in fi. Peral in d. l. & Proculo. 20. nu. 7. versic & ita etiam & versic. Ad hoc etiam ff. de leg. 2. Gomez. tom. 1. varia. resol. cap. 10. num. 5. Mago. decis. Luc. 8. num. 5. & decis. 9. n. 10. & 11. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 25. num. 1. & 3. Seraph. decis. 804. n. 10. Gratia. cap. 272. discep. for. num. 23. & cap. 451. num. 2. Et hæc quidem de iis dicuntur, qui veniunt iure consolidationis.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus non excludit vulgariter substitutum quoties per vnius deficientiam purificatur conditio substitutionis.*

2 *Coniunctus admittitur excluso substituto, quoties per alterius deficientiam non purificatur conditio vulgaris substitutionis. Declara, vt num. 3.*

4 *Coniunctus toties excludit substitutum, quoties interpretamur conditionem substitutionis defecisse.*

5 *Conditio vulgaris substitutionis, quando per vnius deficientiam censeatur purificari, & quando non num. 6.*

An ius accrescendi excludat vulgariter substitutum.

QVÆSTIO IV.

TRanseamus nunc ad secundum exemplum, & videamus de substitutis, cum quibus etiam coniunctus solet habere controuersiam: Nam, si ex duobus hæredibus institutis, aut legatariis, vel fideicommissariis, quibus datus est substitutus vnus deficiat, quæri solet, an eius portio debeat coniuncto accrescere, an vero ad substitutum pertinere. Pro faciliori autem totius quæstionis explicatione separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid, si substitutio sit vulgaris, Secundo, quid, si pupillaris, Tertio, quid, si exemplaris, Quarto demum, quid si fideicommissaria.

Et, si quidem substitutio sit vulgaris, & quæramus, an coniunctus substituto præferatur, constat, multum referre, vtrum per alterius deficientiam purificetur conditio substitutionis, nec ne: Nam, si purificetur, certum est, coniunctum venientem per ius accrescendi non excludere substitu-
tum, † sed potiùs cõtra substitutum excludere coniunctum, 1
vt

vt latiſſimè oſtendemus in 10.*cap.q.*20.*num.*5. *& ſeqq.* At, ſi non purificetur, magis eſt, vt admittatur coniunctus, † *vt dicemus in eodem cap.*10.*q.*21.*per tot.* non, quia ſit potior ſubſtituto, ſed quia non impleta conditione non poteſt habere locum ſubſtitutio, quæ alioquin eum excluderet, & ſic, non per modum prælationis, ſed per modũ remotionis obſtaculi, † *vt in ſpecie declarat Soc.Iun.in l.hæredes mei.*57.*§.cum ita num.*78.*uer.sic.Nec prædictis ff.ad Trebell.* Quamobrem dicimus. toties coniunctum excludere ſubſtitutum, quoties interpretamur, conditionem ſubſtitutionis defeciſſe,† *vti videre eſt apud Mantic.de con.vlt.vol.lib* 4.*tit.*11.*num.*25.

Quando autem per vnius deficientiam cenſeatur purificata conditio, & quando non, ſi quæramus, conſtat, tunc † cenſeri purificatam, cum ex duobus pluribuſuè coniunctis vni tantum facta eſt ſubſtitutio, aut facta eſt ſingulis ſeparatim, vel diſiunctiuè, ſiue alternatiuè, vel etiam diſtributiuè. Quamobrem in his caſibus ſubſtitutus coniuncto præfertur. Contra vero non cenſeri purificatam, cum † facta eſt duobus, aut pluribus coniunctim, puta collectiuè, aut copulatiuè, aut etiam ſimpliciter, ſecundum ea, quæ latiſſimè dicemus *in eodem cap.*10.*q.*21.*per tot.* vbi fuſiùs totam hãc tractationem proſequemur. Quamobrem ex eo loco erunt ducenda, quæ ad pleniorem propoſitæ quæſtionis explicationem facere videbuntur, ne alioquin fruſtra hic cogamur ea referre, quæ latiùs ibi commemorabimus.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctus, an, & quando excludat pupillariter ſubſtitutum, & qualiter hoc intelligendum ſit, & num.ſeqq.*
2 *Coniunctus, tamquam veniens per ius accreſcendi non excludit pupillariter ſubſtitutum, & cur, num.ſeqq.*
6 *Declaratur l.vlt.C.de inſtit.et ſubſtit.et num.ſeq.*
7 *Coniunctus, tamquam veniens ab inteſtato, an, et quando excludat pupillariter ſubſtitutum, remiſſiuè, et num ſeq.*

An ius accreſcendi excludat pupillariter ſubſtitutum.

Q V Æ S T I O V.

1 AT, ſi ſubſtitutio non ſit vulgaris, ſed pupillaris, & quatenus, an coniunctus excludat ſubſtitutum, refert, vtrum quæramus, † an eum excludat, tamquam veniens per ius accreſcendi, & ſic ex teſtamento, an verò tamquam veniens ab inteſtato: Nam, ſi tamquam veniens per ius accreſcendi, † certum eſt, hoc fieri non poſſe.

Primo, quia, † cum pupillaris fiat ſub conditione, ſi filius hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, eaque ratione ſupponat, hæreditatem filio quæſitam, Conſequens eſt, vt eo tempore non poſſit conſiderari ius accreſcendi, quippe, cui locus eſſe nequit poſt quæſitum emolumentum, *ut diximus in* 7.*cap.q* 59.*num.*19.

Secundo, quia, † cum in diuerſis hæreditatibus ius accreſcendi conſiderari nequeat, *vt diximus in* 5.*cap q.* 42. *num.* 5. & in propoſito tractetur de diuerſis hæreditatibus, ſcilicet, quia in iure accreſcendi tractatur de hęreditate patris, in pupillari verò de hæreditate pupilli, §.1.*inſt.de pupilla.et nos latè dicemus in hoc cap.q.*37. Conſequens eſt, vt, quoties de ea tractatur, non poſſit quæri, vtrum coniunctus excludat ſubſtitutum, tamquam veniens per ius accreſcendi.

Planè, ſi idem coniunctus, qui poteſt habere ius accreſcendi, ſit ſubſtitutus, vt euenit in ſpecie, qua teſtator cohæredi pupillariter ſubſtituit, magis eſt, vt hoc ius conſideretur etiã
5 in pupillari, † non quidem ad eius excluſionem, ſed ad maius ipſius robur, & faciliorem effectum: Nam ius accreſcendi coniunctum cum ſubſtitutione pupillari operatur eius tranſmiſſionem, cui alioquin locus eſſe non poſſet, ſi ſubſtitutio eſſet à iure accreſcendi ſeparata, *vt oſtendemus in hoc eodem cap.q* 39.*num.*2.*et ſeqq.*

Vno ſanè caſu videtur coniunctus veniens per ius accreſcendi excludere pupillariter ſubſtitutum, nempe in ſpecie
6 † *l.vlt.C.de inſtit.et ſubſt. De qua latè dicemus in* 10.*cap. q.* 22. *num.*8.*et ſeqq.*
7 Sed contrarium verius eſt, & receptius: † Nam, aut ſequimur intellectum Bartoli, qui cenſuit, in eius ſpecie matrem venire per ius accreſcendi; Et tunc verius eſt, non tractari de excluſione pupillaris ſubſtitutionis, ſed de excluſione tacitæ vulgaris, *ut referemus ibi num.*22. *et ſeqq.* Aut verò ſequimur intellectum communem, vt ſcilicet ibi tractetur de excluſione pupillaris ſubſtitutionis. Et tunc verius eſt, matrem non venire per ius accreſcendi & tamquam ad hæreditatem patris, ſed ab inteſtato, & tamquam ad hæreditatem filij, quod veriſimile ſit, teſtatorem voluiſſe, luctuoſam filij hęreditatem ad matrem potiùs, quam fecerat participem bonorum ſuorum, quam ad ſubſtitutum pertinere, *ut ibidem latè oſtendemus.*

At, ſi quæramus, an coniunctus excludat pupillariter ſubſtitutum, tamquam ſuccedens ab inteſtato † prout euenit, 8
cum pater duos, aut plures habens filios impuberes, eis aliquẽ ſubſtituit, ſi in pupillari ætate deceſſerint, & vnus moriatur ante, quam factus ſit pubes, quo caſu quæritur, an eius hæreditas debeat ad ſubſtitutum venientem ex teſtamento, an verò ad fratrem venientem ab inteſtato pertinere, quaſi teſtator cenſeatur eum prædilexiſſe, & voluiſſe ius legitimæ ſucceſſionis conſeruare, tunc res erit ex ijs terminanda, † quæ 9
latè tradunt omnes *in leg penult.C.de impub.et al. ſubſtit. et in l.hæredes mei.*57 *§.cum ita ff.ad Trebell.et fuſius proſequuntur Mantic.de con.ult.uol.lib.*11.*tit.*5.*num.*10.*et ſeqq.Pereg. de fideic.artic* 13.*nu.*22.*et ſeqq.* Nec enim tractationem hanc cenſuimus in hunc locum traducendam, vtpote, in quo de iure accreſcendi loquimur, & eas tantum proſequimur quæſtiones, quæ ad inſtitutam diſputationem pertinere videntur.

S V M M A R I V M.

1 *Coniunctus ueniens per ius accreſcendi non poteſt cum exemplariter ſubſtituto concurrere, et cur, num.*2.

An ius accreſcendi excludat exemplariter ſubſtitutum.

Q V Æ S T I O VI.

HAec autem, quæ de ſubſtitutione pupillari diximus, debent etiam trahi ad exemplarem, vt pote, quæ in hac iuris parte ſecundum naturam pupillaris regulatur. Itaque, licet duobus, aut pluribus facta ſit exemplaris ſubſtitutio, & vnus tantum moriatur, non tamen dubitari poterit, † an coniunctus excludat ſubſtitutum, quaſi veniens per ius accreſcendi, quia, † cum exemplaris & ipſa concipiatur in 1
ſecundum caſum, nempè, ſi filius hæres erit, & in furore de- 2
ceſſerit, quo caſu ius accreſcendi iam ampliùs locum habere nequit, & præterea reſpiciat hæreditatem filij, cum alioquin ius accreſcendi reſpiciat hæreditatem patris, cuius reſpectu cenſentur coniuncti, ideo fit, vt non poſſit dubitari, an filius ſuperſtes debeat admitti, & excludere ſubſtitutum, quaſi veniens per ius accreſcendi, cui locus eſſe nequit, ſed tantum dubitari poſſit, an eum excludat, quaſi ab inteſtato ſuccedens, qua de re videndi ſunt *omnes in leg penult.C.de impub.et al.ſubſt.et in d.leg hæredes mei.* 57.*§. cum ita, ff.ad Treb.* Nec enim hæc eſt pertinens ad inſtitutam tractationem diſputatio.

S V M M A R I V M.

1 *Portio legatarij uel fideicommiſſarij grauati fideicommiſſo, non pertinet ad fideicommiſſarium, ſed coniuncto accreſcit, ſi grauatus deficiat ante acquiſitionem, et cur, num.* 2. *et ſeqq.*
3 *Fideicommiſſum alicui iniunctum tacitam habet conditionem, ſi res ad illum peruenerit.*
4 *Fideicommiſſum relictum à legatario non habet locum, ſi ille non conſequatur legatum, et cur, num.*5.
5 *Fideicommiſſum iniunctum legatario eſt onus, quod ab emolumento pendet.*
7 *Fideicommiſſarius poteſt cogere hæredem grauatum, qui recuſat, adire, et reſtituere, non obſtante, quod habeat cohæredem, cui pars poſſet accreſcere, Declara, ut num.* 11. *et ſeqq.et num.*47.*et ſeqq.*
8 *Declaratur l.non iuſtam.*4.*C.ad Trebell.et num.*18.
9 *Declaratur l.ita tamen.*27.*§.qui ſuſpectam, et §.ſi præceptis, ff.ad Treb.*

10 *Fi-*

10 *Fideicommissarius est potior substituto, quoties grauatus adire recusat, & cur, nu. 21. & seqq. Declara, ut num. 47. num. seqq.*
12 *Fideicommissum iniunctum hæredi, qui adire non vult, regulariter censetur repetitum à cohærede, cui pars illius accrescit.*
13 *Fideicommissarius instituto recusante præfertur substituto, siue fideicommissum sit ab eo repetitum, siue non, Licet aliqui contra senserint num. 14. & 15.*
16 *Declaratur l. facta. 63. §. Iulianus ff. ad Trebell.*
17 *Fideicommissum non censetur à substituto repetitum, quoties is fuit grauatus alij restituere.*
19 *Declaratur l. quia poterat. 4. ff. ad Treb. & num. 20.*
25 *Substitutus vulgariter censetur vocatus non solum, si institutus hæres esse non potuerit, sed etiam, si noluerit, Declara, vt num. seqq.*
29 *Declaratur l. si patroni. 55. §. fin. ff. ad Trebell. & numer. seqq.*
33 *Fideicommissum non potest relinqui à filio præterito, Declara, vt num. 34.*
36 *Querela inofficiosi testamenti non impedit, quominus hæres institutus adire possit.*
37 *Hæres institutus in testamento, quod per querelam rescindi potest, si fuerit grauatus fideicommisso, potest hæreditatem illi restituere, & ita in eum transferre actiones hæreditarias.*
39 *Querela rescindebat olim testamentum, quasi conditum à demente, Declara, vt num. 40.*
41 *Substituens hæredi instituto vulgariter censetur & dedisse facultatem repudiandi, Declara, vt nu. 42.*
43 *Suitas non censetur sublata per dationem vulgaris substituti, quoties eidem alius per fideicommissum substitutus est.*
44 *Suitas non censetur sublata per dationem vulgaris substituti, quoties adiecta est illa clausula, vulgariter pupillariter, & per fideicommissum.*
45 *Fideicommissarius vtrum possit cogere grauatum adire, & restituere, an verò debeat petere fideicommissum à substituto vel cohærede. quæ sit vtilitas, & num seq.*
48 *Hæres ex asse institutus, & sub conditione grauatus hæreditatem alicui restituere, si adire recuset, potest etiam pendente conditione cogi adire.*
49 *Hæres ex parte institutus, & sub conditione grauatus partem suam alicui restituere, si adire nolit non potest pendente conditione cogi adire si habeat cohæredem, qui adierit, & cur, numer. 50.*
51 *Hæres grauatus, si moriatur ante aditam hæreditatem, non fit locus fideicomissario, sed substituto vel cohæredi, & cur nu. 52 & seqq.*
53 *Hæres hæredis non potest cogi adire, & restituere, & cur, num. 54.*
55 *Fideicommissum extinguitur, si hæres grauatus moriatur ante aditam hæreditatem, Declara, vt num. 56. & 69.*
57 *Fideicommissum non extinguitur, etiamsi grauatus moriatur ante aditam si simus in casibus, in quibus hæreditas non adita, siue ius adeundi transmittitur ad hæredes.*
58 *Fideicommissarius præfertur substituto, vel cohæredi, quoties grauatus, qui ante aditam hæreditatem decessit, ius adeundi transmisit ad hæredes.*
59 *Transmissio hæreditatis censetur facta cum omnibus suis iuribus, & qualitatibus.*
60 *Hæres grauatus, qui sponte adiuit, potest retinere quartam.*
61 *Hæres hæredis potest ex persona defuncti retinere quartam.*
62 *Hæres grauatus, qui adire coactus est, non potest retinere quartam.*
63 *Hæres hæredis grauati, qui ante aditam hæreditatem decessit, si adire recuset, potest cogi adire, & restituere, Declara, vt num. 65.*
64 *Hæres hæredis, qui adire coactus est, non potest retinere quartam.*
66 *Fideicommissum non extinguitur, si hæres grauatus, post iussum de adeundo, sed ante aditionem decesserit, & cur, num. 67. Declara, vt num. 70. & seqq.*
68 *Hæres grauatus, si à Iudice iussus adire ante aditionem moriatur, perinde fieri debet hæreditatis restitutio ac, si hæreditas fuisset adita.*
70 *Hæres hæredis grauati, qui post iussum, sed ante aditam decessit, potest cogi adire & restituere, & cur, numer. 71. Declara vt num. 73. & seqq.*
72 *Hæres hæredis qui post aditam, sed nondum restitutam hæreditatem decessit, debet eam fideicommissario restituere.*
74 *Hæreditas non adita transit in substitutum, uel cohæredem, etiamsi grauatus decessit post iussum de adeundo, Declara vt num. 75.*
76 *Fideicommissum debet à substituto, vel cohærede præstari fideicommissario, si grauatus post iussum de adeundo, sed ante aditionem decesserit.*
77 *Trebellianica non potest detrahi à vulgariter substituto, vel cohærede, ad quem peruenit portio grauati, qui post iussum de adeundo, sed ante aditionem decessit & cur, num. 79.*
78 *Substitutus, vel cohæres ad quem peruenit portio grauati, qui ante aditionem decessit potest detrahere Trebellianicam, & cur. num. 79.*
80 *Fideicommissario locus fit, quoties grauatus moritur post acquisitionem, & cur num. 81.*
82 *Paria sunt vni tantum esse factam substitutionem, vel pluribus, sed separatim.*
83 *Substitutio fideicommissaria si facta sit duobus aut pluribus separatim, non est necesse conditionem in omnibus verificari sed sufficit, si verificetur in vno.*
84 *Fideicommissaria facta pluribus post eorum mortem, non potest habere locum uno tantum moriente, si vim, & proprietatem verborum inspiciamus, & cur num. 85.*
86 *Declaratur l. hæredes mei. 57. §. cum ita ff. ad Trebell. & num. seq.*
87 *Fideicommissarius vocatus post mortem plurium admittitur etiamsi conditio in vnius tantum persona fuerit purificata, & cur. num. 90. & seqq.*
88 *Fideicommissaria qualitas à vulgari substitutione qualiter differat.*
89 *Pluralitas resoluitur in singularitates, quoties substitutio est fideicommissaria, secus verò quoties est vulgaris, & cur, num 90. & seqq.*
92 *Pluralitas resoluitur in singularitates, cum diuersos non etiam, cum vnum tantum respicit effectum.*
94 *Pluralitas non resoluitur in singularitates, nisi cum eadem est ratio de vno, quoad vnum, quæ de pluribus, quoad plures, Declara, vt num 95.*
96 *Substitutio post duorum aut plurium mortem facta in vsufructu, vel habitatione locum habet. etiamsi vnus tantum moriatur, Sed contra num. 97. & cur, numer. 99. & seqq. Declara vt nu 98. & seqq.*
102 *Pluralitas non resoluitur in singularitates, quoties substitutio coniunctim fit duobus. aut pluribus inter quos potest habere locum ius accrescendi. & num. seqq.*
104 *Pluralitas non resoluitur in singularitates, quoties superest persona quæ ex præsumpta mente testatoris excludit substitutum.*
105 *Coniunctus, qui potest habere ius accrescendi, censetur persona, quæ ex præsumpta mente testatoris excludit substitutum.*
106 *Testator, qui per fideicommissum vocat aliquem post mortem duorum, aut plurium, inter quos potest habere locum ius accrescendi, censetur ius illud inter eos voluisse conseruare.*
107 *Pluralitas non resoluitur in singularitates, quoties substitutio facta est vltimo morienti.*
108 *Substitutio censetur facta vltimo morienti, quoties facta est duobus, aut pluribus, inter quos potest habere locum ius accrescendi.*
109 *Declaratur l. Codicillis. 34 ff. de vsufr. leg.*
110 *Fideicommissaria facta duobus, aut pluribus non potest habere locum, nisi conditio in omnium personis verificetur, etiamsi tractetur de proprietate, quoties sumus in casibus, in quibus etiam post emolumentum acquisitum potest in ea locum habere ius accrescendi.*

An ius accreſcendi excludat fideicommiſſarium.

QVÆSTIO VII.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties ſubſtitutio eſt directa. Cæterùm, quoties eſt fideicommiſſaria, & quæritur, an i ius accreſcendi, quaſi potentius præferatur, conſtat varios ſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando fideicommiſſaria facta eſt vni tantum x duobus, aut pluribus legatarijs, vel fideicommiſſarijs, quiıus aliquid coniunctim fuit relictum, & grauatus deficit an: acquiſitionem, Et tunc certi iuris eſt, partem eius non ad ideicommiſſarium, ſed ad coniunctum per ius accreſcendi ertinere † *l.vn.§.pro ſecundo, C. de cad.toll.* Idque procedere, iue deficiat morte, ſiue etiam repudiatione: Nam, ſi morte, 't, quia decedat viuo teſtatore, vel pendente cōditione legati, el fideicommiſſi, & ſic ante ceſſionem diei, ideo non admititur fideicommiſſarius, quia † fideicommiſſum alicui iniuntum tacitam habet conditionem, ſi res ad illum peruenerit *l. fideicommiſſum 81. ff. de leg primo*, ideoque, ſi non peruenerit, quaſi deficiente conditione non poteſt habere locum *l. Imperator 72. in princ. ff. de leg. 2. l. ſi legatarius 8. in princip. & l. cum quis decedens 35. in princ. ff. de leg. 3.* Cum enim ſit nus, quod ab emolumento pendet † *l. cum pater 79. §. coım, verſic. ſi pars ff. de leg. 2. l. Plautius 43. in fin. & l. qui hære 44. §. ſi pars ff. de cond. & dem. l. facto 63. §. ſi Titius, & l. Lunus 78. §. hæres ff. ad Treb. l. videamus 5. verſ. ſed & legatario ſi cum plus, quam per leg. Falc. l. pœnales 33. §. ſi Titio, & ibi in verb. nec quia ex, verſic. ſic ergo ff. ad l. Falc.* Conſequens t, vt ceſſante emolumento, quaſi ceſſante cauſa debeat, & ſum onus ceſſare *l. adigere 6. §. quamuis ff. de iur. patr. c. cum ſſante, extr. de appell.* At, ſi non morte, ſed repudiatione deciat, ideo non admittitur fideicommiſſarius, quia † nec poſt cogere grauatum, vt agnoſcat *l. cogi 16. §. & generaliter ad Treb. l. ſi quis omiſſa 17 ff. ſi quis om. cauſ. teſt.* cum ius ogendi ſolis fideicommiſſarijs vniuerſalibus conceſſum ſit nam, quod 14. §. fin. ff. ad Trebell.* nec ipſe poteſt agnoſcere, uod non ſibi, ſed alij relictum eſt. Quamobrem neceſſariò ebet illa pars, quaſi vacans coniuncto accreſcere, *ſecundum quæ diximus in 7. cap. qu. 35. num. 4.* An autem is, cui accreit, teneatur eam fideicommiſſario reſtituere, ſi quæramus, res it ex ijs terminanda, quæ diximus *in 8. cap. quæſt. 13. & 3. qq. qq.* nam, quibus caſibus pars accreſcit cum onere, ſine duio tenebitur coniunctus eam fideicommiſſario præſtare, uibus verò accreſcit ſine onere non tenebitur.

Secundus verò caſus eſt, quando fideicommiſſaria facta t vni ex duobus, aut pluribus hæredibus, & grauatus defiit ante acquiſitionem, non per caſum impotentiæ, ſed per aſum noluntatis, vt, quia adire recuſet, Et tunc, ſi fideicomiſſarius hoc deſideret, receptum eſt, debere hæredem cogi dire, & reſtituere, non obſtante, quod habeat cohæredem, ui pars illius poſſet accreſcere. † *Ita enim ſcripſerunt glo. in apud Iulianum 11. §. vlt. in verb ſtatim, & ibi Ang. verſic. ſeuitur, & Caſtr. num. 4. ff. ad Treb. Bart. in l. ſed, cum ab hære 12. ff. eod. Bald. in l. non iuſtam 4. nu. 2. C. eod. Imol. in l. 1. n. 7. erſic. tangit etiam hic, & ibi Alex. num. 27. in fin Soc. Sen. n. 29 erſic. ex quibus infertur, Alcia. nu. 98. verſic. ſicut videmus ff. e vulg. Et eſt in confeſſo apud Bart. in l. ille, à quo 13. §. 1. nu. 2. ad Treb. & Bald. in d. l. non iuſtam 4. num. 3. verſic. Not. mirabiliter. & num. 5 & 7. C. eod.* Et rectè: nam hoc non obſcurè robat *l. non iuſtam 4. C ad Trebell.* vbi, † cum teſtator duos abens nepotes vnum ex ijs pro parte ſcripſiſſet hæredem, & ro alia parte inſtituiſſet auiam, & rogaſſet, vt alteri nepoti ıæreditatem reſtitueret, & auia repudiaſſet, vt ad alium neotem, eundemque cohæredem, à quo nominatim non fueat fideicommiſſum relictum, deuolueretur portio, ſuppoıunt Diocletianus, & Maximianus fuiſſe iuſſam adire, ſed riùs, quam pro hærede gereret, rebus humanis exemptam ſſe, ideoque fideicommiſſarium dubitaſſe, ne fideicommiſum cenſeretur intercidiſſe, ſed iuſtam non fuiſſe illius ſoliciudinem. quia fideicommiſſum ex conſtitutione Diui Antoini cenſetur à ſubſtituto, & per conſequentias etiam à coıęrede repetitum. Ergo habent in confeſſo, repudiante grauato poſſe fideicommiſſarium eum cogere, vt adeat, & reſtituat, & eo modo excludat cohæredē, quia dubitatio, quæ ſuberat, non verſabatur circa poteſtatem cogendi, quoniam, ſi vixiſſet, res fuiſſet poſita extra omnem dubitationē, ſed verſabatur circa repetitionem, ſine qua non potuiſſet fideicommiſſum ſuſtineri, ſtante quod grauata poſt coactionem, ſed ante geſtionem pro hærede deceſſerat, vt patet ex illis verbis, *& coacta ſuſpectam hæreditatem adire, priùs, quam pro hærede gereret, rebus ſit humanis exempta.* Id ipſum apertiùs probatur *l. ita tamen 27. §. qui ſuſpectā, & §. ſi præceptus, verſ. ſed, ſi eidem ff. ad Treb.* vbi, † licet hæres fideicommiſſo grauatus haberet cohæredem, nihilominus recuſans fuit à Iudice iuſſus 9 adire, & reſtituere. Ergo exiſtentia cohæredis, cui pars poteſt accreſcere, non impedit ius coactionis, quod competit fideicommiſſario vniuerſali. Et verò, cum fideicommiſſarius poſſit cogere hæredem recuſantem adire, & reſtituere, etiamſi habeat ſubſtitutum, & ita ſit potior ſubſtituto, † *l. quia poterat 4. & l. facta 63. §. Iulianus, et ibi gl. in verb. Iulianus, et Bart. Ang. in princ. & n. 2. Imol. & Caſtr. in princ. ff. ad Trebel. Bald. in d. l. non iuſtā 4. n. 2. & 5. Cod. eod. Ang in l ſi patroni 55. §. fin. n. 1. verſ. 2. reprehendit, & ibi Alex. nu. 3. verſ. ſecundum eſt argumentum ff. eod. Ang. in l. 1. §. ſubſtituere. n. 4. verſ. ſubdit autem, & ibi Alc. n. 96. ff. de vulg. Polit. de ſubſt. tit. de vulg p. 3. nu 55. verſ. ſupereſt modo, Ant. Fum. de ſubſt. tit. de vulg. n. 31. Pereg. de fideic. art. 2. n. 69. Et eſt in confeſſo apud eos, quos referemus inf. n. 13.* Conſequens eſt, vt debeat etiam eſſe potior cohæ- 10 rede, quippe, qui venit, vt ſubſtitutus *l. ſi Titio 53. §. Iulianus ff. de leg. 2.* Imo magis huic, quam illi debeat præferri, cum ſubſtitutus vincat cohæredem *l. 2. §. ſi duo ff. de bon poſſ. ſec. tab.* &, ſi vinco vincentem te, multo fortiùs te *l. de acceſſionibus 14. ff. de diu. & temp. præſcript. Ita in propoſito ratiocinatur Soc. Sen. in d. l. 1. num. 29. verſ. ex quibus infertur ff. de vulg.* Idque adeo verum eſt, vt procedat, non ſolum † in ijs caſibus in quibus 11 fideicommiſſum cenſetur à cohærede repetitum *d. l. non iuſtam 4. C. ad Trebell.* prout euenit regulariter † *dict. l. ſi Titio* 12 *62. §. Iulianus ff. de leg. 2. Et ſcribunt Ang. in d. l. 1. §. ſubſtituere, num. 4. verſic. Tu dic, & ibi Rip. num. 160. verſic. 2. ff. de vulg. & Cuiac. lib. 18. obſ. cap. 12.* cum portio ei accreſcat cum onere *l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. & nos latè diximus in 8. cap. q. 17. num. 1. Et in propoſito declarant Ang. in d. l. 1. §. ſubſtituere, num. 5. verſic. Interdum inſtitutus ff. de vulg.* ſed etiam in ijs, in quibus non cēſetur repetitum, vt, quia portio debuerit accreſcere ſine onere, ſicuti contingit in ijs caſibus, quos retulimus *in eadem q. 17. num. 135. & ſeqq.* Adhuc enim potior erit fideicommiſſarius cohærede: Nam, cum indiſtinctè præferatur ſubſtituto, † vt eſt verior, & receptior opinio, *ſicuti videre eſt apud Bart. in dict. l. patroni 55. §. fin. in princ. verſic. Item* 13 *reprehendit, & ibi Imol. verſic. In gl. 1. ff. ad Treb. Bart. in dict. l. facta 63 §. Iulianus, & ibi Imol. verſic. ſed tu adde, & Caſtr. ff. eod Imol. in d. l. 1. num 7. verſic. item adde in quantum, & ibi Alexand. num. 27. verſic. Confirmo Iaſ. num. 50. verſ. Conclude, Soc. Sen. nu. 29. Alcia. num. 97. ff. de vulg. Caſtr. in l. recuſare 6. §. Titius, nu. 2. verſic dicit tamen ff. ad Trebell. Ang. de Gamb. de teſtam. glo. 84. num. 8. verſic. quid ſi ille, Anton. Fum. de ſubſt. dict. tit. de vulg. num. 31. Trentac. de ſubſtit. part. 1. cap. 8. n. 10. Pereg. de fideicomm. dict. art. 2. num. 69. verſic. concluſiuè, Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſt. 9. num. 9. vbi ait, hanc eſſe communem, & ſequendam, Did. Spin. in ſuo ſpecul. teſta. gl. 22. num. 17. Quam ſententiam probat etiam Bart. (ſi diligenter eius verba perpendantur) in d. l. 1. num. 25. verſic. dico ſic ff. de vulg. Nam, licet priùs contrarium ſub dubio ſcripſiſſet, poſtea tamen ſubiecit hæc verba, ſed quia ille §. Iulianus, aliquantulum videtur obſtare huic dicto, ideo dic, vt ibi tenet indiſtinctè præferri fideicommiſſarium,* Conſequens eſt, vt multo magis debeat eſſe potior cohærede, *per ea, quæ ſupra diximus.* Et, quamquam in ſubſtituto plerique contrarium cenſuerint, eo caſu, quo fideicommiſſum non cenſetur repetitū, licet id admittant, quando repetitum intelligitur, † *vt Bart. (licet ſub dubio) in d. l.* 14 *1. num. 25. verſic. dico ſic ff. de vulg. Ang. in d. l. facta 63. §. Iulianus, num. 2. verſic potes dicere ff. ad Treb. Bald. nouell. de ſubſt. tit. de vulg. num. 18. Gomez tom. 1. variar. reſol. cap. 3 numer. 8.* Alij verò contra putarint, præferendum eſſe ſubſtitutum, eo tantum caſu, quo fideicommiſſum cenſetur repetitum, † *vt* 15 *Rip. d. in d. l. 1 num. 160. verſic. ſed ego puto ff. de vulg.* verius tamen, & receptius eſt, vtroque caſu fideicommiſſarium eſſe ſubſti-

substituto potiorem, *vt rectè censuerunt omnes, quos retulimus supra num.*13. Nam hoc apertè probat.

In primis *l. facta 63. §. Iulianus ff. ad Treb.* secundum Flo-
16 rentinam, & veram lectionem. Nam ibi † Caius refert Iulianum dixisse, *si heres institutus Titio rogatus sit hæreditatem restituere, substitutus Mœuio, & institutus suspectam sibi hæreditatem esse dicat, desiderante Titio iubendum eum adire, & restituere.* Itaque, licet in hac specie fideicommissum non censeretur à substituto repetitum, propterea, quod substitutus fuerat grauatus alij restituere, quam cui grauatus erat insti-
17 tutus, † *secundum exceptionem, quæ ponitur in l. licet Imperator 77. ff. de leg. primo, Et in proposito traditur a Bald. in d. l. non iustam. 4. n. 5 uersic. 2. opp. C. ad Treb. & Imol. in d. l. si patroni. 55. § fi. uersic. Item non constabat, & ibi Alex. nu. 3. versic. Ad hoc primum ff. eod.* tamen eo recusante non fit locus substituto, sed instante fideicommissario cogitur hæres adire, & restituere. Ergo, patet ex hoc loco fideicommissarium præferri substituto, etiam in casu, quo fideicommissum non censetur ab eo repetitum. *Et ita locum hunc ad hoc perpendunt Imol. in d. l. 1. n. 7. uersic. Item adde inquantum, & ibi Ias. nu. 50. uersic. Conclude, Soc. Sen. nu. 29. ff. de vulg. Pereg. de fideic. d. artic. 2. n. 69. Did. Spin. d. gloss. 22. num. 17.*

Secundo probat hoc ipsum *d. l. non iustam 4. C. ad Treb.* si-
18 ue dicamus ibi, † nepotem, qui datus fuerat cohæres auiæ, fuisse etiam ei vulgariter substitutum, vt *Trent. d. part. 1. cap. 8. num. 11. vers. 2. & vltimo, & alij* plerique putant, siue dicamus fuisse simpliciter ei datum cohæredem: Nam, si fuerat etiam vulgariter substitutus, res procedit sine difficultate, cũ supponat, auiam recusantem adire, vt faceret locum nepoti, eidemque substituto, fuisse iussam adire, & restituere. At, si non fuerat substitutus, ideo probat id ipsum, quia Imperatores ibi arguunt a substituto ad cohæredem, ideoque ostendunt, idem esse de vno, quod de alio dicendum. Quod etiam supponunt dicentes, dispositionem *d. l. non iustam*, procedere, tam in substituto, quam in cohærede, *vt Bart. in d. l. ille, a quo. 13. § 1. num. 2. ff. ad Treb. Bald. in d. l. non iustam num. 1. & 5.*

Tertio facit *l. quia poterat. 4. in fi. ff. ad Treb.* vbi Vlpianus
19 postea, quam † scripsit, hæredem, qui adire recusat, cogendũ esse adire, & restituere, subijcit, ab eo non esse quærendam recusationis causam, *cum varia sint hominum voluntates, quorumdam negotia timentium, quorumdam vexationem, quorumdam æris alieni cumulum, tametsi locuples videatur hæreditas, quorumdam offensas, vel inuidiam, quorumdam gratificari uolentium ijs, quibus hæreditas relicta est, sine onere tamen suo.* Nam hæc postrema causa, propter quam institutus adire recusat, vt scilicet gratificetur ijs, quibus hæreditas relicta est non potest in alijs verificari, quam in substitutis, quippe, quibus hæreditas testamento relinquitur *l. potest 36. ff. de vulg. & Inst. eod. in prin.* & tamen dicitur ibi, posse recusantem cogi adire. Ergo potest, etiamsi habeat substitutum. *Et ita locum hũc perpendunt Alex. in d. l. 1. num. 27. versic. Confirmo, & ibi Soc. Sen. nu. 29. uersic. & pro hac opinione ff. de vulg. Pereg. de fideic. d. artic. 2. num. 69.*

20 Nec dicas, debere intelligi, † quoties fideicommissum censetur a substituto repetitum, quia verius est, procedere, etiãsi non intelligatur repetitum. Primo, ex illis verbis, *sine onere tamen suo*, quippe, quæ videntur significare, id habere locũ, etiamsi, hæreditas fuerit ijs, quibus recusans voluit gratificari, relicta, sine onere suo, idest, sine onere fideicommissi. Secundo, quia dato etiam, quod prædicta verba intelligantur de onere, idest, damno ipsius recusantis, quasi sensus sit, voluisse eum gratificari sequentibus, sed sine suo onere, idest, absque eo, quod adeundo se se subijceret oneribus hæreditarijs, vt ipse verius arbitror, eo tamen ipso, quod loquitur indistinctè, debet etiam indistinctè intelligi, vt procedat, siue fideicommissum sit a substituto repetitum, siue non

21 Quarto facit, quia † si vinco vincentem te, multo fortiùs te *l. de accessionibus. 14. ff. de diue. & temp. præscrip.* Sed fideicommissarius, tamquam magis dilectus vincit institutum, quippe, quem potest cogere adire, & restituere *d. l. quia poterat 4. ff. ad Treb. §. sed quia heredes, Inst. de fideico. hered.* Institutus, verò, tamquam prædilectus vincit substitutum *l. Publius. 36. § fin ff. de cond. & dem.* Ergo fideicommissarius multo magis debet vincere substitutum. *Ita arguunt Alcia. in d. l. 1. num. 96. ff. de vulg. & Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 8. num. 10. uersic. secundo, & ultimo.*

Quinto probatur, quia † nisi instituto recusante posset fi- 22
deicommissarius eum cogere adire, & restituere, siue fideicommissum sit a substituto repetitum, siue non, aperiretur via fraudibus, scilicet, quia institutus facilè posset in fideicõmissarij perniciem cum substituto colludere, & recusando operari, vt ad eum hæreditas pertineret excluso substituto, *d. l. quia poterat 4 in fi ff. ad Treb.* At hoc esset absurdum *d. l. non iustam. 4 & ibi Bald. num. 2. C. eod.* Ergo, & antecedens. *Ita ratiocinantur Alcia. in d. l. 1 num. 96. ff. de vulg.*

Sexto in hanc rem adducitur, quia † quoties institutus 23
alium facit heredem, substitutus excluditur *l. si parter sa. 40. ff. de hæred. inst. §. fin. inst. de vulg.* Sed, quando recusat, eaque ratione cogitur adire, & restituere, effectu facit alium, nempe fideicommissarium hæredem, scilicet, quia in eum transfert omnia iura hæreditaria *l. 1. §. 1. ff. ad Treb. § restituta, Inst. de fideic. hæred.* Qua ratione fideicommissarius dicitur hæres effectu *l. si filiusf. 5. §. fin ff. quod cum eo, qui in alie. potest.* Ergo debet excludi substitutus. *Ita arguit Alcia. in d. l. 1 num. 96 uers. illa ergo uerba, & n. 99. versic. sed tamen. ff. de vulg.*

Septimo facit, quia † In cõcursu personarum is debet præ- 24
ferri, quem testator, vel expressim, vel tacitè voluit esse potiorem *l. cum ita, 33. §. in fideicommisso ff. de leg. 2. l. heredes mei. 57. § peto à te ff. ad Treb.* At, vbi eidem duo substituti sunt, vnus vulgariter, alter verò per fideicommissum, testator censetur saltem tacitè, & præsumptiuè voluisse, vt instituto recusante fideicommissarius præferatur, quia, cum sciat, aut scire præsumatur iuris dispositionem esse, vt instituto recusante possit fideicommissarius eum cogere adire, & restituere, substituendo per fideicommissum censetur suam voluntatem cum iuris dispositione conformasse, & ita voluisse, vt eo casu fideicommissarius possit eum cogere, *vt in specie declarant Imol in d. l. 1 num. 7. uersic. & pro hoc facit, & ibi Alex. num. 27. uersic. pro hoc facit. Ias. n. 50. versic. Conclude, Soc. Sen. n. 29. versic. Pro his facit ff. de vulg. Imol. in d. l. si patroni 55. §. fi. versic & quo casu & in d. l. facta. 63. §. Iulianus uersic. Nec obstat ratio ff. ad Treb. Trent. de subst. d. par. 1. cap. 8. n. 10. uersic. & mouentur, Pereg. de fideic. d. artic. 2. num. 69. Crass. in d. §. substitutio q. 9. num. 9.* Ergo debet substituto præferri.

Nec obstat, si dicatur, etiam vulgariter substitutum venire ex voluntate testatoris, quippe, qui censetur eum vocasse, non solum eo casu, quo institutus hæres esse non potuerit, sed etiam eo, quo hæres esse noluerit † *l cum proponas. 3. C de hæred. inst.* quia verius est, quoties eidem duos substituit, vnum 25
vulgariter, alterum verò per fideicommissum, non censeri vulgariter illum substituisse in casum, quo institutus nolit esse hæres, nisi fideicommissarius nolit eum cogere, † *vt declarant Ang. in d. l. facta. 63. §. Iulianus, numer. 2. uersic. in textu ibi iubendum & ibi Cast. uersic. uidebatur, & Imol. uers. Nec obstat ratio ff. ad Treb. Ang. in d. l. si patroni. 55. § fin. n. 1. uers. 2. reprehendit & ibi Imol. versic. unde eo casu, ff. eo. Trent. d. part. 1. ca. 8. n. 10. uers. Nec obstat,* sed tantum in eũ, 26
quo hæres esse non possit, vt, quia moriatur ante aditam hæreditatem, non præcedente aliquo iussu de adeundo, nec Intra tempus deliberandi, † *sicuti declarant Imol. in d. l. 1 num. 7. versic. & pro hoc facit, & ibi Alex n. 27. versic. pro hoc facit, Ias. n. 50. vers. Conclude, Soc. Sen. nu. 29. uers. pro his facit ff. de vulg. Imol. in d l. si patroni 55. §. fin. uersic. unde eo casu, & in d. l. facta. 63. §. Iulianus, vers. Nec obstat ratio ff. ad Treb. Trent. de subst. d part. 1. cap. 8. num. 10 uersic. Nec obstat, Gomez. tom. 1. uaria. resol cap. 3. n. 8. Pereg. de fideic. d. artic. 2. n. 69. Crass. in d. §. substitutio, q. 9. nu. 9.* Nam, si decederet post iussum de adeundo, vel intra annũ, procederent ea, quę dicemus *infra n. 57. & 66* 27

Octauo, & vltimo probatur hæc sententia, quia, † in du- 28
bio sumenda est illa interpretatio, per quam voluntas testatoris pleniùs impletur *l. si heres 68. §. si totam ff. ad Treb.* Sed plenius impletur, quoties recusans cogitur adire, quam quoties pars eius applicatur substituto, uel cohæredi, scilicet, quia quoties cogitur, non est locus detractioni Trebellianicæ, cui alioquin locus est, quoties pars, uel defertur substituto, uel accrescit cohæredi, etiam si fideicommissum censeatur ab his repetitum, *vti dicemus infra nu. 45.* Ergo debemus potiùs facere locum coactioni, quam substitutioni, aut iuri accrescendi.

Neque communi huic sententiæ obstat *l. si patroni* 55. §. *ff. ad Trebell* quæ sola ueteres in contrariam traxit opinionem, quia quod ibi definit Papinianus dum, *Actiones*, inquit, *temporariæ Trebelliani solent esse euicta hæreditate ab eo, qui postea, quam fideicommissam restituit hæreditatem, victus est, scilicet ante restitutionem lite cum eo contestata : Potestas enim euictionis tollit intellectum restitutionis indebito fideicommisso constituto. Planè, si fideicommissum ab eo quoque, qui postea vicit, relictum est, quia possessor in ratione reddenda hæreditatis partem, quam fideicommissario restituit, hæredi reputat, defendi*
29 *potest, actiones Trebelliani durare*, non est accipiendum † de substituto, qui hæreditatem ab instituto euicerit, quasi institutus duos habens substitutos, vnum vulgariter, alterum verò per fideicommissum post repudiationem à se factâ hæreditatem adierit, & post litem sibi à substituto motam fideicommissario restituerit, eaque ratione secuta fauore substituti, sententia, & euicta ab instituto hæreditate actiones ex Trebelliano translatæ in fideicommissarium censeantur tẽporariæ, non perpetuæ, nisi fideicommissum fuerit etiam ab euincente, idest à substituto repetitum vt est antiquorum intellectus, *quem ibi refert gl. in uerb. actiones, & probat Ang. n. 1. uers. ego sustineo, & in d. l. facta 63. §. Iulianus, num. 2. versic. sed ego sustinui, ff. eod.* quia commentitium esse hunc intellectum
30 ex duobus conuincitur, † & primò ex eo, quia Papinianus ibi supponit, fideicommissum regulariter non censeri repetitum ab eo, qui hæreditatem euicit, quod de substituto dici nequit, cum relicta ab instituto regulariter censeantur à substituto repetita *l. licet Imperator. 77 ff. de leg. primo, l. si Titio. 63. §. Iulianus ff. de leg. 2. l. non iustam. 4 C. ad Trebell.* Secundo ex eo, quia, si ibi tractaretur de instituto, qui ante restitutionem repudiasset, haud dubiè non potuisset transferre actiones hæreditarias in fideicommissarium, cum ipse eas non habuerit, & nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur.* & tamen Papinianus ibi supponit, actiones fuisse translatas, eo ipso, quod ait translationem esse temporalem, idest, factam ad tempus, & euicta hæreditate, censeri finitam, *vt in proposito considerant Polit. de subst. tit. de vulg part. 3 nu. 54. & Trentac. de subst. part. 1. c. 8 num. 11. versic. 2. & vlt.*

31 Nec est, quod respondeas, Papinianum ibi † non sensisse de translatione vera, sed de ea, quæ prima fronte videbatur facta, *vt respondent Ang. ibi num. 1. & post eum Imol. versic. sed tunc obstat*, quia hoc est facere vim verbis : nam loquitur de translatione temporali, quæ non potest considerari, nisi in ea, quæ verè fit, sed ad tempus, cum verbum, esse, denotet veritatem, non fictionem, & apparentiam, *vt in proposito considerat Alex. ibi num. 5.*

32 Quamobrẽ verius est, loqui Papinianum † de translatione, quæ fit ab intestato, & grauato in eo testamento, in quo filius emancipatus fuit præteritus: Nam, quia talis præteritio non impedit, quominus hæres institutus possit adire hæreditatem, & eam fideicommissario restituere, ac eo modo transferre actiones ex Trebelliano. *vt probat l. filium quem 20. in princ. uersic. dixi ff. de bon. poss. contra tab. & l. ita tamen 27. §. quoties ff. ad Trebell. secundum emendatam lectionem de qua Cuiac. lib. 3. obs. cap. 6.* ideo si postea emancipatus, qui contra tabulas bonorum possessionem agnouerat, & possessoriã hæreditatis petitionem proposuerat, hęreditatem euincat, translatio intelligetur facta ad tempus, & procedet, quod ibi Papinianus ait, *vt ibi declarant Bart. & Ang. num 2. in fi. & Castr. num. 6. versic. Tu sustine.*

Nec est contrarium, quod Papinianus ibi supponat, fideicommissum posse ab euincente censeri repetitum, & hoc dici non possit de filio præterito, vtpote, à quo fideicommissũ
33 relinqui non potest † *l. 2. ff de leg. 3. l. quidam filium 31. C. de fideic.* quia hoc verum est, si nominatim ab eo relinquatur. Cœterùm, si generaliter ab omnibus ab intestato succedẽti-
34 bus, verius est, posse etiam ab eo relinqui † *l. generaliter. 24 §. ex testamento ff. de fideic. liber. Ita respondent Bart. in dict. l. si patroni 55. §. fin. & ibi Ang. num 2. versic. sed tu responde. Imol. versic. sed hinc obiectioni & Castr. n. 6. versic. Tu sustine. ff. ad Treb. Polit. de subst. d. tit. de vulg par. 3. n. 55.* vel potest intelli-
35 gi de euictione hæreditatis, quæ fit remedio querelę, † *prout post Din. intelligunt Castr. in d. §. fin. n. 6. uersic. Tu sustine & ibi Alex. num. 5. versic. unde vera, & Polit. dict. part. 3. n. 55.* Nam, quia non impedit hæc, quominus hæres institutus possit adi-
re hæreditatem † *l. Papinianus 8. §. si conditioni, versic. quoniam ff. de inoff. & l. scimus 36 §. illud Cod. eod.* & eam fideicommissario restituere, ac eo modo in eum transferre actio- 36
nes hæreditarias † *l. 1. Cod. eod.* ideo, si post aditionem, & litem cum eo contestatam, & sic pendente iudicio querelæ hæreditatem fideicommissario restituerit, censebitur quidem actiones in eum transtulisse, sed ad tempus, scilicet, quia, si postea victus sit, vt, quia testamentum fuerit declaratum inofficiosum, & ita hæreditas ab eo sit euicta, translatio iurium censebitur extincta, & perinde habebitur, ac, si facta non fuisset, quia, cum ipse desinat esse hæres *l. in substitutione 31. vers. quamuis ff. de vulg.* Consequens est, vt non possit censeri in fideicommissarium transtulisse actiones, quas ampliùs non habet, cum resoluto iure datoris censeatur etiam resolutum ius acceptoris *dict. l. si patroni 55. §. vltim. & ibi not. omnes ff. ad Treb.* 37

Nec obstat, quod Papinianus ibi supponat, † fideicommissum posse ab euincente censeri debitum, quod inspecto iure Digestorum non videtur posse intelligi de eo, qui euicit hæreditatem remedio querelæ, cum eo iure inspecto legata, & fideicommissa relicta in testamento, quod inofficiosi querela rescissum est, non deberentur, etiamsi fuissent à venientibus ab intestato repetita, propterea, quod testamentum rescindebatur, quasi conditum à demente † *l. patronus. 34. §. fin. ff. de leg. 3. l. Titia. 13. in fin. ff. de inoff.* quia nostri communiter respondent, id procedere † in querela, quæ dabatur filijs, non etiam in ea, quæ dabatur fratribus instituta turpi persona : nam hæc non rescindebat testamentum sub colore dementiæ, sed simplici odio hæredis instituti, ideoque legata, & fideicommissa in eo relicta debebantur, si fuissent à venientibus ab intestato repetita. Quamobrem in his terminis censent esse accipiendum Papiniani locum *in dict. l. si patroni 55 §. fi. uti post Din. ibi uidere est apud Ang. num. 3. Castr. nu. 6. uersic. ad secundam, & Alex nu. 5. uersic. unde uera.* eumque proinde non obesse communi nostrorum sententiæ, quæ vult, fideicommissarium præferri vulgariter substituto, quoties hæres adire recusat, siue fideicommissum censeatur ab eo repetitum, siue non. 38 39 40

Minus ei obstat, quod obijcitur, non videri hæredem posse cogi adire, quoties ei datus est vulgariter substitutus, scilicet, quia testator, qui ei substituit, si hæres non erit, censetur in ipsius voluntatem posuisse aditionem, & repudiandi facultatem ei dedisse † *l. 1. §. si proponatur ff. si quis om. caus. testa.* ideoque, si adire nolit, non videtur quodammodo contra defuncti voluntatẽ posse cogi, vt dicitur de eo, cui testator legauit sub conditione, si hæres non erit *in l. debitor 59 in prin. versic. ubi quidam ff ad Treb.* Nec enim facit contra voluntatem testatoris qui vtitur facultate sibi ab eo concessa *l. quia autem 6 in princ. uersic. Planè ff. si quis om. caus. test. Et in proposito considerat gl. in d. l. non iustam 4. in verb. coacta, uerb. Item opp. C ad Treb.* quia nostri communiter respondent, hoc procedere, † quoties testator simpliciter hæredi dat vulgarẽ substitutum : Tunc enim verum est, censeri ei concedere repudiandi facultatem. Cęterùm, quoties ei, cui vulgariter aliquem substituit, dat etiam alium substitutum per fideicommissum, verius esse tradunt, non censeri instituto dedisse repudiandi facultatem, *per ea quæ diximus sup. nu. 24.* ideoque, si institutus adire recuset, posse eum à fideicommissario cogi adire, & restituere, non obstante, quod habeat vulgarem substitutum. *Ita respondent Bald in d. l. non iustam 4. num. 5. vers. opp. C. ad Treb. Castr. in d. l. facta 63. §. Iulianus. versic. videbatur & ibi Imol. versic. Nec obstat ff eod. Ias. in d. l. 1. num. 51. & ibi Soc. Sen. num. 29. uersic. & ex his patet ff. de vulg. Trent. de subst. d. par. 1. cap 8. nu. 10 versic. Nec obstat.* Nam, & in simili licet ex cõmuni datione vulgaris substituti censeatur sublatum ius suitatis, *vti videre est apud Bart. & alios in l. 1. ff. ad vulg.* hoc tamen fallit, si testator eidem filio substituerit etiã per fideicommissum: nam tunc manet firmum ius suitatis, & omnes suos effectus operatur, propterea, quod per talem dationem non censetur testator dedisse filio abstinendi facultatem. † *Ita scribunt Bald. in d. l. non iustam. 4. n. 5. uersic. ex hac solutione C. ad Treb. Ias. in d. l. 1. n. 51 & ibi Soc. Sen. n. 25. versic. ex quo infertur, & Alcia. n. 99. ff. de vulg. Trent. d. p. 1. cap. 8. nu. 10. versic. & hinc ibi infertur Crass. in §. suitas, q. 10. num. 8.* 41 42 43

Vnde,

Vnde, si in testamento apposita sit illa clausula, substituens vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, ut notariorũ moris est, non censebitur testator per dationem uulgaris
44 substituti ius suitatis sustulisse. † *Ita scribunt Bald. in d.l. non iustam 4 num.5. uers. ex hac solutione, C. ad Treb. ubi ait, hoc esse menti tenendum, Ias. in d.l. nu.52. ubi ait, se ita consuluisse, & obtinuisse in ciuitate Mantuæ, & ibi Soc. Sen. num.29. uers. ex quo etiam Trent. par. de uulg. Trent. d. par. 1. cap.8. num. 10. uers. & hinc ibi infertur.*

Denique non obstat, quod, vbi fideicommissum censetur à substituto repetitum fideicommissario consultum sit alio
45 remedio, † quo potest ius suum conseruare, nempe iure agẽdi contra eundem substitutum, ideoque non videatur ei cõcedendum remedium coactionis, quippe, cui, tamquam extraordinario, & odioso non potest esse locus, ubi aliter potest esse consultum fideicommissario, *vt in proposito considerat gl. in d.l. non iustam 4 in uerb. coacta, uers. sed, cur fideicommissarius C. ad Treb.* quia respondent nostri, negando remedium agendi contra substitutum ita consulere fideicommissario, ut
46 remedium coactionis, † Primo, quia fideicommissarius potest esse magis oneratus in repetitione fideicommissi facta à substituto, quam in eo, quod a recusante relictum est, ideoque magis eius interest habere potiùs ab instituto, quam a substituto *arg. l. recusare.6.§. Titius ff. ad Treb. Et in proposito respondet gl. in d.l. non iustam.4. in uerb. coacta uersic. responde C. eod.* Secundo, quia, si peteret fideicommissum a substituto, pateretur detractionem Trebellianicæ, & ita minus obtineret, quam, si illud ab instituto consequatur, *vt declarat Rip. in d. leg.1 numer.160. uersicul. & si dixeris ff. de uulg.*

Planè, quod diximus hæredem institutum, & grauatum fideicommisso, si suspectam dicat hæreditatem, posse cogi adire, & restituere, non obstante, quod habeat uulgarem sub-
47 stitutum, aut cohæredem, ita intelligendum est, † ut procedat duobus concurrentibus

Primo, quod fideicommissarius sit diuersus a cohærede, uel substituto. Cœterùm, si unus, & idem sit, & substitututus, uel cohæres, & fideicommissarius, poterit arbitrio suo eligere remedium illud, quod sibi uidebitur utilius, & uenire, uel ex fideicommisso, & ita cogere hæredem adire, & restituere, uel ex substitutione, aut iure accrescendi, *secundum ea, quæ diximus in 7. cap q.6. num.70.* Secundo uerò debet etiam hoc concurrere, quod is, qui cogendus est, fuerit grauatus purè: nam, si sub conditione, cogi non poterit. Itaque, licet is, qui solus hæres institutus est, & sub conditione grauatus hære-
48 ditatem alicui restituere, si adire recuset, cogi possit † *l. apud Iulianum.11.§. ult. ff. ad Treb.* ne interim moriens efficiat, ut fideicommissum extinguatur. *l. ille, à quo 13.§.1 in fi. ff. eod.* tamen, quoties habet cohæredem, qui adiuit, cogi nõ potest,
49 sed eius pars cohæredi accrescit † *l. sed. cum ab hærede. 12. & ibi Bart. & Cuiac. in 20. libr. quæst. Papin. ff. eo. Et scribunt gl. in d. l. apud Iulianum.11.§. ult. in uerb. statim, & ibi Ang. & Castr.*
50 *num.1. ff. eod.* quia † cessat timor, ne intercidat fideicommissum, cum illa portio accrescat cohęredi cum onere fideicommissi *l. si Titio.63.§. Iulianus ff. de leg.2.*

Tertiùs casus est, quando fideicommissaria facta est uni ex duobus, aut pluribus hæredibus, & grauatus deficit ante acquisitionem non per casum uoluntatis, sed per casum impotentiæ, vt, quia moriatur ante aditam hæreditatem, Et tunc certi iuris est, fideicommissarium non posse ad eius partem admitti, sed eam necessariò debere, uel ad substitutum,
51 uel ad cohæredem pertinere. † *Ita enim de substituto scripserunt Anto. Fum. de subst. d. tit. de vulg. num.31 Gomez. d. tom. 1. varia. resol cap.3 num.8. vbi ait, hanc esse ueram, & communem doctrinam, Did. Spin in suo specu. testam. glo.22. n.17. Et est de mente eorum, quos retulimus supra n. 27. De cohærede verò sentiunt Alex. in d.l.1 n.27. uersic. quid autem, & ibi Soc. Sen. n. 29. uersic. ex quibus infertur ff de vulg.* Non enim posse admit-
52 ti fideicommissarium, patet ex eo, quia † aut uult ipse adire, Et non potest, quia debet capere hæreditatem de manu alterius *§. in primis. inst. de fideicomm. hæred. l.1 in princ. & tot. tit. ff. ad Treb. Crass. in §. fideicommissum q.46. n.1. & nos diximus in 7. cap. q.3. nu.71.* Aut verò uult cogere hæredem hæredis adi-
53 re, & restituere, Et nec etiam potest, † *vt scribunt gl in l. eam, quam.14. in verb. coguntur, versic. sed potest dici, & ibi Bart n.4. Bald. n.15. Castr. nu.8. uer sic. sed ponamus, & Ias. num. 21. C de fideic. gl. in d.l. ille, a quo.13.§.5. in uerb. decedens ff. ad Trebell.* quia † cum ius cogendi supponat in eo, qui cogendus est, ad- 54
eundi potentiam *l. si cum purè.31.§. si & l. facta.63.§. si sub conditione, ff. ad Trebell.* & hæc cessit in hærede hæredis, utpote, in quem ius adeundi non transfertur *l. vn. §. in nouissimo, C. de cad. toll. & nos diximus in 7. cap. q.41. num.36.* Consequens est, ut cogi nequeat. *Ita ratiocinantur Castr. in d l eam quam. 14. nu.8. versic. sed ponamus & ibi Ias n.21. C. de fideic.* Quamobrem necessariò debet illa pars, quasi uacans, uel ad substitutum, uel ad cohæredem pertinere, ne alioquin incipiat defunctus pro parte habere hæredem, & pro parte non, *contra ea, quæ diximus in 8 cap. q.4. num.13. & seq.*

Hinc dicimus, extingui fideicommissum, si hæres grauatus moriatur ante aditam hæreditatem † *l. ille. à quo.13.§.1. in* 55
fi. & l. ita tamen 27.§. quoties ff. ad Trebell. Et scribunt Bart in d.l. eum, quam 14. num.4 & ibi Ias. num.21. C. de fideic. Bart. in d.l. non iustam.4. versic. contra hos, & ibi Bald. n.3. C. eod. Bart. in d.l. ille, a quo 13.§.1. num.2. & ibi Ang. num.3. versic. in text. ibi, Imol. num.5. in princ. & uersic. in gl. super uerb & Alex. num.7. versic. item not. ff. eod. Alex. in d.l.1 n.27. in fi. ff de vulg. Gomez. tom.1. varia. resol. cap.5. nu.8. Did. Spin in suo Specul. test. gl. 22. num.17. uersic. benè tamen Trenta. de subst. d. part.1. cap.8. n. 10. uersic. Nec obstat, Pereg. de fideic. d. artic.2. numer.22. & 66.

Sed hoc ita intelligendum est, † ut procedat, si fideicommis- 56
sum consideretur, vt relictum ab instituto. Ceterùm, si consideretur, ut a substituto, uel cohærede repetitum, magis est, ut regulariter non censeatur extinctum, quia, siue pars illius qui ante aditam decessit, transeat in substitutum, siue accrescat cohæredi, tenebitur is eam fideicommissario restituere, cum transeat cum onere fideicommissi *d.l. si Titio.63. §. Iulianus, ff. de leg.2.* exceptis iis casibus, quos retulimus *in 8. cap. q.17. num.135. & seqq.*

Planè interdum non extinguitur fideicommissum morte hæredis, etiamsi consideretur, ut relictum ab instituto: Primum enim, si simus in casibus, in quibus hæreditas non adita transmittitur ad hæredes, puta ex beneficio iuris deliberandi, uel qua alia causa ex iis, quas retulimus *in 7. c q.41. nu. 38. & seqq.* magis est, ut etiamsi hæres institutus, & grauatus moriatur ante aditam hæreditatem, non tamen extinguatur fideicommissum, † *ut scribunt Ang. in d.l. ille a quo.13.§.1. nu.* 57
3. uersic. item hoc verum, & ibi Imol. n.5. uersic. in gl. super verbo, & Castr. num.7. ff. ad Treb. Gomez. d. tom.1. uaria. resol cap. 5. nu.8. versic. 2. limita, eaque ratione non fiat locus substituto, aut cohæredi, sed illis fideicommissarius præferatur, † *vt est* 58
de mente eorum, quos retulimus supra n.27. Nam, quia transmissio hæreditatis censetur facta cum omnibus suis iuribus, & qualitatibus † *l. si quis filium sa.7.§.1. ff. de acq. hæred. l. si post* 59
diem 5.§. iisdem ante ff. quand. dies leg. ced. & nos diximus in 7. cap. q.41. num.16. ideo fit, ut censeatur etiam facta cum onere fideicommissi, & per consequentias, ut, quæcunque illius respectu locum habuissent in persona transmittentis, locum etiã habere debeant in persona transmissarij. Vnde, quemadmodum, si hæres grauatus spontè adijsset hæreditatem, potuisset quidem cogi eam restituere, sed retenta quarta † *l. ita* 60
tamen 27.§. Trebellianum. uersic. quod, si Mœuius l. facta. 63. §. si Titius l. si hæres.68.§ fi. & l. Lucius.78.§. hæres institutus ff. ad Treb. §. sed, quia hæredes inst. de fideic. hæred. ita etiam poterit eius transmissarius, si sponte adierit, † *l. eam, quam.14. C.* 61
de fideic. & l. quamquam 10. C. ad l. Falc. Et, quemadmodum defunctus potuisset cogi adire, & restituere, si suspectam sibi esse hæreditatem dixisset, *l. quia poterat.4. ff. ad Treb.* quo casu nullã potuisset quartam detrahere † *l. nam, quod 14. §. qui cõ-* 62
pulsus l. cogi.16.§. idem Marianus, & l. si patron.55.§. qui fideicommissariam, uersic. adeo ff. eod. ita etiã cogi poterit eius hęres in quem trãsmissum est ius adeundi, si adire nolit, † *vt est do-* 63
ctrina gl. in d.l. eam, quam 14 in uerb. coguntur, uersic sed potest dici, quam ibi probant Bart. n.4. Bald. n.15. Cast. n.8. uersic. si tamen extet, & Ias. n.22. C. de fideic. & Bart. in d.l. ille, a quo.13.§. 1. num.2. uersic item id quod dixi, & n.6. & ibi Ang. n.3. versic. item hoc verum Cast. num.7. Imol. nu.5. versic. in gl. super verbo, ff. ad Trebell Gomez. d. tom.1. varia resol cap.5. nu. 8. versic. 2. limita, eaque ratione non poterit quartam detrahere † *d.l. nõ* 64
iustam 4. in fin. & ibi not. omnes Cod. ad Trebell. ne alioquin melioris sit conditionis hæres, quam fuerit defunctus, *contra regulam l. in iis officiis. 136. §. non debeo, ff. de reg. iur.*

iur. & l.postulante 44.in prin. versic. Cæterùm, ff. ad Trebell. quam retulimus in 7.cap.q.41.num.34.

65 Plane hoc ita est accipiendum, † vt hæres hæredis ita demum cogi possit adire, & restituere hæreditatem testatoris, si adierit hæreditatem ipsius hæredis transmittentis; Nam, quia transmissio in eum non fit, nisi, tamquam in hæredem hęredis,& talis dici non potest,nisi ipsius hęreditatem adeat, ideo fit, vt, si eam adire nolit,non possit cogi,aut hanc, aut illam adire,non hæreditatem hæredis quia non fuit de ea restituenda rogatus,minus hæreditatem transmissam, quia ita demum cogi potest, si sit hæres hæredis,qualis non est, quoties eius hæreditatem non adit. *Ita eleganter declarat Cast. in d.l.Ille à quo 13.§.1.num.7. uersic. illud tamen, ff. ad Trebell.* Et,si dixeris,eum,ne de hæreditate quidem transmissa fuisse rogatum,& tamen posse cogi eam adire, & restituere si trāsmittentis hæreditatem adierit, *vt supra dictum est.* respōdeo, non esse rogatum,si eum consideremus ex persona sua. Cæterùm, si ex persona transmittentis, & tamquam eam repræsentantem,verius esse, censeri eum rogatum,quia rogato Titio censetur etiam rogatus eius hæres, quippe, qui eadem cum defuncto persona reputatur, *§.1.Auth.de iureiur.à mor. præst.coll.5.*

Secundo verò, si hæres, qui suspectam dixerat hæreditatem,petente fideicommissario fuerat à Iudice iussus adire, & restituere,licet morte præuentus non potuerit eam adire, nō
66 tamen censebitur extinctum fideicommissum † *d.l.non iustā. 4.& ibi Bart.versic.contra hoc,& Bald.n.3.C.ad Treb. Bart.in d.l.Ille à quo 13.§.1.num.2.& ibi Ang.nu.3. uersic. in text. ibi, Imol.num 5.versic.in gl.super verb.ff.eod.Ias.in l. cum filiofam. 11.num.129 ff de leg.primo,Gomez.d.tom.1.varia.resol.cap. 5.*
67 *nu.8.versic quod tamen*, quia, † cum hæres statim debuerit jussu Iudicis parere, & hæreditatem adire,ac restituere quod vel vno verbo facere potuisset *l.restituta.37.in prin.vers. sed, & si verbo ff.ad Trebell.*neque id fecerit, vel dolo malo, vel etiam per negligētiam, non debet hoc fideicommissario nocere,*vt considerat Castr.in d.l.Ille à quo 13.§.1.num.6.versic.in gl fin ff.ad Treb.*sed perinde fieri debet hæreditatis restitutio,
68 ac si grauatus hæreditatem adijsset,† *vt declarant Bart.in d. l.non iustam.4.in prin C ad Trebell.& Ias.in d.l.eam,quam 14. num.22,versic.4.notabiliter C.de fideic.*

Hinc intelligimus,id,quod dicitur, extingui fideicommissum,si hæres grauatus moriatur ante aditam hæreditatem,
69 ita demum verum esse, † si non præcesserit iussus Iudicis,seu mora non adeuntis, *vt declarant Bart.in d.l.Ille,à quo.13.§. 1. num.2.& ibi Ang.num.3.versic.in text.ibi ff.ad Treb. Bart. in d l.non iustam.4.versic.contra hoc C eod.*nam præcedente Iussu verius est,non extingui, sed adhuc posse peti. *vt supra dictum est.* A quo autem,si quæramus,constat regulariter esse petendum ab hærede hæredis,vt pote,qui cogi potest adire,
70 & restituere,† *vt scribunt gl.in d.l.Ille,à quo.13.§.1.in verb.decedens,& ibi Castr.nu.6.versic.in gl.fin.ff.ad Treb Bart.in d. l. eam,quam.14.n 4.& ibi Bald.nu.15.Ias.num 22.versic.4.notabiliter C.de fideic Gomez.d tom.1.varia.resol.cap 5.n.8. versic.*
71 *quod tamen,* Nam, quia † iussus operatur, vt perinde res sit habenda,ac,si hæreditas fuisset adita,*vt diximus supra nu.68.* & si adita fuisset,non tamen restituta hæreditas,debuisset ab
72 hærede hæredis fieri restitutio † *l.quamuis.40.§.1.l.si patroni. 55.§.cu Titiana & l si eius.64 §.si quis rogatus ff.ad Treb. l.si frater.5.in fi.& d.l.eam,quam 14.C.de fideic.gl.in d.l.Ille,à quo. 13 §.1.in verb decedens ff.ad Treb.* ideo fit,vt etiam ab eo sit facienda,quoties hæres à Iudice iussus ante aditionem deces-
73 sit. Sed hoc ita intelligendum est, † vt procedat, nisi adsit substitutus, aut cohæres,cui portio deficientis possit applicari:nam ijs existentibus verius est, partem secundum iuris
74 communis regulas debere ad eos pertinere, † *vt in specie declarat Bald.in d.l.eam,quam 14.nu.15.C.de fideic & est in confessio apud eundem Bald.in d l non iustam.4.num.7.C ad Treb. Ant.o.Fum de subst.it.tit.de vulg.num.31.Trenta. de substit. d. part.1.cap.8 num.11.versic.2.& vltimo,* sed cum onere fidei-
75 commissi,etiamsi non fuerit ab eis,repetitum † *d.l.non iustam 4.vbi Bald num.7.Bald.in l.eam,quam.14.num.15.Trenta. d. part.1.cap.8.nu 11.versic.2.et ultimo.* Quo fit, vt etiam ab eis
76 sit facienda restitutio † *l.sicuti declarant Bart.in d.l.Ille à quo. 13.§.nu.2.ff.ad Treb.Bald.in d l eam,quam,num 15. & in d.l. non iustam,nu.1.& 3.versic.not.mirabiliter,& numer.5. Polit. de substit.tit de vulg.part 3.nu 55.versic.superest modo,Trent. d part.1.cap.8.num.11.versic.2.& ultimo*, sed sine deductione quartæ, licet sponte,& volentes hæreditatem adierint † *d.* 77
l.non iustam.4.in fi & ibi Bart.uersic.item opp.Bald.nu. 1.& 4. Bald.in d l.eam, quam, num.15. Polit d.tit.de vulg.part. 3. nu. 55.versic.superest modo.Trent.d.par.1.c.8.n.11.versic.2. & vltimo,Cuiac.lib.18.obs.cap 12. & per consequentias potuerit eā detrahere,si non interuenisset iussus,† *vt declarat Bart. in d.* 78
l.non iustam,versic.item opp.& versic item substitutus, etiamsi institutus hæreditatem antea repudiasset, *vt declarat Cuiac. d li.18.obs c.12.vers verùm aliter.* Ratio autem diuersitatis est
quia † quando Iudicis iussus non interuenit, restitutio fit à 79
substituto,vel cohærede ex persona propria, & tamquam ab eo,à quo fideicommissum repetitum, & sic relictum intelligitur,ideoque iure suo, idest, tamquam grauatus, nec adire coactus potest detrahere Trebellianicam, *secundum ea, quæ diximus supra num.60.* At,quando iussus Iudicis interuenit, tunc restitutio non fit ex persona ipsius substituti, aut cohæredis,sed ex persona instituti, cuius hi vice, & partibus funguntur,ideoque nil mirum, si non possit quartam retinere vt pote,quam nec institutus retinere potuisset, si,vt erat iussus,hæreditatem adijsset, & restituisset.

Quartus casus est quando fideicommissaria facta vni ex duobus aut pluribus hæredibus,vel legatarijs, aut fideicommissarijs,& grauatus deficit post acquisitionem, Et tunc in-
distinctè verum est, fieri locum fideicommissario, † siue simus in casibus, in quibus post emolumentum acquisitum 80
ius accrescendi cessat,quo casu res caret dubio, siue etiam in ijs,in quibus etiam post acquisitionem ius accrescendi locum
habere potest: Nam, † cum per illius deficientiam purificetur fideicommissi conditio, quippe quæ vni tantum fuit apposita. Consequens est,vt illi debeat fieri locus *l. cum proponas.3.uers.nam,si credis C.de hæred inst.* 81

Quintus casus est,quando fideicommissaria facta est duobus, aut pluribus, non coniunctim, sed separatim, puta in diuersis orationibus, vel per disiunctiuam, siue alternatiuam, Et tunc,si vnus deficiat,eadem dicenda sunt, quæ seruari diximus in quatuor casibus præcedentibus, scilicet, quia paria sunt,vni tantum factam esse substitutionem,vel pluribus,sed
separatim † *l.si posthumus.14.in prin.uersicul.nam,& cum duobus ff. delib.& posth.l.uel singulis.37. ff. de uulg.§. uel singulis, Inst.de pupill.* Quamobrem non erit tunc necesse conditionē in omnibus verificari, sed sufficiet, si verificetur in vno, vt 82
locum habeat substitutio, † *vt scribunt Bart. in d.l. hæredes mei 57.num 5.& ibi Castr num.4.Rip.nu.82.ff. ad Treb. Men. d.lib.4.præsump.186.num.2.* 83

Sextus casus est, quando fideicommissaria facta est duobus, aut pluribus coniunctim, & vnus ex grauatis deficit ante acquisitionem,Et tunc eadem dicenda sunt, quæ diximus in tribus primis casibus: Nam,aut fideicommissaria facta est duobus legatarijs, vel fideicommissarijs, & vnus ex grauatis deficit ante acquisitionem, Et non poterit fieri locus substituto,per ea, quæ diximus in primo casu, quæque multo magis procedunt in his terminis, Aut uerò facta est duobus,uel pluribus hæredibus, & unus ex ijs deficit ante acquisitionē, Et tunc,aut deficit per casum uoluntatis. Et poterit a fideicommissario cogi adire,& restituere,per ea, quæ diximus in secundo casu,quæque etiam in his terminis procedunt. Aut uerò deficit per casum impotētiæ,ut quia moriatur ante aditam hęreditatem,Et eius pars non ad fideicommissarium,sed ad substitutum,uel cohæredem pertinebit,secundum ea quæ diximus in tertio casu, quæque multo magis procedunt in his terminis: nā,si fideicommissarius excluditur, quoties uni tantum facta est substitutio,quāto magis debet excludi,quoties facta est duobus, aut pluribus, quo casu secundum uim uerbi debet eius conditio in omnium personis uerificari, *vt ostendemus in sequenti casu.*

Septimus casus est,quando fideicommissaria facta est duobus, aut pluribus coniunctim, & vnus ex grauatis deficit post acquisitionem,sed sumus in casibus,in quibus post emolumentum acquisitum non potest habere locum ius accrescendi, prout regulariter euenit in proprietate, *sicuti latè ostendimus in 7.cap.q.59.nu.13 & seqq.* Et tunc,si quæramus, an debeat admitti fideicommissarius,nec ne,constat,multum referre, utrum quæramus, an debeat admitti inspecta proprie-

prietate verborum, an verò inspecta verisimili mente testatoris: Nam, si inspecta verborum proprietate, certum est, non
84 debere admitti, † *ut declarant Bart. in d. l. hæredes mei. 57. § cum ita nu 5. uers. si verè substitutio, & ibi Castr. num. 4. uersic. circa pupillarem ff ad Treb. Corn. consil. 259. nu. 9. uol. 4.* quia,
85 † cum substitutio collata sit post mortem duorum, aut plurium, & ita sit concepta sub duplici, seu multiplici conditione expressa coniunctim, non sufficit, eam in persona vnius purificari, vt locum habeat dispositio, sed necessariò debet purificari in personis omnium, alioquin non poterit habere locum *l. si hæredi. 5. ff. de cond. inst. §. si plures, inst. de hæred. inst.*
86 Et hoc est, quod significat † Papinianus *in d. l. heredes mei 57 § cum ita*, dum, *neptis*, inquit, *prima facie propter conditionis verba non admitti videbatur*, scilicet quia verba conditionis ad duorum mortem copulatiuè relata, concursum, & verificationem vtriusque exigere videbantur; At, si spectamus mentem testatoris quæ potiùs, quam verba debet in fideicommissis attendi *l. cum virum. 16. C. de fideic.* verius est, admitti fideicommissarium, etiamsi conditio in vnius tantum
87 persona fuerit purificata † *l. Lucius. 78. § Caio, ff. ad Treb. l. fi. § filium ff. de leg. 2. Et scribunt Bart. in d. l. hæredes mei 57. §. cum ita num. 5. uersic si verò loquimur, & ibi Castr. num. 4. & alij passim, Bart in l. codicillis 34. in princ. num 3. uersic vel solue aliter ff. de usufr leg. Bald in l. 1. numer. 7. C de cond. inf. Ias. in l. pen. num. 9. C de impub & al. subst. & consil 41 num. 3. & 4. vol. 1 & consil 142. col. 10. uersic. præterea text. vol. 2. Paris. consil. 43 num. 7. vol. 2. Zaz. de subst. 1. cap 6 num. 15 Men. de præs. d. lib. 4. præs. 186 numer. 12. Ludouis decis. 296. numer. 1.* Et ita respondit Papinianus *in d. l. hæredes mei §. cum ita*, illis verbis. *Sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conueniat, absurdum esse respondi cessante prima substitutione partis nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit auus si nouissimus fratris quoque portionem suscepisset.* In hoc autem fidei-
88 commissaria a vulgari substitutione differt: † Nam vulgaris facta duobus, aut pluribus coniunctim non aliter habet locum quam, si conditio in omnium personis verificetur, *vt latissimè ostendimus in 10. c. q. 21.* At fideicommissaria duobus, aut pluribus, etiam coniunctim facta locum habet, etiamsi in vnius tantum persona conditio purificetur, *vt supra dictũ est. Ita distinguunt Bart. in l. quamuis. 4. in fi. C impub. & al. sub. & in l. pen num. 2. uersic. sed quando substitutio Cod. eod. Ias. d. consil. 41. nu. 4. uol 1. & est communis distinctio tradita ab omnibus in d l. hæredes mei, §. cum ita.* Quamobrem dicimus in vulgari pluralitatem non resolui in singularitates *vt ostendemus*
89 *in d. cap. 10 q. 21* in fideicommissaria verò resolui † *d. l. Lucius 78. § Caio ff ad Treb. d. l. fin. § filium ff de leg. 2. Et de fideicommissaria scribunt Curt. Iun. consil. 128. num. 6. ubi ait, hanc esse communem conclusionem Paris. d consil. 43. nu 2. iuncto nu. 39. vol. 2. Alcia. consil. 39. nu 5. & 13 uersic. 3 subuc t. & consil. 41. nu. 3. & 5. uersic. . lib. 9. Zaz. de subst. d. cap. 6. num. 15. De vtraque vero Ludouis d. dec 296. num. 3.*

Cuius diuersitatis triplex a nostris solet afferri ratio, Pri-
90 ma quia, † cum vulgaris fiat sub conditione, si primus hæres non erit, & sic, si deficiat ante aditam hæreditatem, quo tẽpore ius accrescendi locum habere potest, testator, qui duobus aut pluribus coniunctim substituit, censetur inter eos voluisse conseruare ius accrescendi, *vt ostendemus in d. c. 10. q. 21.* At hæc ratio cessat in fideicommissaria, quippe, quæ locum non habet, nisi post aditam hæreditatem, quo tempore ius accrescendi cessat, ideoque testator non potest inter eos censeri voluisse conseruare ius accrescendi, quod locum habere nequit. Magis igitur est, vt censeatur potiùs voluisse singulis separatim substituere, tametsi inspecta verborum figura videatur coniunctim substituisse. *Ita ratiocinatur Alex. consil. 91 num. 7. uol 1. Ias. d. consil. 41. nu. 4 uersic. & ratio, & num. 5. vol. 1 Ludou. d. dec. 296. nu. 4. Et simpliciter de fideicommissaria Ias. in d. l. pen num. 9 C de impub. & al. substit. & d. consil. 41. nu. 3. uol. 1 & d consil 142. col 10 uersic præterea text. uol. 2.*
91 Secunda verò, quæ affertur ratio est, quia † pluralitas tunc resoluitur in singularitates, cum diuersos, non etiam,
92 cum vnum tantum respicit effectũ † *l. falsa. 33. § si ff de cond. & dem l. 2. § fi. ff de cond inst. l. hoc articulo, 29 & l pater sa. 44. ff. de hær. inst. l. si plures. 6. C. de cond inser. Et scribunt Bart. in d. l. codicillis 34. n. 3. uersic. dico ergo, ff de usufr. leg. Soc. Iun. consil. 150. n 12. uersic. sed etiam aliter uol. 2.* Sed in vulgari respicit vnum tantum effectum, nempe vnius testatoris directam, & immediatam successionem *§. 1. inst de pupill.* At in fideicommissaria respicit diuersos effectus, nempe duorum, aut pluriũ grauamina, scilicet, quia per fideicommissum quilibet censetur grauatus partem suam restituere, & grauamen vnius cẽsetur diuersum a grauamine alterius ideo nil mirum, si in vulgari pluralitas non resoluatur in singularitates, in fideicommissaria verò resoluatur, ita, vt perinde sit, ac, si testator singulis separatim substituisset. *ita ratiocinantur Bald. in d. l. hæredes mei. §. cum ita numer. 4 & post eum alij passim ibi ff. ad Treb. Bart. in d. l. pen. num. 3. C de impub. & al subst Ludouis d. decis. 296. num. 4 Et simpliciter de fideicommissaria Alcia. d. consil. 39. num 5. & 15. lib. 9. Et sensit etiam Bald. in d. l. 1. num. 7. Cod. de cond. insert dum ait, ideo admitti fideicommissarium vno decedente, quia fideicommissaria fit ad onus, non ad prouidentiam.*

Tertia demum affertur ratio, quia † pluralitas non resol- 93
uitur in singularitates, nisi cum eadem est ratio de vno, quo ad vnum, quæ de pluribus, quoad plures † *vt est doctr. Bald.* 94
in d l. 1. num. 4. C. de cond insert Curt. Iun. d. consil 128. num. 6. Soc. Iun. d. consil. 150. num 12. uersic. nel etiam uol. 2. & Pereg. consil. 59. num. 8 uol. 1 quod tunc demum accidere intelligitur, † cum inter eos, quibus fit substitutio nulla subest, aut ho- 95
minis aut legis prouidẽtia, *vt Bald & Pereg. in relatis locis declarant.* Atqui in vulgari facta duobus aut pluribus coniunctim subest inter eos, quibus fit, si non hominis, saltem legis prouidentia, nempe ius accrescendi, quod ex legis prouisione proficiscitur, *vt ostendimus in 2. cap. in prin. num. 4* Contra verò in fideicommissaria nulla subest inter grauatos, aut hominis aut legis prouidentia, non hominis, quia supponimus nullum a testatore fuisse inter eos cõstitutum reciprocum fideicommissum, neque legis, quia fideicommissum non habet locum, nisi post aditam hæreditatem, quo tempore ius accrescendi cessat; Nil mirum igitur si non in vulgari, sed in fideicommissaria censeatur eadem esse ratio de vno quoad vnũ, quæ de pluribus, quoad plures, & per consequentias in hac non etiam in illa pluralitas in singularitates resoluatur, *vt Bald. & Pereg. ibi ratiocinantur.*

Hæc autem quibus casibus procedant, & quibus limitentur, quæstio est latè patens, sed aliena ab instituta materia. Quamobrem ad eos erit recurrendum, qui *l. hæredes mei. 57. § cum ita ff. ad Treb. & l pen C. de impub. & al subst* interpretantur, & ad *Mantic. de con. vlt. vol. lib. 11 tit. 5 num. 17. & seqq. Pereg. de fideic artic. 13. num. 29. & seqq & Men. de præs. lib. 4 præs. 186. per tot.* qui tractationem hanc fusiùs prosequuntur.

Octauus, & vltimus casus est, quando substitutio facta est duobus, aut pluribus coniunctim, & vnus ex iis deficit post acquisitionem, sed sumus in casibus, in qui bus etiam post emolumentum acquisitum potest esse locus iuri accrescendi, puta, quia tractetur de vsufructu, vel alia seruitute personali, *secundum ea, quæ diximus in 7. cap. q 59. nu. 103. & seqq.* Et tunc, licet nonnulli censuerint, admitti substitutum. † *vt* 96
Ang in d. l. hæredes mei §. cum ita num 10. vers sed hoc mihi, & ibi Alex num 23. Rip. num 135. Men. de præs. d lib. 4. præs. 186. nu 13. quod regula *d l. Lucius 78. § Caio ff. ad Treb & d. l. fin. § filium ff. de leg. 2.* quæ vult, in fideicommissis pluralitatem resolui in suas singularitates, tamquam indistinctè concepta sit etiam indistinctè intelligenda *l. pretio 10 ff. de Publicia. vt considerant Ang in d. § cum ita num. 10. vers. sed hoc mihi.* verius tamen, & receptius est, non admitti substitutum, sed coniunctum. † *vt rectè censuerunt Bart. in d. § cum ita, num. 4. in* 97
fi. & numer. 5 uersic. Fallit, & uersic. Item fallit, & ibi Castr. n. 4. uersic circa pupillarem, Imol uersic licet autem Soc. Sen nu. 27 uersic secunda limitatio Soc Iun. (licet sub dubio) nu. 92 & Zanch part. 6. num. 179 part. 8 nu. 273. & part. 10 n 58. Bart. in d. l. codicillis. 34. nu. 3. uersic. uel solue aliter ff. de usuf leg. Ias. in d l pen. nu. 9 C. de impub. & al. subst. et consil. 41 num. 3. uol. 1. & consil. 142 col. 10. uersic. præterea text. uol. 2. Paris. consil. 43. n. 7. uol. 2. Alb consil. 31. n. 12. Zaz. de substit. cap. 6. n. 15. uersic. hanc conclusionem, Pereg. de fideic. art. 13 nu. 21 ubi ait ab hac opinione non esse discedendum, & Menoch sibi ipsi in eodem loco contrarius d. lib. 4. præs. 186. num. 28 uersic declaratur septimo; non, quod in hac specie coniunctus substituto præferatur, † *vt voluerunt Bart. in d. §. cum ita num. 4 in fin. & n. 5. uersic.*

Fallit, Alb. d. consil. 31 *num.* 12. *& Menoch. d. pras.* 186. *nu.* 28.
99 *versic. declaratur* 7. quia † nondum censetur purificata substitutionis conditio, ideoque non potest illa habere locum, & sic non per modum prælationis, sed per modum remotionis obstaculi. Non censeri autem per vnius deficientiam purifi-
100 catam conditionem, substitutionis, patet ex eo, quia, † cum fideicommissaria fuerit concepta sub duplici conditione, nempe, si ambo, siue omnes decesserint, Consequens est, vt non aliter censeatur purificari, quam, si conditio in omnium personis extiterit, & per consequentias, vt non aliter habeat
101 locum substitutio, quam, si omnes decesserint, † *ex ijs, quæ diximus supra num.* 85. *ita scribunt Bart. in d.* § *cum ita, num.* 4. *in fi. & num.* 5 *versic. item fallit, & ibi Castr. num.* 4. *versic. circa pupillarem, & Zanch. part.* 10. *num.* 58. *Bart. in d. l. Codicillis* 34. *num.* 3 *uersic. vel solue aliter ff. de vsufr. leg. Ias. d. consil.* 41. *num.* 3. *vol.* 1. *& d. consil.* 142 *col* 10. *versic. præterea text. vol.* 2. *Menoch d. lib.* 4. *præsumpt.* 180. *num.* 28. *versic. declaratur* 7.

Nec est, quod respondeas, imo conditionem videri purificatam per vnius deficientiam, eo, quod in fideicommissis pluralitas resoluitur in singularitates, *ut diximus supra num.* 89. ideoque perinde est, ac, si testator singulis separatim substituisset, quo casu vnoquoque decedente substitutus admitteretur, *vt diximus supra num.* 82. quia verius est, quoties substitutio coniunctim fit duobus, aut pluribus inter quos potest habere locum ius accrescendi, pluralitatem non resolui
102 in singularitates, † *l. quidam testamento.* 30. *ff. de vulg. Et scribunt Bart. in d.* § *cum ita num.* 4 *in fin & ibi Zanch part.* 10. *nu.* 58 *&* 68. *Corn. consil.* 93. *nu.* 9. *uol.* 3. *Alcia. d. consil.* 39. *num.* 16. *versic. sed etiam lib.* 9. *Men. d. lib.* 4. *præs.* 186. *num.* 28. *uersic. declaratur* 7. Quod patet ex pluribus, &
103 Primo ex eo, quia, † aut spectamus verba, Et res caret dubio: nam etiam in ijs casibus, in quibus post emolumentum acquisitum ius accrescendi cessat, non posset pluralitas resolui in suas singularitates, si vim, & figuram verborum spectaremus, vt ait Papinianus *in d.* § *cum ita, & nos etiam diximus supra num* 84. Aut verò spectamus mentem, Et nec etiam potest resolui, quia tunc ex præsumpta mente testatoris resoluitur pluralitas in singularitates, cum eadem est ratio de vno, quoad vnum, quæ de pluribus, quoad plures, *vt diximus supra num.* 94. quod tunc demum accidere intelligitur, cum inter grauatos nulla subest, aut hominis, aut legis prouidentia. *vt diximus num.* 95. At hic subest ius accrescendi quod est prouidentia legis, *vt diximus in* 2. *cap. in prin. n.* 4. & verò etiam hominis, saltem tacita, *secundum id, quod frequentius receptum est, vt ostendimus in eodem* 2. *cap q.* 2. *num.* 1. *& seqq.* Non est igitur eadem ratio de vno, quoad vnum, quæ de pluribus, quoad plures, *vt declarat Bald. in d. l.* 1. *num.* 4. *uersic. sed, quomodo C. de cond. insert.* & per consequentias non potest pluralitas in suas singularitates resolui.

Secundo patet id ipsum ex eo, quia pluralitas non resoluitur in singularitates, quoties superest persona, quæ ex præ-
104 sumpta mente testatoris excludit substitutum † *l. pen. Cod. de impub. & al. substit. Et scribunt Paris. consil.* 43 *num.* 35. 40. *&* 52. *vol.* 2. *Corn. consil.* 93. *num.* 9. *& consil.* 229. *num.* 3 *uersic. tamen his non obstantibus vol.* 3. *Soc. Iun. consil.* 150. *nu.* 12. *uersic. uel &* 3. *uol.* 2. *Alcia. consil.* 39. *n.* 16. *versic. & fortè, li.* 9. *Goz. ad. consil.* 67 *n.* 11. *Men. d. lib* 4 *præs.* 186. *n.* 16. Sed, cum adest coniunctus, qui potest habere ius accrescendi, dicitur superesse persona, quæ ex præsumpta volũtate testatoris excludit sub-
105 stitutum, † *ut declarant Bart. in d.* § *cum ita nu.* 5 *uersic. item fallit, & ibi Zanch part.* 8 *n.* 275 *Corn. consil.* 298. *n.* 7. *uol.* 4. *Goz. ad. d. consil.* 67 *n.* 11. *Soc. Iun. d. consil.* 150. *n.* 10 *uersic. & dicũt uol.* 2. *Alcia. d. consil.* 39. *n.* 16 *uersic. sed etiam li.* 9. scilicet, quia testator ideo censetur vtrunque sub conditione coniunctiua
106 grauasse, quia voluit inter eos conseruare ius accrescendi, † *ut declarant Castr. in d.* § *cum ita n* 4. *uersic. circa pupillarem, & Corn. d. consil.* 298. *n.* 7. *uol.* 4. Ergo pluralitas non debet resolui in suas singularitates

Tertio demùm facit, quia pluralitas nunquam resoluitur in singularitates, cum substitutio post plurium mortem col-
107 lata, facta est vltimo morienti † *l. uel singulis.* 37. *ff. de uulg.* §. *uel singulis inst. de pupill.* Sed, vbi superest coniunctus, qui potest habere ius accrescendi, substitutio censetur facta vltimo
108 morienti, † *d. l. quidam testamento* 30. *ff. de vulg. Et in specie declarant Ias. in d. l. pen. num.* 9. *C. de impub. & al. subst. & d. consil.* 41. *n.* 3. *uol.* 1. *& d. consil.* 142. *col.* 10. *uersic. præterea text. uol.* 2. *Paris. d. consil.* 43. *n.* 32. 35. 52. *&* 55. *uol.* 2. *Alcia. consil.* 41. *num.* 5. *uersic. secundum, iuncto uersic.* 2. *lib.* 9. Ergo pluralitas in suas singularitates non resoluitur.

Et his quidem fundamentis probatur, quod supra diximus, non admitti substitutum, donec superest vnus ex coniunctis, quibus facta est in vsufructu, vel habitatione substitutio. non etiam *l. Codicillis.* 34. *in prin. ff. de usufr. lega. quam Bart. ad huius sententiæ probationem adduxit.* Nam, licet ibi
† fideicommissarius non ante vocetur, quam omnes liberti, 109
quibus relicta erat habitatio, decesserint, non tamen hoc ideo fit, quia inter ipsos potuerit esse locus iuri accrescendi, quod ex legis prouisione proficiscitur, sed, quia testator inuicem libertos substituerat, & fideicommissarium non nisi post vltimi mortem expressim vocauerat: Nam, cum ita codicillis fideicommissa dedisset, *Libertis, libertabusque meis, & quos in codicillis manumisi fundum, ubi me humari uolui, dari uolo, ut, qui ab his decesserit, portio eius reliquis accrescat, ita, ut ad nouissimum pertineat. post cuius nouissimi decessum ad rempublicam Arelatensium pertinere uolo: Hoc amplius libertis, libertabusque meis habitationes in domo quandiu uiuant, Pacliæ. & & Trophimæ diætas omnes, quibus uti quisque consueuit, habitet quam domum post mortem eorum ad rempublicam pertinere uolo* scribit Scæuola, quæsitum esse, *reipublicæ fideicommissum utrum ab hærede, an a libertis datum sit?* Et respondit, *secundũ ea, quæ proponerentur, posse ita uerba accipi, ut eius legatarij, qui nouissimus decederet fideicõmissum uideatur.* Deinde subijcit, quęsitum etiam esse, *defunctis quibusdam ex libertis, quibus habitatio relicta erat an portiones domium, in quibus habitauerant, iam ad rempublicam pertineant:* Et respondit. *quoad aliquis eorum uiuat, fideicommissum reipublicæ non deberi.* Hoc autem non ideo factum est quia respublica fuerit vocata post mortem eorum, inter quos potuerit esse locus iuri accrescendi, quia, cum ibi tractaretur de fideicommisso, in quo iure Digestorum non poterat inter coniunctos ius accrescendi habere locum, *ut ostendimus in* 6. *cap q.* 21. *num.* 2. *& seqq.* Imo tractaretur de fideicommisso diuersarum habitationum, vt patet ex illis verbis, *quibus uti quisque consueuit*, quæ tamquam distributiua, & ad diuersas habitationes relata Ius accrescendi etiam in legatis exclusissent, *ut ostendimus in* 5. *cap. q.* 42. *num.* 1. *& seqq.* Consequens fuit, vt reipublicæ excludẽdæ ratio non potuerit à potentia iuris accrescendi deduci, sed necessariò deducenda fuerit ab eo, quod liberti censebantur inuicem à testatore substituti: Nam, cum essent vice mutua substituti in legato fundi per illa verba, *ut qui ab his decesserit portio eius reliquis accrescat ita ut ad nouissimum pertineat.* quæ expressam continent testatoris vocationem, & sequens habitationis legatum fuerit conceptũ illis verbis. *Hoc amplius, &c.* quæ sunt repetitiua *l. cum seruus.* 18. *ff. de cõd. inst. l. legata inutiliter.* 19. *in prin. & l. si seruus legatus.* 111. §. *si ita scriptum ff. de leg. primo. l. si ne locutus.* 13. *& l. si tibi purè* 52. *ff. de leg.* 3. *l. ania.* 76. *in pri. ff. de cond. et dem.* Consequens est, vt reciproca substitutio in legato fundi facta censeatur etiam in habitationis legato repetita, *ut rectè declarant gl. in d. l. codicillis.* 34. *in prin. in uerb non deberi ff. de usufr. leg. Ang. in d. l. hæredes mei.* 57. § *cum ita nu.* 8 *uers. Nec obstat & ibi Imol numer.* 3. *uersic. Fallit* 2. *Alex. num.* 21. *Soc. Sen. nu.* 27 *uersic secunda limitatio Soc. Iun. num.* 91.

Nec obstat si dicatur, hæc procedere respectu habitationis, quæ libertis fuerat relicta, sed non respectu ipsarum domuum, quæ post eorum mortem fuerant relictæ reipublicæ Arelatensium, ideoque non videri impedire, quominus vno decedente pars illa, in qua moriens habitabat, potuerit ad rempublicam, si non pleno iure, saltem Iure proprietatis pertinere *secundum regulam d. l. fin.* § *filium ff. de leg.* 2. *& d. l. Lucius.* 78. § *Caio ff. ad Treb.* cuius tamen contrarium ibi decidit Scœuola, quia respõdeo, hoc ideo factum esse, quia fideicommissum domuum non censebatur relictum à libertis, vtpote, quibus non ipsas domos, sed earum habitationem testator reliquerat, ideoque verba illa *post mortem eorum*, non continebant conditionem intrinsecam, sed extrinsecam, idest appositam grauamini alterius, quo casu debet in omnium personis verificari. *ut rectè declarant Bart. in d. l. codicillis.* 34. *in prin. num.* 3. *uers. dico ergo ff. de usufr. leg. Alex. in d. l. hæredes mei.* § *cum ita, num.* 22. *uersic. Ratio autem, & ibi Rip. num.* 26. *uers.*

verſ.Caterùm,& num.135.verſic.aliter,& num.146.verſic.& Zanch.part. 10.*num* 60. Nec enim tunc pluralitas reſoluitur in ſingularitates, cum reſpiciat vnum tantum effectum, nempe vnum fideicommiſſum, quod ab hærede relictum eſt, ſed poſt mortẽ eorum, quibus erat relicta habitatio, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.92.Et in propoſito conſiderant Bart. Alexand.& Zanch. in ſupra allegatis locis*. Quamobrem verum eſt, quod ſupra diximus, non eſſe in ſpecie huius octaui caſus faciendam vim in *d.l.codicillis*, ſed tantum in præcedentibus fundamentis, quæ probant, non admitti ſubſtitutum, niſi deficiant omnes, quibus facta eſt ſubſtitutio, ſi inter eos poſſit habere locum ius accreſcendi, quod non ſolum procedit in vſufructu.& habitatione, ſed etiam in proprietate, ſi ſimus in ijs caſibus, in quibus etiam poſt emolumẽtum
110 acquiſitum poteſt in ea ius accreſcendi habere locum, † *quos retulimus in 7.cap.quæſt.59.num.28. & ſeqq. Et ita ſpecie declarant Bart.in dict.§.cum ita,num.4 in fin.& ibi Zanch.par.6 num.179.verſic. aduerte, & part.8.num.273. Pariſ.conſil.43. num.36.52.& 55.vol.2.Pereg.de fideicom. d.art.13.num.21. in fin.* Et hæc de ſubſtitutis.

S V M M A R I V M.

1 *Portio deficientis remanet apud grauatum, ſi legatarij, vel fideicommiſſarij vocentur ad res diuerſas, vel ſint omnimodo disiuncti.*

2 *Portio deficientis remanet apud grauatum, ſi teſtator in legato, vel fideicommiſſo prohibuerit ius accreſcendi.*

3 *Portio deficientis remanet apud hæredem, quoties is, qui non admittitur ad partem, facit partem.*

4 *Portio deficientis ſemper remanet apud grauatum, quoties ius accreſcendi ceſſat.*

5 *Coniunctus, cui competit ius accreſcendi præfertur grauato, & eum excludit, & cur, num.34.& ſeqq.*

6 *Portio deficiens remanet apud grauatum, niſi adſit coniunctus, qui eam per ius accreſcendi vindicare poſſit.*

7 *Portio, quæ pro non ſcripta habetur, manet apud grauatum, niſi adſit coniunctus, qui eam vindicet per ius accreſcendi.*

8 *Portio illius, qui ſibi legatum adſcripſit, remanet in hæreditate, Declara, vt num.9.*

10 *Portio legati, vel fideicommiſſi relicta incapaci manet apud grauatum, Declara, vt num.11.*

12 *Portio relicta fratri minori, vel alij religioſo incapaci, remanet apud hæredem. Declara, vt num.13.*

10 *Portio relicta forenſi, qui ſtatutaria diſpoſitione factus eſt incapax, remanet apud grauatum, niſi adſit coniunctus, qui eam per ius accreſcendi vindicare poſſit.*

15 *Spurio relictum à patre manet apud grauatum, Declara, vt num.16.& 17.*

18 *Seruo pœna, quod relinquitur, manet apud hæredem, niſi à coniuncto vindicetur.*

19 *Bannito quod relinquitur, remanet apud hæredem.*

20 *Relictum mulieri, quæ nupſit intra annum luctus, remanet apud grauatum.*

22 *Legatum, quod ſuperuenientibus inimicitijs cenſetur tacitè reuocatum, remanet apud grauatum, Declara, vt n.22.*

23 *Relictum illicitè non vindicatur à fiſco, ſed remanet apud grauatum.*

24 *Legata, quaſi caduca remanent apud hæredem, Declara, vt numer.25.*

26 *Caduca remanent apud grauatum, Declara, vt nu.27.*

28 *Legatum remanet apud hæredem, ſi deficiat conditio, niſi à coniuncto vindicetur.*

29 *Legatum remanet apud hæredem, quoties à legatario repudiatur, Declara, vt num.30.*

31 *Vſusfructus, ſi duobus coniunctim legatus ſit, & vnus poſt acquiſitionem deficiat, eius pars non remanet penes hæredem, ſed accreſcit coniuncto.*

32 *Habitatio, ſi duobus coniunctim relinquatur, & vnus poſt acquiſitionem deficiat, alteri pars eius accreſcit, non autem pertinet ad hæredem.*

33 *Legatarius, ſi ob ſpretum iudicium teſtatoris priuetur legato, illud applicatur hæredi, niſi adſit coniunctus, cui poſſit accreſcere.*

35 *Teſtator cenſetur magis diligere legatarium, quã hæredem, etiam in portione coniuncti deficientis, & cur, n.36.& ſeq.*

38 *Coniunctus veniens per ius accreſcendi excludit hæredem, etiamſi fuerit inſtitutus in pro non ſcriptis, & caducis, & cur, num.39.*

39 *Inſtitutio hæredi facta etiam in pro non ſcriptis, & caducis, qualiter ſit intelligenda.*

40 *Deficere, ſeu fieri caducum non videtur, quod à coniuncto vindicari poteſt.*

31 *Hæres legatarij, in quem tranſmiſſum eſt ius accreſcendi, excludit grauatum, & cur, num.42.*

43 *Coniunctus veniens per ius accreſcendi excludit hæredem grauati.*

44 *Grauatus excludit coniunctum, quoties ex coniecturis apparet teſtatorem magis hæredem, quam coniunctum in parte deficientis dilexiſſe, Declara, vt num.45.& ſeq.*

An, & quando ius accreſcendi excludat grauatum.

Q V Æ S T I O VIII.

NVnc tranſeamus ad grauatum, & ſic ad tertium exemplum earum perſonarum, quæ veniunt ex perſona propria, & videamus, an ei coniunctus veniens per ius accreſcendi præferatur. Vtique autem ſupponimus, nos verſari in terminis, in quibus hoc ius poſſit inter legatarios, & fideicommiſſarios habere locum, quia alioquin fruſtra de prælatione diſputaremus, cum prælatio ſupponat vocationem, *l.2. §.ſi mater ff.ad Tert. & nos diximus in 5.cap.q 38.numer.19.* & vocatus dici non poſſit is, cui ius accreſcendi non competit. Vnde, ſi legatarij, vel fideicommiſſarij vocarentur ad res diuerſas, vel eſſent omnimodo disiuncti, quia non poſſet inter eos locum habere ius accreſcendi, *vt diximus in eodem 5.cap.q.41.num.1.& ſeqq. & q.42. num.1. & ſeqq.* neceſſariò pars deficientis deberet in hæreditate, & ſic apud hæredem
grauatum remanere, † *vt de vocatis ad res diuerſas ſcri-* 1
bunt Nico.Bello in §.vel ſingulis, num.3.inſt.de pupill. & Coſta de port.rat.quæſt.49.num.6. De omnimodo vere disiunctis Corn. conſil.319.numer.7.vol.4. Bened.de Plumb. inter conſil.vlt.vol. conſil.62.num 3.vol.1.Pegner deciſ.109.num.1.& 2. Quemadmodum, &, ſi eſſent coniuncti, ſed tales, vt à iure accreſcendi deberent repelli, puta, quia teſtator id eis prohibuerit, quod ei facere permiſſum eſt, *vt oſtendemus in 10.cap.q.16 num.5.* Nam, & in hac ſpecie portio deficiens remaneret apud hære-
dem † *l.dominus 63 §.1.& ibi gl.in verb.recurrit ff.de vſufruct.* 2
Idem eſt, &, ſi coniunctus ad ſuam portionem admitteretur de iure ſpeciali contra voluntatem teſtatoris: nam, quia ius accreſcendi habere non poſſet *l.mulieri, & Titio 73.ff de cond. & dem.& nos latè oſtendimus in 7.cap.q.61.numer.31.& ſeqq.* ideo pars deficiens deberet apud grauatum remanere. Denique idem eſt, &, ſi ſimus in caſibus, in quibus is, qui non admittitur ad partem, facit partem: Nam etiam in ijs portio vacans in hæreditate, & ſic apud hæredem remanebit,
† *Ita declarant Bart.in d.l.re coniuncti, numer.39.& Caſtr.in l.* 3
huiuſmodi 86.§.ſi Titio, & Mæuio, in fin. ff.de leg.primo, Generaliter enim verum eſt, quoties ius accreſcendi ceſſat, toties
partem vacantem apud hæredem remanere, † *vt ſcribit Bur-* 4
ſat.concil.383.num.2. & patebit ex ijs, quæ dicemus infra numer.6. & ſeqq.

At, ſi ius accreſcendi poſſit inter eos habere locum, tunc rectè quęritur, an coniunctus veniens per hoc ius hęredi grauato præferatur. Conſtat autem regulariter præferri, & eum
excludere † *l.vn.§.in primo.§ pro ſecũdo, & §.ſin autem aliquid* 5
ſub conditione C.de cad.toll Et ſcribunt Bart.in d.l.re coniuncti, num 39.& ibi Crott, num.68. Alcia num.49.verſic.quæ ſententia, Rip.num.139.verſic.5. Bald.in d.l.eam, quam 14.nu.56.C. de fideic.Caſtr.in d.l.huiuſmodi 86.§.ſi Titio, & Mæuio, in fin. & ibi Iaſ.num.7.in fin. ff.de leg.primo, Purp.in d.l.vn.num.95. verſic. & ideo C.quand.non pet part.Soc.Iun conſil.139 nu.28. & 29.vol.1.Duran.d.art teſtan.tit.6.cant.15.nu.1. Craſſ.in §. ius accreſcendi q.21.num.2.verſic. Contrarium, Vin deciſ.406. n.11.& 12.Pereg.de fideic.art.9.num.13. Et, quod dicitur, ea, quæ deficiunt, manere apud eos, à quibus ſunt derelicta, *vt retulimus in hoc cap.q.1.nu.9.* intelligi, niſi adſit coniunctus, qui partem vacantem per ius accreſcendi vindicare poſſit:

6 nam eo existente grauatus excludetur † *d l.vn.§ in primo*, *§. pro secundo & §. sin autem aliquid sub conditione C de cad.toll. Et in specie declarant Soc. Iun.cons.3 n.12.vol.3.Peregr. de iur. fisc.lib.2.tit 2.n.4 Vin d dec.406.nu.11.12.& 15.vers.postremo, Peguer.d.decis.109.n.1.Gratia.cap.533.disc.for.n.10.& patebit etiam ex ijs,quæ dicemus nu.7. & seqq.* Idque procedere, qualitercunque portio deficiat.

Primum enim procedit, si deficiat, quia initio non consistat: Nam,quod dicitur ea,quæ pro non scriptis habentur, manere apud hæredem *d l.vn.§.in primo, C.de cad.toll.l.pen. C.de legat.Castr.in l.à filio 25.num.2. ff. de leg.primo,Cuiac.in not.ad Vlp.tit.17.inst.* debet intelligi, si non adsit coniunctus, qui partem vacantem per ius accrescendi vindicare possit

7 *d.l.vn §.in primo,& ibi Cin.num.2.versic.dicas ergo Cod de cad. toll.* Vnde infertur

Primo, si quis aliquid sibi in alterius testamento adscribat, quo casu relictum habetur pro non scripto, *vt diximus in 7.*

8 *cap.q.27.nu.5.* debere id apud hæredem remanere, † *l vlt. ff. de his,quæ pro non script.hab.* sed ita demum, si non adsit con-

9 iunctus, cui pars illa possit accrescere, † *vt declarat Roma. consil.185.num.13.*

Secundo infertur,si testator leget,aut per fideicommissum relinquat aliquid incapaci, manere etiam id apud grauatum

10 † *l.in fraudem 10.§.si quis et ff.de his, quib.vt ind. Et scribunt Bart in l.1.nu.2. C.de delato lib.10.Corn.consil.310.numer.13. vol.3.& consil.222.nu.4.versic.cum ergo vol.4. Dec.mihi cons. 310.nu.3.versic.Ad hoc enim Pereg.de iur.fisc.lib.3.tit.1.nu.4 Menoch.consil 511.num.18.* nisi adsit coniunctus,qui partem

11 deficientis vindicet per ius accrescendi, † *vt declarant Cin. in d l.vn.§.in primo, num.2.versic. dicas ergo C de cad.toll.Soc. Iun d consil.3.num.12.vol.3. Peregr. de iur. fisc.lib.2.tit.2.nu.4.* Exempla sint

Primum in eo,quod relinquitur fratri minori, vel alteri

12 religioso incapaci: Nam id manet apud grauatum, † *vt scribit Paris consil.65.nu.17.& 18.vol.2.* sed,si adsit coniunctus, qui partem vacantem per ius accrescendi vindicare possit,

13 † haud dubiè grauato præferetur.

Secundum sit exemplum in eo,quod relinquitur forensi, qui statutaria dispositione factus est incapax: nam,& id manet apud grauatum,nisi coniunctus partem illi relictam per

14 ius accrescendi vindicare possit, † *vt scribit Soc.Iun.d.cons.3. num.12.vol.3.*

Tertium exemplum sit in eo, quod relinquitur spurio:

15 nam & hoc manet apud grauatum, † *vt scribunt Bart. in l. Lucius 126.§.1.versic.quandoque testator ff de leg.primo & in l vlt num.8.in princ.& versic. Non obstant ff.de his,quib. vt in dig.in l.1 num.3.C.de natur.lib.& consil.119.num.7 lib.1.Corn. d.consil.310.n.7.vol.1.& cons.236.num.6.versic nam, quando pater,& num.8.16.& 17.vol.2.Menoch.consil.511.nu.16.* sed ei

16 coniunctus veniens per ius accrescendi præferetur, † *vt declarat Soc.Iun.d consil.3.n 12.vol.3.* Quamobrem dicimus, id quod spurio relinquitur,non applicari fisco, sed substituto, vel coniuncto,vel remanere apud eos, à quibus est derelictũ,

17 † *vti videre est apud Pereg.de iur.fisc. lib.2.tit.2.num.4.*

Quartum sit exemplum in eo, quod relinquitur seruo pœnæ,puta damnato in metallum; nam,& id manet apud hæ-

18 redem, nisi à coniuncto per ius accrescendi vindicetur, † *vt declarat Soc.Iun.d.consil.3.num 12.vol 3.*

Quintum exemplum sit in eo,quod relinquitur bannito, qui impunè offendi potest, & sic est incapax, *vt diximus in*

19 *7 cap.q.52.num.105.* Nam,& id manet apud hæredem, † *vt scribit Farin. in sua prax.crimin.q.102.num 110.* sed ita demum, si non adsit coniunctus, qui partem illi relictam per ius accrescendi, vindicare possit.

Sextum sit exemplum in eo, quod relinquitur mulieri, quæ intra annum luctus transiuit ad secunda vota: nam, quia censetur relictum incapaci, ideo accrescit coniuncto. &

20 eo deficiente manet apud grauatum, † *vt scribit Dec.in l.1. num.11 C.de sec.nupt.*

Secundo procedit,etiamsi deficiat ex post facto, sed viuo testatore, vt euenit, cum legatum propter inimicitias censetur tacitè reuocatum: nam, licet dicamus, id manere apud

21 grauatos,† *vti videre est apud Bart in l.1.nu.1.& in l.si inimicitiæ 9 num 1.versic.quæro,& in l.vlt num.11.versic. quartum tempus, ff.de his,quib.vt ind.Castr.in l.fideicommissum 27.n.3. C.de fideic.Rum consil.162.n.6.versic. aut quæritur, vol.4 Nat. consil 462.n.28.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.12 tit.5.n 6 & 7. Pereg.de iur.fisc lib.3.tit.13.nu.1.* debet tamen hoc intelligi, nisi adsit coniunctus, qui partem indigni per ius accrescendi vindicare possit: nam eo existente pars illa non remanebit apud grauatum, sed ipsimet coniuncto accrescet, † *vt scribit* 22 *Vin.dec.450.n.25.vbi refert, ita fuisse a Regia Audientia iudicatum.* Idem est, &, si viuo testatore decesserit is, cui illicitè relictum est: nam id non à fisco vindicatur, sed apud eum, à quo relictum est,remanet † *l vlt. ff.de his,quib vt indig.* sed,si 23 adsit coniunctus, qui ius accrescendi habere possit, grauatus excludetur. Denique idem est,si portio ideo deficiat,quia vocatus decesserit viuo testatore, & ita facta sit quasi caduca: nam,licet dicamus,eam manere apud grauatum † *d.l.vnic.§.* 24 *pro secundo C de cad toll Menoch.cons.1112.num.14.* debet tamen hoc intelligi,nisi deficiens habeat coniunctum,qui partem eius per ius accrescendi vindicare possit, † *d l.vn.§.pro* 25 *secundo. Et in specie declarat Crau in l.cum filiofam.11.n.314. ff. de leg.1.*

Tertio procedit, etiamsi deficiat por mortem testatoris, sed ante,quam dies legati,aut fideicommissi cedat, & ita fiat caduca,prout euenit cum pendente conditione vocatus moritur: nam,& id manet apud grauatum † *l.cum filiofa.11. ff.* 26 *de leg primo,l.Titio centum 70.§ fin ff.de cond. & dem Nat. consil.68 num.5.* sed ita demum, si non adsit coniunctus, cui pars deficientis possit accrescere † *d.l.vn.§.sin autem aliquid* 27 *sub conditione C.de cad toll. Et in specie declarat Roma.consil. 185.num.9.& 11.in fin. Alex.consil.55 nu.3. vol.2.Bertr.consil. 28.num.2.vers c. his autem vol.7. Fabian.de mont. inter consil. vlt.vol consil.149.n.19.vol.1.Ceph.consil 156.nu.8.versic.3.& nu.9 & 16.* Idem est,&,si conditio deficiat: nam legatum remanet apud grauatum, nisi adsit coniunctus, qui partem vacantem per ius accrescendi vindicare possit, † *vt in specie* 28 *declarat Ang.consil.11.num.3.*

Quarto pocedit, etiamsi deficiat post cessionem diei, sed ante acquisitionem irresolubilem, prout euenit, cum legatarius repudiat: Nam,licet dicamus,legata,quæ repudiantur, apud hæredem remanere † *l.nam sicut 36.in princ. ff.de leg.* 29 *primo l.proinde 8.ff.si cert.pet.Et generaliter de legatis caducis scribunt Cuiac in not.ad Vlp.tit.17.inst.Menoch.consil.528.n.14.* hoc tamen procedit, si non adsit coniunctus, qui partem à socio repudiatam per ius accrescendi vindicare possit, † *vt* 30 *generaliter de caducis declarat Menoch.d consil.528.n.14.*

Quinto,& vltimo procedit, etiamsi deficiat post acquisitionem, in ijs scilicet casibus in quibus post emolumentum acquisitum ius accrescendi locum habere potest, *quos retulimus in 7.cap.q 59.num 28 & seqq.* Itaque, si tractetur de vsufructu,& vnus ex legatarijs post acquisitionem deficiat, eius portio non remanebit penes hæredem, & sic non consolidabitur cum proprietate,sed accrescet coniunctis, † *vt ostendemus in hoc cap q.3 nu.3. Et in specie declarat Vin. d.decis 406.* 31 *n.14.versic.Præterea,& n.15.* Idem est & si tractetur de legato habitationis: nam, si vnus ex legatarijs post agnitum legatum moriatur, eius pars non pertinebit ad hæredem, sed coniuncto accrescet.† *vt declarat Zanch.in l.hæredes mei 57.* 32 *§.cum ita part.10.nu.60.versic.& pro hac ff.ad Treb.* Et simili modo, si tractetur de proprietate, & simus in casibus in quibus etiam post acquisitionem locus est iuri accrescendi, vt, si legatarius priuetur ob spretum iudicium defuncti, puta ob illatã contra præceptum testatoris molestiam vxori, pertinebit quidem relictum ad hæredem, sed ita demum, si non adsit coniunctus; nam eo existente pars illi applicabitur excluso hærede, † *vt declarat Vin.d.dec.406.num.11.12.& 16.* 33 *versic.Postremo.* Idem est, & in alijs casibus, in quibus post emolumentum acquisitum locum habet ius accrescendi in proprietate *quos retulimus in d.cap.7 q.59.n 28 & seqq.* nam in ijs portio vacans ita demum remanebit apud hæredem, si non adsit coniunctus qui illam per ius accrescendi vindicare possit, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Horum autem omnium ratio est, quia, † quemadmodum 34 testator censetur magis diligere legatarium, quam hæredem in portione legata *l. si quis eum 37.in fin. ff. de cond.& dem.ou. l. legatum 119. in princip. ff. de leg.primo*, ita etiam censetur, eum magis diligere in portione legata coniuncto deficienti, † *vt scribunt Ias. in l.huiusmodi 86. §.si Titio, & Mæuio,nu.8. ff. de*

ff.de leg.primo. Crott in d.l.re coniuncti,num.68 Soc.Iun.consil.
36 1 *39.num.25.vol.*1. Quod patet ex eo quia, † aut legatum est
relictum coniunctim, Et tunc, quia solidum censetur singu-
lis relictum *l coniunctim 78 ff.de leg.3.& nos diximus in 5 cap.*
q 32.num.9. eaque ratione coniunctus partem socij deficien-
tis, quasi suam, & sibi relictam vindicat *l.Titio, & Seio.34.&*
l.nam ficus.36.in princ.ff. ad l. Aquil. Et nos etiam diximus in
*eodem 5 cap.q.32.num.*22. fieri non potest, quin in ea, quasi in
parte propria censeatur coniunctus hærede grauato prædi-
lectus. Aut vero est relictum disiunctim, Et, cum sermo te-
statoris manifestissimè solidum singulis assignarit *l. un. §.fin*
verò non omnes C.de cad.toll.& nos diximus in eodem 5.cap qu.
30 *num.*1. multo magis censeri debet disiunctus in parte di-
siuncti deficientis, quasi in parte sibi relicta magis dilectus,
quam is a quo legatum relictum est. Procedit igitur hoc a
37 voluntate testatoris, † qui coniungendo, aut disiungendo le-
gatarios ad eãdem rem vocatos censetur voluisse, vt inter
eos locum haberet ius accrescendi, aut non decrescendi. *se-*
*cundum ea, quæ diximus in 2.cap.q 2.nu.*48. & sic, vt coniun-
ctus, aut disiunctus hæredi grauato præferretur. Quamob-
rem dicimus, id in legatis, & fideicommissis ex voluntate te-
statoris, saltem præsumpta & coniecturata prouenire, *uti ui-*
*dere est in eodem 2.cap.q.2.num.*47. scilicet, quia, si cogitasset
de collegatarij defectu, verisimiliter expressisset, se velle, vt
eius portio pertineret potiùs ad legatarium, quam ad hære-
dem, *ut generaliter diximus in eodem 2.cap.q.2.num.*10.*&* 11.
*Et in proposito considerat Vin.d decis.*406.*num.*11. Hæc autem
adeo vera sunt, vt procedant

Primo, non solum, si testator hæredem grauatum simpli-
citer instituerit, sed etiam, si expressim dixerit, se eum insti-
tuere, etiam in pro non scriptis, & caducis: Adhuc enim vno
ex legatarijs, vel fideicommissarijs deficiente poterit coniun-
ctus portionem eius vindicare, & hoc modo excludere hære-
38 dem institutum, & grauatum, † *ut rectè censuit Soc. Iun. d.*
*cons.*139.*num.* 26. *& seqq. uol.*1. quoniam illa verba ita sunt
39 accipienda, † quasi testator dixerit, Instituo etiam in ijs, quæ
omnino pro non scriptis, & pro caducis habebuntur, &,
quæ secundum ordinem iuris remanere deberent apud hæ-
redem, *ut declarat Soc.Iun. ibi num* 26. quæ res dici non po-
test, quando superest vnus ex coniunctis: Nam, licet pars
legati, aut fideicommissi deficiens, habeatur pro non scripta,
vel fiat caduca, quoad incapacem, vel exclusum, non tamen
dicetur, esse talis simpliciter, quia deficere, aut caducum fieri
40 non videtur, quod a coniuncto vindicari potest † *ut declarat*
*Gratian.d cap.*533. *discept.foren. num.* 11.

Secundo procedunt, non solum, si coniunctus ipse velit
41 excludere grauatum, sed etiam, si eius hæres: † Nam quia ius
accrescendi transmittitur in hæredem, etiã in legatis, & fidei-
42 commissis, *ut diximus in 7.cap.q.62.nu.*7 ideo fit, † vt hæres,
idemque transmissarius debeat eodem iure censeri, quo con-
iunctus, *ut diximus in eodem 7.cap.q.62.num.* 24. & per con-
sequentias vt ita debeat excludere grauatum, vt ipsemet
coniunctus exclusisset: Nam, & simili ratione excluditur
43 etiam hæres grauatu, † *uti uidere est apud Guidop dec.*335.*n.*1.
ne alioquin plus iuris habeat hæres, aut melioris sit conditio-
nis, quam defunctus, *contra ea, quæ diximus in hoc cap.qu.*
7.num.64.

Planè, si ex coniecturis colligere possumus, testatorem in
parte vacante magis hæredem, quam coniunctum dilexisse,
44 magis erit, vt potior esse debeat hæredis causa, † *ut scribit*
*Vin.dec.*450 *n.*28. Coniecturæ autem non possunt aliæ con-
siderari, quam, quæ ostendunt, voluisse testatorem ius accre-
scendi prohibere, *quas referemus in* 10 *cap.q.*19.*nu.*1. *& seqq.*
45 Nam, quibus casibus † testator, vel expressè, vel tacitè ius ac-
crescendi prohibuit, non potest non censeri in parte vacante
magis hæredem, quam coniunctum dilexisse. Sed hoc non
fit per modum prælationis, sed per modum remotionis ob-
46 staculi, † quia testator prohibendo ius accrescendi, remouet
id, quod obstabat hæredi, ne penes eum pars vacans remane-
ret. Itaque non est hæc propriè exceptio, *ut patet ex ijs, quæ*
diximus supra num. 2. Et hæc de grauato.

S V M M A R I V M.

1 *Testamentum, si non ualet, quia testator non habuerit testamenti factionẽ, hæreditas pertinet ad uenientes ab intestato.*

2 *Filiusf. si testatus sit de peculio castrensi, vel quasi, & de aduentitio non accrescit hoc institutio in castrensi, vel quasi, sed pertinet ad venientes ab intestato.*

3 *Hæreditas eius, qui testamentum incidit, vel cancellauit, ut decederet intestatus pertinet ad venientes ab intestato.*

4 *Hæreditas eius, qui testamentum incidit uel cancellauit, pertinet ad venientes ab intestato si causa, cur id fecerit, sit dubia.*

5 *Hæreditas eius, qui dolo, & malis artibus inductus est ad testandum, & instituendum extraneum, pertinet ad venientes ab intestato.*

6 *Testamentum, si non valet propter defectum formæ, vel intrinsecæ, uel extrinsecæ, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato.*

7 *Testamentum, si postea rumpatur agnatione sui hæredis, vel qua alia de causa, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato.*

8 *Portio hæreditatis vacans in testamento militis non accrescit cohæredibus omnimodo disiunctis sed pertinet ad venientes ab intestato & cur, nu.*9.

10 *Portio hæreditatis vacans in testamento inter liberos, vel ad pias causas, non accrescit cohæredibus omnimodo disiunctis, sed pertinet ad venientes ab intestato.*

11 *Portio hæreditatis vacans non accrescit cohæredi, cuius portio fuit a lege limitata sed pertinet ad venientes ab intestato.*

12 *Ius accrescendi hæreditarium, si fuerit a testatore prohibitum, & valeat prohibitio, hæreditas ad venientes ab intestato pertinebit.*

13 *Prohibitus habere per ius accrescendi non censetur prohibitus ab intestato succedere. Fallit vt num.*14.

15 *Ius accrescendi, si fuerit uni ex pluribus hæredibus prohibitum, portio deficientis non pertinet ad venientes ab intestato, sed accrescit alijs. quibus non est facta prohibitio.*

16 *Ius accrescendi, si fuerit a testatore prohibitum, etiamsi non valeat prohibitio, non tamen omnimodo excluduntur venientes ab intestato, sed tantum iure directo.*

17 *Ius accrescendi excludit venientes ab intestato, & cur, nu.* 18 *& seqq.*

18 *Institutus cui pars cohæredis accrescit, censetur ad eam venire ex prouisione, seu dispositione testatoris, Declara, vt num.*22. *& seqq.*

21 *Legitimi hæredes veniunt ex prouisione, seu dispositione legis, non hominis, Declara vt num* 22. *& seqq.*

26 *Hæreditatis portio nulli assignata non pertinet ad venientes ab intestato, sed accrescit hæredibus in alijs partibus institutis.*

27 *Hæreditas nulli assignata non pertinet ad venientes ab intestato. sed accrescit instituto in re certa.*

28 *Institutio hæredis, si habeatur pro non scripta, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato Declara, vt num.*29.

30 *Testator, si instituat eum, quem putat esse filium, aut fratrem, cum non sit, eius hæreditas pertinet ad venientes ab intestato. Declara, vt num.*31.

32 *Testator, si instituat filium legitimatum, & legitimatio non valeat, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, Declara, vt num.*33.

34 *Testator, si ex parte instituat eum, qui tempore testamenti non est in rebus humanis, pars illi assignata non pertinet ad venientes ab intestato, sed accrescit alijs cohæredibus.*

35 *Incapax, si fuerit institutus, non fit locus fisco sed venientibus ab intestato, Declara. vt num.*36.

37 *Seruus pœnæ, si fuerit hæres institutus non valet institutio, & hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, Declara, vt num.*38.

39 *Deportati institutio habetur pro non scripta, ideoque hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, Declara, vt num.*40.

41 *Bannitus incapax si fuerit institutus, hæreditas non vindicatur a fisco sed pertinet ad venientes ab intestato, Declara, vt num.*42.

43 *Rebellis filius, si fuerit institutus, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato. Declara, ut num.*44.

45 *Religionem incapacem ingressus, si fuerit institutus, hæreditas pertinet ad venientes ab intestato, Declara, vt num.*46.

47 *Forensis qui, aut Principis constitutione, aut statutaria dispositione factus est incapax, si instituatur, non admittuntur venientes ab intestato, nisi omnes, tam substituti, quam cohaeredes deficiant.*

48 *Spurij institutio a patre facta non valet, ideoque pars ei relicta cohaeredibus accrescit exclusis venientibus ab intestato.*

49 *Spurio instituto non fit locus fisco, sed venientibus ab intestato, Declara, vt num. 50.*

51 *Naturalis, si supra vnciam heres instituatur, quod excedit, pertinet ad venientes ab intestato, nisi adsit substitutus, vel cohares, & num. 60.*

52 *Mulier, quae nupsit intra annum luctus, si haeres instituatur, quod ei relictum est, pertinet ad venientes ab intestato, nisi adsit substitutus, vel cohares.*

53 *Haeres, si propter inobedientiam priuetur ex dispositione testatoris pars eius applicabitur substitutis, uel cohaeredibus, non autem venientibus ab intestato, nisi omnes illi deficiāt.*

54 *Haeres si propter inobedientiam priuetur facto Iudicis, in eius parte cohaeres veniens per ius accrescendi praefertur venientibus ab intestato.*

55 *Repudiantis portio cohaeredibus accrescit exclusis venientibus ab intestato.*

56 *Haeres rei certae praefertur venientibus ab intestato, si omnes haeredes vniuersales deficiant.*

57 *Haereditas pertinet ad veniētes ab intestato si omnes haeredes testamētarij tam vniuersales quàm particulares deficiāt.*

58 *Haerede instituto ante aditam defuncto fit intestatae successionis locus, Declara, ut num. 59.*

61 *Legitimato si quid relinquatur supra quā statuto sit permissum fratribus, aut filijs fratrum extantibus, id, quod excedit, non applicatur fratribus, aut filijs fratrum, sed accrescit cohaeredi, & cur num 63.*

62 *Pars eius, qui alterius contemplatione excluditur, quando applicetur ei, cuius contemplatione facta est exclusio, & num. 64.*

65 *Ius accrescendi cessat, quoties pars instituti fuit a lege limitata, Declara, ut num. 66.*

An ius accrescendi excludat venientes ab intestato.

QVAESTIO IX.

NVnc transeamus ad quartum exemplum earum personarum, quae veniūt ex persona propria, & sic ad venientes ab intestato, & dispiciamus, an eis veniens per ius accrescendi praeferatur. Vtique autem, cum hoc quaerimus, duo supponimus, Primo, testamentum esse validum: Alioquin enim frustra de praelatione disputaremus, quia, cum praelatio supponat vocationem, *l. 2. §. si mater uersic. Cū enim ff. ad Tert.* & in proposito nulla sit vocatio, cum institutus non possit (saltem viriliter, & cum effectu) censeri vocatus ex eo testamento, quod non valet, vtpote, ex quo, neque adire haereditatem, nec per consequentias habere ius accrescendi potest, qua ratione dicimus inter iuris accrescendi requisita illud connumerari, ut testamentum sit validum, *sicuti ostendimus in 5. cap. q. 2. num. 8.* Consequens est, ut data testamenti inualiditate non possit haereditas, aut iure institutionis, aut iure accrescendi ad haeredes scriptos pertinere, sed omnimodo debeat ijs deferri, qui ab intestato successuri sunt. Hinc infertur.

Primo, si testamentum non valeat propter defectum potestatis, ut, quia testator non habuerit testamenti factionem, haud dubiè haereditatem ad venientes ab intestato pertinere,
1 † *ut docet Bart. in l. fi. num. 11. uersic. Primo casu ff. de his, quib. ut ind.* Exemplum sit in filiofa. qui non solum de peculio castrensi, uel quasi castrensi testatus est, sed etiam de aduentitio: Nam aduentitium non ad institutum in castrensibus, uel quasi castrēsibus, sed ad venientes ab intestato per-
2 tinebit, † *ut diximus in 7 cap. q. 23. in prin. uersic. primum, & dicemus in c. 10. q. 12. n. 3. Et in specie de venientibus ab intestato scribit Bar. in d. l. ult. n. 11. vers. Primo casu ff. de his, quib. ut ind.*

Secundo infertur, si testamentum non valeat propter defectum voluntatis, haereditatem similiter ad venientes ab intestato pertinere. Exempla sint.

Primum in eo, qui testamentum incidit, aut cancellauit, vt intestatus moreretur: Nam eius haereditas ad venientes ab intestato pertinebit, † *ut scribunt omnes, quos retulimus in 7.* 3
cap. q. 54. nu. 92. Idem est, & si non constet cur id fecerit: nam in dubio censetur cancellasse, quia volebat mori intestatus, & sic fauore venientium ab intestato. Quamobrem ad eos haereditas pertinebit, † *ut scribunt ij, quos retulimus in dict.* 4
quaest. 54. num. 92.

Secundum sit exemplum in eo, qui dolo, & malis artibus inductus est ad testandum, & instituendum extraneum, qui non erat ab intestato successurus; Nam eius testamentum non valet propter defectum voluntatis, ideoque illius haereditas ad venientes ab intestato pertinebit, † *ut consuluit Decia.* 5
cons. 69. num. 1. & seqq. per tot. uol. 2.

Tertio infertur, si testamentum non valeat propter defectum formae, vt, quia non sit adhibitus legitimus testium numerus, aut alia solemnitas, vel intrinseca, vel extrinseca, deficiat, haereditatem similiter ad venientes ab intestato pertinere † *l. fin. ff. de lib. & posth. & inst. de haered. quae ab int. def. in* 6
princ. Et scribunt Bart. in d. l. haereditas 4. n. 3. & ibi Ang. in fin. Ias. n. 11. versic. secundus casus C. de his, quib. vt indig.

Quarto infertur, etiamsi testamentum initio fuerit validū, si tamen postea fuerit infirmatum, vel, quia natus sit posthumus, vel qua alia ratione, haereditatem, non ad scriptos, aut iure institutionis, aut iure accrescendi, sed ad venientes ab intestato pertinere. † *Ita scribit Ias. in d. l. haereditas 4. n. 11.* 7
C. de his quib. vt indig.

Secundo verò data testamenti validitate supponimus, nos, esse in casibus, in quibus ius accrescendi respectu haereditatis possit in testamento habere locum, quia alioquin, si non posset, frustra de praelatione disputaremus, per ea, quae supra diximus. Hinc infertur.

Primo, si testamentum sit conditum à milite, & pars aliqua haereditatis vacet, eam, non cohaeredibus, si omnimodo disiuncti sint, accrescere, sed ad venientes ab intestato pertinere † *l. 1. & l. 2 C de testam. mil l. si duobus 38. ff. eod. l. si filius* 8
42. §. Papinianus, ff. de bon. liber. l. haereditate 19. §. filiusfa. ff. de castr. pecul. scilicet, quia † in huiusmodi testamento ius 9
accrescendi cessat, *vt ostendemus in 10 cap. quaest. 24 num. 98. & seqq. vbi latissimè totam hanc materiam prosequemur.* Idem est, & si testamentum sit conditum inter liberos, vel ad pias causas: Nam, quia etiam in eo ius accrescendi cessat, saltem inter omnimodo disiunctos, ideo fit, vt pars vacans debeat ad venientes ab intestato pertinere, † *vt ostendimus in 5. capit.* 10
q. 41. num. 13. & 14.

Secundo infertur, si lex, aut statutum expressim, aut tacitè ius accrescendi tollat, puta limitet, aut taxet portionem instituti, partem vacantem, non ad eum, sed ad venientes ab intestato pertinere, † *vt latissimè ostendemus in 10. cap. q. 10.* 11
num. 1. & qq. seqq.

Tertio demum infertur, si testator ius accrescendi prohibeat, & valeat prohibitio, puta in casibus, quos referemus *in eodem cap. 10. q. 16. nu. 10. & seqq.* vel, secundum vnam opinionem, quam etiam referemus *ibi, num. 23. & in q. seq num 6. & seqq.* haereditatem haud dubiè ad venientes ab intestato pertinere, † *vt patebit ex ijs, quae in supra relatis locis dicemus.* 12
Quod procedit, etiamsi is, qui ab intestato successurus est, sit idem, cui facta est prohibitio: Nam prohibitus habere per ius accrescendi non censetur prohibitus ab intestato succedere † *l. 1. & ibi gl. in verb. nam voluntas militis, quam ad hoc* 13
ibi not. Bald. num. 5. Alex nu. 7. Dec. num. 8 Cod. de testam. mil. nisi talis prohibitio fuisset facta fauore aliorum venientium ab intestato, † *vt limitant Bald. in d l. 1. numer. 5. & ibi Alex.* 14
num. 7. C. de testa. mil. nam tunc non posset prohibitus saltem cum effectu rem ab intestato obtinere, *secundum ea, quae dicemus in eodem 10. cap. q. 18 num. 5.*

Planè, si ex pluribus institutis vni tantum sit prohibitum ius accrescendi, licet valeat prohibitio, si tamen aliqua pars haereditatis vacet, illa non pertinebit ad venientes ab intestato, sed accrescet alijs cohaeredibus, quibus non est facta prohibitio, † *vt ostendemus in eodem cap. 10. q. 16. nu. 11.* quia non 15
censetur facta fauore venientium ab intestato, sed fauore aliorum cohaeredum venientium ex testamento, & ideo, quandiu potest illis esse locus, tandiu cessat ab intestato successio, *vt supra dictum est.*

Deni-

Denique, etiamſi ſimus in iis caſibus, in quibus prohibitio iuris accreſcendi a teſtatore facta non valet, vt regulariter euenit, ſecundum eam opinionem, quam nos, & veriorem, & receptiorem profitemur, *vti videre eſt in eodem cap.*10.*q.* 17. *num.* 1. *& ſeqq.* non tamen omnimodo venientes ab inteſtato
16 excluduntur, † ſed tantum inſpecto iure directo, ſcilicet, quia non obſtante prohibitione hæreditas accreſcit inſtituto, ſed effectu non excluduntur, quia hæres, cui facta eſt prohibitio, cenſetur per fideicommiſſum grauatus hæreditatem venientibus ab inteſtato reſtituere, *vt latè oſtendemus in eodem cap.*10.*q.*18.*num.*5.*& ſeqq.*

His ita ſuppoſitis, ſi quæramus, an ius accreſcendi excludat venientes ab inteſtato, conſtat, regulariter excludere,
17 † *vt ſcribunt gl. in l. ſi duobus.*38.*in verb. ſi duobus ff. de mil. teſt. Bald. in l. ſi fratris.*3.*num.*6.*in fi. C. de iur. delib. & in l. eam, quã* 14.*nu.*56.*C. de fideic. Alex. in l. ex aſſe* 52.*num.*4.*verſ. ſed poteſt ſaluari ff. ad l. Falc. Seb. Sap. in l. vn. nu.*5.*C. quand. non pet. part. Ceph. conſil.*49.*num.*39.*&* 41.*Oſaſ. conſil.* 20.*num.* 19.*verſic. reſpondetur, Gomez. tom.* 1.*varia. reſolu. cap.* 10.*nu.* 20.*verſic. Confirmatur, Surd. conſil.* 120.*nu.*24. Hoc enim eſt, quod ſupponimus, quotieſcunque dicimus hæreditatem, aut eius partem inſtituto accreſcere, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus *l. hæreditate* 19.*§. filiusf. ff. de caſtr. pecul. l. idem eſt* 13.*§. vlt. cum l. ſeq. ff. de mil. teſt. §. non autem, inſt. de hæred. inſt. Et videre eſt in caſibus relatis in* 3.*cap. q.*1.*n.* 1.*&* 18. *verſic. cæterum, & q.*2.*num.*6.*& ſeqq. & cap.*5.*q.*40.*num.* 4.*& q.*41.*num.*9.*& cap.*6.*q.*1.*num.*2.*verſic. primo, & cap.*7.*q.*1.*, nu.* 2.*& q.*7.*num.*4 *& cap.* 8.*q.*4.*nu.*27. Nam ſupponimus, ceſſante iure accreſcendi, debere eam ad venientes ab inteſtato pertinere & teſtatorem pro ea decedere inteſtatum, ſed, quia locum habet ius accreſcendi, ideo venientes ab inteſtato excludi, & teſtatorem non decedere pro parte inteſtatum. Huius autem rei triplex poteſt afferri ratio.

18 Prima, quia, † qui venit ex teſtamento, haud dubiè excludit eos, qui ab inteſtato vocantur *l. quandiu.* 90.*ff. de reg. iur. l. nec* 15.17.*§. vlt. l. quandiu.*39.*l. in plurium* 69.*& l. illud* 76.*ff. de acq. hæred. l. ante, quam* 8.*C. commu. de ſucceſſ. l. vn. in princ. ff. ſi tab. teſt. null. extab. l. vn. §. cum autem, C. de cadu. toll.* Sed veniens per ius accreſcendi vtique venit ex teſtamento, quia venit, tamquam inſtitutus, & ſcriptus a teſtatore *l. ſi in teſtamento.*5 *ff. de vulg. & dicemus in hoc cap. q.*45. *nu.* 6. cum pars accreſcens cenſeatur ex eadem cauſa, iure, & titulo haberi, quo pars principalis, *vt oſtendemus ibi num.* 1. Debet igitur eos excludere, qui ab inteſtato vocantur.

19 Secunda ratio eſt, quia, † qui venit ex prouiſione, ſeu diſpoſitione hominis, præfertur ei, qui venit ex prouiſione, ſeu diſpoſitione legis *l. vlt. verſ. hæreditatem autem C. de nec. ſeru. hæred. inſt.* Sed inſtitutus, qui iure accreſcendi nititur, venit
20 ex prouiſione, ſeu diſpoſitione hominis, † *vt tradunt ij, quos retulimus in* 2.*cap. q.*2. *num.* 31.*&* 32. Succedens verò ab in-
21 teſtato venit ex prouiſione, ſeu diſpoſitione legis † *l.* 3. *§. de illo ff. pro ſoc.* Ergo inſtitutus, qui venit per ius accreſcendi, debet ei præferri, qui ab inteſtato venit.

Dicet aliquis, minorem videri in vtraque ſui parte falſam, quia, aut loquimur de prouiſione expreſſa, Et falſum eſt, inſtitutum venire ad partem accreſcentem ex prouiſione hominis, cum voluntas, & diſpoſitio teſtatoris, quæ in iure accreſcendi conſideratur, non ſit expreſſa, ſed tacita, *vt declarant ij, quos retulimus in eodem* 2 *cap. q.*2.*num.*5 *&* 6. Quamobrem dicimus, ius accreſcendi non ex hominis, ſed ex legis diſpoſitione prouenire, *uti videre eſt in d. b.*2.*num.*24. Aut verò loquimur de prouiſione tacita, Et falſum eſt, legitimos hæredes non venire ex prouiſione hominis, cum etiam is, qui moritur inteſtatus, cenſeatur tacitè vocare venientes ab inteſtato, & eos quodammodo inſtituere, & ſcribere heredes *l.* 3. *in prin. & l. conficiuntur.*8 *in prin. ff. de iur. codic.* Verum reſpon-
22 deo, nos loqui † de prouiſione, & diſpoſitione teſtatoris expreſſa, non tacita, & dicere, inſtitutum, qui vindicat partem accreſcentem, venire ex prouiſione, & diſpoſitione teſtatoris, cum verò, qui ab inteſtato ſucceſſurus eſt, venire ex prouiſione, ſeu diſpoſitione legis, non teſtatoris, quia non teſtator eum, ſed lex ad ſucceſſionem vocat.

Nec obſtant ea, quæ ſupra diximus, quia procedunt,
23 † ſi principaliter, & per ſe vocatio conſideretur: nam hoc reſpectu pars accreſcens non venit ex prouiſione hominis, ſed ex prouiſione legis, non minus, quam ea, quæ ab inteſtato defertur, & ſi venit ex prouiſione, ſeu voluntate hominis, haud dubiè venit ex tacita, non expreſſa, vt, & illa, quæ defertur ab inteſtato. *Et ita intelligenda ſunt, quæ diximus in* 2. *cap. q.*2.*num.*5.*& ſeqq.* Itaque hoc reſpectu nulla eſt inter vocationem, quæ fit iure accreſcendi, & eam, quæ fit ab inteſtato, differentia. Cæterùm, ſi conſideremus vocationem, prout venit acceſſoriè ad inſtitutionem, & diſpoſitionem factam a teſtatore, verius eſt, differre partem accreſcentem ab ea, quæ ab inteſtato defertur, quia accreſcens venit ex prouiſione, & diſpoſitione teſtatoris, legitima verò non, niſi ex prouiſione, & diſpoſitione legis, *ut dictum eſt*.

Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia † accreſcens tamquam ac- 24
ceſſoria ad partem principalem ſumit illius naturam, & eodem, quo illa, cenſetur haberi iure, *vt dicemus in hoc cap. q.*43. *num.*1.*& q.*45.*num.*1. Cum igitur pars principalis habeatur iure inſtitutionis, & ſic ex prouiſione, & diſpoſitione teſtatoris expreſſa, Conſequens eſt, vt eodem iure cenſeatur haberi pars accreſcens, *ſicuti oſtendemus in eadem q.*45.*nu.*4. At, quæ ab inteſtato defertur, non poteſt conſiderari, vt alterius partis acceſſoria, quia per ſe, & principaliter defertur, non conſecutiuè ad diſpoſitionem factam a teſtatore. Ergo nulla ratione poteſt cenſeri ex prouiſione, ſeu diſpoſitione teſtatoris expreſſa prouenire; Et ita rem hanc definiendam puto.

Tertia denique ratio eſt, quia, † vbi duo ſunt incompati- 25
bilia, id, quod eſt potentius, & fauorabilius, debet alteri præualere, *ut oſtendemus in* 10.*cap. q.*17.*nu.*48. Sed, cum vnus eſt in quota, vel re certa inſtitutus, & vacat alia pars, aut etiam tota hæreditas, incompatibile eſt, ſuſtineri inſtitutionem, & partem, ſiue hęreditatem vacantem ad venientes ab inteſtato pertinere, quia hoc modo decederet quis pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, quod eſt incõpatibile *l. ius noſtrũ.* 7 *ff. de reg. iur.* Ergo debet præualere, quod eſt potẽtius, & fauorabilius. Atqui potentior, & fauorabilior eſt cauſa teſtati, quam cauſa inteſtati *l. ſi pars.*10.*ff. de inoff. & nos oſtendemus in eodem cap.*10.*q.*17 *nu.*48.*& ſeq.* Debet igitur illa præualere, & inteſtati cauſam excludere. Idque adeo verum eſt, vt procedat qualitercunque hæreditas, ſiue pars hæreditatis vacet.

Primum enim procedit, ſi vacet, quia nulli ſit aſſignata: nam, ſi teſtator non diſtribuat totum aſſem, pars nulli data accreſcit iis, qui in reliquis partibus inſtituti, aut directò ſubſtituti ſunt excluſis venientibus ab inteſtato, † *ut de inſtitutis* 26
diximus in 7.*cap. q.*1.*num.*1.*Et in ſpecie ſcribit Gomez. tom.* 1. *varia. reſol. cap.* 10.*num.*20. *verſ. Confirmatur. De ſubſtitutis verò diximus in eodem cap.*7.*q.*5 *n.*1.*Et in ſpecie ſcribit Galian. in l. centurio.*15.*num.*501.*verſ. breuiter ff. de vulg.* Idem eſt, &, ſi inſtituat aliquem in re certa non dato cohærede vniuerſali, quo caſu vacat tota hæreditas; nam illa defertur hæredi particulari, *ut oſtendimus in eodem cap.*7.*q.*7. *num.* 1. *& ſeqq.* Quo fit, vt etiam in hac ſpecie venientes ab inteſtato repellantur, † *vt in ſpecie declarant Ceph. conſ.*59 *n.*39.*& ſeqq. Go-* 27
*mez. d. tom.*1.*varia reſol. cap.* 10.*num.*20.*verſ. confirmatur.*

Secundo verò procedit, ſi vacet, quia habeatur pro non ſcripta: Nam, quod dicimus, hæreditatem, quæ pro non ſcripta habetur, ad venientes ab inteſtato pertinere † *uti videre* 28
eſt apud Alex. in l. ſi quis mihi bona 25.*§. ſi quis plane, nu.*2.*verſ. in gl. fin. ff. de acq. hæred. Iaſ. in l.*1 *num.* 3.*verſ. Ad idem facit C. de hæred. inſt.* debet intelligi, † niſi adſit ſubſtitutus, aut cohę- 29
res, qui per ius accreſcendi poſſit illam vindicare: nam eo exiſtente venientes ab inteſtato excludentur, *ut oſtendimus in* 7. *cap. q.*22 *num.* 3. Hinc infertur

Primo, ſi teſtator errauerit in qualitate perſonæ, puta inſtituerit eum, quem falsò putabat eſſe filium, vel fratrem, talem inſtitutionem haberi pro non ſcripta, ideoque, quod ei datum eſt, cohæredibus accreſcere *ut diximus in eodem* 7.*cap. q.*23.*nu.*1.*&* 5 Itaque, quod dicimus, in hac ſpecie hæreditatem ad venientes ab inteſtato pertinere, † *uti videre eſt apud* 30
*gl. in l. hæreditas.*4.*in verb. peti poterunt, verſ. in tertio caſu, & ibi Iaſ. num.* 11.*C. de his quib. ut indig. Bart. in l. ſi pater.*4.*num.*3.*& ibi Bald. num.*1.*Caſtr. num.*4 *Alex. in fi. C. de hæred. inſt. Caſtr. in l.*1 *num.*5.*verſ. primus, & ibi Iaſ. num.* 6.*C. de his quib. ut indig. Cagn. in l. Papinianus.*8.*§. meminiſſe nu.*1.*verſ. reſtringe tertio ff. de inoff. Vaſq. lib.*3.*Illuſtr. controu. c.*102 *n.*4.*ubi teſtatur, hanc eſſe communem opinionẽ,* debet etiam intelligi, † niſi adſit ſub- 31
ſtitutus, aut cohæres, qui ius accreſcẽdi habere poſſit: nam eo exi-

existente venientes ab intestato excludentur, *ut patet ex ijs, quæ diximus in d.q.23.num.5.* Idem est, & si testator instituat filium a se legitimatum: nam, si legitimatio non valeat, vo-
32 cabuntur venientes ab intestato, † *ut scribunt Castrens. in l. eam quam 14 num.4.C.de fideic.Dec.consil.175.n.3.consi.319. in pri n.& consil.453.nu.8.Mantic. de con. ult. vol. lib.4.tit.12.*
33 *num.4.* Sed ita demum. † si non adsint substituti, vel cohæredes, qui ppe, qui venientibus ab intestato sunt potiores, *ut patet ex ijs, quæ diximus in eadem q.23.num.6.*

Secundo infertur, si testator instituat eum, qui tempore testamenti, non erat in rebus humanis, partem illi datam, quæ pro non scripta habetur cohæredibus accrescere, non autem
34 ad venientes ab intestato pertinere, *l. quo loco 20.§.1.ff.de hæred.inst & nos diximus in eodem 7.cap.q.24 num.2.*

Tertio infertur, si testator, instituat incapacem, partem eius ad cohæredes, non etiam ad venientes ab intestato pertinere, *ut patet ex ijs, quæ diximus in eodem 7. cap. q. 25.num.4.* Itaque quod dicimus, non fieri locum fisco; sed venientibus
35 ab intestato, si incapax fuerit institutus, † *l.post legatum. 5.in prin.versic.de eo verò ff de his quib.vt indig. Et scribunt Bart.in d.l.hæreditas.4.num.2.& ibi Ias.num.10.C.de his quib.ut indig. Bart in l fin.num.8.ff.eod. & in l.si totam 82. num. 3 ff de acq. hæred. Bald in l si is, qui ex bonis.6.vers.& est ratio ff. de vulga Ang.in..1 num vers.in gl.ult C.de hæred.inst.Nicet.ad l.Gallus.29.num.33 ff.de lib.& post.Martin. Laud. de fisco qu 212. Soc.Sen.consil.22.num.13 uol.1.& cons.275. num. 12. uers.3. principaliter uol.2.Dec.in l.1.nu.10 versic.& in ista Cod.de sec. nupt.Boss.in tit De his, quib.ut indig. bon. aufer.& ad fisc.non pert num.3.Gabr.cons.104.num.5.uol.1.Menoch.consil.175.nu. 29.cons.511 num.18.versic.2.consil.557.num.30.cons.1128.nu. 5.& cons.1137.nu.64.Surd consil.93 nu.4. Farin. in sua prax. crim.q.25.num.139.* procedit, si non adsint substituti, vel cohæredes, qui partem assignatam incapaci vindicent per ius accrescendi: nam his existentibus, non fiet intestatæ succes-
36 sioni locus, † *ut de utrisque scribunt Soc. Iun. cons.3 num.12. vol.3.& Pereg.de iur.fisc.lib.3.tit.1 numer. 2. Et simpliciter de substitutis Menoch.d cons.1137 num. 66. De cohæredibus verò Bart.in d.l.hæreditas.4 num.1.vers præterea C.de his, quib.ut indig.Barba cons.8.num.11.vers.Facit etiam, uol.3.Cagn.in d.l. Papinianus. 8. § meminisse num.1. vers.Restringe 3.ff.de inoff. Menoch.d.consil.275 num.28.* Exempla sint.

Primum si testator instituat seruum pœnæ, puta damnatum ad mortem, vel in metallum: nam. quia talis institutio, tamquam collata in personam incapacem habetur pro non scripta, *ut diximus in eodem 7.cap.q.52.num 32:* ideo succes-
37 sio pertinet ad venientes ab intestato. † *ut scribunt Bart.in d. l fin.num 11.vers secundus casus ff de his quib.indig.Ias.in d.l.si quis mihi bona.25.§.seruus num.9 ff.de acq hæred Nicet. ad l. Gallus 29.num.33.ff.de lib.& posth. Farin d.q.102.num. 161,* sed ita demum, si non supersint substituti, aut cohæredes in eodem testamento instituti: nam hi capient portionem vacantem, *ut diximus in eadem q 52.num.33.* & venientibus ab
38 intestato præferentur, † *ut declarant gl.in d.l. si quis mihi bona.25.§.si quis planè.in verb.pro non scripto.& ibi Alex.num. 2. vers.in gl fin.Ias.nu.11.vers.in 3 parte ff.de acq.hæred. Soc. Iun. d cons.3.nu.12.uol.3.Pereg de iur fisc.lib.3.tit.1.num.2.*

Secundum sit exemplum, si testator instituat deportatū: nam, quia talis etiam institutio, tamquam collata in personam incapacem habetur pro non scripta, *ut diximus in eodem q.52.num.55.* ideo fit, vt successio debeat ad venientes ab
39 intestato pertinere, † *ut scribunt Bart.in l.si deportati. 7. nu.1. ff.de leg.3. Alex.in d. l.si quis mihi bona 25. §.si quis planè, in prin.& ibi Ias.num 9.versic.& si isto modo ff.de acq hæred. Ias. in l.1 num.3.versic.tamen contraria C.de hæred inst.Vasq.lib.3. Illustr controu cap 102.num.3.* sed, si adsint substituti, aut cohæredes, qui partem adscriptam deportato vindicare possint, *secundum ea, quæ diximus in eadem q.52. nu. 56.* haud dubiè
40 venientibus ab intestato præferentur, † *ut declarant Alex. consil 26.num.1.vol.1.Clar.in §.testamentum q.22.nu. 2. Crass. in §.legatum qu.2 num.2.Pereg.de iur.fisc.d.lib. 3.tit.1.num.2. Farin.d.q.102.nu.160.*

Tertium sit exemplum, si testator instituat bannitum incapacem. *secundum ea, quæ diximus in eodem q.52 num. 105.* Nam, quia talis institutio habetur pro non scripta, ideo fit, ut pars illi relicta debeat ad substitutos, uel cohæredes, non uerò ad legitimos successores pertinere, *ut diximus ibi num. 107.* Itaque quod dicimus, instituto bannito incapace non vocari fiscum, sed venientes ab intestato, † *uti uidere est apud Men. 41*
consil 101.num.36.& Farin.d.q.25 num.139.& d q.102 num. 110. debet intelligi, nisi adsit substitutus, uel coniunctus; nam hi sine dubio potiores erunt, † *ut declarant Nell.de bann. in 42*
prima parte secundi temporis num.38.& Farin.d q.102.n.110.

Quartum exemplum sit, si testator instituat filium rebellis, seu damnati crimine læsæ maiestatis, qui etiam censetur incapax, *ut diximus in eadem q.52.num.14.* Nam, quia eius etiam institutio habetur pro non scripta, *ut diximus ibi n.16.* ideo fit, ut hæreditas debeat ad venientes ab intestato pertinere, † *ut scribunt Ang.in l.1 nu.4 C.de hæred.inst.Nicet ad l. 43*
Gallus.29.nu 32.in fi.ff.de lib & post.Soc.Sen.consil.275.nu.12. vers.3.principaliter, vol.2.Gomez.tom.3.varia resol. cap.2. nu. 14.versic sed his, nisi adsint substituti, uel cohæredes: nam hi, tamquam potiores venientibus ab intestato præferentur, † *ut 44*
diximus in eadem q.52.num 17.Et in specie declarat Menoch. consil 275.num 26,28.& 29.

Quintum sit exemplum, si testator instituat eum, qui propter religionem factus est incapax, puta, quia sit ingressus religionem fratrum minorum: Nam, quia talis institutio, tamquam in eum collata, qui capere non potest, iam ab initio non consistit. sed habetur pro non scripta, *ut diximus in eadem q.52.nu 3,* ideo fit, vt successio pertineat ad venientes ab intestato, † *ut scribunt Bart.in l.si in metallum 3.num. 2.ff. de 45*
his, quæ pro non script.hab. Nicet.in d.l.Gallus.29.num 33.ff.de lib & posth Men.consil.511 num 18.vers.2. sed ita demum, si non adsint substituti, vel cohæredes, qui ex testamento partem illi adscriptam vindicare possint: nam hi haud dubiè venientibus ab intestato præferentur, † *ut de substituto decla- 46*
rat Bald in d l.si quis mihi bona.25.§ si quis planè, versic.deinde ex isto, ff.de acq.hæred.

Sextum exemplum sit, si testator instituat forensem, qui, aut Principis constitutione, aut statutaria dispositione factus est incapax: nam, quia huiusmodi etiam institutio habetur pro non scripta, *ut diximus in eadem q.52.num. 11.* ideo pars illi adscripta accrescit cohæredibus, *ut diximus ibi n.12.* nec admittuntur venientes ab intestato, nisi priùs omnes, tam substituti, quam cohæredes deficiant, † *ut in specie declarat 47*
Soc.Iun.d cons.3.num.12.vol.3.

Septimum exemplum sit, si testator instituat spurium; nam, quia institutio habetur pro non scripta, *ut diximus in eodem 7.cap q 26 num.4.* ideo pars eius accrescit alijs cohæredibus exclusis venientibus ab intestato. † *ut diximus ibi nu.5. 48*
Et in specie de venientibus ab intestato scribunt Soc.Iun d. cons. 3.n.12 uol.3.Gabr cons.104.n.7.vol.1 Menoch.cons.1137.n.50. & 66 Et sentiunt etiam ij, quos referemus infra nu 50. Quod igitur dicimus. instituto spurio non fieri locum fisco, sed venientibus ab intestato. † *uti uidere est apud Bart.in d.l ult.nu. 49*
8 & 11 uers aut potest ff.de his quib.ut indig.& cons.119. nu.3. lib.1 Bald in l.3.vers.sed nunquid, & ibi Imol.nu.4 uers sin autem ff.de testam Bald.in l.si is, qui ex bonis.6.uers.aut aufertur, ff de vulg. Ang.in d l hæreditas 4.num.3.vers.& nota & ibi Ias. num.5.C.de his, quib.ut indig. Ang.in l 1.num 4.C.de hæred.inst. Castr in l.1.num.5.uers.Tertius C.de his, quib.vt indig. Mart. Laud de fisco q.212, Dec.mihi cons.310.num.3.uers.& pro ista conclusione Vasq.lib.3.Illustr.contro.cap.102 num. 8. Crass in §. institutio q 9.& in §.legatum q.6.nu.2.Menoch.cons.511.nu.18. uers.3.Peregr.de iur fisc.lib.3.tit.18 nu.97. intelligendum est, nisi supersit substitutus, aut cohæres. † *ut in specie declarant 50*
Bart in d.l hæreditas.4 num.1.& 2.vers.regula, & vers.si verò cum quibusdam, & ibi Alex.num.3 C.de his, quib.vt indig. Bart in d.l.ult.nu.8.ff.eod Alex.cons.102. num. 3. uol. 6. Corn. cons.310.num.7.uol.1.Gabr.d.cons.104.num. 7. vol.1. Gomez. tom.1.varia resol.cap.10.num.29.vers.& idem Clar. in §.testamentum q.31.nu.3.Peregr de iur.fisc lib.2.tit.2.num.4.& d.lib. 3.tit.1.num.2.& tit.18.num.99 & 100.Menoch. d. cons.1137. num.50. Idem est, & si legitimis extantibus instituatur naturalis, nam, quod supra vnciam relictum est, pro non scripto habetur, *ut diximus in eodem 7.cap.q.26.num. 18.* & pertinet ad venientes ab intestato, † *ut scribunt Bald in d.l.si is, qui ex 51*
bonis.6 vers.quæ opinio, & vers aut aufertur ff de vulg.Pereg. de iur fisc dict.lib.3. tit. 18. numer. 1. sed, si habeat substitutum, aut cohæredem, erit hic legitimis præferendus, *ut*

dixi-

diximus in eadem quæſt. 26. numer. 19. & 20.
Octauum ſit exemplum, ſi mulier, quæ nupſit intra an-
num luctus,ab aliquo inſtituatur: nam,quia capere non po-
teſt, ut diximus in eodem cap. 7. q. 54 num. 40. ideo quod ei re-
lictum eſt, defertur venientibus ab inteſtato, niſi mulier ha-
beat ſubſtitutum, aut cohæredem; nam hi venientibus ab
52 inteſtato præferentur † ut diximus ibi num. 42. Et in ſpecie de-
clarant Decan l. 1. num. 11. C. de ſec. nupt. & Surd. conſ. 93. n. 5.
Quarto principaliter id, quod ſupra diximus, ius accre-
ſcendi excludere venientes ab inteſtato, procedit, etiamſi pars
ideo vacet, quia poſt aſſignationem fuerit a teſtatore adem-
pta, ut diximus in eodem 7. cap. q. 50. num. 4 & ſeqq Exem-
pla ſint.
Primum, ſi teſtator pluribus hæredibus inſtitutis cancel-
let quorundam nomina, non quia reputet eos indignos, ſed,
quia ſimpliciter nolit eos ſuccedere: Nam pars, quæ fuerat
illis aſſignata, priùs ad ſubſtitutos, vel cohæredes, quam ad
venientes ab inteſtato pertinebit, ut diximus in eadem qu.
50. num. 29.
Secundum exemplum ſit, ſi teſtator iubeat hæredi, vt ali-
quid faciat, vel prohibeat, ne faciat, & in caſum inobedientiæ
eum priuet, nec ſpecialiter aliquem eo caſu vocet: Nam pars
eius pertinebit ad ſubſtitutos, vel cohæredes, non verò ad ve-
53 nientes ab inteſtato, niſi priùs omnes illi deficiant, † ut ſcri-
bunt Bart. in l. paterfa. 44. num. 7. & ibi Imol. num. 8. verſ. contra-
rium ff. de hær. inſt. Bald. in l. 1. num. 43 & ibi Caſtr. num. 2. C. de
his, quæ pœn. nom. Bald. in auth. cui relictum, num. 10 & 11. C. de
ind. vid toll. Alex conſul. 138. num. 13. vol. 1. Iaſ. in l. 1. nu. 6. verſ.
limita tamen C. de his, quib. vt indig. Ruin. conſul. 87. num. 3. vol.
2. Pereg. de iur. fiſc. lib. 2. tit. 10. num. 19. Men. conſ. 525. num. 8 &
conſil. 1084. num. 10. & ſeqq. Et ſimpliciter de venientibus ab in-
ſtato Mantic. de con ult. vol. vol lib. 8. tit. 17. num 8. Idque pro-
cedit, etiamſi prohibitio reſpiciat fauorem certæ perſonæ:
Non enim illi, ſed prædictis perſonis pars adempta applicabi-
tur, ut oſtendemus in eadem q. 54. num. 157. & ſeqq
Tertium ſit exemplum, ſi hæres propter inobedientiam,
non a teſtatore priuetur, ſed a Iudice ſeruata forma §. ſi quis
autem non implens. Auth. de hæred. & Falc coll. 1. & Auth. hoc
ampliùs C de fideic. Nam pars quæ illi aufertur, non ante ve-
nientibus ab inteſtato defertur, quam deficiant omnes, tàm
ſubſtituti, quàm cohæredes Quamobrem & in hac ſpecie ius
54 accreſcendi venientibus ab inteſtato præfertur † d. §. ſi quis
autem non implens, & d. Auth. hoc ampliùs, & nos diximus
in eadem q. 54. num. 155.
Quinto procedit, etiamſi pars aſſignata vacet, non facto
teſtatoris, ſed facto hæredis ſcripti vel caſu, prout euenit, cum
teſtator inter plures hæredes diſtribuit totum aſſem, & po-
ſtea vnus ex iis deficit, vel repudiatione, vel morte, vel ſuper-
ueniente incapacitate: Nam pars eius accreſcit aliis cohære-
dibus, ſiue ſint coniuncti re, ſiue verbis, ſiue re, & verbis, ſiue
etiam omnimodo diſiuncti. ut diximus in 5. cap. de re coniun-
ctis q. 37. num. 1 & 2. De coniunctis verbis q. 38. num. 7. De con-
iunctis re, & verbis q. 39. nu. 1. & 2. Et de omnimodo diſiunctis q.
41. num. 8. Et, ſiue ſint coniuncti coniunctione hominis, ſiue
coniunctione legis, vt diximus in eodem 5. cap. quæſt. 40. nu. 4.
Et, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſpeciali ad ſuam por-
tionem admittantur, ut diximus in 7. cap. quæſt. 61. numer. 1.
Quamobrem etiam in hac ſpecie ius accreſcendi excludet
55 venientes ab inteſtato. † vt ſcribunt Gomez. d. tom 1. varia. re-
ſol. cap. 10. num. 20. verſic Confirmatur, Oſaſ. conſul. 20. num. 19.
verſic. reſpondetur, Surd. conſil. 120. nu. 24. Idem eſt, &, ſi mor-
te, vel repudiatione deficiant omnes hæredes vniuerſales, quo
caſu vacat tota hæreditas: Nam, ſi ea accreſcat hæredibus
particularibus, ſecundum ea quæ diximus in eodem 7 cap. q. 9.
56 nu. 16. & ſeqq. venientes ab inteſtato excludentur, † vt ſcri-
bunt Ceph. conſul. 59. nu. 39. & ſeqq. & Gomez. d. tom. 1. variar.
reſolut. cap. 10. nu. 20. verſic. Confirmatur. Planè, ſi omnes hæ-
redes teſtamentarij deficiant, vel repudiatione, vel morte, vel
ſuperueniente incapacitate, quin hæreditas ad venientes ab
57 inteſtato pertineat, non eſt dubitandum. † Ita ſcribit Bald.
in d. l. ſi quis mihi bona. 25. §. ſi quis planè, verſic. deinde ex iſto ff.
de acq. hæred. Et ita intelligendum eſt, quod dicimus. hærede
58 ante aditam defuncto, fieri inteſtatæ ſucceſſioni locum, † ut
videre eſt apud Caſtr. in l. vlt. in prin. nu 4. C. de bon quæ lib. vt
ſcilicet procedat, ſi non adſit ſubſtitutus, vel cohæres: Nam
alioquin ab inteſtato venientes excludentur, † vt declarat 59
Imol. in l. ſi, qui hæres. 13. §. fin. verſic. & tene etiam, ff. de
acq. hæred.
Sexto denique procedit, etiamſi pars deficiat ex diſpoſi-
tione legis, quæ merum fauorem venientium ab inteſtato re-
ſpiciat: nam, & in hoc caſu veniens per ius accreſcendi,
tamquam potior illos excludet. Exempla ſint
Primum in eo, quod extantibus legitimis relinquitur na-
turali ſupra vnciam: nam licet id quod excedit, non capiatur
a naturali, non tamen applicatur filiis legitimis, ſi naturalis
coniunctum habeat, ſed ipſimet coniuncto accreſcit, † ut di- 60
ximus in 7. cap q. 26. num. 18. & ſeqq.
Secundum ſit exemplum in eo, quod legitimato relinqui-
tur ſupra, quam ſtatuto ſit permiſſum fratribus, aut filiis fra-
trum extantibus: Nam id, quod legitimatus non capit, non
applicatur fratribus, aut fratrum filiis ab inteſtato venienti-
bus, ſed accreſcit coniuncto, † ut in ſpecie conſuluit Oſaſ. d. conſ. 61
20. num. 19. verſic. reſpondetur.
Nec obſtat, quod, vbi excluſio alterius contemplatione ſit,
quod ab excluſo non capitur, debet iis applicari, quorum cō-
templatione fit excluſio, vt diximus in 5. cap q. 49. nu. 1. & 2.
quia hoc verum eſt, † ſi is, cuius contemplatione fit excluſio, 62
ſit hæres, vt declarat Alex. in l. ex aſſe. 52. nu. 4. veſic. ſed poteſt
ſaluari ff. ad l. Falc. Cœterùm, ſi non ſit hæres, vt in propo-
ſito, in quo ſupponimus, teſtatorem inſtituiſſe legitimatū, &
extraneum fratribus & filiis fratrum omnino excluſis, verius
eſt, partem, quæ a legitimato non capitur, debere accreſcere
cohæredi, & ſic extraneo, non fratribus, aut filiis fratrum ab
inteſtato venientibus, quia, † cum hi nullam portionem ha- 63
beant, Conſequens eſt, vt nihil eis poſſit accreſcere, ſecundum
ea, quæ diximus in 7. cap q. 72. n. 5. Et in ſimilibus terminis ar-
guit Ceph. conſul 59. num. 40. vel procedit, † niſi ſuperſit alius, 64
qui ſit potentior eo cuius contemplatione fit excluſio, ut in
exemplis ſupra relatis: Nam licet excluſio naturalis, uel legi-
timati videatur facta contemplatione legitimorum, aut fra-
trum fratriſue filiorum quia tamen ſupereſt coniunctus, qui
eſt potentior, ideo, quod ab illis non capitur, non his applica-
tur, ſed coniuncto accreſcit, vt in ſpecie declarat Bald. in l. eam,
quam. 14. nu. 56. C. de fideic quem ſequitur Alex in d. l. ex aſſe.
52. num 4. ff. ad l. Falc.
Minus obſtat, quod ius accreſcendi ceſſet, quoties pars in-
ſtituti fuit a lege limitata † quod eo caſu non ſit abſurdum, 65
quem decedere pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum,
ut oſtendemus in 10. cap. q 13. num. 1. & ſeqq quia hoc verum
eſt, † reſpectu ipſius inſtituti, cuius portio fuit a lege limita- 66
ta: nam, quia ſupra illam portionem non poteſt quicquam
conſequi, ideo, quod excedit, non poteſt ei accreſcere, ſiue te-
ſtator de eo non diſpoſuerit, ſiue diſpoſuerit, fauore alicuius,
qui poſtea defecerit. Cœterùm reſpectu alterius cohæredis,
ſeu coniuncti, cuius portio non eſt a lege limitata, quin ius
accreſcendi locum habere poſſit, non eſt dubitandum, quia
limitatio non excludit ius accreſcendi, niſi reſpectu illius, cu-
ius odio facta fuit. Itaque, ſi pars vacet, & ex duobus inſtitu-
tis, vnius portio ſit a lege limitata, alterius verò non, pars, quę
vacat, non illi, ſed huic ſoli accreſcet. Et ſimili modo, licet in-
ſpecta diſpoſitione teſtatoris nulla pars vacet, puta, quia to-
tum aſſē diſtribuerit, ſi tamen plus reliquerit ei, cuius portio
fuit limitata, quam lege ſit permiſſum, quod excedit, accre-
ſcet cohæredi, ut ſupra dictum eſt, quia limitatio a lege facta,
vt illum a reſiduo excludit, ita, & huic facit locum: nam eo
ipſo, quod limitat illius portionem, & hoc modo reddit illum
incapacem eius, quod excedit, operatur, ut, quod illi ſupra
portionem lege definitum datum eſt, tamquam relictum in-
capaci pro non ſcripto habeatur, & per conſequentias vacet.
Quo fit, vt tamquam vacans, ſeu non capienti relictum de-
beat iis accreſcere, qui capere poſſunt, ſecundum ea, quæ dixi-
mus in 7. cap, q. 25. num. 3. & ſeqq.
Denique non obſtat, quod etiam fauore aliorum ius accre-
ſcendi ceſſet, quoties lex de parte vacante diſpoſuit, ut oſten-
demus in 10. c. q. 8. num. 1. & 3. prout diſpoſuiſſe videtur, in
propoſito, cum limitando portionem legitimati fauore fra-
trum videatur ſaltem tacitè voluiſſe, vt reſiduum ad ipſos
fratres pertineret, quia reſpondeo, negando legem ipſam, ſiue
ſtatutum in propoſito de reſiduo diſpoſuiſſe, quia, licet fra-
tres, ac filios fratrum in conditione poſuerit, non tamen eos
vo-

vocauit *l. Lucius 85. vbi gl. in verb. liberos, ff. de hered. instit.* Itaque, licet eorum existentia operetur, vt legitimatus non possit ex testamento patris capere supra portionem definitam, non tamen sequitur, eos censeri vocatos ad id, quod excedit, si conditum sit testamentum, quia censentur potiùs ij vocati, quibus secundum iuris communis dispositionem id, quod vacat, debet applicari, idest, substituti, uel cohæredes, *secundum ea, qua supra diximus*. Et hæc de venientibus ab intestato.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi non potest cum iure representationis concurrere in successionibus legitimis, qua iure communi deferuntur, & cur, num. 2.*

3 *Filius veniens iure representationis non excluditur a patruo, vel amita, auunculo, vel matertera in portione patris sui, sed eos excludit, & num. 4. & 5. & cur, nu. 6. & seqq.*

7 *Filius veniens iure representationis subrogatur in locum patris.*

8 *Representatio nihil aliud est, quam subrogatio, qua fit de persona filij ad personam patris.*

9 *Subrogatus in alterius locum censeri debet eodem iure, quo is, in cuius locum subrogatur.*

10 *Filius succedit in locum patris, etiam in bonorum possessionibus.*

11 *Filius succedit in locum patris, etiam quoad rumpendum testamentum, & hæreditatem ab intestato vindicandam.*

12 *Filius succedit in locum patris sui etiam in contra tabulas bonorum possessione.*

13 *Filius succedit in locum patris sui, qui propter delictum factus est incapax.*

14 *Filius succedit in locum patris sui, etiam in lucris nuptialibus.*

15 *Filius non succedit in locum patris sui, vt cum compatrono concurrat in successione liberti.*

An, ius accrescendi excludat ius representationis.

Q V Æ S T I O X.

SEquitur, vt quinto loco videamus de ijs, qui veniunt iure representationis, quia & ipsi ex propria persona venire intelliguntur, & dispiciamus, an eos excludat ius accrescendi. Qua in re separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid in successionibus legitimis, quæ iure communi deferuntur. Secundo, quid in ijs, quæ deferuntur iure statutario. Tertio demum, quid in fideicommissis, & successionibus, quæ secundum naturam successionum ab intestato regulantur.

Et in legitimis quidem successionibus, quæ iure communi deferuntur, certi iuris est, non posse ius accrescendi cum iure
1 representationis concurrere, † ita, ut quæri possit, vtrum,
2 quasi potentius debeat alteri præualere, quia † patruus, uel amita, auunculus, uel matertera, cum quibus concurrit filius fratris, aut sororis prædefunctæ, veniens iure representationis, non potest prætendere partem fratris, vel sororis prædefunctæ iure accrescendi, sed tantum iure suo, & per obstaculi remotionem: Nam, quia ius accrescendi supponit partem, quæ debet accrescere, fuisse alicui delatam, uel de iure, vel de facto, *ut diximus in 7. cap. q. 20. n. 3.* & in proposito nulla potest, aut fratri, aut sorori prædefunctæ censeri delata portio, *ut est in confesso apud eos quos referemus in q. seq. post n. 23.* cum delatio ijs tantum fiat, qui sunt superstites tempore mortis eius, de cuius bonis agitur *l. T itius. 6. in fin. cum 2. ll. seqq. ff. de suis, & leg.* Consequens est, vt alij fratres, vel sorores non possint etiam non extantibus nepotibus ex fratre vel sorore prędefuncta prætendere illius portionem per ius accrescendi, sed tantum iure proprio, & per quandam remotionem obstaculi, scilicet, quia prædefuncti, qui superstitibus obstitissent, quominus totam haberent hæreditatem, si & ipsi superuixissent, eo ipso, quod præmortui sunt, ampliùs eis non obstant *ut patet ex ijs, quæ diximus in 6. c. q 6. nu. 12. & seqq.* Hinc fit, vt, si extent nepotes ex prædefuncto, nō possit quæri, an ius accrescēdi excludat ius representationis, sed simpliciter, an in portione, quam prædefunctus fuisset habiturus, patruus, vel amita, auunculus, vel matertera excludat nepotes venientes iure representationis. In qua quidem quæstione, certum est, non excludere, sed potiùs ab illis excludi, † siue tractemus de 3
hæreditate ascendentis, siue de hæreditate alterius patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ, in quibus solum terminis ius representationis locum habet, *ut ostendimus in hoc cap. q. 1. nu. 14. & 18* Nam, si ex duobus, aut pluribus filijs, vel filiabus vnus pręmoriatur patri, aut matri suę relictis nepotibus, portio, quæ iure communi debuisset ad illum, si superuixisset, pertinere, non defertur alijs fratribus, aut sororibus, sed pertinet ad nepotes venientes iure representationis † *§. cum filius.* 4
& §. fin. inst. de hared. qua ab int. def. l. vt intestato 5. C. de suis, & legit. l. illam 19. C. de collat. §. 1. versic. in hoc enim, Auth de her. ab int. ven coll. 9. Et scribunt Ant. de Rosell. de succ. ab int. n. 74 Alex. consil. 129. num. 5. versic & propter hoc, vol 5. Dec in l. 2. num. 2. & 3. C. vnd. lib. & consil. 87. num. 4. versic. 5. Curt. Iun. consil. 161. in princ. versic. Circa primam, Gomez tom. 1. variar. resol. cap. 1 nu. 13. Ant. Gabr. lib. 4 comm. opin. tit. de succ. ab int. concl. 1. num. 1. Corn. consil. 190. nu. 1. versic 2. vol. 2. Paris. consil. 20. num. 25. vol. 2 Nat. consil. 424 num. 3. Bursat consil. 71 nu. 1. Bec. consil. 107. num. 10. vol. 1. Surd consil. 133. num. 16. Pereg. de fideic. art. 21 num. 6. Menoch de pras. lib. 4 pras 95. num. 6. Maresc. lib. 2. variar. resol. cap. 80. num. 1. Galua. consil. 1. num. 39. Idem est, &, si ex tribus, aut pluribus fratribus, vel sororibus vnus præmoriatur relictis filijs, & postea moriatur alius sine filijs, & ab intestato: Nam portio, quæ debuisset ad prædefunctum pertinere, si fratri suo superuixisset, non ad fratres, vel sorores superstites, sed ad prædefuncti filios, & sic nepotes ex fratre venientes iure representationis pertinebit † *§. re-* 5
liquum, versic. si autem, Auth. de hered. ab int. ven. coll. 9 cuius dispositio refertur in Auth. cessante C. de legit. hered. & Auth. vt fratr fil. in princ. coll. 9. Et scribunt Bart. in Auth. post fratres, in princ. C. de leg. hered Ant. de Rossell. de succ. ab int. nu. 74. Alex. consil. 88. in princ vol. 1. quod est repetitum in consil. 137. eod. vol. Dec in d. l. 2. nu. 3. C. vnd. lib. & d consil 87. nu. 4. versic. 5 & consil. 384. num. 7. & consil. 527. nu. 1. & 9 Gabr. consil. 1. nu. 1 uol. 2. Paris. d. consil. 20. n: 3. 26. uol. 2. Crau. consil. 127. num. 2. Nat. d. consil. 424 num. 3. & consil. 581 num. 1. Ceph. consil. 616. num. 41. Ant. Gabr. d. lib. 4. comm. op. tit. de succ. ab int. concl. 1. num. 13. Bursat. d. consil. 71. num. 1. Conar in Epito. de succ. ab intest. num. 7. uersic. Primum quidem, Pereg de fideic. d. art. 21. num. 7. Menoch. de pras. d. lib. 4. pras. 95. num. 8. & seqq. Bec. dict. consil. 107 num. 10. uol. 1. & Maresc. d. lib. 2. uariar. resol. cap. 80 nu. 2. Cuius rei illa affertur ratio, quia, † cum nepotes in pa- 6
tris sui locum succedant, *ut diximus in hoc cap. q. 1. num. 16.* &
hoc modo subrogentur in eius locum † *ut scribunt Aret. cōs.* 7
162. num. 8. in fin. Alex. consil. 36. num. 14. uol. 4. Ruin. consil. 12. num. 10. vol. 1. Crott in l. stipulatio hoc modo concepta 61. nu. 54. uersic. praterea ff de uerb. oblig. Purp consil. 307. num. 9. Gabr. d. consil. 1 num. 7. uolum. 2. Menoch. consil. 211. num. 121. uersic. respondetur, Galua. consil. 1. num. 145. uersic. & licet. Qua ratione dicimus, representationem nihil aliud esse, quam subrogationem quandam, quæ fit de persona filij ad personam pa-
tris, † *uti uidere est apud Menoch. consil. 954. num. 15. uersic. &* 8
accedit, Consequens est, vt eodem, quo ille, debeant censeri iu-
re, † *l. 2. uersic nam hares ff. ad Treb.* Vnde, quemadmodum 9
pater, si superuixisset, fratres suos à portione sibi contingente exclusisset, ita etiam eos debent excludere nepotes, qui illum representant. *Ita ratiocinatur Gabr. consil. 133. num. 10. uol. 2* Idque adeo verum est, vt procedat

Primo, non solum, si successio deferatur iure ciuili, sed etiam, si iure Prætorio: Nam, & in bonorum possessionibus filius succedit in locum patris, & pariter cum patruo voca-
tur † *l. ut intestato 3. C. de legit. hered. l. si duob. 12. in princ. ff. de* 10
bon. poss. contra tab. Ita scribit Gomez d. tom. 1. uariar. resol. cap. 1. num. 14.

Secundo procedit, non solum, si successio deferatur ex tacita voluntate defuncti, prout euenit, cum is nullum prorsus condidit testamentum *l. 3. in princip. & l. conficiuntur 8. in princ. de ff. iur. codic.* sed etiam, si deferatur contra ipsius voluntatem: Nam filius ingreditur locum patris etiam, quoad rumpendum testamentū, & hæreditatem ab intestato vin-
dicandā, † *l. 2. C. de lib. prat. l. posthumorum 13. ff. de iniust. rupt.* 11
§ posthumorum instit. de ex her. liber. Et scribunt Castr. in l. qui super-

superstitis 93.*n*.3.*versic.quod autem.& num*.4.*ff.de acq.hared. Men.consil*. 944.*num*.65. Denique succedit in locum patris
12 sui, etiam in contratabulas bonorum possessione † *d.l.si duobus*.12.*in prin.ff.de bon.poss.contra tab.*

Tertio procedit, non solum, si filius viuo patre, vel frater viuo fratre, aut sorore moriatur verè, sed etiam, si fictè, vt, quia propter delictum factus sit incapax, *ut diximus in* 6.*ca. q*.6.*num*.6. Nam, ne eo quidem casu impedit, quominus nepos ipsius locum succedat, & pariter cum patruis admittatur
13 † *l.si qua pœna*.7.*ff de his.qui sunt sui, vel al.iur.l*.1.*§.quidam filium ff.de bon.poss.contra tab.l.si necem*.4.*§.si deportatus, ff. de bon li. Ang.de Gamb consil*.33.*numer*. 12. *Et pulchrè declarat Alex.consil*.75.*num*.13.*& 14 versic.sed ita est, & versic. vel aliter respondeo, vol*.1.*& post eum Ceph.consil*.103.*n*.8.*& seqq. Gabr.consil*.153.*num*.21.*vol*.1.

Quarto procedit, etiam in lucris nuptialibus: Nam coniux transiês ad secunda vota tenetur ea reseruare, non solum filijs prioris matrimonij superstitibus, sed etiam nepotibus ex filio prædefuncto. Itaque etiam in ijs filius ingreditur lo-
14 cum patris, & cum patruo concurrit † *l. in quibus*. 7. *& ibi Bald.& l.si quis prioris*.8.*in prin C.de sec.nups. latè Dec. consil*. 87.*num*.3.*versic.sed his non obstantibus, & nu*.4.

Planè, si tractemus de hæreditatibus, vel bonorum possessionibus, quæ deferuntur patronis in bonis libertorum, magis est, vt filius non ingrediatur locum patris: Nam, si duo communem habeant libertum, & vnus eorum, vel moriatur viuo liberto, vel ex sui culpa priuetur illius successione, licet, quo tempore moritur libertus, supersit filius prædefuncti, tamen eius successio soli patrono superstiti deferetur, & ita filius non ingredietur locum patris, etiamsi tractetur de suc-
15 cessione, quæ defertur ex dispositione legis † *l. a duobus* 4. *ff.de oper.lib.l.tutela*.3.*§.si duo, versic.sed & si aliquis ff. de legit. tut l.communi liberto*. 24.*& ibi gl in verb. decesserit, ff.de bon. liberto. Paul.libr*. 3.*sent.tit*. 12.*in princ. Qua de re diximus in* 6 *cap q*.48.*num*.19 *& latè videre est apud Ias in l.si duo patroni*.13 *in prin.num*.7. *versic*. 4.*ff. de iureiur. vbi varias adducit rationes, & Anto.Gabr.d.lib*. 4. *comm.opin tit. de succe.ab int. concl* 1.*num*.81.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio filia, qua viuo patre decessit, etiam iurata non nocet nepotibus ex propria persona venientibus.*

2 *Renuntiatio filia facta cum iuramento nocet nepotibus, si cum patruis, vel auunculis concurrant, etiamsi filia viuo patre decesserit, maximè, si sit facta contemplatione masculorum, num*.3.*& cur, num*.4.*& seqq.Sed contra num*. 14.*& cur num*.15.*& seqq.*

4 *Subrogatus in alterius locum non potest habere plus iuris, quam is, in cuius locum subrogatur, Declara, ut num*. 26.*&* 27.

5 *Absurdum est.plus iuris habere filium, qui venit, vt subrogatus loco matris, quam ipsa mater esset habitura, Declara, vt num*.26.

6 *Matre exclusa, censentur etiam exclusi eius filij.*

7 *Renunciatio facta à defuncto nocet omnibus venientibus ex eius persona.*

8 *Renuntiatio matris nocet filijs, quoties ex illius persona venire debent.*

9 *Nepotes, qui iure representationis cum patruis, vel auunculis concurrunt, veniunt ex persona parentis, etiam si is pradecesserit num*.10. *Sed contra num*. 20.*&* 21.*Declara, vt num*.28.

11 *Nepotes ex filio, vel filia, qua cum iuramento renuntiauit, & viuo patre decessit, veniunt ad aui successionem ex successorio edicto, Sed contra num*.30.

12 *Fratres eius, qui cum iuramento renuntiauit bonis paternis, & viuo patre decessit, veniunt ad eius portionem ex successorio edicto, & nu*.13.*Sed contra nu*.29 *&* 31.

15 *Pater, si ideo excludatur à successione alicuius, quod mortuus sit viuo eo de cuius bonis agitur, talis exclusio non nocet eius filijs, nec impedit, quominus illi possint ex propria persona succedere.*

16 *Renuntiatio matris non nocet filijs venientibus ex propria persona, Declara, ut num*.41.*&* 42.

17 *Mater non potest facto suo nocere filijs in ijs, qua non habent ab ea, sed a lege, vel extrinsecus.*

18 *Iuramentum matris non nocet filijs venientibus ex persona propria.*

19 *Iuramentum, tamquam personale non egreditur personam, Declara, vt num*.52.

20 *Nepotes, qui veniunt iure representationis succedunt in locum, & gradum parentis, sed veniunt ex persona propria, non ipsius parentis.*

21 *Nepotes, qui veniunt iure representationis, non habent ius succedendi à patre, vel à matre, sed à lege, & eius beneficio.*

22 *Conditionalis dispositio deficiente conditione pro non facta habetur.*

23 *Renunciatio hereditatis viuentis censetur fieri sub tacita conditione, si hereditas renuntianti defertur, Declara, vt num*.39. *&* 40.

25 *Filia qua cum iuramento renunciauit hereditati paterna, & viuo patre decessit, cur, à successione excludatur, & num*. 26. *&* 42.

32 *Renunciatio matris cum iuramento facta mediante dote, vel alia re nocet filijs, etiamsi mater decesserit viuo patre, & cur, nu*.33.*& seqq.Sed contra nu*. 36. *& cur, nu*.38.

37 *Renuntiatio matris indistinctè non nocet filijs, quoties illa viuo patre decedit.*

43 *Dotis perceptio facta à matre, qua renunciauit, quando noceat eius filijs.*

44 *Legitima perceptio facta à matre etiam in vita illius, de cuius bonis agitur, quando noceat eius filijs, & num seqq.*

47 *Pater tenetur dotare filiam qua nupsit collocatur.*

48 *Renuntiatio matris facta simpliciter nocet filijs etiam ex propria persona venientibus, si matris sint heredes, licet ea viuo patre decesserit, Maximè si cum auunculis concurrant, nu*.49.*Sed contra num*.53.*& seqq & cur, num*.57. *& seqq.*

50 *Heredes non possunt facto defuncti contrauenire, Declara, vt num*.60.

51 *Iuramentum operatur, vt vis renunciationis transeat ad heredes, Declara, ut num*.61.

52 *Iuramentum est personale, quoad vinculum anima, & reatum periurij, sed non, quoad vim. & obseruantiam contractus, vtpote ad quam ligat etiam heredes, Declara, vt num*.71.*&* 92.

62 *Renuntiatio matris cum iuramento facta pro se, & heredibus nocet filijs, si matris heredes existant, etiamsi illa viuo patre decesserit & cur, num*.63.*& seqq.Sed contra nu*.66. *& seq.& cur, num*.68.*& seqq.*

65 *Factum defuncti censetur factum heredis, Declara, vt num*.73.

74 *Renuntiatio matris cum iuramento facta pro se & filijs, vel, pro se filijs, & heredibus nocet filijs ex propria persona venientibus, si matris heredes existant, & cur, num*.75.*Sed contra, nu*.76.*& cur, num*.77.

78 *Renuntiatio matris facta cum iuramento, & promissione de non contrauenjendo, seu veniendo ad successionem pro se, & heredibus, seu pro se & filijs, nocet filijs, etiam ex propria persona venientibus si matris heredes existant, & cur, nu*. 79.*Sed contra num*.80.*& seq.& cur nu*.82.

88 *Renuntiatio matris facta cum iuramento, & promissione de non contrauenjendo pro se, & heredibus non gratuitò, sed accepta dote, nocet filijs, etiam ex propria persona venientibus, Maximè, si cum auunculis concurrant, num* 84.*Sed contra num*.85.*& seqq.& cur, nu*.88.

89 *Renuntiatio matris, qua pradecessit, indistinctè non nocet nepotibus etiam heredibus & cur, num*.90.

91 *Renuntiatio matris, etiam qua est præmortua, nocet filijs heredibus, si iura filiorum nominatim sint in renuntiationem deducta.*

93 *Dos data filia imputatur in legitimam nepotum, quando eam habent non tamquam matris heredes, sed, tamquam capientes ab auo, vt in exemplis, qua referuntur num*.95. *& seqq.& cur nu* 94.

98 *Dos data filia imputatur in legitimam nepotum, etiamsi ad eos peruenerit, vt heredes matris, Sed contra num*.99. *& cur, numer*. 100. *Exempla referuntur, num*. 104. *& seqq.*

101 *Dos data filia, qua peruenit ad nepotes, vt heredes matris,*

tris, non imputatur in eorum legitimam, etiamsi cum auunculis concurrant, & cur, nu. 102.

103 *Nepotes, etiamsi cum alijs nepotibus concurrant, ueniunt tamen iure repræsentationis, & succedunt in stirpes, non in capita.*

110 *Dos data filiæ, si peruenit ad nepotes ex vi consuetudinis Martini, sine dubio imputatur illis in legitimam, si cum auunculis concurrant, & num. seq.*

112 *Dos data filiæ si peruenit ad nepotes ex vi consuetudinis Martini non debet illis in legitimam imputari, quoties non concurrunt cum auunculis, Sed contra, num.* 113.

114 *Dos data filiæ debet a nepotibus etiam ex propria persona venientibus in legitimam imputari, Declara, vt num.* 115.

116 *Dos data filiæ debet in legitimam nepotum imputari, etiamsi pater stipulatus sit eam reddi illi, vel illis, quibus de iure.*

An, & quando renuntiatio matris obstet filijs venientibus ex persona propria, si cum auunculis concurrant.

QVÆSTIO XI.

SEd hæc quidem sine dubio procedunt, quoties prædefunctus, cuius persona repræsentatur, non fuisset a sua portione exclusus, si patri, matri, aut fratri, vel sorori, de cuius bonis agitur, superuixisset. Cæterùm, si fuisset exclusus, vt quia cum iuramento, & sic validè renuntiasset successioni paternæ, aut maternæ, aut fraternæ, magna solet esse controuersia, nunquid eo præmortuo nepotes ex eo venientes iure repræsentationis excludant patruum, vel amitam, auunculũ, vel materteram à portione, ad quam eorum parens amota renuntiatione fuisset vocatus, si superuixisset. Quæstio pendet ex eo, nunquid renuntiatio facta à patre vel matre, quæ decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, obstet nepotibus, si cum patruis, vel auunculis concurrunt: Nam, si essent soli, res nullam haberet dubitationem, quia certi iuris esset, talem renuntiationem non obesse nepotibus ex
1 propria persona venientibus † *vt scribunt Bart. in l. qui superstitis. 93. nu 4. & ibi Castr num. 3. versic. dic ergo, Alex. in addit. ad Bart. in verb. tangit ff. de acq. hæred. Bald. in l. pactum dotali. 3. num. 2. & ibi Alex. num. 7. versic primo casu, vbi ait, hanc esse communem DD. opinionem, & Dec. num. 18. vbi testatur esse communem opinionem, & non habere difficultatem Cod de collat. Bald. in l. fi. num. 19. versic. super hoc sic distinguo, C. de pact. Castr. consil. 164. num. 5. vol. 2. Alex. cons. 75. nu. 14. vers. & dicit vol. 1. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. duas habens filias, num. 280. Aret. consil. 143. Soc. Sen. consil. 183. in prin. vers. confirmatur vol. 2. quod est repetitum inter consil Rum. consil. 205. num. 1. versicul. Confirmatur uolum. 1. Corn. consil. 258 nu. 3. versic. secunda ratione volum. 4. Rum. consil. 204. num. 2. vol. 1. & consil. 50. num. 17 uol. 3. Bertr. consil. 255. num. 2. vol. 3 par. 2. Crott. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. num. 55. ff. de verb. oblig. Goz. ad consil. 75. num. 21. Tiraq. de iur. primog. q. 40. n. 113. 120. Anto. Gabr. lib. 3. comm opin. tit. de iur. dot. concl. 1. num. 43. Gramma. decis. 57. num. 39. Alcia. consil. 101. nu. 1. lib. 5. Pereg. Fab. inter consil vlt. volun. consil. 118. nu. 100. vol. 2. Gabr. consil. 153. num. 22. uol. 1. Ceph. cons. 334. nu. 40. 46. & 66. versic. Nec Nouum, vbi ait, hanc esse crebriorem opinionem, & cons. 335. nu. 17. & 21. & cons. 650. n. 7. Purp. cons. 307. nu 8. uers. circa secundũ. Baltha. Cardui inter cons. vlt. vol cons. 78. n. 30. uol. 2. Couar. in cap. Quamuis par. 3. §. 2. in fi. De pact. in 6. Melin de primog. Hispa. li. 2. cap. 3. n. 47. Chass cons. 69. n. 4. Nico. Bello. cons. 15. n. 5 & 9. vers. & quicquid Roll consil. 11. n. 4 uol. 1. vbi pariter testatur, hanc esse communem DD. sententiam, Crass. in §. legitima q. 4 nu. 1. Math. Gribald. in comm. opin. in verb renunciatio, Menoch. cons. 211. num. 123. & cons. 944. nu. 60. & 62. vers. primus est, Surd cons. 133. n 19. cons. 332. n. 2. vers. renũtiatio igitur & cons. 335. n. 36. Franch. decis. 32. n. 16 & decis. 67. n. 1. vbi ait, hanc esse communem, & veram conclusionem, Morot. consil. 22. nu. 2. vbi ait, hanc esse receptam omnium scribentium traditionem & nu. 8. Pereg. de fideic. artic. 52. num. 93. & cons. 83. nu. 3. uol. 5. Canal. in suis comm. contra comm. q. 101. num. 75. Schen. consil. 54. num. 11. vol. 1. vbi ait hanc sententiam esse veram, & magis communem, a qua non est in iudicando recedendũ, Galua. consil. 1. num. 75. Thes. Iun. lib. 2. quæst. for. q. 90. n. 3. in fi. & n. 23. Ant. Fab. in suo Cod. Fabr lib. 2. tit. 3. defin. 14. Et est in confesso apud eos, qui censent, non nocere in casibus, quos infra referemus.* Pro faciliori autem huiusce quæstionis explicatione separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid, si renuntiatio sit simplex, & gratuita, Secundo verò, quid, si facta sit aliqua re mediante, puta dote, Tertio, quid, si nepotes sint patris, aut matris, quæ renuntiauit, hæredes, Quarto demum, an saltem debeant nepotes in suam portionem imputare dotem ab auo datam matri suæ, quæ ad eos peruenit.

Et in prima quidem quæstione, quando scilicet renuntiatio fuit simplex, non aliqua re mediante, plerique censent, eam nocere nepotibus, si cum patruis, vel auunculis concurrant, etiamsi renũtians decesserit viuo eo, de cuius bonis agitur. † *Ita enim censuerunt Dec. mihi consil. 180 num. 7. versi. 2. tamen aliter respondetur, Chassan consil. 47 num 26. in fi. vbi etiam in fine consilij refert ita fuisse iudicatũ, Nico Bello. consil. 15. nu. 10. versic. rursus, Gomez. in 22. leg. Tau nu. 10 versic. sed his non obstantibus, & Surd. consil. 355. nu. 43. versic. 4. responderi potest, vbi tamen subijcit, se super hoc fundamento non facere magnam vim, si alia non concurrant, sed cum alijs arbitrari se, non esse locum cõtrariæ sententiæ, quoties nepotes cum auunculis concurrunt. Et ita etiam videntur posse intelligi, qui simpliciter scripserunt renuntiationẽ matris nocere filijs, quoties cum auunculis concurrunt, non exprimentes, vtrum mater superuixerit ei, de cuius bonis agitur, an verò prædecesserit, ut Bart. in d. l. qui superstitis 93. nu. 2. versic. Aduerte ff. de acq. hæred. Ceph. consil. 103. n. 6. & consil. 105. n. 11.* Idque multo faciliùs tradunt procedere, si renuntiatio sit facta contemplatione masculorum, & sic in conseruationẽ familiæ, & agnationis, † *ut uidere est apud Chassan. d. consil. 47. n. 30. versic. & in hoc etiam, & Nico. Bello d. consil. 15. nu. 12.* Mouentur autem, vt ita sentiant. 3

Primo, quia subrogatus in alterius locum non potest habere plus iuris, quam habuisset is, cuius loco subrogatus est † *l. in ijs officijs 136. §. non debeo ff. de reg. iur. l. illã 19. C. de colla. Menoch. consil. 172. nu. 1. & consil. 954 nu. 16.* Quamobrem dicimus, absurdum esse plus iuris habere filium, qui venit, ut subrogatus loco matris, quam ipsa mater esset habitura † *l. si viua matre 3. uersic. nam, licet C. de bon. mat.* ideoque exclusa matre censeri etiam exclusos eius filios † *cap. 1. §. hoc autem notandum De his, qui feud. dar. poss.* Sed nepos, qui cũ patruo, uel auũculo vult concurrere, venit, ut subrogatus in locum patris, aut matris, quippe, cuius locum subintrat, *ut diximus in q. præced. num. 7. & seqq.* Ergo, quemadmodum pater, aut mater non potuisset succedere, ita etiam non poterit eius filius. 4 5 6

Secundo mouentur, quia renuntiatio facta a defuncto nocet omnibus venientibus ex eius persona † *l. si quis filium. 34. in fi. C. de inoff. test. l. un C. de his, qui ant. aper. tab.* Quamobrem dicimus, renuntiationem matris nocere filijs, quoties ex illius persona venire debent, † *ut est doctr. gl. in cap. quamuis, in verb. detrimentum, de pact. in 6, quæ procedit in his terminis, ut declarat Chassa. d. consil. 47. n. 33. uersic. item, & sic.* Sed, quando supersunt patrui, uel auunculi, nepotes, ex filio, uel filia a prędefuncta debent venire ex persona patris, aut matris non ex persona propria, † *ut scribunt gl. in l. 1. §. si sit filius, in verb. nepotibus ff. de con. cum. em. lib. Cin. in Auth post fratres. 2. num. 2. C. de legit. hæred. Bald. in Auth. cessante, num. 3. uersic. unde facit C. eod Castr. consil 421. num. 2. versic. primo probatur, uol. 1. Nat. consil. 581. num. 29. & 30 Surd. d. consil. 355. n 43. versic. 4. responderi potest, Et videntur etiam fateri Castr. in l. qui superstitis. 93. n. 3 & ibi Imol. nu. 2. uersic. an autem ff. de acq. hæred. Ceph consil. 105. num. 11. Pereg. Fab. inter cons. ult. uol cons. 118. nu. 100. uol. 2* quod patet ex eo, quia, si venirent ex persona propria, deberent a patruis, vel auunculis excludi, etiamsi pater, vel mater eorum non renuntiasset, quia patrui, uel auunculi, tamquam existentes in primo gradu, deberent excludere nepotes, qui existũt in secũdo, & sic sunt remotiores, & tamen eos non excludunt *§. cum filius, inst. de hæred. quæ ab intest. def.* Denique, deberent succedere in capita, *l. 2. § hæreditas ff. de suis & leg. §. hoc etiam addendum, in fi. inst. de leg. agn. succ.* & tamen succedunt in stirpem *d. § cum filius inst. de hær. quæ ab int. def. & §. 1. vers. in hoc enim, Auth. de hered. ab int. uen. coll. 9. Et in proposito considerant Castr. in d. l. qui superstitis 93. nu. 3. ff. de acq. hæred. Chassa. d. cons. 47. n. 26. in fin. & Nico. Bello. d. cons. 15. num. 10. vers. rursus.* Ergo prædefuncti renuntiatio 7 8 9

ciatio debet etiam nepotibus obesse. *Ita arguunt Dec. dict. cons.180.n.7.vers.2. tamen aliter respondetur, Chass. d.cons.47. num.26.in fin. Nico.Bello d. cons.15.nu.10. vers. rursus Gomez in 22.leg.Taur.num.10.vers. sed his non obstantibus, Surd. dict. cons.355.num 43. vers.4. responderi potest, Thes.Iun.dict.lib.2. quaest.for q.90.num.21.*

Nec obstat si dicatur, hoc procedere, si renuncians superuixerit ei, de cuius bonis agitur, quo casu verum est, nepotes non posse succedere, nisi veniant ex persona renunciantis, secus verò, si praedecesserit, quo casu possunt ex persona propria succedere, *vt declarant ij, quos referemus infra post nu.21.*
10 quia verius videtur, imo procedere, † etiamsi renuncians praedecesserit, quod eadem sit vtriusque speciei ratio, *vt respondet Surd.d.consil.355.n.44.* Nam siue sit praemortuus, siue non, semper militat illa ratio, quam supra retulimus, quod scilicet nepotes, si venirent ex persona propria, deberent à patruis, vel auunculis, tamquam proximioribus excludi, vel deberent succedere in capita, & tamen amota renuntiatione succedunt in stirpes, nec ab illis excluduntur. Ergo sicut renuntiatio nocet illis, quoties renuntians fuit superstes tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, ita etiam debet nocere, quoties praedecessit, si nepotes cum patruis, vel auunculis concurrant.

Tertio demum mouentur, quia dato etiam quod nepotes dici possint venire ex persona propria, adhuc tamen debent à patruis, vel auunculis excludi: Nam veniens per ius accrescendi excludit venientem ex successorio edicto *l.vlt. Cod de legit.hered & nos latiùs dicemus in hoc cap.q.14.nu.1.& seqq.* Sed nepotes qui succedunt in locum patris, aut matris, quae cum iuramento renuntiauit, veniunt ex successorio edicto,
11 etiam si renuntians praedecesserit, † *vt scribunt Dec.d consil. 180.nu.7.uersic.2 tamen aliter respondetur, & Nico. Bello.d. consil.15.nu.5 versic.& ratio & nu.9.uersic.ad haec, Caual. in suis comm.contra commu q 101.n 75.* Patrui verò, vel auun-
12 culi veniunt per ius accrescendi, † *vt hi Dec.declarat,* scilicet quia portio renuntiantis debet iis accrescere, qui suas portiones agnouerunt *l vnic C quand.non pet.part.* Ergo patrui vel auũculi debent excludere nepotes. *Ita arguit Dec.in relato loco*

Nec est, quod respondeas, praedicta procedere, si renuntiãs superuixerit ei, de cuius bonis agitur & in his terminis loqui Doctores, qui virtute iuris accrescendi praeferunt patruos, vel auunculos nepotibus ex filio vel filia renuntiante *vt uidere est apud eos quos referemus in eadem q.14.num.1.& seqq.* quia replicant, etiamsi loquantur de filia quae superuixit eorum
13 tamen dicta procedere, † etiamsi sit praemortua, quia ratio iuris accrescendi ita militat in vno, vt in alio casu. *Ita respondet Dec.in supra relato loco.*

Verum his non obstantibus verius est, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet renuntiationem factam à patre, vel à matre quae decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, non obesse nepotibus, etiamsi cum patruis, vel auunculis concurrãt.
14 † *Ita enim censuerunt Bald in d.l.pactum dotali 3 n. 3.vers sed nunquid, & ibi Alex.num.7.versic.& ista est communis C. de colla. Imol in d l qui superstitis 93.nu.1.versic sed verius, ff. de acq hered. Alc.in l.vn num.46.vers.& communis conclusio, & ibi Cagn.n.4. C quand non pet.part. Alex consil 75.n.13.versic. hoc probatur, vol.1.Crott in l stipulatio hoc modo concepta.61.n 55.ff.de verb.oblig. Goz.ad cons.75 nu.20. versic his tamen non obstantibus, & n 21.uersic & ista vbi ait hanc esse communem opinionem scribentium, Anto Gabr d lib 3 comm concl tit. de iur.dot.concl.1.n.46. Purp consil.307.n.10.& 11.Crau.cons.127. num.4.uers.Illa enim conclusio Chassa.cons 69 num 5 Crass. in §.legitima q 4.num.4 Viu.decis.211. numer. 1.vbi ait hanc esse communem, & indubitatam opinionem, & refert ita saepius fuisse iudicatum, & num.4. Pereg cons.83 num.3.uersic.sed, vbi nepos, vol.4.Bec.cons.107.num.16.vol.1.Surd.consil.133.nu. 25. & consil 332.nu 12.vers.& procedit, Schen consil.54.n. 11. uol. 1.vbi ait hanc sententiam esse veram & magis communem, à qua non est in iudicando recedendum, prout ab ea non solere recedere nostrum Senatum Pedemontanum testatur Thesaur. Iun.d.lib.2 quaest for.q.90.nu.3.in fi.vt nec recedit Senatus Sabaudiae qui fauore nepotum etiam cum auunculis concurrentiũ tam ad ascendentis, quam ad patrui uel auunculi successionem iudicare solet ut testatur Anto Fab.in suo C.lib.2.tit.3. defin. 1. Et ita etiam accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, renũtiationem matris non nocere filijs etiamsi cum auũculis concurrant ut Imol.in d.l.qui superstitis.93.n.1 uersic. an autem ff. de acq. hered & Crott.in d.l.stipulatio hoc modo concepta.61.n.54 ff de uerb.oblig. Demque fuit etiam hoc de mẽte eorum, qui scripserũt renuntiationem filiae quae viuo patre decessit, indistinctè non nocere nepotibus, quos referemus infra n.37 Nam si indistinctè, ergo, ne eo quidem casu, quo cum auunculis concurrunt.* Probatur autem haec sententia

Primo quia, quoties parens, qui filium gradu praecedit, & eum excludit ab alicuius successione, moritur viuo eo de cuius bonis agitur, & ita remanet exclusus, talis exclusio non nocet eius filijs, nec impedit quominus illi possint ex propria
persona, & proprio iure succedere † *l.si ex patronis,10.§.fin.ff.* 15
de bon.libert l.posthumorum.13 ff.de inoff.rupt.§ posthumorum inst.de exh.lib. Sed in proposito mater, quae renuntiauit, decessit, & ita fuit exclusa viuo eo, de cuius bonis agitur. Ergo illius exclusio non debet nocere filijs, nec impedire, quominus illi ex propria persona, & proprio iure ad successionem venire possint. *Ita arguunt Alex in d.l pactum dotali. 3. nu.7.uersic primo casu,C.de collat Gul.Bened in d. cap. Raynutius in uerb.duas habens filias, num.280.*

Secundo probatur, quia matris renuntiatio non nocet fi-
lijs venientibus ex persona propria, † *ut scribunt Bart. in d.l.* 16
qui superstitis 93.num 2 ff de acq.hered. Bald.in d.l fin. num. 16.C.de pact. Ant de Rosel.de succ ab int numer.128. Crott in d.l.stipulatio hoc modo concepta 61.nu.57 versic.tenendo tamen ff.de verb.oblig Guidop.q.228.n.2 Crau.cons. 127.num 1 Ceph. consil.103.nu.6.& consil.620.n.88. Nat consil.470.n.14. Surd. consil.85.nu.2.& consil.132.num.20.& Pereg.consil.83 num.4. vol.5.Et accipi possunt, qui simpliciter scripserunt matris renũtiationem non nocere filijs vt Ceph.d consil.103 num.15.& consil.335 num.18.Surd.consil.332.num. 10 scilicet, quia facto suo non potest illis nocere in ijs, quae non habent ab ea, sed
beneficio legis aut extrinsecus † *l.si arrogator.22 ff de adopt.* 17
l.fin.C.de repud bon.poss.l.ex repudiatione 20.C.de fideic. Et in proposito considerant Bart.in d.l qui superstitis 93 num. 2.versic. responde ff.de acq hared. Ang de Gamb.consil.32. Aret.d. cons. 143.num 5.Ant.de Rosel.de success.ab intest.num.128. Anto. Gabr d.lib.3 comm concl tit de iur.dot.concl.1.num.46. Pereg. Fab.inter consil ult vol.d.cons 118.n.100.uol.2.Crau d. consil. 127 nu 3.versic.respondeo Surd.consil.133 n.25.& d cons.332. nu.9.uersic.ad quod confirmatur, Pereg.d consil 83.nu.4 uersic. & re vera vol.5. Ant Fab.dict lib.2 Cod tit 3.defin.1 Thes.Iun. d.lib 2.quaest.90.num.16 versic & cum ista. Et hoc non obstante iuramento matris, quippe quod non nocet filiis ve-
nientibus ex persona propria † *l 3.§ matris ff.de iureiur Et in* 18
his terminis considerant Alex.in d l pactum dotali 3.n 7 versic. primo casu C.de collat Gul Ben.in d c Raynutius.in verb.duas habens filias num.280 Bertr d cons.255 nu 2.vol.3.part.2.Goz.ad.d cons 75 num.2 Viu.d decis 211 num.3. vers.nec etiam, Ant Fab d lib 2 Cod.tit 3.defin.1.Thes.Iun. d.lib 2. q.90.nu.4. in fin. cum [illegible] personale, [illegible] quod personam non egrediatur
† *cap veritatis extr de iureiur Et in proposito considerant Bart.* 19
in d l qui superstitis 93.num.2.ff de acq.hered Bald.in dict l.fin. num 16.C.de pact.Viu d decis.211 num.4 Pereg d.cons.83 n.4. vers.& re vera, vol 5. Ant.Fab.dict.lib.2.Cod tit.3.def.1.Thes. Iun.d l.b.2.q.90.n 4.in fin & num.13. Sed nepotes ita veniunt ex persona propria, quoties cum patruis, vel auunculis concurrunt, vt, quoties sunt soli quia, licet cum patruis concurrentes veniant iure repraesentationis, non tamen veniunt ex persona patris, aut matris: Repraesentant enim illius gradum, & locum, sed non veniunt ex illius persona, sed ex persona
propria & proprio iure. † *vt ostendimus in hoc cap.q.1.n.15.* 20
& 17. Et in specie declarant omnes, quos infra referemus post num. seq. scilicet, quia ius succedendi non habent à patre, vel
à matre, sed à lege, & eius beneficio, † *vt considerant Bart.in* 21
d.l qui superstitis 93.numer.2.versic. responde ff. de acq hered. Bald in d l pactum dotali 3,n 13. vers. sed nunquid C.de collat. Aret.d.consil.143.num.5.Crau d.cons.127.nu.4.vers respondeo, Ant Gabr d.lib.3.comm concl tit. de iur.dot concl.1.numer.46. Pereg.Fab inter.consil.vlt.vol.d cons.118 nu.100.vol.2 Surd. d cons.133.num.25.Pereg.d cons.83 num.4 vol.5. Ant Fab.d. lib.2.Cod.tit.3.defin.1.& 14.Thes.Iun.dict.lib.2.qu.90.num.16. vers.& cum ista. Ergo, licet cum patruis concurrant, non tamen eis debet obesse matris renunciatio. *Ita in simplicibus ter-*

minis arguunt Bald in d l fin.nu.16. uersic. super hoc sic distinguo C.de pact.Castr.d.consil.164.num.5.vol.2. Aret.d.cons.143. n.3 Ruin.d consil.50.n.17.uol.3. Alc.d consil.101 numer. 1.lib. 5.Corn.consil.258.nu.3.uersic.secunda ratione vol.4. Tiraquel. de iure primog.q.40.nu.113.119 & 120.Purp.d consil.307.n.9. Ceph d.consil.334 n.40.Molin.de primog.Hisp lib.2. cap. 3. nu. 47 Crass in d.§ legitima q.4.n.1.Franc.d dec.67.n.2.Surd.cons. 85 nu.13.& d.consil.332.n.9.uersic id,quod confirmatur. & n. 10.uersic.& principalis eorum ratio, Anto Fab in suo C.d lib.2. tit.3.defi.14.Galua.d consil.1.nu.76.in terminis verò, in quibus concurrunt cum patruis, vel auunculis Crau d consil.127.nu 4. versic.respondeo,Bec.d.consil.107.n.14.& 16.vol.1.Surd.d.cons. 133.num.25.Viu d.dec.211.n.3.Pereg.d.consil 83.num.4.uol.5. Thes Iun.d.lib.2.quast.for.q.90.num.4.versic.ratio.

Tertio probatur, quia, quæ sub conditione fiunt, si condi-
22 tio deficiat, pro non factis habentur † *l.pater filio. 54.in fin. uersic.si pupillus.ff.de har.inst.* Sed renuntiatio hæreditatis viuentis censetur fieri sub conditione, si hæreditas renuntian-
23 ti deferetur, † siue renuntiatio sit priuatiua siue translatiua: Nam, si priuatiua, sine dubio debet illam conditionem recipere, quia alioquin non valeret, cum habeat vim repudiationis, & id, quod delatum non est repudiari non possit, *l.1. §.decretalis ff.de success edict. Et in proposito considerat Surd d. consil.332.nu 3.* Si verò est translatiua, multo magis debet illam recipere, *vt in specie declarat Bec.consil.64.num.12.vol 1.* quia, cum præcedentem supponat acquisitionem *vt ostendimus in 5.cap.q 48.n.17. Et in proposito declarat Soc Sen.d.cons. 183.n.1 uersic.sed tamen præmissis,vol.2 quod legitur etiam int. cons.Ruin.consil.205 uol.1.* Consequens est, vt non possit fieri ab eo, cui hæreditas non defertur, & per consequentias non acquiritur, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat. *l.nemo plus iuris 55.ff.de reg.iur. Et in his terminis declarat Surd.d.consil.332. num. 4.* Cum igitur illa conditio deficiat, quoties renuncians moritur viuo eo, de cuius bonis agitur, scilicet, quia nec in illius vita potuit ei censeri delata hæreditas, quippe, quæ nec fuisse intelligitur, *l. 1. ff.de hared vel act.vend.* nec post illius mortem cum hæreditas non deferatur iis, qui decesserunt viuo eo, de cuius bonis agitur. *l.item Prætor.8.in fin.ff de suis,& legit.* sequitur perinde habendam esse renuntiationem, ac, si facta non fuisset. Atqui si non fuisset facta, nepotes sine dubio vocarentur simul cum patruis, vel auunculis ad aui, vel auiæ, patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ successionem, *§. cum filius, inst.de hared.qua ab int def §.1.& §.reliquum, Auth.de hæred. ab int.ven coll.9.& nos diximus in q.praced.num.4.& 5.* Ergo debent etiam cum illis admitti, si parens, qui cum iuramento renuntiauit, prædecesserit. *Ita in simplicibus terminis arguunt Castr.in d l qui superstitis.93.nu.3 uersic.dic ergo meliùs, & ibi Alex.in addit.ad Bart.in uerb.tāgit.ff.de acq.hær. Alex. in d.l.pactum dotali 3.n.7.uersic.primo casu,Cod de collat. Gul. Ben in d.cap.Raynutius,in uerb.duas habens filias nu.280.uers. Praterea Bertr.d cons.255 nu 2.uersic.pro hac opinione uol.3. part.2.Soc.Sen d.cons.183.in princ.uers.confirmatur vol.2. Rui. consil.204.n.2.uol.1.Purp.cons.307.n.9.Ceph d.cons.334.nu.30. & seqq.& consil 650.num.8 Chassan.d. consil. 69 nu.5.Roll d. consil.11.num.5.vol 1 Nico.Bello.d.cons.15.nu 5.uersic.& ratio Pereg Fab inter consil.vlt.uol.d.consil.118.nu.100. & 101. vol. 2.Bec.d.consil.74 nu.12.vol.1.Franch d dec.67 nu. 3. Surd. d. consil.85.nu.33.& d consil.332.nu.5.& 6.Morot.d cons.22.nu. 2.uersic & huius opinionis,& nu.5.uersic.hac autem ratio, Galua.d.consil 1.n 77.117.& 118,uersic.at silentio,& n. 137. uers. dum ergo, Ant.Fab d.lib.2.C.tit.3. defin.14. In terminis verò, in quibus nepotes concurrunt cum patruis, vel auunculis Imol. in d.l.qui superstitis nu.1.uers.sed verius puto, Alex.in d l.pactum dotali 3 num.7.uers & ista est communis, Goz.ad d cons.75.nu. 21.uers. & facit pro hoc,Viu.d dec.211,nu.2 Surd d.cons.133. num.18.Ant.Fab.d.lib.2. Cod.tit.3. defin.1.Thes.Iun.d libr.2. q.90.num.4.uers.ratio.*

24 Quarto probatur, quia † renunciatio non debet trahi ad ea, quibus non est expresse renunciatum *l cum Aquiliana 5. & ibi not. ff.de transact.* Sed in proposito, licet fuerit renunciatum iuri competituro ipsimet renuncianti in bonis & hæreditate patris, aut matris, aut etiam fratris, vel sororis, non tamen censetur renunciatum iuri competituro ipsius filijs, quippe, quod ab illo diuersum est, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in.3.q & in cap.10.q.30. in 6.casu.* Ergo non debet ad illud tradi renunciatio. *Ita arguunt Surd d.cons 332.n.12.uers. quæ omnia Franch d.dec.67.n.7.Peguer.d.dec.265.nu.5.Thes. Iun.d.lib.2.quast. for.q.90.n.11.uers.2.*

Quinto demùm probatur, quia, quoties exclusionis causa, quæ in vno militat, cessat in alio, debet etiam in eo cessare exclusio, *l. si quis filio 6.in princip. & l.posthumorum 13.ff. de iniu rupt.* Sed causa exclusionis, quæ militat in patre, vel matre, quæ renunciauit, cessat in eius filijs, scilicet, quia pater, aut mater non ideo excluditur, quod † cum iuramento renun- 25
ciauerit, quia etiamsi non renunciasset, nec iurasset, nihilominus fuisset exclusus eo ipso, quod decessit viuo eo, de cuius bonis agitur; *ut considerant Castr.in d.l.qui superstitis, num.3. uers.dic ergo meliùs & ibi Alex.in addit. ad Bart.in uerb. tangit.* Itaque excluditur potiùs morte, quam renunciatione,
† *ut declarant Imol.in d.l qui superstitis,num.1.uersic. sed uerius puto, Nico.Bello d.consil.15.num.5.uers.& ratio.Ceph.dict. cons.334.num.33. Morot.d cons.22.num.5. Ant Fab.d.lib.2.C. tit.3.defin.14* quæ causa cessat in eius filijs, quippe, qui tempore mortis aui, vel auiæ sunt superstites, & ex persona propria vocantur ad hæreditatem. Ergo debet etiam in eis cessare exclusio. 26

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primū enim respondeo primo, id procedere, † si subrogatio fiat per mo- 27
dum transmissionis, prout euenit, cum quis in alterius locum ideo subrogatur, quia est eius hæres, aut similis iuris successor: nam, quia venit ex persona & iure illius, ideò non potest habere plus iuris, quā haberet is, cuius loco subrogatur, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat, *l. nemo plus iuris 55.ff.de reg.iur.* Quamobrem, si ille erat à iure succedendi exclusus, censebitur etiam exclusus is, qui in eius locum subrogatur, *l si quis filium 34 in fin C. de inoff. testa.l un C.de his qui ant.ap.tab.* Et in his terminis procedit regula, *l. si vna matre 3.C.de bon mater. ut in specie declarant Ruin dict.consil.50 num.17.uers. Praterea uol.3 Ceph.cons.103 num.6.& d cons.334.num.65.& Schen.consil 54.num.27.uol.1* At, quoties subrogatio non fit per modum transmissionis sed per modum priuationis, seu remotionis obstaculi, prout euenit, cum nepos succedit in locum sui parentis prædefuncti, *secundum ea quæ diximus in hoc cap.quast.1.num.16.* quo casu non ideo subrogatur, quod parens in eum transmiserit ius succedendi, cum illud non habuerit, ideoque non potuerit in eum transferre, sed subrogatur, quia parens, qui fuisset illi obstaculo, ne posset succedere, morte præuentus fuit à iure succedendi exclusus, ideoque non potest ampliùs ei obstare, uerius est, posse subrogatum habere plus iuris, quam esset habiturus is, cuius loco fit subrogatio, quia non habet hic ius succedendi ex persona, & iure illius, sed ex persona, & iure proprio, licet in illius locum successerit. *Ita eleganter declarant Bald.in l.2.num.4 C.de lib.prat. Aret.cons.162.num.2. Crott.in dict. l. stipulatio hoc modo concepta 61.num.54.uersic. respondetur. ff.de uerb.oblig. Corn.consil.116.numer.13.uersic. Praterea,uolum.2.& dict consil.258.num.3.uersic.secunda ratione vol.4.Tiraq.de iur primog.d.q.40.num.119. Pereg. Fab. inter cons.ult.uol.d.cons.118.nu.101.uol 2.Surd d.cons.85 nu.12. & d cons.133 num.25.*

Secundo respondeo, contrarium procedere in iis, quæ proueniūt ex re ipsa, in qua fit subrogatio: nam eorum respectu non potest subrogatus habere plus iuris, quam habuisset is, cuius loco fit subrogatio. Cęterum in ijs, quæ procedunt ex facto illius, cuius loco succeditur, verius est, posse subrogatum habere plus iuris, quam habuisset defunctus, scilicet, quia factum defuncti potuit quidem ipsi nocuisse, sed non alijs in ipsius locum succedentibus, & ex propria persona, proprioque iure venientibus, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in 10.cap.q 30.num.42.*

Ad secundum verò respondeo primo, negando nepotes venire ex persona patris, aut matris prędefunctę, quoties cum patruis vel auunculis concurrunt, quia, licet in illius locum, & gradum succedant, veniunt tamen ex persona propria, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num.20.& 21.& in hoc cap.q.1 num.15.& 17. Et in specie respondent Alex.in d. l. pactum dotali 3.n.7.uers præterea C.de collat.& Surd.d.cons.133.num.25 Ant.Fab.d.lib.2.C.tit.3.defin.14.*

Secundo respondeo, venire ex persona patris, aut matris, quo

28 quo ad hoc, † vt capiant eam portionem, quam parens fuisset habiturus, sed quoad ipsum ius succedendi, quod habent a lege venire ex persona propria; *Ita declarant Castr in d l. qui superstitis, nu.4. versic. puto Bald. Crau d. consil. 127. num. 5. versic. respondeo Surd d. consil. 85. nu. 13 & d. cons. 133 num. 25*

Ad tertium denique respondeo, negando vtrunque suppositum: Primum enim verum non est, patruos, vel auunculos venire per ius accrescendi, quoties tractatur de portio
29 ne, quæ debuisset ad prædefunctum pertinere, † quia, cum illi non fuerit, aut de iure, aut de facto delata portio, Consequens est, vt eius respectu non possit ius accrescendi considerari, *ut diximus in quæst. praeced. num. 1. & seq.* Secundo verum etiam non est, filios prædefuncti venire ex successorio
30 edicto, † quia hoc procederet, si renuntians fuisset superstes tempore mortis eius de cuius bonis agitur, & in his terminis loquuntur Doctores, qui hoc vtuntur argumento ad excludendos filios eius, qui renuntiauit, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. qu. 14 Et in proposito, ac reprobando Decium considerat Purp. d. cons. 307. nu. 13.* Cæterùm, quando prædecessit, verius est, nepotes non venire ex successorio edicto sed ex iure repræsentationis, quod longè ab illo differt, *vt latius ibi ostendemus.*

Nec obstat, quod, licet doctores loquantur de nepotibus ex filia, quæ superuixit, idem tamen videatur dicendum, si prædecesserit, quod ratio iuris accrescendi videatur in vtroque casu militare, quia hoc perspicuè falsum est: Nam,
31 † quoties renuntians superuixit, portio ab intestato contingens censetur ei deferri, & ita purificari renuntiationis conditio, sed propter vim renuntiationis, quæ in hunc casum erat collata, censetur pars eodem instanti deficere, ideoque eius respectu potest habere locum ius accrescendi, quod deficientiam requirit, *ut ostendimus in 7. cap. in prin. nu 4. & seqq* At, cum præmoritur, non potest censeri deficere portio, quæ ei nunquam fuit, aut de iure, aut de facto delata, ideoque non potest eius respectu ius accrescendi habere locum, *ut diximus in q. praeced. num. 1. & 2. Et in proposito considerat Purp. d. cons. 307. num. 13. vers per quæ patet.*

Sed hæc quidem dicuntur, quando renuntiatio est simplex, & gratuita, & ita versamur in terminis primę quæstionis. Cęterum, quando fuit facta accepta dote, vel aliqua alia re, qua mediante renuntians dixit se tacitam, & contentam pro omni, & toto eo, quod sibi debebitur in bonis, & hæreditate patris, aut matris, tàm ratione legitimæ, quam alterius cuiuscunque portionis, & ita versamur in terminis secundæ quæstionis, maior est controuersia, nunquid talis renuntiatio noceat nepotibus, si renuntians prædecesserit: Nam plerique censuerunt nocere, & eos ab aui, vel auiæ successione
32 excludere. † *Ita enim censuerunt Roma. in d. l. qui superstitis. 93. ff. de acq. hered. Dec in d. l. pactum dotali 3. num. 18. vers. sed defendendo C. de coll it & d. cons. 180. nu. 7 versic. 2. non obstat, & versic sed tamen verior, Soc. Iun consil. 67. n. 59. vol. 2. Gram. decis. 57. n. 39. Cagn. in d l. vn. n. 42. C. quand non pet part Chassa consil. 47 nu. 27 & consil 69. nu. 6. Nico. Bello consil. 15. num 5. versic. limitatur tamen. & nu 9. versic. & quicquid vbi ait opinionem Roma. esse veriorem, & magis receptam. Decia. cons. 71. num. 30 & in fi. vol. 4. Gomez. in 22. leg. Taur. num. 10. versi. 6. Vrsill. ad Affl. decis. 161. nu 7. vbi ait, hanc esse communem, & nouissimè Surd. cons 355. nu 42. versic. 3. respondetur, & num. 43. versic. &, quamuis, vbi ait. hanc opinionem esse melioribus rationibus fulcitam Et eam esse multum consonam vulgi æquitati & voluntati aui, ita ut fit laudabilis concordia, & non sit a nepotibus prosequẽdus rigor fatetur Purp d. cons. 307. n. 13. vers per quæ patet, & probat Surd. d. cons. 355. n. 43.* Mouentur autẽ

33 Primo quia, † quoties filia consecuta est in bonis patris, aut matris suam portionem, non possunt nepotes ex ea venire ex successorio edicto, ne bis idem præstari videatur *contra regulam l. bona fides 58 ff. de reg. iur. & l quibus idem 18. ff. de verb. oblig.* Sed, quando mater habuit dotem, aut aliam rem in vita patris, & ea mediante dixit se tacitam, & contentam, censetur consecuta suam portionẽ, etiamsi dos, siue res, quam habuit, sit minor portione, quia, cũ res illa subrogetur loco partis, perinde est, ac si totam suam portionẽ esset consecuta, *ut patet ex ijs quæ diximus in 6. c. q. 7. n. 6. & seqq. & c. 7. q. 39. n. 10.* Ergo non poterunt nepotes ex ea quicquam petere. *Ita arguunt Roma. in d. l. qui superstitis. Dec. in d. l. pactum dotali nu. 18. vers. prædicta conclusio & vers & pro dicto & d. cons. 180. nu. 7. vers. sed tamen verior, Gram. d. decis. 57. nu 3. Cagn. in d l. vn. n. 42. versic. sed videtur C. quand non pet. part Chassa. d consil. 47. nu. 27 & d consil 69 nu. 6 Nico Bello d consil. 15. n. 5. versic. Ratio est & num. 8. Surd d. consil 355 nu. 43.*

Nec est quod respondeas, hoc procedere, si filia dotem, vel aliud habuerit post mortem patris, secus verò, si in eius vita, quia replicant, imo procedere, etiamsi id habuerit in illius vita, quia censetur de præsenti suam portionem habuisse, *ut declarat Nico Bello d. cons. 15. num. 7. & 8.* & ea mediante remisisse spem maioris quantitatis, quam post patris mortem habere potuisset, *arg l. cum hi. 8. in prin ff. de transf. Et in proposito considerant Dec. in d. l. pactum dotali nu. 18. versic. Non obstat & d consil. 180. n. 7. versic. Non obstat, quod Alex. Ceph. consil. 467 num. 53* & ita subrogasse tempus receptionis loco temporis mortis, *ut scribunt Nico. Bello. d. consil. 15. n. 8 versic. facit & Surd. d. consil. 355. nu. 43.* Quo fit, vt perinde sit habenda, ac, si post patris mortem suam portionem accepisset. Quemadmodum igitur, si mortuo patre fuisset suam portionem consecuta, non possent eius filij quicquam prætendere, cum successorium edictum cesset, quoties prior in gradu successit, ita etiam non poterunt prætendere, quoties eam habuit in vita patris. *Ita arguunt Nico. Bello d. consil. 15 nu. 9. & Surd. d. consil. 355. nu. 43.*

Secundo mouentur, quia † cessat in hoc casu ratio, propter 34
quam dicimus, non excludi nepotes, si filia, quæ renuntiauit, viuo patre decesserit: Nam ideo non excluduntur, quia vis exclusionis pendet a renuntiatione, quæ, tamquam facta a matre non potest obesse nepotibus, tum, quia talis renuntiatio censetur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur, quæ defecit, eo ipso quod est præmortua, ideoque perinde habetur, ac, si facta non esset, *ut diximus supra nu. 22 & seqq.* tum etiam, quia dato quod renuntiatio non censeretur resoluta, non tamen posset obesse nepotibus venientibus ex persona sua, *ut diximus n. 16* At hęc ratio cessat in hac specie, quia vis exclusionis non pendet a renuntiatione, sed a consecutione partis: Non enim ideo excluditur mater, quia renuntiauerit, sed quia suam portionem, siue rem, quæ loco portionis est, fuit consecuta, *ut declarant omnes, quos retulimus supra num. 33 & præcipuè Gram d decis. 57. nu. 42. in fin.* Ergo, tamquam cessante ratione debent excludi nepotes.

Tertio mouentur authoritate Baldi *in d. l. pactum dotali. 3. nu. 2. C. de collat.* vbi quærit, an matris renuntiatio facta cum iuramento noceat nepoti, & respondet non nocere tum, quia iuramentum est personale *cap veritatis ex. r. de iureiur.* tum etiam, quia super iure tertij iurare non potuit *l. fin. C. de repud. bon. poss.* Deinde subijcit hoc verum esse, quando simplex fuit renuntiatio, secus, si partis debitę perceptio: Nam tunc obstat sequentibus non vi repudij, sed vi successionis, quia successit in parte sua, Consulit tamen patri, si vult nepotes ex filia non succedere, vt curet filiam dicere, se contentam sua portione, & iurare, quia, si non appareret de aliqua causa renuntiationis, successio deuolueretur in nepotem *l 1. §. quibus, ff. de succ eod.* etiamsi repudiasset aliquo accepto pro ipsa renuntiatione *l. fuit quæstionis. 24. ff de acq. hered* nisi tale acceptum consueuerit in legitimam imputari, ut dos. quia tunc non esset mera renuntiatio sed partis, idest, legitimæ perceptio. & ideo non fieret locus sequenti in gradu.

Nec obstat, si dicatur, loqui Baldum de nepotibus ex filia, quæ superuixit, ideoque eius dictum non esse trahendum ad nepotes ex ea, quæ prædecessit, quia replicant, etiamsi verum sit, loqui eum de filia, quę erat superstes tẽpore mortis patris, in quibus terminis doctores omnes eum sequuntur, nihilominus idem esse dicendum, etiamsi filia viuo patre decesserit, cum eadem sit ratio propterea, quod etiam eo casu excluditur virtute successionis, non simplicis renuntiationis. † *Ita replicant Dec, d. consil. 180. num. 7. versic. sed tamen* 35
verior, Nico. Bello. d. cons. 15. num. 6. vers. Nec potest, Surd. dict. cons. 355. nu. 43.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem, quæ receptior est, veriorem esse puto, scilicet non excludi nepotes ab aui successione, quoties mater, quæ renuntiauit, est pręmortua, etiamsi renuntiatio facta sit accepta dote, aut alia re, & ea mediante dixerit se tacitam, & contentam pro omni sua portione. † *Ita enim censuerunt Bart. in dict. l. qui su-* 36
perstitis.

perstitis 93.num.4.& ibi Castr.num.4. vers. puto Baldum ff. de acq.hæred. Alex.in d.l.pactum dotali 3 num.7. versic. sed certè C.de collat.Goz.ad consil.75.n 21 versic.Nec obstat & num.22. versic Non obstat,vbi ait Decium consuluisse contra communẽ, à qua non est recedendum in iudicando, Alcia.consil.101.num 1 lib 5.Purp consil 307.n.10 & 11 vbi ait, consultationem Decij esse periculosam, cum calcitret contra communem Crau consil. 84.n.5.versic.contrarium tamen vbi ait se putare quod in practica seruaretur quod renunciatio non noceat, & consil 703.n.1. Ceph.consil.334.num.33.versic.2.& num 40. & consil 335.nu. 16.vbi ait,hanc esse crebriorem sententiam,& nu 17.& 23. ubi ait contra Roman.esse sententiam communiorem,veriorem, & æquiorem & ,quæ in praxi & vsu seruanda est. Idem Ceph cons. 501 n 32.quod est repetitum consil.751.n.27. vbi ait opinionem Roman,magis communiter improbari,Roll. consil.11 n.7.vol 1. ubi ait,durum esse in iudicando ab hac communi recedere, Conuar.in cap.quamuis part.3.§.2.nu.4.& §.3 n.7.uersic. quod, si filia.De pact.in 6 Ant Gabr.d lib.3.commu.concl.tit.de iur.dot. concl.1.num 47 Crass.in § legitima q.4 num.4 ubi ait,hanc opinionem tenere uiros maioris authoritatis, quam sint contraria sententia sectatores, & eã seruari in practica propter eorum authoritatem,Bec.d.consil.107.nu.14.uol.1.Surd.consil.133.nu.20. ubi ait,hoc esse frequentiori calculo receptum,& cons 332.n.10. uers &, quamuis,ubi ait,opinionem Roman. non posse sustineri, & num.12.subijcit esse contra communem. & reprobari,Thes. decis.138 num.3.Vin.dec.211.nu.5. Franch dec.67.num.9. ubi ait,opinionem Roma.non esse ueram Pereg consil 83.nu.5.uersic. unde renuncia uol.5.Menoch.consil.944.num.61.& 66.Morot consil 22.num 3.Peguer decis.205.n 3,uersic.his tamen,ubi ait, ita fuisse decisum, Andr.Fach.lib.2.contrcareu.cap.23 uersic. hac posterior,Ant.Fab.in suo Cod.Fabr.lib.2 tit.3.defin.1.& 14 vbi refert ita fuisse à Senatu Sabaudo decisum, siue tractetur de successione ascendentis,siue de successione patrui,vel auunculi, Thes.lun.lit. quæstio.for q 90.n 3. vbi ait hanc sententiã magis communiter receptam esse,& num.11.versic.& hoc stante et nouissime Galua.consil. n. 0 & seqq. Et in terminis nepotem, qui cum auunculis concurrunt Purp.d consil.107.nu.10 & 11. Surd.d.consil 332.n.12.versic.& procedit Crass in d.§.legitima q.4n.3 & Thes.lun d q 90.nu.3 in fi.vbi ait,ita semper nostrum Senatum seruasse,quod & uerum est Et ita etiam fuisse à Senatu Sabaudo decisum refert Ant.Fab.d.l b.2 tit.defin. Eiusdẽ opinionis fuerunt dicentes renunciationem matris indistinctè non

37 *nocere nepotibus quando illa mortua est viuo auo.* † *vt Bald. in in d. pactum dotali 3.num.2.& ibi Alex.num.7. versic. primo casu,C de collat.Gul.Ben.in d cap.Raynutius, in verb duas habens filias,num.280. Ant.Gabr.d.tit de iur dot.concl.1.num.47. Ceph.d.cons 103 num. 0.d.consil 334.num 40 & d.consil.335. nu 17.Math Gribal in commun.opin in verb. renunciatio Nico. Bello.d consil 15.n.5.Vin.decis.211.num 3.versic & tunc Surd. d.consil.342 num.12 versic &, licet Morot.d.consil.22.nu.3 & 8. Nam.si indistinctè, ergo,siue simpliciter renunciauerit, siue accepta dote dixerit se tacitam, & contentam pro sua portione, vt arguunt Ant.Gabr.d.concl.1.nu.47.Ceph.d consil 334.n 40. & Surd.d consil. 332.n.12.versic. Et,licet. Neque ab hac sententia videtur totaliter dissentire Dec in d l pactum dotali n 18 versic. In illo casu tamen,eo ipso quod ait,in casu consil 180.alia concurrisse innuens se propterea a Baldi opinione discessisse, sed illis non concurrentibus non negat, quin Baldi opinio vera sit, vt animaduerterunt Alcia.d.consil.101.n.1.lib.5.& Crau d.consil. 703.num.1.* Huius autem sententiæ fundamentum est, quia

38 † rationes, propter quas dicimus non excludi nepotes ab aui, vel auiæ successione, quoties filia,quæ simpliciter renunciauit, eo adhuc superstite decessit, militant etiam, quoties renunciauit accepta dote, & ea mediante dixit, se tacitam, & contentam: Nam ideo per simplicem illius renunciationem non excluduntur nepotes, quia talis renunciatio censetur resoluta tamquam facta sub tacita conditione si ei deferetur hæreditas, quæ defecit eo ipso, quod est præmortua, ideoque perinde habetur, ac, si facta non esset, eaque ratione non potest exclusionem nepotum operari, *vt diximus supra num.22.& seqq.* & dato etiam, quod non censeretur resoluta, non tamen posset excludere nepotes, vt pote, quibus non nocet matris renunciatio, quoties veniunt ex persona propria, *vt diximus supra num.16.* Sed hæ rationes ita militant in specie,qua mater renunciauit accepta dote, vt in ea, qua renunciauit simpliciter,quia, etiam,cum dotem recepit, censetur renunciasse sub conditione,si hæreditas sibi deferetur,quia alioquin non valeret, *per ea,quæ diximus sup.nu.23.* & talis conditio censetur defecisse,eo ipso, quod renuncians decessit viuo eo,de cuius bonis agitur, ideoque renunciatio pro non facta habetur, *vt in his terminis considerant Alex. in d.l.pactum dotali 3.num.7 versic. Præterea C.de collat. Couar. in d.cap.quamuis part.3.§.2.num 4. Ceph. consil.334.num.34. & 59.versic.Tertium,Roll d.consil.11.num.7. vol.1.Surd.dict. consil.133.n.20.versic Confirmatur autem ratione, Peguer.d. decis.265.n.4 Morot.d consil.22.num.3.in fin.Andr.Fach dict. lib.2 contrau.cap.23 versic. fundamentum,Ant.Fab.dict.lib.2. C.tit 3.defin.14.* Et posito etiam, quod respectu matris valeret, non tamen posset obesse nepotibus, quippe, qui ita censentur venire ex persona propria,quoties mater,quæ est præmortua,dotem habuit,vt,quoties simpliciter renunciauit, *sicuti considerant Castr in d.l.qui superstitis 93.n.4.vers.puto Baldum ff.de acq.hæred Alex.in d.l pactum dotali 3.n.7.uersic sed certè C.de collat. Alcia.d.consil.101.nu.1.lib.5. Couar.in d cap. quamuis part.3.§.2.n.4.Surd.d.consil.133.n 20.& d consil.332 nu.11.Crass.in d.§.legitima,q.4.n.4.Franch d.decis.67 nu.9.Peguer.d.decis.265.num.4 uersic.2. Andr Fach.d lib.2 contrau. cap.23.uersic. fundamentum, Ant Fab.d.lib.2.C.tit.3.defin.14.* Ergo, ne in hac quidem specie debent nepotes ab aui, vel auiæ successione excludi.

Nec est, quod respondeas,id,quod dicimus renunciationẽ hæreditatis censeri factã sub conditione, si ea deferetur renũcianti procedere, † quando renunciatio est simplex, & gra- 39
tuita, non, quando est facta mediante dote, quod tunc non videatur recipere talem conditionem. cum renuncians censeatur de præsenti suam portionem recepisse, *per ea, quæ retulimus supra num.33. vt in proposito respondent Dec. in dict.l. pactum dotali,num 18.versic. Non obstat,& d consil. 180.nu.7. versic. Non obstat quod & Nico.Bello.d.consil.15 n.7.* quia verius est, imo procedere, † etiamsi renunciatio facta sit acce- 40
pta dote,vel alia re:Nam talis receptio non potest dici succedere loco partis, nisi renuncians superuixerit ei de cuius bonis agitur,& ita venerit casus,quo pars potuerit censeri delata renuncianti: Tunc enim verum est,illum eo ipso, quod recepit dotem,vel quid aliud in vita patris pro sua portione, perinde haberi,ac, si post eius mortem totam suam portionẽ percepisset, *vt ostendemus in hoc cap.q 14* At,quoties renuntians præmoritur,& ita non venit casus, quo potuerit ei pars aliqua censeri delata,magis est,vt dotis, vel alterius rei perceptio non possit dici succedere loco partis, quæ nunquam ei fuit delata,nec potuit deferri, *vt patet ex ijs quæ diximus in 7. cap.q 26.num.12.& seqq.* cum non entis nullæ sint qualitates *l.eius, qui 41.ff.si cert.pet.*

Minus est,quod respondeas id,quod diximus,exclusionem matris non obesse filijs venientibus ex propria persona, procedere,† quoties exclusio pendet à vi renunciationis: In spe- 41
cie autem proposita non pendere à vi renunciationis, sed à vi perceptionis, scilicet quia mater non ideo excluditur,quia renunciauerit,sed quia suam portionem est consecuta, *vt declarant ij, quos retulimus supra num.33.& 34.* quia verius est, imo exclusionem à vi renunciationis proficisci:Nam,si mater non renunciasset cum iuramento,† licet in vita patris es- 42
set consecuta dotem,aut quid aliud non tamen censeretur à patris aut matris successione exclusa,si superuiueret,sed posset ab intestato succedere, etiam dicendo testamentum nullum,si esset præterita,dummodo, quod habuit conferret fratribus, vel filijs fratrum, cum quibus succederet *iuxta l. filiæ dotem 4. C de collat.* vel in suam legitimæ portionem id ipsum imputaret *iuxta l. si verò 8.§.si seruo, uersic. Cæterùm, ff. de bon.lib.* Atqui,si renunciauerit cum iuramento,& tempore mortis eius de cuius bonis agitur,sit superstes,excluditur, ab illius successione *d.cap quamuis. De pact in 6.* Ergo exclusio non procedit à vi perceptionis, sed à vi renunciationis, quæ, quia non potest obesse nepotibus, vtpote,quibus amota propria renunciatione nõ potest renunciatio matris obesse,quoties veniunt ex persona propria,ideo non impedit,quominus illi possint auo, vel auiæ succedere. *Ita declarant Castr.in d. l. qui superstitis 93.num.4.uersic puto Baldum, ff de acq.hæred. Alex.in d.l.pactum dotali 3.num.7.uersic.sed certè, C.de collat. Goz.ad.d.consil.75.n.22.Roll.d.consil 11.n.7.vol.1.*

Nec

Nec obstat, quod, licet filia excludatur virtute renuntiationis, est tamen huiusmodi renuntiatio qualificata respectu dotis, vel alterius rei receptæ, ideoque operatur, vt filia censeatur totam suam portionem, accepisse, *ut respondet Dec. in d.l.pactum dotali.3 num.18.versic.sed defendendo, & d.consil. 180.num.7.vers.Non obstat ratio*, quia talis qualificatio non operatur, nisi respectu eius portionis, cui filia mediante dote renuntiauit, & sic eius, quæ poterat in futurum ei deberi, Cum igitur portio nunquam fuerit ei debita, propterea, quod decessit viuo patre, sed ea cęperit deberi eius filijs ex propria persona venientibus, Consequens est, vt renuntiatio etiam qualificata, nihil, quoad nepotes operari possit *ut in proposito respondet Purp.d.cons.307.num.11.vers.primo, dum dicit*: Est enim hoc generale in omnibus renuntiationibus iurium futurorum, vt licet fiant aliqua re mediante, restringantur tamen ad ea iura, quibus fuit renuntiatum, idest, ad iura, quæ renuntians sperabat sibi competitura, ideoque, licet postea ei non competierint, ut, quia sit præmortuus, non tamen illius rei datæ perceptio poterit, aut aliorum ex propria persona venientium exclusionem operari, aut soluti repetitionem inducere: Non enim potest aliorum exclusionem operari, quia pactum vnius non potest alteri nocere, *ut dicemus in 19.cap.q.30.num.42.* neque inducere repetitionem soluti, quia quod datum est, cedit in recompensationem illius spei, quæ fuit remissa, quæque operatur, vt, licet postea non habuerit effectum, non tamen id, quod datum est, censeatur indebitè solutum, cum fuerit datum ob causam veram, nempe ob remissionem spei, quæ re vera competebat renuntianti, & poterat habere effectum *l.1.C.de pact.l.de fideicommisso 11.C.de transact.* vt in simili dicimus de eo, qui emit iactum retis *l.nec emptio.8.ff.de contr.empt.* vel transigit super re, de qua poterat esse lis, nam, quia dubius erat eius euentus, ideo sustinetur *l.in summa 65.in prin.ff. de cond. ind.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum
43 enim respondeo, id procedere, † si filia, quæ dotem habuit in vita patris, & ea mediante renuntiauit eius hæreditati, fuerit superstes, quo tempore pater moritur: Tunc enim verum est: obstare nepotibus, non vi renuntiationis, sed vi successionis, quia perinde habetur, ac, si totaliter suam portionem esset consecuta, *ut ostendemus in hoc cap.q.14.* Cęterùm, si prædecesserit, verius est, non obstare nepotibus, etiamsi dotem acceperit, & ea mediante renuntiauerit, quia talis perceptio non potest haberi pro successione, & consecutione partis, quę nunquam ei fuit delata, *ut ostendimus supra num.40.Ita distinguit Ceph.d.consil.334.num.64.* Datio enim dotis censetur facta pro iuribus competituris filiæ renuntianti, non pro iuribus filiorum, quibus renuntiatum non est, ideoque ad ea trahi non debet, *vt ait Ceph.d.consil. 334. num. 59. vers. Nec obstat quartum.*

Nec obstat quod nihil intersit, quoad exclusionem nepotum, vtrum filia receperit suam legitimam in vita patris, an verò post eius mortem, quia hoc verum est, si filia tempore mortis patris sit superstes, secus verò, si sit præmortua,
44 † *Ita distinguendo declarat Ceph.cons.335. num. 22.* Cuius di-
45 uersitatis ratio est, quia, † quando est superstes, incipit ei deferri legitima, & eam censetur consequi saltem per imputationem earum rerum, quas habuit viuo patre, ideoque nil mirum si tamquam succedens, seu partem habens, obstet nepotibus, quippe, quibus, vt remotioribus nec hæreditas, nec portio legitima defertur, quoties mater, quæ eos gradu præcedit, ad eam fuit admissa. At, quando prædecessit, non potest ei, aut hæreditas, aut portio legitima censeri delata, quippe, quę iis tantum defertur, qui tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, sunt superstites, *ut diximus supra num. 23. circa medium*, ideoque nec potest impedire, quominus, & successio ab intestato, & pars legitima deferatur nepotibus, qui tempore mortis in primo successionis gradu reperiuntur.

Nec obstat, quod mater iam in vita patris habuit dotem, quæ in legitimam imputatur. *l. quoniam nouella 29. C. de
46 inoff.test.* quia hoc verum est, † si postea ei debeatur legitima, & sic, si fuerit superstes tempore mortis patris: Tunc enim verum est, dotem loco legitimæ succedere: Cœterum, quoties ei postea non debetur legitima, vt euenit, cum moritur viuo patre, verius est, non posse dotem in legitimam imputari, aut haberi loco legitimæ, quæ nunquam fuit debita: Itaque in hoc casu censebitur filia habuisse dotem, non iure legitimæ, sed iure illius obligationis, quæ patrem adstringit ad dotandam filiam quæ nuptui collocatur † *l.qui liberos 19.ff.de rit.nupt.l.fin.C.de dot.prom. Ita declarant Ceph.d.cons.334.nu. 34.& Andr.Fach.d.lib.2.contron.cap.23.vers.& ideo*, aut, si non dotem, sed aliud habuit, censebitur id habuisse iure donationis inter viuos, non verò iure legitimæ, quæ nunquam potuit esse debita. 47

Denique non obstat, quod filia, quæ in vita patris recepit dotem, & renuntiauit, videtur de præsenti integram suam portionem habuisse, & modico de præsenti spem maioris quantitatis remisisse, quia hoc etiam procedit, si postea veniat casus, quo portio possit illi censeri debita, & sic, quo patri superuiuat: Nam tunc rectè potest fieri translatio de tempore ad tempus, ita, vt, quod in vita patris est consecuta, perinde sit, ac, si post illius mortem ad eam peruenisset. Cœterùm, quoties moritur in vita patris, quia nulla vnquam ei fuit debita, aut delata portio, ideo non potest fingi habuisse post mortem patris, quod habuit in eius vita, cum mors, quæ contigit, tamquam obstaculum intermedium impediat fictionem translatiuam de tempore ad tempus, *vt rectè declarat Ceph.d.cons.334. num.64.*

Ad secundum verò respondeo, negando, matris exclusionem procedere a vi perceptionis dotis, non a vi renuntiationis, quia contrarium esse verius, patet ex ijs, quæ diximus *supra num.42.*

Ad tertium denique respondeo, Baldum loqui de filia, quæ mediante dote renuntiauit bonis paternis, & postea fuit superstes tempore mortis patris, quo casu verum est, excludi nepotes, eo, quod filia censetur suam portionem consecuta, *ut ostendemus in hoc cap.q.15.* Cęterùm, si viuo patre decesserit, vult Baldus ibi renuntiationem filiæ indistinctè nepotibus non nocere, & sic, siue simpliciter renuntiauerit, siue mediante dote dixerit se tacitam, & contentam, *vt rectè declarant Alex.in d.l.pactum dotali.3.nu.7.vers.Roma C.de collat. Goz.ad.d.cons.75.num.21.vers.Nec obstat Anto.Gabr. d. lib.3. comm.concl.tit. de iur.dot.concl.1.num.47.Ceph.d.cons.334. nu. 40. & Surd.d.cons.332.num.12.vers.&, licet.*

Nec obstat, quod, licet Baldus loquatur de nepotibus ex filia, quæ superuixit, videatur tamen eius dictum procedere etiam in nepotibus ex ea, quæ prædecessit, propterea, quod eadem videtur esse ratio, cum ita in vno, vt in alio casu filia excludatur vi successionis non vi renuntiationis, quia verius est, imo diuersam esse rationem: Nam, vbi filia superuiuit, incipit ei deferri portio, ideoque, quod in vita patris habuit, rectè dici potest eius loco succedere; At qui, vbi præmoritur, nulla vnquam potuit ei censeri delata portio, ideoque non potest id, quod habuit, censeri succedere loco portionis, quæ non est, cum non entis nullę sint qualitates *ut etiam diximus supra num.45.*

Planè, si nepotes ex filia prædefuncta sint matris hæredes, magna solet esse controuersia (& hæc est tertia quæstio) nunquid eis noceat illius renuntiatio, ita, vt non possint ex propria persona, & proprio iure venire ad successionem illius, cuius bonis, & hæreditati fuit a matre renuntiatum. Pro faciliori autem huiusce quæstionis explicatione varij sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando mater renuntiauit simpliciter nulla hæredum mentione facta, Et tunc, licet plerique censuerint, talem renuntiationem nocere nepotibus etiam ex propria persona venientibus, si matris sint hæredes, † *vt Chassan. cons.47 num.33.vers.Item, & sic. & Surd.d.cons.355 num.38. vers.sed in hoc, & num.39.vers.2.& num 40.& seq.* maximè, 48
si cum auunculis concurrant, † *vt scribit Chassa d.cons.47.n. 33.vers.Item, & sic*, quod illi non possint facto defunctæ con- 49
trauenire † *l.cum a matre.14. Cod. de rei vind. Et considerant Chassa.d.cons.47.nu.33.vers.Imo etiam. Nico.Bello. d. cons.15. n.10.Surd.d.cons.355.n.38.vers.sed in hoc*, stante potissimum matris iuramento, quod operatur, vt uis renuntiationis transeat ad hæredes, † *vt scribit Chassan.cons.69.n.7.* cum sit quidem personale, quoad vinculum animæ, & reatum periurij, sed non, quoad vim, & obseruantiam contractus, vt potę ad quam ligat etiam hæredes, † *vt declarant Bald.in d.l.fi.n.16. vers.Non obstat C.de pact.Castr.in d.l.qui superstitis 93.nu.3 ff. de acq.hær.Gul.Ben.in d.cap.Raynutius,in verb.duas habens fi-* 50 51 52

lias,num.276 & seqq Chassa.d.consil.47.num.30. Decia.consil. 71.num.39.uol.4.Surd.d.consil.355.num.39. Verius tamen,& receptius est, imo non nocere,sed ea non obstante posse nepotes ex propria persona,& proprio iure ei succedere, cuius
53 bonis à matre renuntiatum est.† *Ita enim censuerunt Bart.in d.l.qui superstitis.93.n 4.ff.de acq.hæred.Gul.Ben in d ca.Raynutius in verb duas habens filias,num.280 Corn.consil.258.nu. 14.uol.4.Ceph d.consil.334.nu.65.uersic.Octauũ pariter,Crau.consil.703.n.2.uersic.Pro sententia,Surd.d.consil.133.num. 26. uersic.2 respondeo,& d.consil.332.nu.10.Pereg.d.consil.83.nu 5.uol.5.Peguer.d decis.265.nu 5.uersic.quod procedit, Franch.d.decis.67.nu.7.& seqq.Vin d.decis.211.n.4.Morot.d.consil.22. nu.4.uersic.ego tamen,& nu.5.uers.c.hac autem ratio,& num. 8.uersic.3.& n.10.uersic.Cæterum,Anto Fab.d.lib. 2. Cod. tit. 3.defin.1.& 14.Thes.Iun.d.li.2,quæst.90.num.14.& 25.uersic. ideo dicebam,Galua.d.consil.1.num.145.uersic.& quamuis, & num.146.Et est de mente eorum, qui scribunt renuntiationem matris indistinctè non nocere filijs, quoties illa moritur viuo eo, de cuius bonis agitur, quos retulimus supra nu 37 Nam,si indistinctè,ergo,etiamsi sint matris hæredes, vt considerat Morot. d.consil.22.num.8.* Idque procedere, siue cum auunculis con-
54 currant,siue non † *vti uidere est apud Vin.d.decis.211.num.4. Anto.Fab.d.lib.2.tit.3.defin 1.& Thes.Iun.d.lib.2.q. 20. num. 25.uersic.ideo dicebam*, & siue matris renuntiatio fuerit priuatiua,siue translatiua:nam,etiamsi facta sit per viam donationis, non tamen nocebit filijs ex proprio, non matris iure
55 venientibus,etiamsi illius hæredes existant, † *vt scribit Thes. Iun.d.lib.2.q.90.num.11.vers.& hoc stante.* Nec solum, si sint hæredes cum beneficio inuentarij, quo casu res caret dubio,
56 † *vt declarat Surd.d.consil.332.n.12.uersic post hac scripta*, sed etiam,si sint hæredes simplices:nam in his terminis loquuntur ij,quos retulimus *supra nu.*53. Probatur autem hæc sententia eodem fundamento,quo communis opinio nititur in
57 duabus quæstionibus præcedentibus: Nam † rationes,quę efficiunt,vt matris renũtiatio non noceat filijs,quoties illa præmoritur,siue renuntiatio sit gratuita, siue facta mediãte dote,& siue nepotes cum auũculis concurrant, siue non *secundum ea, quæ supra diximus*, militant etiam,si sint matris hæ-
58 redes, *vt considerat Franch.d.decis.67.num 7* quia † cum talis renuntiatio censeatur facta sub conditione, si hæreditas matri deferetur,& huiusmodi conditio deficiat eo ipso,quod illa non reperitur in rerum natura tempore mortis eius, de cuius bonis agitur,eaque ratione habetur pro non facta,*vt ostendimus supra num.22.& seqq.* Consequens est, ut, quemadmodũ non facta renuntiatione nepotes ex filia prædefuncta possent auo succedere,etiamsi matris sint hæredes,ita etiam possint facta renunciatione, quæ pro non facta habetur. *Ita ratiocinantur Pereg.d.consil.83.num.6.vol.5 Franch.d. dec. 67. num.7.Surd.d.consil.133.num.26.uersic.2.respondeo, Morot.d. consil.22.num.5.uersic hac autem ratio, Anto.Fab.d. lib. 2. tit. 3.defin.14.Thes.Iun.d.lib.2.q 90.num.5.in fi.& n.11 in prin.&*
59 *versic.& hoc stante.* Denique cum † matris renuntiatio non noceat filijs venientibus ex persona propria, *vt diximus supra num.16.* sequitur non debere eis nocere,etiamsi matris hæredes existant,scilicet,quia ita veniũt ex persona propria, quoties illa præmoritur, si sint matris hæredes, vt si tales non existant,*sicut in his terminis considerant Anto.Fab.d.lib.2. tit. 3.defin.14 & Thes.Iun.d.lib.2.q.90.n.11.& 16.* Nam hæreditaria qualitas non attenditur,nec operatur, nisi respectu earum rerum,quæ hæreditario iure, & sic ex persona defuncti cõpetunt hæredibus,cuiusmodi non est ius succedendi,quippe,quod filij non habent à matre, & tamquam illius hæredes, sed à lege, & eius beneficio, *ut diximus supra numer.* 21.

Nec obstat, quod nepotes petendo hæreditatem aui, cui mater cum iuramento renuntiauit, videntur contrauenire facto defunctæ quod eis facere non est permissum, quia respondeo, negando eos contrauenire renuntiationi factæ à
60 matre: Nam † cum illa non contineat, nisi iura materna, idest hæreditatem,quæ matri deferetur,& sic sub conditione si ei deferetur,& talis conditio defecerit,eo ipso,quod est præmortua, cum ei,tamquam non existenti in rerum natura tẽpore mortis eius,de cuius bonis agitur,non potuerit hæreditas deferri, eaque ratione nulla illius iura considerari possint sequitur,nepotes, qui ex propria persona,& proprio iure veniunt ad successionem aui,tamquam à lege vocati loco matris, non posse dici illius facto contrauenire, scilicet,quia non petunt iura materna,quibus illa renũtiauit, vt pote,quę nulla sunt,sed petunt iura propria,quibus non est a matre renũtiatum. *Ita declarant Ceph.d.cons.334 num.65.vers.Octauum pariter, Pereg.d.consil.83.num.11.versic.quare, vol.5 Peguer. d decis.265.num.5.versic quod procedit, & num.6.versic. Nec secundum, Franch.d.decis.67.n.7.uersic.& sic apparet, Thes. Iun.d.lib.2.q.90.n.16.* Denique,cum matris renuntiatio habeatur pro non facta stãte defectu conditionis, sub qua facta intelligitur.Consequens est,vt eius filij, qui ex propria persona succedunt,non possint dici contrauenire illius facto,idest,renuntiationi,quæ non est, *vt in proposito respondent Surd. d. consil.133.nu.26.uersic.2 respondeo,& num seqq.& Ant. Fab. d.lib.2 tit.3.def.14.*

Minus obstat,quod iuramentum,quoad vim,& obseruantiam liget etiam hæredes, quia hoc procedit † respectu earũ 61
rerum, super quibus iuratum est, non etiam respectu cœterarum. Vnde, cum in proposito non fuerit iuratum super iuribus filiorum,sed tantum super iuribus maternis, quippe, quibus solis renuntiatum est, sequitur illorum respectu non posse iuramentum ligare hæredes, qui non iurauerunt. *Ita sentiunt dicentes iuramentum tamquam personale non transire ad hæredes,vt Bart.in d.l.qui superstitis 93.nu.4.ff de acq. hæred.Thes.Iun d.lib.2.q.90 num.13.*

Secundus verò casus est, quando mater non renuntiauit simpliciter, sed pro se, & hæredibus, Et tunc multo faciliùs censent nonnulli, talem renuntiationem nocere filijs, qui matris hæredes existunt † *Ita enim censuerunt Chassa.d consil.* 62
47.n.33.& seqq.Nico.Bello.d.consil.15 n.10 Crau.d consil.703. n 2.uersic.locum igitur,& Surd d.consil.355.n.38.uersic. sed in hoc,& nu 39. non solum,quia † si non possunt facto defun- 63
ctæ contrauenire,quoties renuntiatio est simplex,multo minus poterunt contrauenire, quoties facta est pro se, & hæredibus, *vt arguit Surd.d consil.355.num 42.uersic. Tollitur igitur*,cum iuramentum obliget hæredes,vbi de ijs facta est mẽtio, *vt in proposito considerat Chassa.d.consil.47.num.28.uersic. imo iuramentum*, sed etiam,quia † quando mulier cum iura- 64
mento renuntiat pro se,& hæredibus, perinde est,ac si hæredes essent præsentes,& renuntiarent, scilicet,quia factum defuncti censetur factum hæredis † *vt ex doctr gl.in l.seruus 14. in prin.in uerb extitisset uersic.Respon.ubi etiam Bart n.4. ff. de cond.furt.scribit Galian.in l.4.§.Cato.num.66.ff. de verb. oblig.* 65
cum hæres,& defunctus censeantur vna, & eadem persona. §.1.*Auth.de iuretur,à mor.præst.coll.5.* Vnde,quemadmodum si hæredes præsentes cum iuramento renuntiassent iuribus sibi competituris, excluderentur a successione *d. cap.quamuis de pact in 6.* ita etiam debent excludi, quoties defuncta pro se & hæredibus renuntiauit *Ita arguit Surd.d.consil.355. num.41.versic.Nec sustineri potest.*

Sed his non obstantibus adhuc in hoc casu verius & receptius est, renunciationem matris non nocere nepotibus etiã hæredibus ex propria persona venientibus.† *Ita enim censuerunt Corn.d.consil.258.n.14.vol.4.Pereg.d consil.83.num.5. vol.* 66
5.Franch.d.decis.67.nu.7.& seqq vbi in fi refert, ita fuisse decisum Morot.d.consil 22,num.5.versic.hac autem ratio, & nu. 8.uersic.3.Thes.Iun.d lib.2.q 90.num.11.& 15.uersic Cæterũ; Et est in confesso apud eos, qui censent non nocere in casibus sequentibus, qui sunt multo fortiores, ideoque eos non impediri, quominus,etiam cum auunculis auo succedant, † *ut scribunt* 67
Vin.d.decis.211.num.4.Anto.Fab.d lib.2.tit.3.defin.1.& Thes. Iun.d.lib.2.q.90.nu.25.uersic.ideo dicebam.vbi refert, ita fuisse à Senatu iudicatum. Nam † rationes, propter quas dicimus, 68
non excludi nepotes ab aui successione,si filia,quę renuntiauit,decesserit viuo patre,militant, etiamsi renuntiatio facta sit pro se,& hæredibus, scilicet, quia etiam eo casu censetur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur, *vt declarant Morot.d.consil.22.n.5.uersic.hac autem ratio,& Thes. Iun.d.lib.2.q.90.num.16.* quæ sicut qualificat ipsam renuntiationem, quatenus facta est, pro matre, ita etiam eam qualificat,quatenus facta est pro eius hæredibus, & operatur, vt, quemadmodum renuntiatio habetur pro non facta respectu matris,quoties illa defecit viuo eo, de cuius bonis agitur, ita etiam habeatur pro non facta respectu eius hæredũ, vt pote pro quibus non censetur facta,nisi in casu,quo hęreditas

ditas matri deferatur, & ab ea posset in hæredes transferri.

Nec est facienda vis in illis verbis pro se, & hæredibus,
69 quippe, quæ † continent expressionem eius, quod tacitè inerat: Licet enim simpliciter facta esset renuntiatio, intelligeretur tamen facta etiam pro hæredibus, non quidem respectu iurium, quæ possent eis ex persona propria competere, sed respectu eorum, quæ fuerunt in renuntiatione comprehensa, & sic iurium competiturorum ipsi matri, quæ renuntiauit. Vnde, quia nulla postea ei competierunt iura, cum, ut præmortua non fuerit ad hæreditatem vocata, sed ea competierint eius filijs, vt pote quos, tamquam superstites, & in primo successionis gradu existentes tempore mortis aui lex ad eius hæreditatem vocauit, ideo fit, ut ad ea non debeat trahi matris renuntiatio, tametsi facta pro se, & hæredibus, *ut declarat Franch. d. decis. 67. nu. 7.* Idque procedit, etiamsi dixerit, se renuntiare iuribus, quæ habet ipsa, vel eius hæredes
70 † nam hoc intelligitur de iuribus, quæ habebunt hæredes, ut hæredes matris, non de proprijs, *ut declarat Corn. d. consil. 258. num. 14 vol. 4. & post eum Morot. d. consil. 22. num. 8. versic. 3.* ideoque, si agant ex proprijs iuribus, non oberit eis matris renuntiatio, tamquam in hunc casum non facta, nec ita agendo censebuntur filij contrauenire facto matris, quippe, quod, neque eorum respectu factum est, neque respectu matris pro facto habetur. *secundum ea, quæ diximus in præcedenti casu, quæque etiam militant in his terminis.* Et hoc non obstante iuramento, quia, quod dicimus, eius vim transire ad hæredes,
71 procedit † respectu eorum iurium super quibus est iuratum, & sic respectu iurium renuntianti competiturorum, quæ nõ possunt intelligi, nisi mater superuixerit, & ita ei fuerit delata hæreditas: Tunc enim, si hæredes vellent petere successionem, tamquam delatam matri, non possent, quia renuntiatio ab ea cum iuramento facta, ut ipsam exclusisset, ita & eius hæredes. Cœterum respectu iurium competiturorum hæredibus ex propria persona, quibus non fuit renuntiatum, verius est tale iuramentũ non transire ad hæredes, nec impedire, quominus illi ex proprio iure successionem vindicare possint. *Ita declarat Surd. d. consil. 332. num. 13.*

Nec obstat, quod, quando mater cum iuramento renuntiat pro se, & hæredibus, perinde est, ac, si hæredes essent præsentes, ac etiam ipsi cum iuramento renuntiarent, quia hoc
72 verum est, † respectu eorum iurium, quibus mater renuntiauit, & sic iurium matri competiturorum: Nam, quoad ea, si postea competierint, renuntiatio matris perinde hæredes excludet, ac si nominatim etiam ipsi cum iuramento renuntiassent: Cęterùm respectu iurium, quæ postea hæredibus ex propria persona competierunt, verius est, non censeri eos renuntiasse, quia nec mater eis renũtiasse intelligitur. Et, quod dicimus, factum defuncti censeri factum hæredis, procedit
73 † respectu vnius, & eiusdem facti, ita, vt, quod fecit defunctus, censeatur etiam eius hæres fecisse, & sic in proposito renuntiasse iuribus matri competituris, quibus ipsa renuntiauit, sed non intelligitur, ut censeatur renuntiasse iuribus ex propria persona sibi competituris, quibus nec mater ipsa renuntiauit, quia non est hoc idem factum, sed diuersum, ad quod factum defuncti non extenditur.

Tertius casus est, quando mater renuntiauit pro se, & filijs, uel pro se, filijs, & hæredibus, & sic fecit mentionem filiorum, Et tunc censent plerique, talem renuntiationem haud dubiè nocere filijs ex propria persona, & proprio iure venientibus,
74 si matris hæredes existant; † *Ita enim censuit Purp. d. consil.*
75 *307. nu. 11. versic. Primo, dum dicit*, quia † cessat in hoc casu ratio, propter quam supra diximus, renuntiationem illis non obesse; Nam, cum ea contineat etiam iura filiorum, vt pote, pro quibus mater voluit etiam renuntiare. Consequens videtur, ut non possint filij, qui sunt matris hæredes illius facto contrauenire, per ea, quæ diximus *supra nu. 50. & seqq.* quippe, quæ militant in his terminis.
76 Sed adhuc verius est, ne in hoc quidem casu nocere, † *uti rectè censuit Bart. in d. l. qui superstitis 93. nu 4. ff. de acq. her. Et in specie scribunt Ant. de Rosel. de succ. ab int. n. 128. Surd. d. cõs. 332. n. 10. Ant. Fab. d. li. 2. tit. 3. defi. 14. Thes. Iun. d. lib. 2. q. 90.*
76 *n. 12.* quia † etiam in hac specie militat illa ratio, quod renuntiatio, tamquam facta sub conditione, si hæreditas matri deferetur, ob illius defectum pro non facta habetur, *ut scribit Ant. Fab. d. lib. 2. tit. 3. defin. 14.* ideoque tamquam nõ facta nõ potest filiorũ exclusionẽ operari. *secundũ ea, quæ sup. diximus.*

Nec verum est, in hoc casu censeri iura filiorum in renuntiationem deducta, quia renuntiatio matris facta pro se, & filijs intelligitur pro filijs facta eo casu, in quo ipsa renuntiauit pro se, vt ea censeatur etiam renuntiasse pro filijs, non etiam in alio, *sicuti rectè declarat Anto. Fab. d. defin. 14.*

Quartus casus est, quãdo mater nõ stat in simplicibus terminis renuntiationis, sed adijcit promissionem de non contraueniendo, seu veniendo ad successionem pro se & hæredibus, seu pro se, & filijs, Et tunc, si filij sint matris hæredes, censeri plerique matris renuntiationem illis obesse, † *vt Crau.* 78
d. consil. 703. n. 2. versic. locum igitur, & maximè, si promiserit euictionem, *vt ibi Crau. subijcit*, quia, † cum ex tali promis- 79
sione nascatur obligatio, quæ sui natura transit ad hæredes, Consequens videtur, ut non possint illi tamquam obligati etiam ex iure proprio facto matris contrauenire *l. si. ff. de excep. rei vend. & trad.*

Sed est verius, non nocere etiamsi facta sit cum promissione de non contraueniendo, seu petendo successionem: † *Ita* 80
enim scripserunt Bart. in d. l. qui superstitis. 93. num 4. ff. de acq. hæred. Surd. d. consil. 332. num. 10. Thes. Iun. d. lib. 2 q. 90. n. 11. versic. & hoc stante & num. 12. & verò etiam, si iurium remissorum promissa sit euictio, † *ut rectè scripsit Morot. d. cons.* 81
22. num. 5. versic. hac autem ratio, & nu. 10. quia † cum huius- 82
modi promissiones censeantur accessoriæ ad ipsam renuntiationem, Consequens est, ut debeant intelligi factæ sub eadem conditione, sub qua, & ipsa renuntiatio facta intelligitur, ideoque ea per defectum conditionis resoluta censebuntur etiam resolutæ ipsæ promissiones, *vt in proposito considerat Morot. d. consil. 22. num. 8. versic. Tertio.*

Nec obstat, quod ex illis nascatur obligatio, quæ sui natura transit ad hæredes, quia hoc procedit, si purificata sit conditio, sub qua promissiones ipsæ factæ intelliguntur: Tunc enim verum est, obligationem tamquam natam, & fundatam in persona defunctæ transire ad hæredes. Cœterùm, si conditio non sit purificata, prout euenit, cum renuntians mortua est viuo eo, de cuius bonis agitur, quia renuntiatio cum adiectis promissionibus censetur resoluta, & habetur pro non facta, ideo nulla potest intelligi nata obligatio, quæ censeri possit in hæredes translata, *ut patet ex ijs, quæ supra diximus.*

Quintus casus est, quando renuntiatio facta a matre cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus non fuit gratuita, sed facta accepta dote, qua mediante dixit se tacitam, & contentam. Et tunc, si filij sint matris hæredes censent multi, non esse dubitandum, quin talis renuntiatio noceat filijs, etiam ex propria persona venientibus. † *Ita* 83
enim censuerunt Nico Bello d. consil. 15. num. 10. Surd. d. consil. 355. num. 43 versic. & quamuis, vbi ait tribus concurrentibus, quod renuntiatio facta sit mediante dote, & cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus, &, quod filij sint matris hæredes cessare omnem amaritudinem & omnes rationes. quæ in contrarium allegantur & Thes. Iun. d. lib. 2. q. 90. num. 15. vbi ait in hoc casu fuisse consultum nepotibus qui erant minores, vt matris hæreditatem repudiarent beneficio restitutionis in integrum & maximè, si cum auunculis concurrant, † *vt censuit* 84
Surd. d. consil. 355. num 44. vbi ait, licet in simplicibus terminis non faciat vim in hoc fundamento, si tamen alia concurrant quæ supra retulimus, arbitrari se, non esse locum contrariæ decisioni. Id ipsum censuit Thes. Iun d. lib. 2. q. 90 num. 20. vbi ait, hanc opinionem sibi semper placuisse, & in hanc inclinasse Senatum & nu. 25. versic. ideo dicebam.

Sed adhuc verius, & receptius est, renuntiationem non nocere, etiamsi facta sit accepta dote, & ea mediante renuntians dixerit se tacitam, & contentam. † *ut in simplicibus terminis* 85
scribunt Pereg. d. consil. 83. num. 5. uol. 5. vbi testatur, hanc esse magis receptam opinionem Morot. d. cons. 22. num. 4. versic. ego tamen, & num. 8. & idem Thes. Iun d. lib. 2. q. 90. nu. 12. & promiserit de non contraueniendo, seu veniendo ad successionem pro se, & hæredibus. † *nam in his terminis loquitur Bart.* 86
in d. l. qui superstitis 93 num 4. ff. de acq. hæred cuius opinionem constat esse magis communem. Imo, etiamsi nepotes cum auũculis succedant, & ita concurrant hæc omnia, quod renuntiatio facta sit cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus, &, quod renuntians dixerit, se dote con-

tentam pro sua portione, & quod nepotes sint matris hæredes, & cum auunculis concurrant, † *vt rectè scripsit Anto. Fab.d.lib.2.tit.3.defin.1.* Et ita iudicauit Senatus in illa causa, in qua Thesaurus Iunior dixerat, sibi contrariam sententiam videri veriorem, *vt ipse refert d.q.90.num.25.uersic.ideo dicebam.* Et rectè: Nam † rationes, quæ efficiunt, vt nepotibus non obsit matris renuntiatio in terminis, in quibus prædictæ circunstantiæ sunt separatæ, militant etiam in terminis, in quibus sunt vnitæ, quia talis vnio est multiplicatio inutiliū, quæ ad effectum exclusionis nihil operari potest *l.1.C.de legit.hæred.* Ex quo intelligimus verissimum esse, quod scripsit Præses Morotius *d.cons.22.num.4.vers.ego puto.& num.8.* renuntiationem matris † indistinctè non nocere nepotibus etiā hæredibus, quoties illa mortua est viuo eo, de cuius bonis agitur, quia † cum censeatur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur, & talis conditio deficiat eo ipso, quod mater est præmortua, Consequens est, vt semper habeatur pro non facta, siue sit facta simpliciter, siue pro se, & hæredibus, & cum promissione de non contraueniendo, & de euictione, & siue nepotes soli sint, siue etiam concurrant cum auunculis, Et ita perpetuò seruauit, & seruat, tàm Sabaudus, quàm Pedemontanus Senatus, *vti de Sabaudo testatur Anton.Fab.d.lib.2.tit.3.defin.1.& 14. De Pedemontano vero testor ipse qui per multos annos iam ei præsum.*

87

88

89

90

Planè, si expressim cautum sit, vt filij non possint ad aui successionem venire, etiamsi mater prædecesserit, & ita iura filiorum nominatim sint in renunciationem deducta, receptum est, non posse filios, si sint matris hæredes, auo succedere. † *Ita enim scripserunt Cran.d.consil.703.numer.2.vers. Locum igitur, Pereg.d.cons.83.nu.9.uol.5.Anto.Fab.d.lib.2.tit.3.defin.1.& 14.& Thes.Iun.d.lib.2.q.90.num.11.& in fin.* Sed hoc penes me non transit sine difficultate, quia, cum renuntiatio non valeat nisi iuramento sit firmata *l.pactum dotali 3.C.de collat.l.fin.ff.de suis,& legit.sancto cap.quamuis,de pact. in 6.* & in proposito non possit dici firmata iuramento, quatenus respicit hæreditatem deferendam filijs, cum illi non iurauerint, nec pro eis potuerit mater iurare *l.3.§.pen.ff.de iureiur.*, non video, quomodo renuntiatio, quoad eorum iura sustineri possit. Et ita mihi videtur sensisse Bartolus *in d.l.qui superstitis 93.num.4.ff.de acq.hæred.* Nam *quædam mulier*, inquit, *iurauit se esse dote contentam & promisit non venire ad successionem nec ipsa nec filij, deinde illa mulier decessit ante, quam pater relictis filijs heredibus, nunquid possint venire filij ad successionem qui sūt nepotes? Et de isto est casus Decretalis, quia obligatio, quæ venit ex iuramento ex parte iurantis est in personā vt si ego iuro non ligo heredem iurando, sed ex parte eius, cui iuratur, est in rem,& transit ad hæredem cap. veritatis extr. de iureiu. Ergo isti nepotes possūt venire Præterea credītis vos, quod iuramentum confirmatiuum confirmet illud pactum? Certè nō, quia pactum est nullum sed quia iuramentum est seruandum, ideo metu iuramenti seruatur pactum cap.cum contingat extr. de iureiu.* quibus verbis significat, pactum non valere, etiā si mulier cum iuramento promiserit, filios suos non venturos ad aui successionem, ideoque eo non obstante posse eos auo succedere, si mater prædecesserit, quia tale iuramentum non confirmat pactum, sed, quia debet seruari, ideo operatur, vt seruetur metu iuramenti, Vnde, quia talis metus non cadit, nisi in personam matris, quæ iurauit, cum iuramentum ex illius parte sit personale, nec liget hæredes, fit, vt nō impediat, quominus eius filij ex persona propria venire possint ad aui successionem, cum eis, nec pactum obsit, tamquam nullum, nec vis iuramenti, quod eos non ligat.

91

Nec obstat, quod imo vis iuramenti transeat ad hæredes, *vt diximus supra num.52.* quia hoc intelligitur, † respectu eius actus, qui fundatur in persona iurantis, puta respectu renuntiationis eius hæreditatis, quæ posset renuntianti deferri; nam, quod eam, tamquam fundatam in persona ipsius iurātis verum est, vim iuramenti transfundi in hæredes. Cęterùm respectu illius, quæ in persona iurantis non potest fundari, vt est renuntiatio hæreditatis deuoluendæ suis hæredibus, quæ non potest fieri, nisi ab ipsis hæredibus, & cum proprio iuramento, verius est, nullam esse illius vim, quia, cum non valeat, tamquam præstitum ab eo, qui pro alio iurare nequit, Consequens est, vt non possit exclusionis effectum operari, *l.non dubium 5.C.de legib.*

92

Superest, vt quarto, & vltimo loco videamus, an posito, quod renuntiatio matris prædefunctæ non noceat filijs, qui sunt eius hæredes, etiamsi facta sit accepta dote, teneantur tamen illi dotem matri datam, &, quæ ad eos peruenit, in legitimam, seu portionem sibi debitam imputare. Quæstio est solemnis & inter Principes iuris interpretes, Bartolum scilicet, & Baldum mirum in modum agitata, quam tamen nos hic, vt incidentem, & ad propositam iuris accrescendi materiam non pertinentem breuiter, & decisiue potiùs, quam per modum disputationis duximus exponendam. Pro faciliori autem eius explicatione tres sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando certum est, dotem ad nepotes peruenire, non, tamquam hæredes matris, sed, tamquam capientes ab auo, Et tunc fatentur, debere illam nepotibus in legitimam imputari, † *vti videre est apud Corn.consil.190.numer.4.* 93
versic.unde circa hoc,vol.2.Dec.consil.180.n.7.uersic.3.responderi potest,& vers.Nec obstat.si dicatur, vbi ait, ita omnes DD. concludere, Surd.consil.206.num.17.Crass.in § legitima.q.24.n.15.ubi testatur hanc esse magis communem, & ab ea non esse consulendo,& iudicando recedendum, quia † in eam imputantur omnia, quæ capiuntur ex substantia illius, de cuius bonis agitur, *l.quoniam nouella.29.in fi.& l.scimus.36.in pri. versic. repletionem C.de inoff.testam.* Exempla sint 94

Primum, si pater simpliciter dederit dotem filiæ nulla interposita stipulatione, & versemur in terminis iuris communis, secundum quod mortua in matrimonio filia etiam liberis extantibus dos a patre profecta ad eum redire debet *l.dos à patre.C.sol.matr.* Nam tunc, quia non potest illa ad nepotes nisi ab auo, & ex eius volūtate peruenire, ideo fit, vt sine dubio debeat illis in legitimam imputari.† *Ita enim censuit Bart. in l.in quartam.90.numer.12.ff.ad leg.Falc.& consil.190.lib.1, Et in specie declarant Dec.in l.illam.19.n.16.C.de collat.Rip.in d.l.in quartam, num.189.versic omisso.& ibi Pic.numer.221, Ruin.consil.187.num.5.vol.2.* 95

Secundum exemplum sit, si pater, qui dotem dedit filiæ, stipulatus sit eam sibi soli in omnem euentum reddi: Nam, & in hoc casu certum est, non posse eam ad nepotes peruenire, nisi ab auo, & ex eius voluntate, ideoque debere illis in legitimam imputari. † *Ita scribunt Rip.in d.l.in quartam. nu.189. vbi ait, in hoc omnes conuenire.Thes.dec.237.num.3.versic amplia & nu.9.Crass.in d.§ legitima.q.24.num.12.* 96

Tertium sit exemplum, si pater stipulatus sit, dotem reddi nepotibus, aut filiæ, & nepotibus; Nam etiam in hoc casu censentur nepotes eam consequi ab auo, & ex eius prouidentia, ideoque tenentur eam in legitimam sibi debitam imputare. † *Ita scribunt Imol.in d.l.in quartam, num.8.uersic.& per prædicta.& ibi Rip.num.196.Corn.d.consil.190. num.4. uol.2. Thes.d.decis.237.num.9.uersic.amplia.6.Crass.in d.§.legitima q.24.num.13.* 97

Secundus verò casus est, quando certum est, dotem peruenire ad nepotes, tamquam hæredes matris, prout euenit in omnibus casibus, in quibus dos fuit pleno iure quæsita filiæ, Et tunc licet Bartolus rem, vt dubiam terminare noluerit *in d.l.quartam, numer.12.uersic.sed si poneremus*, & alij censuerint, etiam in hoc casu debere dotem in legitimam nepotum imputari, † *vt Pic.in d.l.in quartam, n.236.& ibi Rip.nu.197. Bereng.part.3.num.112.* Contrarium tamen verius est, & receptius, † *vti videre est apud Bald. in l.quoniam nouella, 29. num.7.C.de inoff.test. Ang.in d.l.in quartam, num.9. uersic. sed salua & ibi Alex.nu.26.uersic.vnde contra, Pic.n. 132, versic. Istam conclusionem, Rip.nu.193.Castr.consil.145.num. 1. uol. 1. Alex.consil.24.nu.4.uol.1.Corn.d.consil.190.nu.3.uersic si autē stipulatio.& num.4.in prin.& uersic.vnde circa hoc vol.2. Dec. in l.illam.19.num.16.in prin.& versic.& ampliatur C.de collat. & d.consil.180.n.7.uersic.Nec obstat si dicatur.Bertr.cons.255. n.4.uol.3.part.2.Math.Gribald.in suis comm.opin in uerb.legitima, uersic.dos data Thes.d.decis.237 num.7.uersic.sed in hoc, Surd.d.consil.206.n.16.versic.sed quia & n.17.& 18.Crass.in d.§.legitima q.24.nu.7.Galua.consil.1.n.155.* scilicet, quia † in legitimam non imputantur ea, quæ non capiuntur ex substantia defuncti, sed aliena *d.l.scimus.36.in prin.vers.repletionē C.de inoff.test.* Atqui in proposito dos non capitur ex substātia, & patrimonio aui, vt pote, a quo iam exierat, sed capitur ex patrimonio matris, cui pleno iure fuerat quæsita, 98 99 100

&, a

&c, a qua transfertur in hæredes. Ergo non debet nepotibus in legitimam ab auo debitam imputari. Idque adeo verũ est, vt procedat non solum, si cum alijs nepotibus concurrant, sed etiam, si cum auunculis, † *vt in specie declarant Alex. cõs 24 n.5. versic plus voluerunt vol.1. Rip. in d.l. in quartam, n.198. versic. Tu aduerte, vbi ait nullam in casu, quo nepotes veniunt, vt hæredes matris, esse inter DD. discordiam Surd. d. dec. 206. nu.37. Thes. Iun. in addit ad decis. 237. sub num. 15 in lit. E. vbi testatur, hanc esse magis communem Galua. d. consil. 1. num. 168* quia † eadem semper militat ratio: Nam, siue cum alijs nepotibus concurrant, siue cum auunculis, semper verum est, eos venire ex persona propria, non ex persona matris, licet eius gradum & locum ingrediantur, & representent, *vt ostendimus in hoc cap. q.1. num. 15. & 17. & in hac ipsa q. nu. 20.* Alioquin, si ideo deberent in legitimam imputare dotem, quando cum auunculis concurrunt, quod representent matrem, deberent etiam eam imputare, quando concurrunt cum alijs nepotibus, quia etiam eo casu veniunt iure representationis, quod patet ex eo, quia etiamsi cum alijs nepotibus concurrant, nihilominus succedunt in stirpem, non in capita, & sic non capiunt portionem virilem, sed eam, quam fuisset habitura mater, quam representant † *l. Papinianus 8. §. quoniam autem quarta ff. de inoff. test. a l. 2. C. de suis & legit. §. cum filius, versic. item, si ex duobus, & § fin. inst. de hered. quæ ab int. def. §. neque illo, Auth de trient. & sem coll 3. Ant. de Rosell. de succ. ab int. n.55. vers sed, si essent. Et in proposi o declarat Rip in d.l. in quartam, n.200 versic. Tu considera.* & tamen ex frequentiori doctorum sententia, non tenentur eam imputare quando concurrunt cum nepotibus, *vt scribunt omnes, quos retulimus sup. n* 103. Ergo nec, quando concurrunt cũ auunculis.

101

102

103

Hinc infertur primo, si dos censeatur à patre donata filiæ, etiam in eius potestate constitutæ, quia donatio valet, tamquam facta ex causa dotis *l. Pomponius Philadelphus 36. ff. fam. ercis.* non censeri eam peruenire ad nepotes, tamquam capientes ab auo, sed tamquã hæredes matris, ideoq; non teneri eos in legitimam sibi debitam illam imputare. Exemplum sit, si pater dando dotem stipulatus sit, eam reddi filiæ: Nam, quia censetur illam ei donasse, ideo non tenentur nepotes eam, tamquam habitam à matre in suam legitimam imputare. † *Ita scribunt Castr. in d.l. quartam, num.9. & ibi Alex. num.26. versic. vnde contra & Pic. nu 232 versic. ex quo singulariter & n.233. Alex in d.l. illam 19. num.11. & ibi Dec. num.16. C. de collat. Alex. d. consil. 24 num.3. versic sed circa hoc vol.1. Corn. d. consil. 190. n.3. versic si autem stipulatio, vol.2 Dec d consil. 180. num.7. versic. Nec obstat, si dicatur, vbi ait, ita DD. omnes concludere. Ruin. d. consil. 187. n.5. versic sed præmissis, vol.2. Bertr cons. 103. nu 4. vol.7 Capy. decis. 176. num.24. Thes. d. dec. 237. n.10. versic quid, si pater, & n.12. Crass. in d. §. legitima q.24. n.9.* Idem est, &, si pater stipulatus sit, dotem reddi filiæ, & eius hæredibus: nam, quia censetur voluisse prouidere filijs, non, vt filijs, sed, vt matris hæredibus, ideo fit, vt illi, tamquam habentes dotem à matre, &, vt illius hæredes, non teneantur illam, quasi matri donatam in legitimam sibi debitam imputare. † *Ita scribunt Alex in d.l in quartã, num 26. versic. vnde contra, & ibi Pic num.226. versic. præterea sequeretur, & Rip. num.194 Alex in d.l illam 19. n.11. Cod. de collat. Purp. d consil. 436. num.3. Surd d. consil. 206 nu.18. Thes. d. dec. 237. n 10. versic. quid, si stipuletur.* Denique idem est, &, si pater stipulatus sit dotem sibi reddi vno casu, puta moriẽte filia in matrimonio nullis relictis liberis: Nam quia in alio casu censetur eam filiæ donasse *l. inter socerum 26. §. cum inter ff. dict. pact. dot. & tradunt omnes in l. post dotem 41. ff. sol. matr.* ideo præmortua filia non tenentur nepotes eam in suam legitimam imputare. † *Ita scribunt Bald. in l. quoniam nouella 29. numer.7. Cod. de inoff. testam. Castr. in dict. l. in quartam num 9. & ibi Imol. numer.8. uersic. & per prædicta, Pic. num.233. Rip. num.193. Castr. consil. 145. num.1. versic. & isto casu volum.1. Alexand. consil. 24. numer.3. versic. sed circa hoc, & num 4. volum.1. Corn. dict. consil. 190. num.3. versic. si autem stipulatio, volum 2. Surd. d. consil. 206 numer.23. Thes. d. decis. 237. num.11. licet ipse contradicat, & Crass in d § legitima, qu.24. num.10.*

104

105

106

Secundo infertur, si pater nulla stipulatione interposita dederit dotem filiæ emancipatæ, quia censetur pleno iure quæsita, non teneri nepotes eam in legitimam imputare, tamquam habitam a matre, non ab auo. † *Ita scribunt Castr. dict. consil. 145. num.1. uol.1. Pic. in d.l. in quartam, num. 221. versic. istam conclusionem & num.234. Dec in d.l. illam 19. nu. 16. versic. & ampliatur C. de collat. Thes. d decis. 237. num.7. versic dicunt autem, Crass. in d § legitima q 24. num 7* Idem est, &, si non interposita stipulatione dotem dederit filiæ in potestate constitutæ, quam tamen postea emancipauerit: Nam, quia per emancipationem actio, quæ erat communis, consolidatur in persona filiæ, & fit eius propria *l. un. §. videamus C. de rei vxo. act* ideo nepotes censentur habere dotem a matre, &, tamquam illius hæredes, non ab auo, eaque ratione non tenentur illam in legitimam imputare. † *Ita scribunt Pic. in d l. in quartam nu.234. versic.3. limita, & ibi Rip. nu.195. Crass. in d. §. legitima q.24. num.8.* 107 108

Tertio infertur, si pater dederit filiæ etiam in potestate existenti, dotem pro omni eo, quod habere, aut sperare possit in bonis suis, censeri eam, tamquam loco patris datam pleno iure filiæ quæsitam, eaque ratione non debere a nepotibus in legitimam imputari. † *Ita post Castr. consil. 372. num.4. vol.1. scribunt Crau. consil. 84 num.5. & Surd d. consil. 206. num. 23. versic. accedat.* 109

Tertius denique casus est, quando sumus in dubio, vtrum dos peruenerit ad nepotes, vt hæredes matris, an verò, vt capientes ab auo prout euenit, quando nulla pro restitutione, dotis interposita est stipulatio, sed simpliciter data est dos, & versamur in terminis consuetudinis Martini, quæ vult, dotem a patre profectam mortua in matrimonio filia relictis liberis non redire ad partem, sed remanere penes filios. Et tunc, si nepotes concurrant cum auunculis, receptissima est omnium sententia debere eos in legitimam sibi debitam imputare dotem matri datã, † *vti videre est apud Pic. in d.l. in quartam num.227. & ibi Rip. nu.198. vbi testatur, hanc esse communem, Corn. d. consil. 190 num.2 uol.2. ubi ait, hanc esse communem, a qua in decisiuis non est recedendum. Dec. in d.l. illam 19. num.16. versic. Tertius est casus C. de collat. vbi ait, indubitanter hanc esse communem. Math. Gribal. in suis commu. opin. in verb. legitima, Surd. d. cons. 206. nu.37. Thes. d. decis. 237. n.15.* quod † in hoc consentiant vtriusque sententiæ sectatores: Nam, non solum consentit Bartolus, cuius opinio frequentior est, dum vult, indistinctè debere dotem in nepotum legitimam imputari, sed etiam Baldus, quia, licet a Bartolo dissentiat inspecto iuris rigore, tamen inspecta æquitate vult, dotem esse imputandam, si nepotes cum auunculis concurrant, quod veniant loco matris, quæ debuisset imputare, ideoque & ipsi imputare debeant, secus verò, si concurrant cum alijs nepotibus *uti uidere est apud eum in d.l. illam 19. num.8. vers. quamquam posset C de euictio. Quam Bald. distinctionem probat Imol. in d.l. in quartam num 8 vers. vlterius, vbi ait, hanc opinionem sibi videri satis rationabilem, & Alex. cons. 142. nu. 23. vol.2.* Quamobrem non est dubitandum quin hæc sit receptissima omnium sententia, cum in eam concurrant vtriusque sententiæ defensores. Cęterùm si nepotes concurrant cum alijs nepotibus, censuit Baldus dotem vi consuetudinis nepotibus reseruatam ad eos pertinere, tamquam matris hæredes, ideoque non esse eis in legitimam imputandam, † *uti videre est apud eum in d.l. illam. 19 num.6. & seqq C. de collat. Et hanc sententiam, post multos probauit Surd. d. consil. 206. n. 11. & seqq. vbi ait, opinionem Bart & sequacium esse falsam, & ratione valida destitutam, singulisque illius argumentis respondent.* 110 111 112

Sed obtinuit sententia Bartoli, qui censuit, dotem non trãsire ad eos, tamquam hæredes matris, vt pote, cui nunquam fuit acquisita, sed transire, tamquam ablatam auo, ad quem de iure debuerat redire, & applicatam filijs vi consuetudinis, ideoque teneri eos dotem illam, vt ab auo, & ex eius substantia profectam in legitimam sibi debitam imputare. † *Ita censuerunt Bart. in d.l. in quartam nu.12. versic. præterea aduertatis. & ibi Ang. num.9 & Castr. num 9. & 10. vbi ait, licet aliquando secundum opinionem Baldi sui præceptoris consuluerit, tamen cognita postea veritate noluisse ampliùs contra Bartoli sententiam consulere. Idem censuit Pic. ibi, num. 231. vbi, licet priùs nu.223. versic tamen opinio, dixisset opinionem Bald. esse multum substentabilem & eam conatus esset defendere numer. seqq. tamen num.231. subijcit, in iudicando, & consulendo non esse recedendum a sententia Bartoli, quæ est ipsa veritas. Eandem* 113

dem opinionem ibi probat Rip.nu.190 & 192.ubi ait,opinionem Bartoli esse ueram , & communem . Idem scripserunt Bart. consil.190.num.1.lib.1. & post eum Bald.in d.l. quoniam nouella 29.num.6 & 7.C.de inoff.test Castr.d.consil.145.nu.1. uol.1. Alex.in d.l.illam 19.num.11. & ibi Dec.num.16.uersic.Tertius est casus C.de collat.ubi ait,non esse ab opinione Bart. recedendum, Alex.dict.consil.24.num.3.uol.1. quod est repetitum in consil.23.uol.4 Corn.d.consil.190.nu.3.uol.2. Bertr.d.consil.255. num.4.uol.3.part.2.Ruin.d.consil.187 num.5.uol 2. Purp.consil. 307.num.14.Capy.d.decis.176.num.25.Thes.d dec.237.num.4 & 6.ubi ait opinionem Bartoli esse magis communem,aequiorē , & ueriorem,& in eam totum Senatum inclinasse. Crass in d.§. legitima q.24 nu.15 ubi pariter testatur, hanc esse magis communem,& ab ea non esse consulendo, & indicādo recedendum . Et ita accipiendi sunt,qui simpliciter, & indistinctè scripserunt, dotem filiæ datam debere a nepotibus ex propria per-
114 sona venientibus in legitimam imputari,† *ut Bald.consil.342 uersic. ego in hoc articulo,uol.2. ubi id admittit, quoties nepotes succedunt cum alijs liberis, Castr.in d.l.illam 19.nu.10.uersic. sed salua C.de collat.Bertr.d.consil.255 num.4.uolum 3.part.2. Dec.d.consil.180 num.7 uersic.3.responderi potest ubi ait, hanc esse communem, Barba.consil.40.num.5.uol.2.Bereng.in d.l.in quartam.part.3.num.101.ubi ait,hanc conclusionem, & ueriorem,& receptiorem uideri,Soc.Iun.consil.67.num,69. uol.2. ubi ait,ita magis communiter teneri Thes.d. dec.237.num.3. Aut. Fab.d.lib.2.C tit 3.defin.1.Thes.Iun.d.lib.2.quaest.for.q.90.n.13 uersic praeterea,ubi ait hoc esse uerius,*vt scilicet loquantur in
115 terminis, † in quibus ex ui consuetudinis dos eis reseruatur *sicuti declarant omnes quos retulimus supra num.117.* Idque procedit, etiam dos non fuerit data simpliciter, sed adiecta stipulatione in forma communi, nempe, vt ea soluto matrimonio restituatur illi,vel illis,quibus de iure: Nec enim per hæc verba censetur derogatum consuetudini , quæ liberis extantibus vult dotem apud eos remanere . Quamobrem etiam in hoc casu dos erit nepotibus in legitimam imputan-
116 da, † *vt scribunt Dec.d.cons.180. num.7. vers. Nec obstat, si dicatur Bertr.d.consil.255.num.6.& 7 vol.3.part.2. Rip.in d.l. in quartam num.191 Purp.d.consil.307.num.14. Thes.d.decis. 237.n.3.vers.amplia,& n.10.vers. quid autem, Et rectè quicquid censuerit Ruin.d.cons.187.n.6.vol.2.* Et hæc dicta sint de venientibus iure repraesentationis quoties agitur de successionibus, quæ iure communi deferuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Nepos ex filio, vel fratre praedefuncto excludit amitam stante statuto quo cauetur, vt extantibus masculis fœmina non succedant.*
2 *Nepos ex filio,vel fratre praedefuncto non excludit amitam, si statuto cautum sit vt extantibus filijs, vel fratribus non succedat filia,vel soror,& cur,num.3. & seqq. Sed contra num.14.& cur,num.16 & seqq.*
4 *Filij appellatione propriè , & verè loquendo non continetur nepos .*
5 *Verba in statutis sunt strictè , & propriè accipienda .*
6 *Filij appellatione ex lata verbi significatione continetur nepos .*
7 *Filij appellatione non continetur nepos in alterius praeiudicium .*
8 *Tutela est pupillo fauorabilis .*
9 *Tutela continet onus tutoris .*
10 *Tutor datus filijs non censetur datus nepotibus .*
11 *Filij appellatione non continetur nepos in statutis fœminarum exclusiuis .*
12 *Extensio de persona ad personam non permittitur in statutis fœminarum exclusiuis .*
13 *Fœmina vi statuti non excluduntur , nisi à personis specificatis .*
15 *Portio fœminae statuto exclusa non solum filio applicatur, sed etiam nepoti ex filio praedefuncto .*
19 *Statutum loquens de filio comprahendit etiam nepotem ex filio praedefuncto .*
20 *Extensio non dicitur , sed comprehensio, vbi militat eadem ratio .*
22 *Statuta ideo fœminas à successione excludunt extantibus masculis, vt bona in familia conseruentur, & n.103.*
23 *Statutum loquens de filio ex identitate rationis extenditur ad nepotem .*
24 *Statuta fœminarum exclusiua ex parte masculorum sunt fauorabilia .*
25 *Filij appellatione continetur nepos ex mente , & ratione statuti .*
26 *Filij appellatione non continetur nepos , quando ratio non est in statuto expressa, Sed contra num.27.*
28 *Ratio legis quando est certa,licet sit tacita, potest ab ea,tamquam à causa finali sumi argumentum .*
29 *Ratio dicitur certa, quando vna tantum reddi potest .*
30 *Statuta fœminarum exclusiua , quoad partem inclusiuam sunt fauorabilia etiamsi ratio non sit in statutis expressa .*
31 *Beneficium concessum patri transit in filium , Declara, vt num.34.*
36 *Subrogatus in alterius locum censetur eodem iure, quo is, in cuius locum subrogatur .*
37 *Subrogatus in alterius locum, ijsdem, quibus ille, priuilegijs vtitur .*
39 *Nepos ex filio ingreditur locum patris , & amitam, vi statuti excludit, etiamsi cautum sit, vt statuta non recipiant interpretationem , sed obseruatur , prout iacent, & cur, num.40.*
40 *Interpretatio passiua tamquam bona, & legitima nunquam censetur sublata .*
41 *Nepos ex filio ingreditur locum patris, & cum patruo concurrit ad portionem amitae quae statuto excluditur, etiamsi in statuto habita sit ratio graduum,& cur.n.42.*
42 *Nepos , qui patrem repraesentat dicitur esse in pari gradu cum patruo, non quidem verè, sed fictè, & repraesentatiuè , & num.46.*
43 *Gradus non corrumpitur ,sed repraesentatur , quoties filius ingreditur locum patris .*
44 *Nepos ingreditur locum patris, & concurrit cum patruo ad portionem amitae statuto exclusa , etiamsi statuto cautum sit, vt salua sit gradus praerogatiua.vel dictum, vt fœmina excludatur ab eo , qui sit in gradu pari, numer.45. & cur, num 46.*
47 *Nepos ex filio ingreditur locum patris,& excludit nepotes , & alios descendentes ex fœmina dotata, quae statuto fuisset exclusa, si superuixisset, & n.49. & cur, n.48.*
50 *Nepos ex fratre praedefuncto excludit amitam , etiamsi statutum loquatur de fratribus germanis , vel de fratribus vtrinque coniunctis, & cur,num.51.*
52 *Nepos ex filio, vel fratre praedefuncto excludit amitam vi statuti, etiamsi pater cum iuramento renuntiasset in vita illius, de cuius bonis agitur, & cur, num.53.*
54 *Nepos ex filio non ingreditur locum patris , vt amitam excludat vi statuti,& cur num.55.& 61 & seq.*
56 *Masculi vocabulum nullo modo potest ad fœminam referri .*
57 *Agnatorum verbo continentur etiam fœmina ex masculis prognata, Fallit vt num.58.*
58 *Agnationis conseruanda ratio vbi est habita, fœmina etiam agnata non continētur sub verbo agnatorum,& cur,n.60.*
59 *Masculinum non concepit fœmininum , vbi in dispositione habita est ratio conseruanda agnationis & cur,n.60.*
63 *Filius in statutis non ingreditur locum patris , vt cum patruo concurrat ad portionem fœmina , quae statuto excluditur, quoties tractatur de successione alterius, quam ascēdentis , aut patrui, uel amitae, auunculi,vel matertera, & cur, num.64.*
65 *Exclusio patris , aut matris proueniens à mero sui odio non nocet filijs venientibus ex propria persona,& cur n.67.*
66 *Pater, aut mater, si ab alicuius successione excludatur propter vitium, vel delictum suum, non censentur exclusi eius filij ex propria persona venientes,& cur,nu.67.*
68 *Exclusio matris facta à statuto non nocet filijs ex propria persona venientibus, Declara. ut ibi.*
69 *Verba statuti, vbi cessant, cessare etiam debet ipsius statuti dispositio .*
70 *Filia appellatione continetur neptis, sed abusiuè, non secundum propriam significationem .*
71 *Argumentum à pacto ad statutum ualet , Declara , ut num.80.*

Testandi

An ius accrescendi excludat ius repræsentationis in successionibus statutarijs.

QVÆSTIO XII.

NVnc videamus, quid iuris sit, quoties agitur de ijs successionibus, quæ statuto deferuntur, & dispiciamus, an in ijs filius veniens iure repræsentationis eodem, quo parens censeatur iure. Dupliciter autem hæc inspectio considerari potest, vno modo actiuè, altero verò passiuè, Actiuè, cum quærimus, an eodem censeatur iure, quoad partem inclusiuam, ita, vt, & ipse, quasi inclusus fœminam excludat, & eam capiat portionem, quam parens ex dispositione statutaria fuisset habiturus, si superuixisset. Passiuè verò, cum quærimus, an censeatur eodem iure, quoad partem exclusiuam, ita, vt, quemadmodum pater non fuisset exclusus, si superuixisset, nec ipsius filia, tamquam patrem repræsentans exclusa intelligatur, vel contra, quemadmodum mater censeretur exclusa, si esset superstes, ita etiam exclusi intelligantur eius descendentes, qui ipsam repræsentant.

Et si quidem actiuè quæramus, an filius veniens iure repræsentationis eodem, quo parens censeatur iure, constat tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando masculus, cuius existentia fœminam exclusisset, decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, relicto filio & tractatur de successione alicuius ascendētis, aut patrui, vel amitæ, Et tunc, aut statutum in parte inclusiua vtitur verbis collectiuis, quę vi sua possunt plures personarum gradus complecti, puta dicit, extantibus masculis, vel agnatis fœminæ non succedant, Et res caret dubio: nam, cum ita sit masculus,& agnatus nepos ex filio, vel fratre prædefuncto, vt ipse filius, aut frater *l Iurisconsultus 10 §.1. ff. de grad. & affin. l. sunt autem 7. ff. de leg. tut. §.1. Inst. de leg. agn. tut. §.1. inst. de leg. agn. succ.* Consequens est, vt, & ipse censeatur statuto inclusus, non per interpretationem, aut comprehensiuam, aut extensiuam, sed ex mera vi verborum. Quamobrem, & ipse feminam excludet, † & eius capiet portionem, vel totam, si solus sit, vel pro ea parte, quam pater fuisset habiturus, si cum patruo concurrat, *secundum ea, quæ dicemus infra num.15. quippe, quæ multò magis procedunt in his terminis.* 1
Aut verò statutum vtitur verbis appellatiuis, puta dicit, extantibus filiis filia non succedat, vel extantibus fratribus non succedat soror, Et tunc maior est dubitatio: Nam plerique censuerunt, nepotem ex filio, vel fratre prædefuncto non censeri inclusum, ideoque feminam ab eo non excludi, sed simul cum eo succedere, si solus sit, vel, si supersit alius filius, vel frater, ab eo solo excludi, eaque ratione partem eius soli filio, vel fratri superstiti applicari, non etiam nepoti ex filio, vel fratre prædefuncto, quippe, qui ingreditur quidem locū patris, vt eam capiat portionem, quam pater iure communi fuisset habiturus, sed non, vt excludat fœminam, & eius portionem cōsequatur pro rata, quam pater vi statuti obtinuisset, quoniam ea soli filio, vel fratri excludenti debet applicari. † *Ita enim de nepote ex filio censuit Bald. in l. si verò 65. §. de viro, vers. non esset ita ff. solut. matr. quem, vbi ratio non est in statuto expressa probat ibi Imol num.33. vers. tu potes, & in l. Gallus 20. § instituitus, vers 3. casu ff. de lib. & posth. Idem censuit Bald in l. sed & milites 10. in prin. vers. & facit ff. de excu. tut. vbi ait, hoc esse notatu dignum, & probat Dec. consil.308. num.7.* Mouentur autem, vt ita sentiant, quia, † aut iste nepos vult venire ex iure patris, Et non potest, quia, cum pater decesserit viuo eo, de cuius bonis agitur, & consequenter eo tempore, quo nondum ei ius erat delatum *Litem Prætor 8. in fi. ff. de suis, & legit.* Consequens est, vt non potuerit illud in filium suum transferre, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. Ita pro hac opinione ratiocinatur Bald. in l. in quibus 1. in princ. vers. Faciūt ad quæstionem C. de sec. nupt.* Aut verò vult venire ex iure proprio, Et tunc, aut vult venire ex vi verborum, Et non potest, quia, cum statutum loquatur de filio, cuius appellatione propriè, & verè loquendo non continetur nos † *l. quod, si nepotes 6. vers. Aliter ff. de test. tut. § fi. versic. Aliter, inst. qui testa. tut. dar. poss. Et latè ostendunt Bart. in l. liberorum 220. num.10.& seqq. ff. de verb. sign. Bald. in l. maximum vitium 4 num.10. C. de lib. præt. Ant. de Rosel. de success. ab intest. num.123. Dec. in l. venia 2. n.6. C. de in ius vocat.* & in statutis verba sint strictè, & propriè accipienda † *l.3.§. hæc verba,& ibi doct. ff. de neg. gest. late Soc. Iun. cons.28 n.6. vol.3.* Consequens est, vt non possit nepos ex vi verborum censeri statuto inclusus. Aut verò vult venire per interpretationem. Et tunc, aut loquimur de interpretatione comprehensiua, quæ deducitur ex lata verbi significatione, secundam quam appellatione filij continetur nepos † *l. filij appellatione 84 l. iusta 201.& l. liberorum 220. vers. sed & Papyrius ff. de verb. sign.* Et nec etiam potest, quia talis interpretatio tunc admittitur, cum tractatur de materia merè fauorabili, non etiam, cum de odio tertij: Nam in alterius præiudicium appellatione filij non continetur nepos, † *vt not. Bald. in dict. l. sed, & milites 10. in princ. vers. item not. ff. de exc. tut.* & patet ex datione tutoris: Nam, licet ea sit pupillo fauorabilis † *l. & hæreditas 10 § vlt. ff. de testa. tut. l. & si non adscripta 9. Cod. de fideic. libert. l. quidam 5. in princ. vers. cum igitur C. de necess. ser. hær. inst. l. pen. Cod. de legat.* tamen, quia continet onus tutoris 2 3 4 5 6 7 8

† *l. tria*

minis arguunt Bald in d l fin.nu.16. uersic. super hoc sic distinguo C.de pact.Castr.d.consil.164.num.5.vol.2. Aret.d.conf.143. n.3 Ruin.d consil.50.n.17.uol.3. Alc d consil.101 numer. 1. lib. 5.Corn.consil.258.nu.3.uersic.secunda ratione,vol.4. Tiraquel. de iure primog.q.40.nu.113.119 & 120.Purp.d consil.307.n 9. Ceph d.consil.334 n.40.Molin.de primog.Hisp lib.2. cap. 3. nu. 47 Craff in d.§ legitima q.4.n.1.Franc.d dec.67.n.2.Surd.conf. 85 nu.13.& d.consil.332.n.9.uersic id,quod confirmatur. & n 10.uersic.& principalis eorum ratio, Anto Fab in suo C.d lib.2. tit.3.defi.14.Galua.d consil.1.nu.76.in terminis verò, in quibus concurrunt cum patruis, vel auunculis Crau d consil.127.nu 4. versic.respondeo,Bec.d.consil.107.n.14.& 16.vol.1.Surd.d.conf. 133.num.25.Vin.d.dec.211.n.3.Pereg.d.consil 83.num.4.uol.5. Thes lun.d.lib.2.quæst.for.q.90.num.4.versic.ratio.

Tertio probatur, quia, quæ sub conditione fiunt, si condi-
22 tio deficiat, pro non factis habentur † *l.pater filio. 54.in fin. uersic.si pupillus.ff.de har.inst.* Sed renuntiatio hæreditatis viuentis censetur fieri sub conditione, si hæreditas renuntian-
23 ti deferetur, † siue renuntiatio sit priuatiua siue translatiua: Nam, si priuatiua, sine dubio debet illam conditionem recipere, quia alioquin non valeret, cum habeat vim repudiationis, & id, quod delatum non est repudiari non possit, *l.1. §.decretalis ff.de success edict Et in proposito considerat Surd d. consil.832.nu 3.* Si verò est translatiua, multo magis debet illam recipere, *vt in specie declarat Bec.consil.64.num.12.vol 1.* quia, cum præcedentem supponat acquisitionem *vt ostendimus in 5.cap.q 48.n.17.Et in proposito declarat Soc Sen.d.conf. 183.n.1 uersic.sed tamen præmissis,vol.2 quod legitur etiam int. conf.Ruin.consil.205 uol.1.* Consequens est, vt non possit fieri ab eo, cui hæreditas non defertur, & per consequentias non acquiritur, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat. *l.nemo plus iuris 55.ff.de reg.iur. Et in his terminis declarat Surd.d.consil.332. num.4.* Cum igitur illa conditio deficiat, quoties renuncians moritur viuo eo, de cuius bonis agitur, scilicet, quia nec in illius vita potuit ei censeri delata hæreditas, quippe, quæ nec fuisse intelligitur, *l. 1. ff.de hæred vel act.vend.* nec post illius mortem cum hæreditas non deferatur iis, qui decesserunt viuo eo, de cuius bonis agitur, *l.item Prætor.8.in fin.ff de suis, & legit.* sequitur perinde habendam esse renuntiationem, ac, si facta non fuisset. Atqui si non fuisset facta, nepotes sine dubio vocarentur simul cum patruis, vel auunculis ad aui, vel auiæ, patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ successionem, *§. cum filius, inst.de hæred.quæ ab int def §.1.& §.reliquum, Auth.de hæred. ab int.ven coll.9.& nos diximus in q.præced.num.4 & 5.* Ergo debent etiam cum illis admitti, si parens, qui cum iuramento renuntiauit, prædecesserit. *Ita in simplicibus terminis arguunt Castr.in d l qui superstitis.93.nu.3.uersic.dic ergo meliùs, & ibi Alex.in addit.ad Bart.in uerb tāgit.ff.de acq.hær. Alex. in d.l.pactum dotali 3.n.7.uersic.primo casu,Cod de collat. Gul. Ben in d.cap.Raynutius,in uerb.duas habens filias nu.280.uers. Præterea Bertr.d conf.255 nu 2 uersic.pro hac opinione uol.3. part.2.Soc.Sen d.conf.183.in princ.uers.confirmatur vol.2. Ru. consil.204.n.2.uol.1.Purp.conf.307.n.9.Ceph d.conf.334.nu.30. & seqq.& consil 650.num.8 Chassan.d. consil. 69.nu.5.Roll d. consil.11.num.5.vol 1 Nico.Bello.d.conf.15.nu.5.uersic.& ratio Pereg Fab inter consil.vlt.uol.d.consil.118.nu.100. & 101. vol. 2.Bec.d.consil.74.nu.12.vol.1.Franch d dec.67.nu.3. Surd. d. consil.85.nu.33.& d.consil.332.nu.5.& 6.Morot.d conf.22.nu. 2.uersic & huius opinionis,& nu.5.uersic.hac autem ratio, Galua.d.consil.1.n 77.117.& 118.uersic.at silentio,& n.137. uers. dum ergo, Ant.Fab d.lib.2.C.tit.3. defin.14. In terminis verò, in quibus nepotes concurrunt cum patruis, vel auunculis Imol. in d.l.qui superstitis nu.1.uers.sed verius puto, Alex.in d l.pactum dotali 3.num.7.uers & ista est communis, Goz.ad d conf.75.nu. 21.uers. & facit pro hoc,Vin.d dec.211.nu.2 Surd d.conf.133. num.18.Ant.Fab.d.lib.2. Cod.tit.3. defin.1.Thes.lun.d libr.2. q.90.num 4.uers. ratio.*

24 Quarto probatur, quia † renunciatio non debet trahi ad ea, quibus non est expressè renunciatum *l.cum Aquiliana 5. & ibi not.ff.de transact.* Sed in proposito, licet fuerit renunciatum iuri competituro ipsimet renuncianti in bonis & hæreditate patris, aut matris, aut etiam fratris, vel sororis, non tamen censetur renunciatum iuri competituro ipsius filijs, quippe, quod ab illo diuersum est, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in.3.q & in cap.10.q.30. in 6.casu.* Ergo non debet ad illud tradi renunciatio. *Ita arguunt Surd d.conf 332.n.12.uers. quæ omnia Franch.d.dec.67.n.7.Peguer.d.dec.265.nu.5.Thes. lun.d.lib.2.quæst.for.q.90.n.11.uers.2.*

Quinto demùm probatur, quia, quoties exclusionis causa, quæ in vno militat, cessat in alio, debet etiam in eo cessare exclusio, *l.si quis filio 6.in princip. & l.posthumorum 13.ff.de iniu rupt.* Sed causa exclusionis, quæ militat in patre, vel matre, quæ renunciauit, cessat in eius filijs, scilicet, quia pater, aut mater non ideo excluditur, quod † cum iuramento renun- 25
ciauerit, quia etiamsi non renunciasset, nec iurasset, nihilominus fuisset exclusus eo ipso, quod decessit viuo eo, de cuius bonis agitur; *ut considerant Castr.in d.l.qui superstitis, num.3. uers.dic ergo meliùs & ibi Alex.in addit. ad Bart.in uerb. tangit.* Itaque excluditur potiùs morte, quam renunciatione,
† *ut declarant Imol.in d.l qui superstitis, num.1.uersic. sed uerius puto, Nico.Bello d.consil.15.num.5.uers. & ratio, Ceph.dict. conf.334.num.33. Morot.d conf.22.num.5. Ant Fab.d.lib.2.C. tit.3.defin.14* quæ causa cessat in eius filijs, quippe, qui tempore mortis aui, vel auiæ sunt superstites, & ex persona propria vocantur ad hæreditatem. Ergo debet etiam in eis cessare exclusio. 26

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primũ enim respondeo primo, id procedere, † si subrogatio fiat per mo- 27
dum transmissionis, prout euenit, cum quis in alterius locum ideo subrogatur, quia est eius hæres, aut similis iuris successor: nam, quia venit ex persona & iure illius, ideò non potest habere plus iuris, quã haberet is, cuius loco subrogatur, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat, *l. nemo plus iuris 55.ff.de reg.iur.* Quamobrem, si ille erat à iure succedendi exclusus, censebitur etiam exclusus is, qui in eius locum subrogatur, *l si quis filium 34 in fin C. de inoff. testa.l un C.de his qui ant.ap.tab.* Et in his terminis procedit regula, *l. si una matre 3.C.de bon mater. ut in specie declarant Ruin dict.consil.50.num.17.uers. Præterea uol.3 Ceph.conf.103 num.6.& d conf.334.num.65.& Schen.consil.54.num.27.uol.1* At, quoties subrogatio non fit per modum transmissionis sed per modum priuationis, seu remotionis obstaculi, prout euenit, cum nepos succedit in locum sui parentis prædefuncti, *secundum ea quæ diximus in hoc cap.quæst.1 num.16.* quo casu non ideo subrogatur, quod parens in eum transmiserit ius succedendi, cum illud non habuerit, ideoque non potuerit in eum transferre, sed subrogatur, quia parens, qui fuisset illi obstaculo, ne posset succedere, morte præuentus fuit à iure succedendi exclusus, ideoque non potest ampliùs ei obstare, uerius est, posse subrogatum habere plus iuris, quam esset habiturus is, cuius loco fit subrogatio, quia non habet hic ius succedendi ex persona, & iure illius, sed ex persona, & iure proprio, licet in illius locum successerit. *Ita eleganter declarant Bald.in l.2.num.4 C.de lib præt. Aret.conf.162.num.2. Crott in dict. l. stipulatio hoc modo concepta 61.num.54.uersic. respondetur. ff.de uerb.oblig. Corn.consil.116.numer.13.uersic. Præterea, uolum.2.& dict consil.258.num.3.uersic. secunda ratione uol.4. Tiraq.de iur primog.d.q.40.num.119. Pereg. Fab. inter consil.ult.uol.d.conf.118.nu.101.uol 2.Surd d.conf.85 nu.12. & d conf.133 num.25.*

Secundo respondeo, contrarium procedere in iis, quæ proueniũt ex re ipsa, in qua fit subrogatio: nam eorum respectu non potest subrogatus habere plus iuris, quam habuisset is, cuius loco fit subrogatio. Cęterum in iis, quæ procedunt ex facto illius, cuius loco succeditur, verius est, posse subrogatum habere plus iuris, quam habuisset defunctus, scilicet, quia factum defuncti potuit quidem ipsi nocuisse, sed non alijs in ipsius locum succedentibus, & ex propria persona, proprioque iure venientibus, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in 10.cap.q 30.num.42.*

Ad secundum verò respondeo primo, negando nepotes venire ex persona patris, aut matris prędefunctę, quoties cum patruis vel auunculis concurrunt, quia, licet in illius locum, & gradum succedant, veniunt tamen ex persona propria, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num.20.& 21.& in hoc cap.q.1 num.15.& 17. Et in specie respondent Alex.in d. l. pactum dotali 3.n.7.vers præterea C.de collat.& Surd.d.conf.133.num.25 Ant.Fab.d.lib.2.C.tit.3.defin.14.*

Secundo respondeo, venire ex persona patris, aut matris, quo

28 quo ad hoc, † vt capiant eam portionem, quam parens fuisset habiturus, sed quoad ipsum ius succedendi, quod habent a lege venire ex persona propria; *Ita declarant Castr in d l. qui superstitis nu.4. versic.puto Bald.Crau d.consil.127.num. 5. versic.respondeo Surd d.consil.85.nu.13 & d.cons.133 num.25*

Ad tertium denique respondeo, negando vtrunque suppositum: Primum enim verum non est, patruos, vel auunculos venire per ius accrescendi, quoties tractatur de portio

29 ne, quæ debuisset ad prædefunctum pertinere, † quia, cum illi non fuerit, aut de iure, aut de facto delata portio, Consequens est, vt eius respectu non possit ius accrescendi considerari, *ut diximus in quæst praced. num. 1. & seq.* Secundo verum etiam non est, filios prædefuncti venire ex successorio

30 edicto, † quia hoc procederet, si renuntians fuisset superstes tempore mortis eius de cuius bonis agitur, & in his terminis loquuntur Doctores, qui hoc vtuntur argumento ad excludendos filios eius, qui renuntiauit, *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in hoc cap.qu. 14 Et in proposito, ac reprobando Decium considerat Purp.d.cons.307.nu.13.* Cęterùm, quando prædecessit, verius est, nepotes non venire ex successorio edicto sed ex iure repræsentationis, quod longè ab illo differt, *vt latiùs ibi ostendemus.*

Nec obstat, quod, licet doctores loquantur de nepotibus ex filia, quæ superuixit, idem tamen videatur dicendum, si prædecesserit, quod ratio iuris accrescendi videatur in vtroque casu militare, quia hoc perspicuè falsum est: Nam,

31 † quoties renuntians superuixit, portio ab intestato contingens censetur ei deferri, & ita purificari renuntiationis conditio, sed propter vim renuntiationis, quæ in hunc casum erat collata, censetur pars eodem instanti deficere, ideoque eius respectu potest habere locum ius accrescendi, quod deficientiam requirit, *ut ostendimus in 7.cap.in prin.nu 4.& seqq* At, cum præmoritur, non potest censeri deficere portio, quæ ei nunquam fuit, aut de iure, aut de facto delata, ideoque non potest eius respectu ius accrescendi habere locum, *ut diximus in q. praced.num.1.& 2. Et in proposito considerat Purp. d.cons.307.num.13.vers per quæ patet.*

Sed hæc quidem dicuntur, quando renuntiatio est simplex, & gratuita, & ita versamur in terminis primę quæstionis. Cęterum, quando fuit facta accepta dote, vel aliqua alia re, qua mediante renuntians dixit se tacitam, & contentam pro omni, & toto eo, quod sibi debebitur in bonis, & hæreditate patris, aut matris, tàm ratione legitimæ, quam alterius cuiuscunque portionis; & ita versamur in terminis secundæ quæstionis, maior est controuersia, nunquid talis renuntiatio noceat nepotibus, si renuntians prædecesserit: Nam plerique censuerunt nocere, & eos ab aui, vel auiæ successione

32 excludere. † *Ita enim censuerunt Roma.in d. l. qui superstitis. 93.ff.de acq.hæred. Dec in d l. pactum dotali 3.num.18.vers.sed defendendo C.de collat & d.cons.180.nu 7 versic.2. non obstat, & versic sed tamen verior, Soc.Iun consil.67.n.59.vol.2 Gram. decis.57.n.39.Cagn.in d l.vn.n.42.C.quand non pet part Chassa consil.47 nu.27 & consil 69.nu.6.Nico.Bello consil.15. num 5. versic.limitatur tamen.& nu 9.versic.& quicquid vbi ait opinionem Roma.esse veriorem, & magis receptam, Decia.cons.71. num.30 & in fi.vol.4.Gomez.in 22.leg.Taur.num.10, vers.6. Vrsill.ad Affl.decis.161.nu 7.vbi ait, hanc esse communem, & nouissime Surd.cons.355.nu 42.versic.3.respondetur, & num. 43.versic.&, quamuis, vbi ait. hanc opinionem esse melioribus rationibus fulcitam Et eam esse multum consonam vulgi æquitati & voluntati aui ita ut sit laudabilis concordia, & non sit a nepotibus prosequẽdus rigor fatetur Purp d.cons.307.n.13. vers per quæ patet, & probat Surd.d.cons.355.n.43.* Mouentur autẽ.

33 Primo quia, † quoties filia consecuta est in bonis patris aut matris suam portionem, non possunt nepotes ex ea venire ex successorio edicto, ne bis idem præstari videatur *contra regulam l.bona fides 58 ff.de reg.iur.& l quibus idem 18.ff. de verb.oblig.* Sed, quando mater habuit dotem, aut aliam rem in vita patris, & ea mediante dixit se tacitam, & contentam, censetur consecuta suam portionẽ, etiamsi dos, siue res. quam habuit, sit minor portione, quia, cũ res illa subrogetur loco partis, perinde est, ac si totam suam portionẽ esset consecuta, *ut patet ex ijs quæ diximus in 6.c.q.7.n.6.& seqq.& c.7.q. 39.n.10.* Ergo non poterunt nepotes ex ea quicquam petere. *Ita arguunt Roma.in d.l.qui superstitis. Dec.in d.l. pactum dotali nu.18.vers pradicta conclusio & vers & pro dicto & d.cons. 180.nu 7.vers.sed tamen verior.Gram.d decis.57.nu 41.Cagn. in d l.vn.n.42. versic.sed videtur C.quand non pet part Chassa. d consil.47.nu.27 & d consil 69 nu.6 Nico Bello d consil. 15.n. 5.versic.Ratio est & num.8.Surd d.consil 355 nu.43.*

Nec est quod respondeas, hoc procedere, si filia dotem, vel aliud habuerit post mortem patris, secus verò, si in eius vita, quia replicant, imo procedere, etiamsi id habuerit in illius vita quia censetur de præsenti suam portionem habuisse, *ut declarat Nico Bello d.cons.15.num.7.& 8.* & ea mediante remisisse spem maioris quantitatis, quam post patris mortem habere potuisset, *arg.l.cum hi.8.in prin ff. de trans. Et in proposito considerant Dec.in d.l pactum dotali nu.18.versic. Non obstat & d consil.180.n.7.versic.Non obstat, quod Alex. Ceph. consil.467 num.53* & ita subrogasse tempus receptionis loco temporis mortis, *ut scribunt Nico.Bello.d consil.15.n.8 versic. facit & Surd.d consil.355.nu.43.* Quo fit, vt perinde sit habenda, ac, si post patris mortem suam portionem accepisset. Quemadmodum igitur, si mortuo patre fuisset suam portionem consecuta, non possent eius filij quicquam prætendere, cum successorium edictum cesset, quoties prior in gradu successit, ita etiam non poterunt prætendere, quoties eam habuit in vita patris. *Ita arguunt Nico. Bello d.consil.15 nu.9.& Surd.d consil.355.nu.43.*

Secundo mouentur, quia † cessat in hoc casu ratio, propter 34
quam dicimus, non excludi nepotes, si filia, quæ renuntiauit, viuo patre decesserit: Nam ideo non excluduntur, quia vis exclusionis pendet a renuntiatione, quæ, tamquam facta a matre non potest obesse nepotibus, tum, quia talis renuntiatio censetur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur, quæ defecit, eo ipso quod est præmortua, ideoque perinde habetur, ac, si facta non esset, *ut diximus supra nu.22 & seqq.* tum etiam, quia dato quod renuntiatio non censeretur resoluta, non tamen posset obesse nepotibus venientibus ex persona sua, *ut diximus n.16* At hęc ratio cessat in hac specie, quia vis exclusionis non pendet a renuntiatione, sed a consecutione partis: Non enim ideo excluditur mater, quia renuntiauerit, sed quia suam portionem, siue rem, quæ loco portionis est, fuit consecuta, *ut declarant omnes, quos retulimus supra num.33 & præcipuè Gram d decis.57. nu. 42. in fin.* Ergo, tamquam cessante ratione debent excludi nepotes.

Tertio mouentur authoritate Baldi *in d.l pactum dotali.3. nu.2.C.de collat.* vbi quærit, an matris renuntiatio facta cum iuramento noceat nepoti, & respondet non nocere tum, quia iuramentum est personale *cap veritatis ext. de iureiur.* tum etiam, quia super iure tertij iurare non potuit *l.fin.C.de repud. bon.poss.* Deinde subijcit hoc verum esse, quando simplex fuit renuntiatio, secus, si partis debitę perceptio: Nam tunc obstat sequentibus non vi repudij, sed vi successionis, quia successit in parte sua. Consulit tamen patri, si vult nepotes ex filia non succedere, vt curet filiam dicere, se contentam sua portione, & iurare, quia, si non appareret de aliqua causa renuntiationis, successio deuolueretur in nepotem *l 1. §. quibus, ff. de succ edict.* etiamsi repudiasset aliquo accepto pro ipsa renuntiatione *l fuit quæstionis.24.ff de acq.hæred* nisi tale acceptum consueuerit in legitimam imputari, ut dos. quia tunc non esset mera renuntiatio sed partis, idest, legitimæ perceptio. & ideo non fieret locus sequenti in gradu.

Nec obstat, si dicatur, loqui Baldum de nepotibus ex filia, quæ superuixit, ideoque eius dictum non esse trahendum ad nepotes ex ea, quæ prædecessit, quia replicant, etiamsi verum sit, loqui eum de filia, quę erat superstes tẽpore mortis patris, in quibus terminis doctores omnes eum sequuntur, nihilominus idem esse dicendum, etiamsi filia viuo patre decesserit, cum eadem sit ratio propterea, quod etiam eo casu excluditur virtute successionis, non simplicis renuntiationis. † *Ita replicant Dec.d.consil.180.num.7. versic.sed tamen* 35
verior, Nico.Bello.d.cons.15.num.6.vers.Nec potest, Surd.dict. cons.355.nu.43.

His tamen non obstantibus contrariam opinionem, quæ receptior est, veriorem esse puto, scilicet non excludi nepotes ab aui successione, quoties mater, quæ renuntiauit, est pręmortua, etiamsi renuntiatio facta sit accepta dote, aut alia re, & ea mediante dixerit se tacitam, & contentam pro omni sua portione. † *Ita enim censuerunt Bart. in dict. l. qui su-* 36
perstitis.

perstitis 93.num.4.& ibi Castr.num.4. vers. puto Baldum ff.de
acq.hered. Alex.in d.l.pactum dotali 3 num.7. versic. sed certè
C.de collat.Goz.ad.consil.75.n 22 versic.Nec obstat & num.22.
versic Non obstat,vbi ait Decium consuluisse contra communē,
à qua non est recedendum in iudicando, Alcia.consil.101.num 1
lib 5.Purp consil 307.n.10 & 11 vbi ait, consultationem Decij
esse periculosam, cum calcitret contra communem Crau consil.
84.n.5.versic.contrarium tamen vbi ait se putare quod in pra
ctica seruaretur quod renunciatio non noceat, & consil 703.n.1.
Ceph.consil.334.num.33.versic.2.& num.40.& consil 335.nu.
16.vbi ait.hanc esse crebriorem sententiam,& nu 17.& 23. ubi
ait contra Roman.esse sententiam communiorem, veriorem, &
æquiorem & .quæ in praxi & vsu seruanda est. Idem Ceph cons.
501 n 32.quod est repetitum consil.751.n.27. vbi ait opinionem
Roman.magis communiter improbari, Roll. consil.11 n.7.vol 1.
ubi ait, durum esse in iudicando ab hac commum recedere, Co
uar.in cap.quamuis part.3.§.2.nu.4.& §.3 n.7.uersic. quod, si
filia, De pact.in 6 Ant Gabr.d.lib.3.commu.concl.tit.de iur.dot.
concl.1.num 47 Crass.in § legitima q.4 num.4 ubi ait,hanc opi
nionem tenere uiros maioris authoritatis , quam sint contraria
sententia sectatores, & eā seruari in practica propter eorum au-
thoritatem, Bec.d.consil.107.nu.14.uol.1.Surd.consil.133.nu.20.
ubi ait,hoc esse frequentiori calculo receptum,& cons 332.n.10.
uers &, quamuis, ubi ait, opinionem Roman. non posse sustineri,
& num.12.subijcit esse contra communem. & reprobari, Thes.
decis.138 num.3.Viu.dec.211.nu.5. Franch dec.67.num 9. ubi
ait, opinionem Roma.non esse ueram Pereg consil 83.nu.5.uersic.
unde renuncia uol.5.Menoch.consil.944.num.61.& 66.Morot
consil 22.num 3.Peguer decis.205.n 3.uersic.his tamen, ubi ait,
ita fuisse decisum, Andr.Fach.lib.2.controu.cap.23 uersic. hac
posterior, Ant.Fab in suo Cod.Fabr.lib.2 tit.3.defin.1.& 14 vbi
refert ita fuisse à Senatu Sabaudo decisum, siue tractetur de
successione ascendentis, siue de successione patrui, vel auunculi ,
Thes.lun.lib. quæstio.for q 90.n 3. vbi ait hanc sententiā ma
gis communiter receptam esse,& num.11.versic.& hoc stante et
nouissimè Galua.consil. .n. 0. & seqq. Et in terminis nepotem,
qui cum auunculis concurrunt Purp.d consil.407.nu 10 & 11.
Surd.d.consil.342.n.12.versic.& proced t.Crass in d.§.legitima
q.4.n.1 & Thes.lun d.q 90 nu 3.in fi.vbi ait, ita semper nostrum
Senatum seruasse, quod & verum est Et ita etiam fuisse à Se
natu Sabaudo decisum refert Ant.Fab.d.l b. tit.defin. Eiusdē
opinionis fuerunt dicentes renunciationem matris indistinctè non
37 nocere nepotibus quando illa mortua est viuo auo. † vt Bald. in
in d. pactum dotali 3.num.2.& ibi Alex.num.7. versic, primo
casu,C de collat.Gul.Ben.in d cap.Raynutius, in verb duas ha
bens filias,num.280.Ant.Gabr.d.tit de iur dot.concl.1.num.47.
Ceph.d.cons 103 num. 0.d.consil 334.num 40 & d.consil.335.
nu 17.Math Gribal in commu.opin in verb. renunciatio Nico
Bello.d consil 15.n.5.Viu.decis.211.num 3.versic & tunc Surd.
d.consil.342 num.12 versic &, licet Morot.d.consil.22.nu.3 &
8. Nam si indistinctè, ergo, siue simpliciter renunciauerit, siue
accepta dote dixerit se tacitam, & contentam pro sua portione,
vt arguunt Ant.Gabr.d.concl.1.nu.47.Ceph.d consil 334.n 40.
& Surd.d consil. 332.n.12.versic. Et, licet. Neque ab hac sen
tentia videtur totaliter dissentire Dec in d l pactum dotali n 18
versic. In illo casu tamen, eo ipso quod ait, in casu consil 180.alia
concurrisse innuens se propterea a Baldi opinione discessisse, sed
illis non concurrentibus non negat, quin Baldi opinio vera sit, vt
animaduerterunt Alcia.d.consil.101.n.1.lib.5.& Crau d.consil.
703.num.1. Huius autem sententiæ fundamentum est , quia
38 † rationes, propter quas dicimus non excludi nepotes ab aui,
vel auiæ successione, quoties filia, quæ simpliciter renuncia-
uit. eo adhuc superstite decessit, militant etiam , quoties re-
nunciauit accepta dote, & ea mediante dixit, se tacitam , &
contentam : Nam ideo per simplicem illius renunciatio-
nem non excluduntur nepotes, quia talis renunciatio cense-
tur resoluta tamquam facta sub tacita conditione si ei defe-
retur hæreditas, quæ defecit eo ipso , quod est præmortua ,
ideoque perinde habetur, ac, si facta non esset, eaque ratio-
ne non potest exclusionem nepotum operari, vt diximus su-
pra num.22.& seqq. & dato etiam , quod non censeretur re-
soluta, non tamen posset excludere nepotes, vt pote. quibus
non nocet matris renunciatio , quoties veniunt ex persona
propria , vt diximus supra num.16. Sed hæ rationes ita mili-
tant in specie, qua mater renunciauit accepta dote , vt in ea,
qua renunciauit simpliciter, quia, etiam, cum dotem recepit,
censetur renunciasse sub conditione, si hæreditas sibi defere-
tur, quia alioquin non valeret, per ea, quæ diximus sup.nu.23.
& talis conditio censetur defecisse, eo ipso , quod renuncians
decessit viuo eo, de cuius bonis agitur , ideoque renunciatio
pro non facta habetur, vt in his terminis considerant Alex. in
d.l.pactum dotali 3.num.7 versic. Præterea C.de collat. Couar.
in d.cap.quamuis part.3.§.2.num 4. Ceph. consil.334.num.34.
& 59.versic. Tertium, Roll d.consil.11 num.7. vol.1.Surd.dict.
consil.133.n.20.versic Confirmatur autem ratione, Peguer.d.
decis.265.n.4 Morot.d consil.22.num.3.in fin. Andr.Fach.dict.
lib.2 controu.cap.23 versic. fundamentum, Ant.Fab.dict.lib.2.
C.tit 3.defin.14. Et posito etiam, quod respectu matris vale-
ret, non tamen posset obesse nepotibus, quippe, qui ita cen-
sentur venire ex persona propria, quoties mater, quæ est præ-
mortua, dotem habuit, vt, quoties simpliciter renunciauit, si-
cuti considerant Castr in d.l.qui superstitis 93.n.4.vers.puto Bal.
dum ff.de acq.hæred Alex.in d.l pactum dotali 3.n.7.uersic sed
certè C.de collat. Alcia.d.consil.101.nu.1.lib.5. Couar.in d cap.
quamuis part.3.§.2.n.4.Surd.d.consil.133.n 20.& d consil.332
nu.11.Crass.in d.§.legitima,q 4.n.4.Franch.d.decis.67 nu.9.Pe-
guer.d.decis.265.num.4 uersic.2. Andr.Fach.d lib.2 controu.
cap.23.uersic. fundamentum, Ant Fab.d.lib.2.C.tit.3.defin.14.
Ergo , ne in hac quidem specie debent nepotes ab aui , vel
auiæ successione excludi .

Nec est, quod respondeas, id, quod dicimus renunciationē
hęreditatis censeri factā sub conditione, si ea deferetur renū-
cianti procedere, † quando renunciatio est simplex, & gra- 39
tuita, non, quando est facta mediante dote, quod tunc non
videatur recipere talem conditionem. cum renuncians cen-
seatur de præsenti suam portionem recepisse, per ea, quæ re-
tulimus supra num.33. vt in proposito respondent Dec. in dict.l.
pactum dotali, num 18.versic. Non obstat, & d consil.180.nu.7-
versic. Non obstat quod & Nico.Bello.d.consil.15 n.7. quia ve-
rius est, imo procedere, † etiamsi renunciatio facta sit acce- 40
pta dote, vel alia re: Nam talis receptio non potest dici succe-
dere loco partis. nisi renuncians superuixerit ei de cuius bo-
nis agitur, & ita venerit casus, quo pars potuerit censeri dela-
ta renuncianti : Tunc enim verum est, illum eo ipso , quod
recepit dotem, vel quid aliud in vita patris pro sua portione,
perinde haberi, ac, si post eius mortem totam suam portionē
percepisset, vt ostendemus in hoc cap.q 14 At, quoties renun-
tians præmoritur, & ita non venit casus, quo potuerit ei pars
aliqua censeri delata. magis est, vt dotis, vel alterius rei perce-
ptio non possit dici succedere loco partis, quæ nunquam ei
fuit delata, nec potuit deferri, ut patet ex ijs quæ diximus in 7.
cap.q 26.num.12.& seqq. cum non entis nullæ sint qualitates
l.eius, qui 41.ff. si cert.pet.

Minus est, quod respondeas id, quod dicimus, exclusionem
matris non obesse filijs venientibus ex propria persona , pro-
cedere, † quoties exclusio pendet à vi renunciationis: In spe- 41
cie autem proposita non pendere à vi renunciationis , sed à
vi perceptionis, scilicet quia mater non ideo excluditur, quia
renunciauerit, sed quia suam portionem est consecuta. vt de-
clarant ij, quos retulimus supra num.33.& 34. quia verius est,
imo exclusionem à vi renunciationis proficisci: Nam, si ma-
ter non renunciasset cum iuramento, † licet in vita patris es- 42
set consecuta dotem, aut quid aliud non tamen censeretur à
patris aut matris successione exclusa, si superuiueret, sed pos-
set ab intestato succedere, etiam dicendo testamentum nul-
lum, si esset præterita dummodo, quod habuit conferret fra-
tribus, vel filijs fratrum, cum quibus succederet iuxta l. filia
dotem 4. C de collat. vel in suam legitimæ portionem id ip-
sum imputaret iuxta l. si verò 8.§. si seruo, uersic. Cæterùm, ff.
de bon.lib. Atqui, si renunciauerit cum iuramento, & tempore
mortis eius de cuius bonis agitur, sit superstes, excluditur, ab
illius successione d. cap quamuis. De pact in 6. Ergo exclusio
non procedit à vi perceptionis, sed à vi renunciationis, quæ,
quia non potest obesse nepotibus, vtpote, quibus amota pro-
pria renunciatione nō potest renunciatio matris obesse, quo-
ties veniunt ex persona propria, ideo non impedit, quominus
illi possint auo, vel auiæ succedere. Ita declarant Castr in d.
l. qui superstitis 93 num.4.uersic puto Baldum, ff de acq.hæred.
Alex.in d.l.pactum dotali 3.num.7.uersic. sed certè, C.de collat.
Goz.ad.d.consil.75.n.22.Roll.d.consil.11.n.7.vol.1.

Nec

Nec obstat, quod, licet filia excludatur virtute renuntiationis, est tamen huiusmodi renuntiatio qualificata respectu dotis, vel alterius rei receptæ, ideoque operatur, vt filia censeatur totam suam portionem, accepisse, *ut respondet Dec. in d.l pactum dotali.3 num.18. versic. sed defendendo, & d. consil. 180. num.7. vers. Non obstat ratio*, quia talis qualificatio non operatur, nisi respectu eius portionis, cui filia mediante dote renuntiauit, & sic eius, quæ poterat in futurum ei deberi, Cum igitur portio nunquam fuerit ei debita, propterea, quod decessit viuo patre, sed ea cœperit deberi eius filijs ex propria persona venientibus, Consequens est, vt renuntiatio etiam qualificata, nihil, quoad nepotes operari possit *ut in proposito respondet Purp. d. cons.307. num. 11. vers. primo, dum dicit*: Est enim hoc generale in omnibus renuntiationibus iurium futurorum, vt licet fiant aliqua re mediante, restringantur tamen ad ea iura, quibus fuit renuntiatum, idest, ad iura, quæ renuntians sperabat sibi competitura, ideoque, licet postea ei non competierint, ut, quia sit præmortuus, non tamen illius rei datæ perceptio poterit, aut aliorum ex propria persona venientium exclusionem operari, aut soluti repetitionem inducere: Non enim potest aliorum exclusionem operari, quia pactum vnius non potest alteri nocere, *ut diximus in 19. cap. q.30. num. 42.* neque inducere repetitionem soluti, quia quod datum est, cedit in recompensationem illius spei, quæ fuit remissa, quæque operatur, vt, licet postea non habuerit effectum, non tamen id, quod datum est, censeatur indebitè solutum, cum fuerit datum ob causam veram, nempe ob remissionem spei, quæ re vera competebat renuntianti, & poterat habere effectum *l. 1. C. de pact. l. de fideicommisso 11. C. de transact.* vt in simili dicimus de eo, qui emit iactum retis *l nec emptio.8. ff de contr. empt.* vel transigit super re, de qua poterat esse lis, nam, quia dubius erat eius euentus, ideo sustinetur *l. in summa 65 in prin. ff. de cond. ind.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum
43 enim respondeo, id procedere, † si filia, quæ dotem habuit in vita patris, & ea mediante renuntiauit eius hæreditati, fuerit superstes, quo tempore pater moritur: Tunc enim verum est: obstare nepotibus, non vi renuntiationis, sed vi successionis, quia perinde habetur, ac, si totaliter suam portionem esset consecuta, *ut ostendemus in hoc cap. q.14.* Cęterùm, si prædecesserit, verius est, non obstare nepotibus, etiamsi dotem acceperit, & ea mediante renuntiauerit, quia talis perceptio non potest haberi pro successione, & consecutione partis, quę nunquam ei fuit delata, *ut ostendimus supra num.40. Ita distinguit Ceph. d. consil.334. num.64.* Datio enim dotis censetur facta pro iuribus competituris filiæ renuntianti, non pro iuribus filiorum, quibus renuntiatum non est, ideoque ad ea trahi non debet, *vt ait Ceph. d. consil. 334. num. 59. vers. Nec obstat quartum.*

Nec obstat quod nihil intersit, quoad exclusionem nepotum, vtrum filia receperit suam legitimam in vita patris, an verò post eius mortem, quia hoc verum est, si filia tempore mortis patris sit superstes, secus verò, si sit præmortua,
44 † *Ita distinguendo declarat Ceph. cons.335. num. 22.* Cuius di-
45 uersitatis ratio est, quia, † quando est superstes, incipit ei deferri legitima, & eam censetur consequi saltem per imputationem earum rerum, quas habuit viuo patre, Ideoque nil mirum si tamquam succedens, seu partem habens, obstet nepotibus, quippe, quibus, vt remotioribus nec hæreditas, nec portio legitima defertur, quoties mater, quæ eos gradu præcedit, ad eam fuit admissa. At, quando prædecessit, non potest ei, aut hæreditas, aut portio legitima censeri delata, quippe, quę iis tantum defertur, qui tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, sunt superstites, *ut diximus supra num. 23. circa medium*, ideoque nec potest impedire, quominus, & successio ab intestato, & pars legitima deferatur nepotibus, qui tempore mortis in primo successionis gradu reperiuntur.

Nec obstat, quod mater iam in vita patris habuit dotem, quæ in legitimam imputatur, *l. quoniam nouella 29. C. de
46 inoff. test.* quia hoc verum est, † si postea ei debeatur legitima, & sic, si fuerit superstes tempore mortis patris: Tunc enim verum est, dotem loco legitimæ succedere: Cœterum, quoties ei postea non debetur legitima, vt euenit, cum moritur viuo patre, verius est, non posse dotem in legitimam imputari, aut haberi loco legitimæ, quæ nunquam fuit debita: Itaque in hoc casu censebitur filia habuisse dotem, non iure legitimæ, sed iure illius obligationis, quæ patrem adstringit ad dotandam filiam, quæ nuptui collocatur † *l. qui liberos. 19. ff. de rit. nupt. l. fin. C. de dot. prom. Ita declarant Ceph. d. cons.334. nu. 34. & Andr. Fach. d. lib. 2. controu. cap. 23. vers. & ideo*, aut, si 47
non dotem, sed aliud habuit, censebitur id habuisse iure donationis inter viuos, non verò iure legitimæ, quæ nunquam potuit esse debita.

Denique non obstat, quod filia, quæ in vita patris recepit dotem, & renuntiauit, videtur de præsenti integram suam portionem habuisse, & modico de præsenti spem maioris quantitatis remisisse, quia hoc etiam procedit, si postea veniat casus, quo portio possit illi censeri debita, & sic, quo patri superuiuat: Nam tunc rectè potest fieri translatio de tempore ad tempus, ita, vt, quod in vita patris est consecuta, perinde sit, ac, si post illius mortem ad eam peruenisset. Cœterùm, quoties moritur in vita patris, quia nulla vnquam ei fuit debita, aut delata portio, ideo non potest fingi habuisse post mortem patris, quod habuit in eius vita, cum mors, quæ contigit, tamquam obstaculum intermedium impediat fictionem translatiuam de tempore ad tempus, *vt rectè declarat Ceph. d. cons.334. num.64.*

Ad secundum verò respondeo, negando, matris exclusionem procedere a vi perceptionis dotis, non a vi renuntiationis, quia contrarium esse verius, patet ex ijs, quæ diximus *supra num.42.*

Ad tertium denique respondeo, Baldum loqui de filia, quæ mediante dote renuntiauit bonis paternis, & postea fuit superstes tempore mortis patris, quo casu verum est, excludi nepotes, eo, quod filia censetur suam portionem consecuta, *ut ostendemus in hoc cap. q.15.* Cęterùm, si viuo patre decesserit, vult Baldus ibi renuntiationem filiæ indistinctè nepotibus non nocere, & sic, siue simpliciter renuntiauerit, siue mediante dote dixerit se tacitam, & contentam, *vt rectè declarant Alex. in d. l. pactum dotali. 3. nu.7. vers. Roma C. de collat. Goz. ad d. cons.75. num.21. vers. Nec obstat Anto. Gabr. d. lib.3. comm. concl. tit. de iur. dot. concl.1. num.47. Ceph. d. cons.334. nu. 40. & Surd. d. cons.332. num.12. vers. &, licet.*

Nec obstat, quod, licet Baldus loquatur de nepotibus ex filia, quæ superuixit, videatur tamen eius dictum procedere etiam in nepotibus ex ea, quæ prædecessit, propterea, quod eadem videtur esse ratio, cum ita in vno, vt in alio casu filia excludatur vi successionis non vi renuntiationis, quia verius est, imo diuersam esse rationem: Nam, vbi filia superuiuit, incipit ei deferri portio, ideoque, quod in vita patris habuit, rectè dici potest eius loco succedere; At qui, vbi præmoritur, nulla vnquam potuit ei censeri delata portio, ideoque non potest id, quod habuit, censeri succedere loco portionis, quæ non est, cum non entis nullę sint qualitates *ut etiam diximus supra num.45.*

Planè, si nepotes ex filia prædefuncta sint matris hæredes, magna solet esse controuersia (& hæc est tertia quæstio) nunquid eis noceat illius renuntiatio, ita, vt non possint ex propria persona, & proprio iure venire ad successionem illius, cuius bonis, & hæreditati fuit a matre renuntiatum. Pro faciliori autem huiusce quæstionis explicatione varij sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando mater renuntiauit simpliciter nulla hæredum mentione facta, Et tunc, licet plerique censuerint, talem renuntiationem nocere nepotibus etiam ex propria persona venientibus, si matris sint hæredes, † *vt Chassan.* 48
cons.47 num.33. vers. Item & sic, & Surd. d. cons.355 num.38. vers. sed in hoc, & num.39. vers.2. & num 40. & seq. maximè, si cum auunculis concurrant, † *vt scribit Chassa. d. cons.47. n.* 49
33. vers. Item & sic, quod illi non possint facto defunctæ contrauenire † *l. cum a matre. 14. Cod. de rei vind. Et considerant* 50
Chassa. d. cons.47. nu.33. vers. Imo etiam. Nico. Bello. d. cons.15. n.10. Surd. d. cons.355. n.38. vers. sed in hoc, stante potissimum matris iuramento, quod operatur, vt uis renuntiationis transeat ad hæredes, † *vt scribit Chassan. cons.69. n.7.* cum sit qui- 51
dem personale, quoad vinculum animæ, & reatum periurij, sed non, quoad vim, & obseruantiam contractus, vt pote ad quam ligat etiam hæredes, † *vt declarant Bald. in d. l. fi. n.16.* 52
vers. Non obstat C. de pact. Castr. in d. l. qui superstitis 93. nu.3 ff. de acq. hær. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. duas habens filias,

*lias,num.*276 *& seqq Chassa.d.consil.*47.*num.*30. *Decia.consil.* 71 *num.*39.*uol.*4.*Surd.d.consil.*355.*num.*39. Verius tamen,& receptius est, imo non nocere,sed ea non obstante posse nepotes ex propria persona,& proprio iure ei succedere, cuius
53 bonis à matre renuntiatum est.† *Ita enim censuerunt Bart.in d.l.qui superstitis.*93.*n* 4.*ff.de acq.hæred.Gul.Ben in d ca.Raynutius in verb duas habens filias,num.*280 *Corn.consil.*258.*nu.* 14 *uol.*4.*Ceph d.consil.*334.*nu.*65.*uersic.Octauũ pariter,Crau. consil.*703.*n.*2.*uersic.Pro sententia,Surd.d.consil.*133.*num.* 26. *uersic.*2 *respondeo,& d.consil.*332.*nu.*10.*Pereg.d.consil.*83.*nu* 5.*uol.*5.*Peguer.d decis.*265.*nu* 5.*uersic.quod procedit* , *Franch. d.decis.*67.*nu.*7.*& seqq.Vin d.decis.*211.*n.*4. *Morot.d.consil.*22. *nu.*4.*uersic.ego tamen,& nu.*5.*uersic.hac autem ratio,& num.* 8.*uersic.*3.*& n.*10.*uersic.Cæterum, Anto Fab.d.lib.* 2.*Cod.tit.* 3.*defin.*1.*&* 14.*Thes.Iun.d.li.*2.*quæst.*90.*num* 14.*&* 25. *uersic. ideo dicebam,Galua.d.consil.*1 *num.*145 *uersic.& quamuis* , *& num.*146.*Et est de mente eorum* , *qui scribunt renuntiationem matris indistinctè non nocere filijs, quoties illa moritur viuo eo* , *de cuius bonis agitur, quos retulimus supra nu* 37 *Nam,si indistinctè, ergo, etiamsi sint matris hæredes, vt considerat Morot. d.consil.*22.*num.*8.Idque procedere, siue cum auunculis con-
54 currant,siue non † *vti uidere est apud Vin.d.decis.*211.*num.*4. *Anto.Fab.d.lib.*2.*tit.*3.*defin* 1.*& Thes.Iun.d.lib.*2.*q.* 20.*num.* 25.*uersic.ideo dicebam* , & siue matris renuntiatio fuerit priuatiua,siue translatiua:nam,etiamsi facta sit per viam donationis, non tamen nocebit filijs ex proprio, non matris iure
55 venientibus,etiamsi illius hæredes existant, † *vt scribit Thes. Iun.d.lib.*2.*q.*90.*num.*11.*vers.& hoc stante.* Nec solum, si sint hæredes cum beneficio inuentarij, quo casu res caret dubio ,
56 † *vt declarat Surd.d.consil.*333 *nu.*12.*versic post hæc scripta*, sed etiam,si sint hæredes simplices:nam in his terminis loquuntur ij,quos retulimus *supra nu.*53.Probatur autem hæc sententia eodem fundamento,quo communis opinio nititur in
57 duabus quæstionibus præcedentibus: Nam † rationes,quę efficiunt,vt matris renũtiatio non noceat filijs,quoties illa prę-moritur,siue renuntiatio sit gratuita, siue facta mediãte dote,& siue nepotes cum auũculis concurrant , siue non *secundum ea, quæ supra diximus*, militant etiam,si sint matris hæ-
58 redes, *vt considerat Franch.d.decis.*67.*num* 7 quia † cum talis renuntiatio censeatur facta sub conditione, si hæreditas matri deferetur,& huiusmodi conditio deficiat eo ipso,quod illa non reperitur in rerum natura tempore mortis eius, de cuius bonis agitur,eaque ratione habetur pro non facta,*vt ostendimus supra num.*22.*& seqq.*Consequens est, ut, quemadmodũ non facta renuntiatione nepotes ex filia prædefuncta possent auo succedere,etiamsi matris sint hæredes,ita etiam possint facta renunciatione, quæ pro non facta habetur. *Ita ratiocinantur Pereg.d.consil.*83.*num.*6.*vol.*5.*Franch.d. dec.* 67. *num.*7,*Surd.d.consil.*133.*num.*26.*uersic.*2.*respondeo*, *Morot.d. consil.*22.,*num.*5.*uersic hæc autem ratio*, *Anto.Fab.d. lib.* 2. *tit.* 3.*defin.*14.*Thes.Iun.d.lib.*2.*q* 90.*num.*5.*in fi.& n.*11 *in prin.&*
59 *versic.& hoc stante.* Denique cum † matris renuntiatio non noceat filijs veniẽtibus ex persona propria, *vt diximus supra num.*16. sequitur non debere eis nocere,etiamsi matris hæredes existant,scilicet,quia ita veniũt ex persona propria, quoties illa præmoritur , si sint matris hæredes, vt si tales non existant, *sicut in his terminis considerant Anto.Fab.d.lib.*2.*tit.* 3.*defin.*14 *& Thes.Iun.d.lib* 2.*q.*90.*n.*11.*&* 16. Nam hæreditaria qualitas non attenditur,nec operatur , nisi respectu earum rerum,quæ hæreditario iure, & sic ex persona defuncti cõpetunt hæredibus,cuiusmodi non est ius succedendi,quippe,quod filij non habent à matre , & tamquam illius hæredes, sed à lege, & eius beneficio , *ut diximus supra numer.* 21.

Nec obstat , quod nepotes petendo hæreditatem aui , cui mater cum iuramento renuntiauit , videntur contrauenire facto defunctæ quod eis facere non est permissum , quia respondeo, negando eos contrauenire renuntiationi factæ à
60 matre : Nam † cum illa non contineat , nisi iura materna , idest hæreditatem,quæ matri deferetur,& sic sub conditione si ei deferetur,& talis conditio defecerit,eo ipso,quod est prę-mortua, cum ei,tamquam non existenti in rerum natura tẽpore mortis eius,de cuius bonis agitur,non potuerit hæreditas deferri, eaque ratione nulla illius iura considerari possint sequitur,nepotes, qui ex propria persona,& proprio iure veniunt ad successionem aui,tamquam à lege vocati loco matris, non posse dici illius facto contrauenire, scilicet,quia non petunt iura materna,quibus illa renũtiauit, vtpote,quę nulla sunt,sed petunt iura propria,quibus non est a matre renũtiatum. *Ita declarant Ceph d.cons.*334 *num.*65.*vers.Octauum pariter*, *Pereg.d.consil.*83.*num.*11.*versic.quare*, *vol.*5 *Peguer. d decis.*265.*num.*5.*versic quod procedit*, *& num.*6.*versic. Nec secundum*, *Franch.d.decis.*67.*n.*7.*uersic.& sic apparet* , *Thes. Iun.d.lib.*2.*q.*90.*n.*16. Denique,cum matris renuntiatio habeatur pro non facta stãte defectu conditionis, sub qua facta intelligitur.Consequens est,vt eius filij, qui ex propria persona succedunt,non possint dici contrauenire illius facto,idest,renuntiationi,quæ non est, *vt in proposito respondent Surd. d. consil.*133.*nu.*26.*uersic.*2.*respondeo,& num seqq.& Ant. Fab. d.lib.*2 *tit.*3.*def.*14.

Minus obstat,quod iuramentum,quoad vim,& obseruantiam liget etiam hæredes, quia hoc procedit † respectu earũ 61
rerum, super quibus iuratum est, non etiam respectu cœterarum . Vnde, cum in proposito non fuerit iuratum super iuribus filiorum,sed tantum super iuribus maternis, quippe , quibus solis renuntiatum est, sequitur illorum respectu non posse iuramentum ligare hæredes, qui non iurauerunt . *Ita sentiunt dicentes iuramentum tamquam personale non transire ad hæredes,vt Bart.in d.l.qui superstitis* 93.*nu.*4.*ff de acq. hæred.Thes.Iun d.lib.*2.*q.*90.*num.*13.

Secundus verò casus est , quando mater non renuntiauit simpliciter, sed pro se, & hæredibus, Et tunc multo faciliùs censent nonnulli , talem renuntiationem nocere filijs, qui matris hæredes existunt † *Ita enim censuerunt Chassa.d consil.* 62
47.*n.*33.*& seqq.Nico.Bello.d.consil.*15 *n.*10 *Crau.d consil.*703. *n* 2.*uersic.locum igitur,& Surd.d.consil.*355.*n.*38.*uersic. sed in hoc,& nu* 39. non solum,quia † si non possunt facto defun- 63
ctæ contrauenire,quoties renuntiatio est simplex,multo minus poterunt contrauenire, quoties facta est pro se, & hæredibus, *vt arguit Surd.d consil.*355.*num.*42.*uersic.Tollitur igitur*,cum iuramentum obliget hæredes,vbi de ijs facta est mẽtio, *vt in proposito considerat Chassa.d.consil.*47.*num.*28.*uersic. imo iuramentum*, sed etiam,quia † quando mulier cum iura- 64
mento renuntiat pro se, & hæredibus, perinde est,ac si hæredes essent præsentes,& renuntiarent, scilicet,quia factum defuncti censetur factum hæredis.† *vt ex doctr gl.in l.seruus* 14. 65
*in prin.in uerb extitisset uersic.Respon.ubi etiam Bart n.*4. *ff. de cond.furt.scribit Galiau.in l.*4.*§.Cato.num.*66.*ff. de verb. oblig.* cum hæres,& defunctus censeantur vna, & eadem persona. *§.*1.*Auth.de iureiur,à mor.præst.coll.*5, Vnde,quemadmodum si hæredes præsentes cum iuramento renuntiassent iuribus sibi competituris, excluderentur a successione *d. cap.quamuis de pact in* 6. ita etiam debent excludi , quoties defuncta pro se & hæredibus renuntiauit *Ita arguit Surd.d.consil.*355. *num.*41.*versic.Nec sustineri potest.*

Sed his non obstantibus adhuc in hoc casu verius & receptius est, renunciationem matris non nocere nepotibus etiã hæredibus ex propria persona venientibus.† *Ita enim censuerunt Corn.d.consil.*258.*n.*14.*vol.*4.*Pereg.d consil.*83.*num.*5. *vol.* 66
5.*Franch.d.decis.*67.*nu.*7.*& seqq vbi in fi.refert, ita fuisse decisum.Morot.d.consil* 22.*num.*5.*versic.hæc autem ratio*, *& nu.* 8.*uersic.*3.*Thes.Iun.d lib.*2.*q* 90.*num.*11.*&* 15 *uersic Cæterũ* , *Et est in confesso apud eos, qui censent non nocere in casibus sequentibus, qui sunt multo fortiores*, ideoque eos non impediri quominus,etiam cum auunculis auo succedant, † *ut scribunt* 67
*Vin.d.decis.*211.*num.*4.*Anto.Fab.d lib.*2.*tit.*3.*defin.*1.*& Thes. Iun.d.lib.*2.*q.*90.*nu.*25.*uersic.ideo dicebam vbi refert,ita fuisse à Senatu iudicatum.* Nam † rationes, propter quas dicimus , 68
non excludi nepotes ab aui successione,si filia,quę renuntiauit,decesserit viuo patre,militant, etiamsi renuntiatio facta sit pro se,& hæredibus , scilicet, quia etiam eo casu censetur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur, *vt declarant Morot.d.consil.*22.*n.*5.*uersic.hæc autem ratio,& Thes. Iun.d.lib.*2.*q.*90.*num.*16. quæ sicut qualificat ipsam renuntiationem, quatenus facta est, pro matre, ita etiam eam qualificat,quatenus facta est pro eius hæredibus , & operatur , vt, quemadmodum renuntiatio habetur pro non facta respectu matris,quotięs illa defecit viuo eo , de cuius bonis agitur, ita etiam habeatur pro non facta respectu eius hæredũ, vt pote pro quibus non censetur facta,nisi in casu,quo hęreditas

ditas matri deferatur, & ab ea posset in hæredes transferri.

Nec est facienda vis in illis verbis pro se, & hæredibus,
69 quippe, quæ † continent expressionem eius, quod tacitè inerat: Licet enim simpliciter facta esset renuntiatio, intelligeretur tamen facta etiam pro hæredibus, non quidem respectu iurium, quæ possent eis ex persona propria competere, sed respectu eorum, quæ fuerunt in renuntiatione comprehensa, & sic iurium competiturorum ipsi matri, quæ renuntiauit. Vnde, quia nulla postea ei competierunt iura, cum, ut præmortua non fuerit ad hereditatem vocata, sed ea competierint eius filijs, vt pote quos, tamquam superstites, & in primo successionis gradu existentes tempore mortis aui lex ad eius hæreditatem vocauit, ideo fit, ut ad ea non debeat trahi matris renuntiatio, tametsi facta pro se, & hæredibus, *ut declarat Franch. d. decis. 67. nu. 7.* Idque procedit, etiamsi dixerit, se renuntiare iuribus, quæ habet ipsa, vel eius hæredes
70 † nam hoc intelligitur de iuribus, quæ habebunt hæredes, ut hæredes matris, non de proprijs, *vt declarat Corn. d. consil. 258. num. 14. vol. 4. & post eum Morot. d. consil. 22. num. 8. versic. 3.* ideoque, si agant ex proprijs iuribus, non oberit eis matris renuntiatio, tamquam in hunc casum non facta, nec ita agendo censebuntur filij contrauenire facto matris, quippe, quod, neque eorum respectu factum est, neque respectu matris pro facto habetur. *secundum ea, quæ diximus in præcedenti casu, quæque etiam militant in his terminis.* Et hoc non obstante iuramento, quia, quod dicimus, eius vim transire ad hæredes,
71 procedit † respectu eorum iurium super quibus est iuratum, & sic respectu iurium renuntianti competiturorum, quæ nõ possunt intelligi, nisi mater superuixerit, & ita ei fuerit delata hæreditas: Tunc enim, si hæredes vellent petere successionem, tamquam delatam matri, non possent, quia renuntiatio ab ea cum iuramento facta, ut ipsam exclusisset, ita & eius hæredes. Cœterum respectu iurium competiturorum hæredibus ex propria persona, quibus non fuit renuntiatum, verius est tale iuramentũ non transire ad hæredes, nec impedire, quominus illi ex proprio iure successionem vindicare possint. *Ita declarat Surd. d. consil. 332. num. 13.*

Nec obstat, quod, quando mater cum iuramento renuntiat pro se, & hæredibus, perinde est, ac si hæredes essent præsentes, ac etiam ipsi cum iuramento renuntiarent, quia hoc
72 verum est, † respectu eorum iurium, quibus mater renuntiauit, & sic iurium matri competiturorum: Nam, quoad ea, si postea competierint, renuntiatio matris perinde hæredes excludet, ac si nominatim etiam ipsi cum iuramento renuntiassent: Cęterùm respectu iurium, quæ postea hæredibus ex propria persona competierunt, verius est, non censeri eos renuntiasse, quia nec mater eis renũtiasse intelligitur. Et, quod dicimus, factum defuncti censeri factum hæredis, procedit
73 † respectu vnius, & eiusdem facti, ita, vt, quod fecit defunctus, censeatur etiam eius hæres fecisse, & sic in proposito renuntiasse iuribus matri competituris, quibus ipsa renuntiauit, sed non intelligitur, ut censeatur renuntiasse iuribus ex propria persona sibi competituris, quibus nec mater ipsa renuntiauit, quia non est hoc idem factum, sed diuersum, ad quod factum defuncti non extenditur.

Tertius casus est, quando mater renuntiauit pro se, & filijs, uel pro se, filijs, & hæredibus, & sic fecit mentionem filiorum, Et tunc censent plerique, talem renuntiationem haud dubiè nocere filijs ex propria persona, & proprio iure venientibus,
74 si matris hæredes existant; † *Ita enim censuit Purp. d. consil.*
75 *307. nu. 11. versic. Primo, dum dicit*, quia † cessat in hoc casu ratio, propter quam supra diximus, renuntiationem illis non obesse; Nam, cum ea contineat etiam Iura filiorum, vt pote, pro quibus mater voluit etiam renuntiare. Consequens videtur, ut non possint filij, qui sunt matris hæredes illius facto contrauenire, per ea, quæ diximus *supra nu. 50. & seqq.* quippe, quæ militant in his terminis.

76 Sed adhuc verius est, ne in hoc quidem casu nocere, † *uti rectè censuit Bart. in d. l. qui superstitis 93. nu 4. ff. de acq. her. Et in specie scribunt Ant. de Rosel. de succ. ab int. n. 128. Surd. d. cõs. 332. n. 10. Ant. Fab. d. li. 2. tit. 3 defi. 14. Thes. Iun. d. lib. 2. q. 90. n. 12.* quia † etiam in hac specie militat illa ratio, quod renun-
76 tiatio, tamquam facta sub conditione, si hæreditas matri deferetur, ob illius defectum pro non facta habetur, *ut scribit Ant. Fab. d. lib. 2. tit. 3. defin. 14.* ideoque tamquam nõ facta nõ potest filiorũ exclusionẽ operari *secundũ ea, quæ sup. diximus.*

Nec verum est, in hoc casu censeri iura filiorum in renuntiationem deducta, quia renuntiatio matris facta pro se, & filijs intelligitur pro filijs facta eo casu, in quo ipsa renuntiauit pro se, vt ea censeatur etiam renuntiasse pro filijs, non etiam in alio, *sicuti rectè declarat Anto. Fab. d. defin. 14.*

Quartus casus est, quãdo mater nõ stat in simplicibus terminis renuntiationis, sed adijcit promissionem de non contrauueniendo, seu veniendo ad successionem pro se & hæredibus, seu pro se, & filijs, Et tunc, si filij sint matris hæredes, censeri plerique matris renuntiationem illis obesse, † *vt Crau. d. consil. 703. n. 2. versic. locum igitur*, & maximè, si promiserit 78
euictionem, *vt ibi Crau. subijcit*, quia, † cum ex tali promissione nascatur obligatio, quæ sui natura transit ad hæredes, 79
Consequens videtur, ut non possint illi tamquam obligati etiam ex iure proprio facto matris contrauenire *l. si. ff. de excep. rei vend. & trad.*

Sed est verius, non nocere etiamsi facta sit cum promissione de non contraueniendo, seu petendo successionem: † *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. qui superstitis. 93. num 4. ff. de acq. hared. Surd. d. consil. 332. num. 10. Thes. Iun. d. lib. 2 q. 90 n. 11. versic. & hoc stante & num. 12.* & verò etiam, si iurium re- 80
missorum promissa sit euictio, † *ut rectè scripsit Morot. d. consi. 22. num. 5. versic. hac autem ratio, & nu. 10.* quia † cum huius- 81 82
modi promissiones censeantur accessoriæ ad ipsam renuntiationem, Consequens est, ut debeant intelligi factæ sub eadem conditione, sub qua, & ipsa renuntiatio facta intelligitur, ideoque ea per defectum conditionis resoluta censebuntur etiam resolutæ ipsæ promissiones, *vt in proposito considerat Morot. d. consil. 22. num. 8. versic. Tertio.*

Nec obstat, quod ex illis nascatur obligatio, quæ sui natura transit ad hæredes, quia hoc procedit, si purificata sit conditio, sub qua promissiones ipsæ factæ intelliguntur: Tunc enim verum est, obligationem tamquam natam, & fundatam in persona defunctæ transire ad hæredes. Cœterùm, si conditio non sit purificata, prout euenit, cum renuntians mortua est viuo eo, de cuius bonis agitur, quia renuntiatio cum adiectis promissionibus censetur resoluta, & habetur pro non facta, ideo nulla potest intelligi nata obligatio, quæ censeri possit in hæredes translata, *ut patet ex ijs, quæ supra diximus.*

Quintus casus est, quando renuntiatio facta a matre cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus non fuit gratuita, sed facta accepta dote, qua mediante dixit se tacitam, & contentam. Et tunc, si filij sint matris hæredes censent multi, non esse dubitandum, quin talis renuntiatio noceat filijs, etiam ex propria persona venientibus. † *Ita* 83
enim censuerunt Nico Bello. d. consil 15. num. 10. Surd. d. consil. 355. num. 43 versic. & quamuis, vbi ait tribus concurrentibus, quod renuntiatio facta sit mediante dote, & cum promissione de non contrauueniendo pro se, & hæredibus, &, quod filij sint matris hæredes cessare omnem amaritudinem & omnes rationes, quæ in contrarium allegantur & Thes. Iun. d. lib. 2. q. 90. num. 15. vbi ait in hoc casu fuisse consultum nepotibus qui erant minores, vt matris hæreditatem repudiarent beneficio restitutionis in integrum & maximè, si cum auunculis concurrant, † *vt censuit* 84
Surd. d. consil. 355 num 44. vbi ait, licet in simplicibus terminis non faciat vim in hoc fundamento, si tamen alia concurrant quæ supra retulimus arbitrari se, non esse locum contrariæ decisioni. Id ipsum censuit Thes. Iun d lib. 2. q. 90 num. 20. vbi ait, hanc opinionem sibi semper placuisse, & in hanc inclinasse Senatum & nu. 25 versic. ideo dicebam.

Sed adhuc verius, & receptius est, renuntiationem non nocere, etiamsi facta sit accepta dote, & ea mediante renuntians dixerit se tacitam, & contentam, † *ut in simplicibus terminis* 85
scribunt Pereg. d. consil. 83. num. 5. vol. 5. vbi testatur, hanc esse magis receptam opinionem Morot. d. consi. 22. num. 4. versic. ego tamen, & num. 8. & idem Thes. Iun. d. lib. 2. q. 90. nu. 12. & promiserit de non contraueniendo, seu veniendo ad successionem pro se, & hæredibus. † *nam in his terminis loquitur Bart.* 86
in d. l. qui superstitis 93 num 4. ff. de acq. hared cuius opinionem constat esse magis communem. Imo, etiamsi nepotes cum auũculis succedant, & ita concurrant hæc omnia, quod renuntiatio facta sit cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus, &, quod renuntians dixerit, se dote con-

tentam pro sua portione, & quod nepotes sint matris hære-
87 des, & cum auunculis concurrant, † *vt rectè scripsit Anto. Fab.d.lib.2.tit.3.defin.*1. Et ita iudicauit Senatus in illa causa, in qua Thesaurus Iunior dixerat,sibi contrariam sententiam videri veriorem, *vt ipse refert d.q.90.num.25.uersic.ideo dice-*
88 *bam*, Et rectè: Nam † rationes, quæ efficiunt, vt nepotibus non obsit matris renuntiatio in terminis, in quibus prædictæ circunstantiæ sunt separatæ, militant etiam in terminis, in quibus sunt vnitæ, quia talis vnio est multiplicatio inutiliũ, quæ ad effectum exclusionis nihil operari potest *l.1.C.de legit.hæred.* Ex quo intelligimus,verissimum esse,quod scripsit Præses Morotius *d.cons.22.num.4.verf.ego puto.& num.* 8. re-
89 nuntiationem matris † indistinctè non nocere nepotibus etiã hæredibus, quoties illa mortua est viuo eo, de cuius bonis
90 agitur, quia † cum censeatur facta sub tacita conditione, si hæreditas illi deferetur,& talis conditio deficiat eo ipso,quod mater est præmortua, Consequens est, vt semper habeatur pro non facta, siue sit facta simpliciter, siue pro se, & hæredibus, & cum promissione de non contraueniendo,& de euictione, & siue nepotes soli sint, siue etiam concurrant cum auunculis, Et ita perpetuò seruauit, & seruat,tàm Sabaudus, quam Pedemontanus Senatus, *vti de Sabaudo testatur Anton.Fab.d.lib.2.tit.3.defin.1.& 14.De Pedemontano vero testor ipse qui per multos annos iam ei præsum.*

Planè,si expressim cautum sit, vt filij non possint ad aui successionem venire, etiamsi mater prædecesserit, & ita iura filiorum nominatim sint in renunciationem deducta, receptum est, non posse filios,si sint matris hæredes, auo succe-
91 dere. † *Ita enim scripserunt Crau.d.consil 703 numer. 2. verf. Locum igitur, Pereg d.cons.83 nu.9.uol.5.Anto.Fab.d.lib.2.tit. 3.defin.1.& 14.& Thes.Iun d.lib.2.q 90.num.11.& in fin.* Sed hoc penes me non transit sine difficultate. quia.cum renuntiatio non valeat.nisi iuramento sit firmata *l pactum dotali 3.C.de collat.l.fin.ff.de suis,& legit.iuncto cap.quamuis,de pact. in 6.* & in proposito non possit dici firmata iuramento, quatenus respicit hæreditatem deferendam filijs,cum illi non iurauerint, nec pro eis potuerit mater iurare *l.3.§.pen.ff.de iureiur.*,non video, quomodo renuntiatio, quoad eorum iura sustineri possit. Et ita mihi videtur sensisse Bartolus *in d. l.qui superstitis 93.num.4.ff.de acq.hæred.* Nam *quædam mulier*, inquit . *iurauit se esse dote contentam & promisit non venire ad successionem nec ipsa nec filij, deinde illa mulier decessit ante, quam pater relictis filijs heredibus,nunquid possint venire filij ad successionem qui sũt nepotes? Et de isto est casus Decretalis,quia obligatio,quæ venit ex iuramento ex parte iurantis est in personã vt si ego iuro non ligo hæredem iurando,sed ex parte eius,cui iuratur, est in rem,& transit ad hæredem cap. veritatis extr. de iureiu. Ergo isti nepotes possũt venire Praterea creditis vos,quod iuramentum confirmatiuum confirmet illud pactum? Certè nõ, quia pactum est nullum sed quia iuramentum est seruandum, ideo metu iuramenti seruatur pactum cap.cum contingat extr. de iureiu.* quibus verbis significat,pactum non valere,etiã si mulier cum iuramento promiserit, filios suos non venturos ad aui successionem, ideoque eo non obstante posse eos auo succedere,si mater prædecesserit,quia tale iuramentum non confirmat pactum,sed,quia debet seruari, ideo operatur, vt seruetur metu iuramenti, Vnde, quia talis metus non cadit, nisi in personam matris,quæ iurauit,cum iuramentum ex illius parte sit personale,nec liget hæredes, fit,vt nõ impediat, quominus eius filij ex persona propria venire possint ad aui successionem,cum eis,nec pactum obsit, tamquam nullum, nec vis iuramenti, quod eos non ligat.

Nec obstat, quod imo vis iuramenti transeat ad hæredes,
92 *vt diximus supra num.52.* quia hoc intelligitur, † respectu eius actus,qui fundatur in persona iurantis, puta respectu renuntiationis eius hæreditatis,quæ posset renuntianti deferri; nam,quod eam, tamquam fundatam in persona ipsius iurãtis verum est,vim iuramenti transfundi in hæredes.Cæterũm respectu illius,quæ in persona iurantis non potest fundari,vt est renuntiatio hæreditatis deuoluendæ suis hæredibus, quæ non potest fieri, nisi ab ipsis hæredibus,& cum proprio iuramento, verius est, nullam esse illius vim, quia, cum non valeat,tamquam præstitum ab eo, qui pro alio iurare nequit, Consequens est, vt non possit exclusionis effectum operari, *l.non dubium 5.C.de legib.*

Superest,vt quarto, & vltimo loco videamus, an posito, quod renuntiatio matris prædefunctæ non noceat filijs, qui sunt eius hæredes, etiamsi facta sit accepta dote, teneantur tamen illi dotem matri datam,&, quæ ad eos peruenit,in legitimam, seu portionem sibi debitam imputare. Quæstio est solemnis & inter Principes iuris interpretes,Bartolum scilicet,& Baldum mirum in modum agitata, quam tamen nos hic, vt incidentem, & ad propositam iuris accrescendi materiam non pertinentem breuiter, & decisiue potiùs, quam per modum disputationis duximus exponendam. Pro faciliori autem eius explicatione tres sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando certum est, dotem ad nepotes peruenire, non, tamquam hæredes matris,sed, tamquam capientes ab auo, Et tunc fatentur, debere illam nepotibus in legitimam imputari, † *vti videre est apud Corn.consil.190.numer.4.* 93
versic.unde circa hoc,vol.2.Dec.consil.180.n.7.uersic.3. responderi potest,& verf.Nec obstat.si dicatur,vbi ait,ita omnes DD. concludere,Surd consil.206.num.17.Crass.in § legitima.q.24.n. 15.ubi testatur hanc esse magis communem, & ab ea non esse consulendo,& iudicando recedendum,quia † in eam imputan- 94
tur omnia,quæ capiuntur ex substantia illius, de cuius bonis agitur, *l.quoniam nouella.29.in fi.& l.scimus.36.in pri. versic. repletionem C.de inoff.testam.* Exempla sint

Primum, si pater simpliciter dederit dotem filiæ nulla interposita stipulatione,& versemur in terminis iuris communis,secundum quod mortua in matrimonio filia etiam liberis extantibus dos a patre profecta ad eum redire debet *l. dos à patre.C.sol.matr.* Nam tunc,quia non potest illa ad nepotes nisi ab auo, & ex eius volũtate peruenire,ideo fit,vt sine dubio debeat illis in legitimam imputari.† *Ita enim censuit Bart.* 95
in l.in quartam.90.numer.12.ff.ad leg.Falc.& consil.190.lib.1. Et in specie declarant Dec.in l.illam.19.n.16.C.de collat.Rip.in d.l.in quartam,num.189.versic omisso & ibi Pic. numer. 221, Ruin.consil.187,num.5.vol.2.

Secundum exemplum sit, si pater, qui dotem dedit filiæ, stipulatus sit eam sibi soli in omnem euentum reddi:Nam,& in hoc casu certum est,non posse eam ad nepotes peruenire, nisi ab auo,& ex eius voluntate,ideoque debere illis in legitimam imputari. † *Ita scribunt Rip.in d.l.in quartam. nu.189.* 96
vbi ait,in hoc omnes conuenire Thes.dec.237.num.3.versic amplia & nu.9.Crass.in d.§ legitima q.24.num.12.

Tertium sit exemplum, si pater stipulatus sit,dotem reddi nepotibus,aut filiæ, & nepotibus; Nam etiam in hoc casu censentur nepotes eam consequi ab auo, & ex eius prouidentia, ideoque tenentur eam in legitimam sibi debitam imputare.† *Ita scribunt Imol.in d l.in quartam,num.8.uersic. & per* 97
prædicta. & ibi Rip.num.196.Corn.d.consil.190. num.4. uol.2. Thes.d.decis.237.num.9.uersic.amplia.6.Crass. in d. §. legitima q.24.num.13.

Secundus verò casus est, quando certum est, dotem peruenire ad nepotes,tamquam hæredes matris, prout euenit in omnibus casibus, in quibus dos fuit pleno iure quæsita filiæ, Et tunc licet Bartolus rem, vt dubiam terminare noluerit *in d l.quartam,numer.12.versic.sed si poneremus*, & alij censuerint,etiam in hoc casu debere dotem in legitimam nepotum imputari, † *vt Pic.in d.l in quartam, n,236 & ibi Rip.nu.197.* 98
Bereng.part.3.num.112. Contrarium tamen verius est, & receptius, † *vti videre est apud Bald. in l. quoniam nouella, 29.* 99
num.7.C.de inoff.test.Ang.in d.l.in quartam,num.9. uersic. sed salua & ibi Alex.nu.26.uersic.vnde contra,Pic.n. 132, versic. Istam conclusionem,Rip.nu.193.Castr.consil.145.num. 1. uol. 1. Alex.consil.24.nu.4 uol.1.Corn.d.consil.190.nu.3.uersic si autẽ stipulatio,& num,4,in prin.& uersic.vnde circa hoc vol.2. Dec. in l.illam.19.num.16.in prin.& versic.& ampliatur C.de collat. & d consil.180,n.7.uersic.Nec obstat si dicatur.Bertr.cons.255. n.4.uol.3.part.2.Math.Gribald.in suis comm.opin in uerb legitima,uersic.dos data Thes d.decis.237 num,7 uersic.sed in hoc, Surd d.consil.206.n.16.versic.sed quia & n.17.& 18.Crass.in d.§.legitima q 24.nu.7.Galua.consil 1.n.155. scilicet, quia † in 100
legitimam non imputantur ea, quæ non capiuntur ex substantia defuncti,sed aliena *d.l scimus.36 in prin.verf repletionẽ C.de inoff.test.* Atqui in proposito dos non capitur ex substãtia, & patrimonio aui, vt pote, a quo iam exierat, sed capitur ex patrimonio matris, cui pleno iure fuerat quæsita,

&, a

&c, a qua transfertur in hæredes. Ergo non debet nepotibus in legitimam ab auo debitam imputari. Idque adeo verũ eſt, vt procedat non ſolum, ſi cum alijs nepotibus concurrant,
101 ſed etiam, ſi cum auunculis, † *vt in ſpecie declarant Alex. cõſ 24 n.5. verſic plus voluerunt vol.1. Rip in d.l. in quartam n.198. verſic. Tu aduerte, vbi ait nullam in caſu, quo nepotes veniunt, vt hæredes matris, eſse inter DD. diſcordiam Surd. d. dec.206. nu.37. Theſ. tum in addit ad deciſ.237. sub num.15 in lit. E. vbi teſtatur, hanc eſse magis communem Galua. d. conſil.1 num.168*
102 quia † eadem ſemper militat ratio: Nam, ſiue cum alijs nepotibus concurrant, ſiue cum auunculis, ſemper verum eſt, eos venire ex perſona propria, non ex perſona matris, licet eius gradum & locum ingrediantur, & repreſentent, *vt oſtendimus in hoc cap. q.1. num.15. & 17. & in hac ipſa q. nu.20.* Alioquin, ſi ideo deberent in legitimam imputare dotem, quando cum auunculis concurrunt, quod repreſentent matrem, deberent etiam eam imputare, quando concurrunt cum alijs nepotibus, quia etiam eo caſu veniunt iure repreſentationis, quod patet ex eo, quia etiamſi cum alijs nepotibus concurrant, nihilominus ſuccedunt in ſtirpem, non in capita, & ſic non capiunt portionem virilem, ſed eam, quam fuiſſet habi-
103 tura mater, quam repreſentant † *l. Papinianus 8. §. quoniam autem quarta ff. de inoff. teſt. & l. 2. C. de ſuis & legit. §. cum filius, verſic. Item, ſi ex duobus, & § fin. inſt. de hered. quæ ab int. def. §. neque illo, Auth de trient. & ſem coll 3. Ant. de Roſell. de ſucc. ab int. n.55. verſ sed, ſi eſſent, Et in propoſito declarat Rip in d.l. in quartam, n.200 verſic. Tu conſidera.* & tamen ex frequentiori doctorum ſententia, non tenentur eam imputare quando concurrunt cum nepotibus, *vt ſcribunt omnes, quos retulimus ſup. n 103.* Ergo nec, quando concurrunt cũ auunculis.

Hinc infertur primo, ſi dos cenſeatur à patre donata filiæ, etiam in eius poteſtate conſtitutæ, quia donatio valet, tamquam facta ex cauſa dotis *l. Pomponius Philadelphus 36. ff. fam. erciſ.* non cenſeri eam peruenire ad nepotes, tamquam capientes ab auo, ſed tamquã hæredes matris, ideoq; non teneri eos in legitimam ſibi debitam illam imputare. Exemplum ſit, ſi pater dando dotem ſtipulatus ſit, eam reddi filiæ: Nam, quia cenſetur illam ei donaſſe, ideo non tenentur nepotes eam, tamquam habitam à matre in ſuam legitimam
104 imputare. † *Ita ſcribunt Caſtr. in d.l. quartam, num.9. & ibi Alex. num.26. verſic. vnde contra & Pic. nu 232. verſic. ex quo ſingulariter & n.233. Alex in d.l. illam 19. num.11. & ibi Dec. num.16. C. de collat. Alex. d. conſil.24 num.3. verſic ſed circa hoc vol.1 Corn. d. conſil.190. n.3. verſic ſi autem ſtipulatio, vol.2 Dec d conſil.180. num.7. verſic. Nec obſtat, ſi dicatur, vbi ait, ita DD. omnes concludere Ruin. d. conſil.187. n.5. verſic. ſed præmiſſis, vol.2. Bertr conſ.103 nu 4. vol.7 Capy. deciſ.176. num.24. Theſ. d. dec.237. n.10. verſic quid, ſi pater, & n.12. Craſſ. in d. §. legitima q.24. n.9.* Idem eſt, &c, ſi pater ſtipulatus ſit, dotem reddi filiæ, & eius hæredibus: nam, quia cenſetur voluiſſe prouidere filijs, non, vt filiis, ſed, vt matris hæredibus, ideo fit, vt illi, tamquam habentes dotem à matre, &, vt illius hæredes, non teneantur illam, quaſi matri donatam in legitimam
105 ſibi debitam imputare. † *Ita ſcribunt Alex in d.l. in quartã, num 26. verſic. vnde contra, & ibi Pic num.226. verſic. præterea ſequeretur, & Rip. num.194 Alex. in d.l. illam 19. n.11. Cod. de collat. Purp. d. conſil.436. num.3. Surd d. conſil.206 nu.18. Theſ. d. dec.237. n 10. verſic. quid, ſi ſtipuletur.* Denique idem eſt, &c, ſi pater ſtipulatus ſit dotem ſibi reddi vno caſu, puta moriẽte filia in matrimonio nullis relictis liberis: Nam quia in alio caſu cenſetur eam filiæ donaſſe *l. inter ſocerum 26. §. cum inter ff. dict. pact. dot. & tradunt omnes in l. poſt dotem 41. ff. ſol. matr.* ideo præmortua filia non tenentur nepotes eam in
106 ſuam legitimam imputare. † *Ita ſcribunt Bald. in l. quoniam nouella 29. numer.7. Cod. de inoff. teſtam. Caſtr. in dict. l. in quartam num 9. & ibi Imol. numer.8. uerſic. & per prædicta, Pic. num.233. Rip. num.193. Caſtr. conſil.145. num.1. verſic. & iſto caſu volum 1. Alexand conſil.24. numer.3. verſic. ſed circa hoc, & num 4. volum.1. Corn. dict. conſil.190. num.3. verſic. ſi autem ſtipulatio, volum 2. Surd. d. conſil.206 numer.23. Theſ. d. deciſ.237 num.11 licet ipſe contradicat, & Craſſ in d § legitima, qu.24. num.10.*

Secundo infertur, ſi pater nulla ſtipulatione interpoſita dederit dotem filiæ emancipatæ, quia cenſetur pleno iure quæſita, non teneri nepotes eam in legitimam imputare, tamquam habitam a matre, non ab auo. † *Ita ſcribunt Caſtr.* 107
dict. conſil.145. num.1. vol.1. Pic. in d.l. in quartam, num.221. verſic. iſtam concluſionem & num.234. Dec in d.l. illam 19. nu. 16. verſic. & ampliatur C. de collat. Theſ. d. deciſ.237. num.7. verſic dicunt autem, Craſſ. in d § legitima q 24. num 7 Idem eſt, &c, ſi non interpoſita ſtipulatione dotem dederit filiæ in poteſtate conſtitutæ, quam tamen poſtea emancipauerit: Nam quia per emancipationem actio, quæ erat communis, conſolidatur in perſona filiæ, & fit eius propria *l. un. §. videamus C. de rei vxo. act.* ideo nepotes cenſentur habere dotem a matre, &c, tamquam illius hæredes, non ab auo, eaque ratione non tenentur illam in legitimam imputare. † *Ita ſcribunt* 108
Pic. in d l. in quartam nu.234. verſic.3. limita, & ibi Rip. nu.195. Craſſ in d. §. legitima q.24. num.8.

Tertio infertur, ſi pater dederit filiæ etiam in poteſtate exiſtenti, dotem pro omni eo, quod habere, aut ſperare poſſit in bonis ſuis, cenſeri eam, tamquam loco patris datam pleno iure filiæ quæſitam, eaque ratione non debere a nepotibus in legitimam imputari. † *Ita poſt Caſtr. conſil.372 num.4. vol 1.* 109
ſcribunt Crau. conſil.84 num.5. & Surd. d. conſil.206. num.23. verſic. accedat.

Tertius denique caſus eſt, quando ſumus in dubio, vtrum dos peruenerit ad nepotes, vt hæredes matris, an verò, vt capientes ab auo prout euenit, quando nulla pro reſtitutione, dotis interpoſita eſt ſtipulatio, ſed ſimpliciter data eſt dos, & verſamur in terminis conſuetudinis Martini, quæ vult, dotem a patre profectam mortua in matrimonio filia relictis liberis non redire ad partem, ſed remanere penes filios, Et tunc, ſi nepotes concurrant cum auunculis, receptiſſima eſt omnium ſententia debere eos in legitimam ſibi debitam imputare dotem matri datã. † *vti videre eſt apud Pic. in d.l. in quar-* 110
tam num.227. & ibi Rip. nu.198. vbi teſtatur, hanc eſse communem, Corn. d. conſil.190 num.2 vol.2. ubi ait, hanc eſse communem, a qua in deciſiuis non eſt recedendum, Dec in d.l. illam 19. num.16. verſic. Tertius eſt caſus C. de collat. vbi ait indubitanter hanc eſse communem Math. Gribal. in ſuis commu. opin. in verb. legitima, Surd. d. conſ.206. nu.37. Theſ. d. deciſ.237. n.15. quod † in hoc conſentiant vtriuſque ſententiæ ſectatores: 111
Nam, non ſolum conſentit Bartolus, cuius opinio frequentior eſt, dum vult, indiſtinctè debere dotem in nepotum legitimam imputari, ſed etiam Baldus, quia, licet a Bartolo diſſentiat inſpecto iuris rigore, tamen inſpecta æquitate vult, dotem eſſe imputandam, ſi nepotes cum auunculis concurrant, quod veniant loco matris, quæ debuiſſet imputare, ideoque & ipſi imputare debeant, ſecus verò, ſi concurrant cum alijs nepotibus *uti uidere eſt apud eum in d. l. illam 19. num.8. verſ. quamquam poſset C de euictio. Quam Bald. diſtinctionem probat Imol. in d. l. in quartam num 8 verſ. vlterius, vbi ait, hanc opinionem ſibi videri ſatis rationabilem, & Alex. conſ.142. nu. 23. vol.2.* Quamobrem non eſt dubitandum quin hæc ſit receptiſſima omnium ſententia. cum in eam concurrant vtriuſque ſententiæ defenſores. Ceterùm ſi nepotes concurrant cum alijs nepotibus, cenſuit Baldus dotem vi conſuetudinis nepotibus reſeruatam ad eos pertinere, tamquam matris hæredes, ideoque non eſſe eis in legitimam imputandam, † *uti* 112
videre eſt apud eum in d. l. illam. 19 num.6. & ſeqq C. de collat. Et hanc ſententiam, poſt multos probauit Surd. d. conſil. 206. n. 11. & ſeqq. vbi ait, opinionem Bart & ſequacium eſse falſam, & ratione valida deſtitutam, ſingulisque illius argumentis reſpondent.

Sed obtinuit ſententia Bartoli, qui cenſuit, dotem non trãſire ad eos, tamquam hæredes matris, vt pote, cui nunquam fuit acquiſita, ſed tranſire, tamquam ablatam auo, ad quem de iure debuerat redire, & applicatam filijs vi conſuetudinis, ideoque teneri eos dotem illam, vt ab auo, & ex eius ſubſtantia profectam in legitimam ſibi debitam imputare. † *Ita cen-* 113
ſuerunt Bart. in d.l. in quartam nu.12. verſic. præterea aduertatis. & ibi Ang. num.9 & Caſtr. num 9. & 10. vbi ait, licet aliquando ſecundum opinionem Baldi ſui præceptoris conſuluerit, tamen cognita poſtea veritate noluiſſe amplius contra Bartoli ſententiam conſulere. Idem cenſuit Pic. ibi, num.231. vbi. licet prius nu.223. verſic tamen opinio, dixiſset opinionem Bald. eſſe multum ſubſtentabilem & eam conatus eſset defendere numer. ſeqq. tamen num.231. ſubijcit. in iudicando. & conſulendo non eſſe recedendum a ſententia Bartoli, quæ eſt ipſa veritas. Eandem

An ius accrescendi excludat ius repræsentationis in successionibus statutarijs.

QVÆSTIO XII.

NVnc videamus, quid iuris sit, quoties agitur de ijs successionibus, quæ statuto deferuntur, & dispiciamus, an in ijs filius veniens iure repræsentationis eodem, quo parens censeatur iure. Dupliciter autem hæc inspectio considerari potest, vno modo actiuè, altero verò passiuè, Actiuè, cum quærimus, an eodem censeatur iure, quoad partem inclusiuam, ita, vt, & ipse, quasi inclusus fœminam excludat, & eam capiat portionem, quam parens ex dispositione statutaria fuisset habiturus, si superuixisset. Passiuè verò, cum quærimus, an censeatur eodem iure, quoad partem exclusiuam, ita, vt, quemadmodum pater non fuisset exclusus, si superuixisset, nec ipsius filia, tamquam patrem repræsentans exclusa intelligatur, vel contra, quemadmodum mater censeretur exclusa, si esset superstes, ita etiam exclusi intelligantur eius descendentes, qui ipsam repræsentant.

Et si quidem actiuè quæramus, an filius veniens iure repræsentationis eodem, quo parens censeatur iure, constat tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando masculus, cuius existentia fœminam exclusisset, decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, relicto filio, & tractatur de successione alicuius ascendẽtis, aut patrui, vel amitæ, Et tunc, aut statutum in parte inclusiua vtitur verbis collectiuis, quę vi sua possunt plures personarum gradus complecti, puta dicit, extantibus masculis, vel agnatis fœminæ non succedant, Et res caret dubio: nam, cum ita sit masculus, & agnatus nepos ex filio, vel fratre prædefuncto, vt ipse filius, aut frater *l. Iurisconsultus* 10 *§. 1. ff. de grad. & affin. l. sunt autem 7. ff. de leg. tut. §. 1. Inst. de leg. agn. tut. §. 1. inst. de leg. agn. succ.* Consequens est, vt, & ipse censeatur statuto inclusus, non per interpretationem, aut comprehensiuam, aut extensiuam, sed ex mera vi verborum. Quamobrem,
& ipse fęminam excludet, † & eius capiet portionem, vel 1
totam, si solus sit, vel pro ea parte quam pater fuisset habiturus, si cum patruo concurrat, *secundum ea, quæ dicemus infra num. 15. quippe, quæ multò magis procedunt in his terminis.* Aut verò statutum vtitur verbis appellatiuis, puta dicit, extantibus filijs filia non succedat, vel extantibus fratribus non succedat soror, Et tunc maior est dubitatio: Nam plerique censuerunt, nepotem ex filio, vel fratre prædefuncto non censeri inclusum, ideoque fęminam ab eo non excludi, sed simul cum eo succedere, si solus sit, vel, si supersit alius filius, vel frater, ab eo solo excludi, eaque ratione partem eius soli filio, vel fratri superstiti applicari, non etiam nepoti ex filio, vel fratre prædefuncto, quippe, qui ingreditur quidem locũ patris, vt eam capiat portionem, quam pater iure communi fuisset habiturus, sed non, vt excludat fœminam, & eius portionem cõsequatur pro rata, quam pater vi statuti obtinuisset, quoniam ea soli filio, vel fratri excludenti debet applica-
ri. † *Ita enim de nepote ex filio censuit Bald. in l. si verò 65. §.* 2
de viro, vers non esset ita ff. solut. matr quem, vbi ratio non est in statuto expressa probat ibi Imol num. 33. vers. tu potes, & in l. Gallus 20. §. instituimus, vers 3. casu ff. de lib. & posth. Idem censuit Bald in l. sed & milites 10. in prin. vers. & facit ff. de excu. tut. vbi ait, hoc esse notatu dignum, & probat Dec. consil. 308.
num. 7. Mouentur autem, vt ita sentiant, quia, † aut iste ne- 3
pos vult venire ex iure patris, Et non potest, quia, cum pater decesserit viuo eo, de cuius bonis agitur, & consequenter eo tempore, quo nondum ei ius erat delatum *l. item Prætor 8. in fi. ff de suis, & legit.* Consequens est, vt non potuerit illud in filium suum transferre, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habeat *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. Ita pro hac opinione ratiocinatur Bald. in l. in quibus 1. in princ, vers. Faciũt ad quæstionem C. de sec nupt.* Aut verò vult venire ex iure proprio, Et tunc, aut vult venire ex vi verborum, Et non potest, quia, cum statutum loquatur de filio, cuius appellatione propriè, & verè loquendo non continetur
nos † *l. quod, si nepotes 6. vers. Aliter ff. de test. tut. § fi. versic.* 4
Aliter, inst. qui testa. tut. dar. poss. Et latè ostendunt Bart. in l. liberorum 220. num. 10. & seqq. ff. de verb sign. Bald. in l. maximum vitium 4 num. 10. C. de lib. præt. Ant. de Rosel. de success. ab intest. num. 123. Dec. in l. venia 2. n. 6. C. de in ius vocat. & in
statutis verba sint strictè, & propriè accipienda † *l. 3. §. hac* 5
verba, & ibi doct. ff. de neg. gest. latè Soc. Iun. cons. 28. n. 6. vol. 3. Consequens est, vt non possit nepos ex vi verborum censeri statuto inclusus. Aut verò vult venire per interpretationem. Et tunc, aut loquimur de interpretatione comprehensiua, quæ deducitur ex lata verbi significatione, secundam
quam appellatione filij continetur nepos † *l. filij appellatio-* 6
ne 84 l. iusta 201. & l. liberorum 220. vers. sed. & Papyrius ff. de verb. sign. Et nec etiam potest, quia talis interpretatio tunc admittitur, cum tractatur de materia merè fauorabili, non etiam, cum de odio tertij: Nam in alterius præiudicium ap-
pellatione filij non continetur nepos, † *vt not. Bald. in dict. l.* 7
sed, & milites 10. in princ. vers. item not. ff. de exc. tut. & patet
ex datione tutoris: Nam, licet ea sit pupillo fauorabilis † *l. &* 8
hæreditas 10 §. vlt. ff. de testa. tut. l. & si non adscripta 9. Cod. de fideic libert. l. quidam 5 in princ. vers. cum igitur, C. de necess. ser. hær. inst. l. pen. Cod. de legat. tamen, quia continet onus tutoris

† *l. tria*

9 *l. tria onera 3. & l. tria onera 5. ff. de exc. tut. §. fin. inst. de leg.*
pat. tut. ideo in ea filij appellatione non continetur nepos.
Quamobrem, si quis dederit tutorem filijs suis, non censebi-
10 tur eum nepotibus dedisse † *dict. l. quod, si nepotes 6. ff. de testa.*
tut. dict. §. fin. inst. qui test. tuto. dar. poss. Cum igitur in statutis
feminarum exclusiuis tractetur de præiudicio feminarum,
sequitur, in iis nō posse filij appellatione contineri nepotem,
11 *vt in his terminis considerat Bald. in d. l. in quibus 7. versic. fa-*
ciunt ad quæstionem, Cod. de sec. nupt. cum huiusmodi statuta
strictam, non latam recipiant interpretationem, *vt in propo-*
sito dubitando considerat Bald. in d. l. maximum vitium 4. nu. 4.
vers. has quæstiones. Cod. de lib. prat. Aut verò loquimur de in-
terpretatione extēsiua, Et multo minus debeat admitti, quia
in statutis feminarum exclusiuis, tamquam correctorijs iu-
ris communis non permittitur extensio de persona ad per-
12 sonam † *d. l. si verò 65. §. de viro & ibi doct. ff. sol. matr. Et tra-*
dunt omnes in Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccl. Et in pro-
posito considerat Bald. in d. l. maximum vitium 4. num. 7. vers.
Præterea istud statutum, C. de lib. prat. Quamobrem dicimus,
13 feminas non excludi, nisi à personis specificatis, † *vti videre*
est apud Bald. in d. l. sed & milites 10. in princ. vers. & facit, ff.
de excusatio. & Dec. conf. 308. num. 7.

His tamen non obstantibus verius, & receptius est, non
solum filium, aut fratrem censeri statuto inclusum, sed etiam
nepotem ex filio, vel fratre prædefuncto, ideoque, si statuto
caueatur, vt extantibus filijs filia non succedat, vel extanti-
bus fratribus non succedat soror. & moriatur pater relicta
filia, & nepote ex filio prædefuncto, vel moriatur frater reli-
cta sorore, & nepote ex fratre præmortuo, talem nepotem
14 excludere amitam, † *Ita de nepote ex filio scribunt Bart. in*
d. l. liberorum 220. num. 12. ff. de verb. sign. Bald. in d. l. venia
2. num. 6. & ibi Dec. numer. 6. & Alcia. num. 19. Cod. de in ius
voc. Castr. in l. qui exceptionem 40. in princ. num. 4. & 5. ff. de
cond. indeb. Imol. in d. l. si verò 65. §. de viro numer. 33. vers. Tu
adde ff. solu matr. Alex. conf. 36. num. 14. vol. 6. vbi testatur, hāc
opinionem esse magis communiter approbatam, Ant. de Rosel. de
success. ab intest. num. 123. & 125. vers. ego tamen sequor, Aret.
conf. 162. num. 8. in fi. & num. 9. versic. Pro ista conclusione, Affl.
super constit. Regn. lib. 3. rubr. 23. nu. 64. Io. de Garro. in l. 1. n. 95.
versic. Addo, quod idem, C. de sec. nupt. Soc. Sen. in consil. posito in
fin. 2. par. ff. non num. 24. quod repetitur etiam in 2. vol. conf. 152.
num. 7. versic primo, Dec. consil. 372. num. 8. versic. Postremo, &
num. 9. in prin. & versic. Non obstant allegata, vbi ait, hanc opi-
nionem esse veriorem, & communiter approbari Ruin. conf. 12.
num. 10. vol. 1. Gabr. consil. 1. nu. 8. vol. 2. De nepote verò ex fra-
tre post Gabr. d. consil. 1. num. 3. & seqq. vol. 2. Marefco. lib. 2. va-
riar. resol. cap. 80. num. 7. & 8. vbi ait hanc opinionem, vti magis
communem, & veram amplexam fuisse Rotam Romanam, &
eius capere portionem, vel totam, si solus sit, vel pro ea par-
te, quam ipsius pater fuisset habiturus, si superuixisset, scili-
cet, quia, quod non capit femina, non applicatur soli filio, vel
fratri superstiti, sed & nepoti ex filio, vel fratre prædefuncto,
quippe, qui patris locum ingreditur, & cum patruo concur-
15 rit in portione, quæ feminæ aufertur. † *Ita scribunt Bald. in*
d. l. 1. in nu. 7. & ibi Io. de Garron. num. 95. C. de sec. nupt. Bald. in d.
l. in quibus 7. versic. Faciunt ad quæstionem, C. eod. Alex. in d. l.
Gallus 29. §. quidam rectè, n. 20. ff. de lib. & posth. & conf. 26. n. 10
vol. 3. & conf. 36. nu. 15. & 16. vol. 6. Soc. Sen. conf. 5. n. 7. versic. 8.
vol. 1. Dec. cons. 87. n. 4. vers. 6. Crau. conf. 703. n. 3. vers. 2. contra.

Huius autem rei variæ à nostris rationes afferuntur: Pri-
mum enim nonnulli deducunt rationem à vi, & proprietate
16 verborum: Nam, quia † filij appellatione continetur nepos
secundum propriam, & veram eius significationem ductam
à communi vsu loquendi, à quo etiam verborum proprietas
æstimatur *l. Labeo 7. vers. Non enim, ff. de suppel. leg.* ideo sta-
tutum loquens de filio locum habet etiam in nepote. *Ita ra-*
tiocinatus est Iacob. Butrig. quem refert Bart. in dict. l. liberorum
220. num. 12. ff. de verb. sign.
17 Sed hæc ratio cōmuniter improbatur, † *vti videre est apud*
Bart. in dict. l. liberorum, num. 12. Ant. de Rosel. de succ. ab int.
num. 123. quia verius est, de propria, & vera significatione
vocabuli appellatione filij non contineri nepotem, *vt dixi-*
mus supra num. 4.

Secundo verò deducunt alij rationem, non à vi, & pro-
prietate verborum, sed ab interpretatione comprehensiua,
quæ ducitur à lata illorum significatione: Nam, quia † filij 18
appellatione continetur etiam nepos, si non ex propria, &
stricta, saltem ex impropria, & lata significatione, *vt diximus*
supra n. 6. ideo statutum loquens de filio comprehendit etiam
nepotem ex filio prædefuncto † *vt scribit Aret. conf. 162. n. 8.* 19
in fi. vtpote, in quo militat eadem statuti ratio, *vt ostendemus*
infra nu. 21. seqq. Nam ex identitate rationis permittitur ex-
tensio, etiam in statutis exorbitātibus ad casum, qui sub ver-
bis etiam latè, & impropriè sumptis potest contineri. *Ita in*
proposito ratiocinatur Ant. de Rosel. de succ. ab intest. num. 125.
vers. Ego tamen sequor, scilicet, quia tunc non dicitur propriè
extensio, sed comprehensio † *vt scribunt Bald. in l. data opera* 20
11. nu. 11. C. qui accu. non poss. Castr. conf. 83. num. 2. vol. 2. Alex.
conf. 75. num. 3. vol. 5. Ruin. conf. 143. num. 5. vol. 2. Soc. Iun. conf.
39. numer. 49. volum. 3. Tiraq. in l. si vnquam 8. in verb. libertis,
nu. 45. C. de reuoc. don. Curt. Iun. conf. 113. nu. 10. Nat. conf. 442.
n. 4. Roll. conf. 14. n. 30. vol. 3. Crau. consil. 118. n. 15. Osas. conf. 74.
n. 14. Decia conf. 43. n. 20. & 41. vol. 2. Men. cons. 427. n. 7. Surd.
conf. 443. nu. 31. Sed, quia vis huius rationis effectu pendet ab
identitate causæ, de qua dicemus in sequenti ratione, ideo
non est ab ea distinguenda.

Tertio igitur putant alij rationem non esse ducendam à
vi verborum, aut eorum interpretatione, sed à mente, idest
ratione statuti: Nam, quia † statutum ideo feminas exclu- 21
dit, vt bona in familia conseruentur † *sicuti declarant Ioan.* 22
Andr. in addit. ad Specul. tit. de succ. ab intest. in rubr. col. 1. vers.
per quæ patet Bald. in d. l. maximum vitium 4. nu. 1. vers. Prate-
rea cum ratio C. de lib. prater. Alex. in l. venia 2. nu. 6. vers. Pro
hoc etiam facit, C. de in ius voc. & conf. 89. nu. 3. vers. corroboran-
tur, vol. 6. Ias. cons. 205. in prin. & conf. 221. col. 3. vers. 3. moueor,
vol. 2. Gabr. conf. 15. n. 36. vol. 1. & consil. 10. num. 2. & 15. vol. 2.
Hond. consil. 4. nu. 24. vol. 1. vbi testatur, hanc esse communem,
& Menoch. conf. 6. num. 11. & conf. 95. nu. 60. & hæc ratio ita
militat in nepote, vt in filio, vel fratre, ideo, quod de filio sta-
tuitur, extenditur ad nepotem, † *vt scribunt Castr. in d. l. qui* 23
exceptionem 40. in princ. num. 4. ff. de cond. ind. Affl. super const.
Regn. lib. 3. rubr. 23. nu. 64. Alex. consil. 36. nu. 14. vol. 6. Soc. Sen.
consil. 152. n. 7. versic primo, vol. 2. quod est repetitum in fi. 2. part.
ff. non num. 24. &, quod de fratre, ad filium fratris. *Ita post Iac.*
de Are. quem refert Bart. in d. l. liberorum 220. num. 12. vers.
hoc etiā tenet, ff. de verb. signif. ratiocinati sunt Bald. in d. l. ma-
ximum vitium 4. n. 7. vers. sed Iac. de Are. C. de lib. prat. Ant. de
Rosel. de succ. ab intest. num. 125. versic. ego tamen sequor, Dec.
d. consil. 372. n. 9. Gabr. consil. 1. nu. 12. vol. 2. scilicet, quia in sta-
tutis fauorabilibus, cuiusmodi ex parte masculorum sunt
statuta feminarum exclusiua, † *vt declarant Bald. in d. l. ve-* 24
nia 2. num. 4. & ibi Alex. nu. 5. & Ias. nu. 4. C. de in ius voc. Castr.
in d. l. qui exceptionem 40. in princ. num. 4. & ibi Ias. num. 1. vers.
breuiter, ff. de cond. ind. Soc. Sen. consil. 122. nu. 2. vol. 3. Bursat.
consil. 208. n. 5. & 18. vers. Tertium, Honded. consil. 12. n. 18. &
consil. 13. n. 41. vol. 1. & conf. 7. n. 4. vol. 2. ex identitate rationis
permittitur extensio de casu ad casum, & de persona ad per-
sonam. *Ita ratiocinantur Castr. in d. l. qui exceptionem 40. in*
princ. num. 4. ff. de cond. ind. Dec. d. conf. 372. n. 8. vers. postremo,
& n. 9. Marefco d. lib. 2. variar. resol. cap. 80. nu. 10. Et hoc est,
quod significant dicentes, licet de propria, & vera significa-
tione verbi appellatione filij non contineatur nepos, tamen
comprehendi ex mente, & ratione statuti, † *vt Bald. in dict. l.* 25
maximum vitium 4. num. 10. C. de lib. prat. Et, licet Bartolus
dicat, hanc rationem sibi non placere, ideo, quia de ea non
constat, cum non sit in statuto expressa, *vti videre est apud*
eum in d. l. liberorum 220. nu. 12. versic. Hoc etiam tenet, eaque
ratione censeant alij, statutum loquens de filio non extendi
ad nepotem, quando ratio in eo non exprimitur, † quod tūc 26
simus in dubio, vtrum statutum voluerit fauere filijs primi
gradus, an verò etiam nepotibus, & in dubio facienda sit in-
terpretatio, vt, quanto minus fieri potest, lædatur ius com-
mune, quoties versamur in materia statuti feminarum ex-
clusiui, quod est correctorium iuris communis, & feminis
valde preiudiciale. *In qua sententia fuit Imol. in dict. l. si verò*
65. §. de viro, num. 33. versic. Tu potest, ff. solu matr. & in dict. l.
Gallus 29. § instituens vers. Tertio casu, ff. de lib. & posth. Con-
trariū tamen verius est, & receptius, † *vti videre est apud Bald.*
in d. l. maximum vitiū 4. nu. 7. vers. sed Bart. C. de lib. prat. Ant.
de Rosel. de succ. ab int. n. 126. Marefco. d. lib. 2. var. resol. cap. 80.
num. 10.

nu. 10. quia, quando ratio legis est certa, licet sit tacita, potest
28 ab ea, tamquam a causa finali sumi argumentum † *l. milites agrum. 13. in prin. ff. de re milit. Et in proposito scribit Bald. in d. l. maximum uitium. 4. num. 7. uersic. sed Bart.* Dicitur autem
29 certa, quando ipsa sola reddi potest † *l. 2. ff. de lib. et posth. l. fundus, qui locatus. 24. ff. de fund. instr. l. si optio 13. ff. de opt. leg. Et in his terminis considerat Bald. in d. l. maximum vitium 4. n. 7. versic. sed Bart.* prout euenit in statutis fœminarum exclusiuis, quippe, quæ non aliam habent rationem, quam, vt bona in familia conseruentur *sicuti declarant omnes quos retulimus supra num. 22.* Quamobrem, licet illa ratio non sit in statuto expressa, nihilominus statutum ipsum in parte inclusiua cē-
30 setur fauorabile † ideoque loquens de filio extenditur ad nepotem, in quo militat eadem ratio, *secundum ea, quæ supra diximus. Et in specie declarat Maresc. d. lib. 2. var. resol. cap. 80. num. 10.*

Quarto dicunt alii, hoc fieri per interpretationem extensiuam, quæ passiuè deducitur à regula iuris antiqui, quæ vult
31 beneficium concessum patri transire in filium † *l. vn. Cod. de priu. dot. l. assiduis vlt. C. qui potio. l. milites. 8. & l. Dino Marco. 11 C. de quæstio. l. emancipatum. 7. §. fin. ff. de Senato. l. in quibus.*
32 *7. & ibi not. Bald. in prin. C. de sec. nupt.* Nam † licet is non censeatur verbis statuti comprehensus, nec ad eum fieri possit extensio ab homine, eo tamen ipso quod lex antiqua vult, beneficia patrum ad filios trāsire, tale statutum ab ea recipit interpretationem, & intelligitur etiam illum comprehendere, non, quod statutum ad hunc casum extendatur, sed quia lex ipsa se extendit ad statutum, *secundum regulam l. 1. §. lex Falcidia ff. ad l. Falc. & l. 1. §. 1. ff. de muner. & hono. ita post Iac. Butrig. declarant Bart. in d. l. liberorum. 220. nu. 12. in prin. & versic. ex hoc ff. de verb. sign. Dec. consil. 372. n. 9. in prin. & vers. Non obstant allegata, & Maresc. d. lib. 2. Varia. resol. cap. 80. nu.*
33 *11. & 12.* Sed hanc rationem improbant † *Bald. in d. l. maximum vitium 4. n. 7. versic. sed certè, C. de lib. præter. Ant. Rosel. de succ. ab int. nu. 123.* quia priuilegium concessum patri ita demum transit ad filios, si non vergat in præiudicium tertij.
34 † *l. pen. §. si pupilla ff. de rit. nupt.* vnde cum in proposito vergat in præiudicium feminæ, quæ excluditur, consequens est, vt non debeat transire *vt arguunt Bald. in d. l. maximum vitiū. 4. numer. 7. versic. sed certè & Ant. de Rosel. de succ. ab int. d. numer. 123.*

Quamobrem alii quinto loco & quidem frequentiùs deducunt rationem à vi & natura subrogationis; Nam, quia
35 † subrogatus in alterius locum censetur eodem iure, quo is,
36 in cuius locum subrogatur † *l. 1. §. hac actio versic. nam, si in locum fisci is, qui test. lib. esse iussus fuer.* & iisdem, quibus ille, priui-
37 legijs vtitur † *l. decernimus. 0. versic. quod si quem C. de aquæduct. lib. 11. l. competimus. 13. versic. illud etiam C. de prox. sacro. scrin. lib. 12. Et scribunt Bart. in d. l. liberorum. 220. num. 12. ff. de verb. sign. Aret. d. consil. 162 num 9. Soc. Sen. d. consil. 152. nu. 8. uol. 2. quod est repetitum in consil. posito in fin. 2. par. ff. non. nu. 24* & nepos ex filio, vel fratre subrogatur in locum patris, *vt diximus in hoc cap. q. 10 num. 7.* ideo, quemadmodum filius exclusisset filiam, & frater exclusisset sororem, ita etiam nepos ex filio, vel fratre debet eam excludere. *Ita de nepote ex filio ratiocinātur Bart. in d. l. liberorum. 220. num. 12 ff. de verb. sign. Bald. in d. l. in quibus 7 versic. Faciunt ad quæstionem, C. de sec. nupt. Imol. in d. l. si verò 65. §. de viro, num. 53 uersic. Tu ad de. ff. solu. matr. Aret. d. consil. 162. n. 8. in fin. Alex. d. consil. 36. n. 14. vol. 6 Soc. Sen. d. consil. 152. num. 8. uol. 2. quod est etiam repetitum in fin. 2. part. ff. non. num. 24. Ruin. d. consil. 12. num. 10. vol. 1. De nepote uerò ex fratre Iaf. consil. 159. num. 4. vol. 4. Gabr. d. consil. 1. num. 3. uol. 2. Maresco. d. lib. 2. varia. resol. cap. 80. nu. 9.* Idque tradunt fieri per extensionem passiuam, quæ sumitur
38 a regula iuris antiqui. † *vti uidere est apud Aret. d. consil. 162. num. 9 in fi. Iaf. d. consil. 159. num. 4. vol. 4. Soc. d. consil. 152. num. 8. vol. 2. repetito, ut supra num. 24. Ruin. d. consil. 12. num. 10. vol. 1.* Et hanc puto verissimam rationem, quicquid scripserit, *Ant. de Rof. de succ. ab intest. num. 124.* Licet enim nepos, qui succedit in locum patris sui, non dicatur venire ex persona patris, sed ex persona propria, *vt ostendimus in hoc cap. q. 1. nu. 13. & 17. & q. 11. num. 20.* non tamen hoc impedit, quominus debeat eodem, quo ille censeri iure: nam eo ipso, quod succedit in locum, & gradum patris, debet habere omnia iura, quæ patri in eo gradu existenti competijssent, vt generaliter obseruatur in ijs omnibus, qui in alterius locum etiam priuatiuè subrogantur, puta substitutis, vel id genus aliis, *sicuti videre est in l. cum ex filio. 39. §. fin. cum ibi nota. ff. de vulg.*

Ex his facile est respondere ad contraria: Nam, licet nepos non possit dici statuto comprehensus, si spectamus verba, censetur tamen comprehensus, si spectamus mentem, & rationem ipsius statuti, *vt patet ex ijs quæ diximus in 3. ratione num. 21. & seqq.* & verò etiam per interpretationem passiuā, quæ sumitur a regula iuris antiqui, per quam subrogatus in alterius locum censetur eodem iure, & ijsdem vtitur priuilegiis, quibus is, in cuius locum subrogatur, *vt ostendimus in 5. ratione num. 35. & seqq.* Vnde etiam deducitur responsio ad id quod dicitur, priuilegium patris non transire in filiū, quoties agitur de præiudicio tertij, quia hoc non procedit, quando tale priuilegium recipit interpretationem a lege antiqua, prout recipit in hac specie. *Et ita in proposito respondet Gabr. d. consil. 1. num. 13. uol. 2.* Adeo autem verum est, nepotem ex filio in huiusmodi statuto comprehendi, vt procedat

Primo, non solum, si statutum recipiat interpretationem prout euenit regulariter, vbi non est prohibita, cum talis interpretatio veniat ex mente, idest, ratione statuti, ideoque nō dicatur id extendi, sed intelligi, *vt declarat Bald. in d. l. maximum 4 num. 10. Cod. de lib. præter.* sed etiam, si interpretationem non recipiat, vt quia cautum sit, vt obseruetur, prout iacet, absque alia interpretatione: Nam etiam in hoc casu nepos ingreditur locum patris, & amitam excludit, † *vt rectè* 39
scripsit Maresco. d. lib. 2. uaria. resol. cap. 80. num. 12 versic. amplia, quia, per illa verba non censetur sublata bona, & legitima interpretatio, cuiusmodi est interpretatio passiua. † *vt* 40
declarant Bart. in l. omnes populi. 9. num. 65. & ibi Bald. nu. 78. ff. de Iust. & iur. Imol. in l. Cæsar. 15. in fi. ff. de publica. & vectig. Aret. consil. 109. num. 1. versic. vnde luce. Alex. consil. 50. num. 11. vol. 1. Gabr. d. consil. 1. num. 1. vol. 2. Maresco. d. lib. 2. cap. 80. numer. 13.

Secundo procedunt; etiamsi in statuto habita sit ratio graduum: Adhuc enim nepos succedet in locum patris sui, & simul cum patruo concurret ad portionem amitæ, quæ statuto excluditur. † *vt rectè scripsit Cran. consil. 703. num. 3.* 41
versic. 3. in specie, scilicet, qua nepos, qui patrem repræsentat, censetur esse in eodem gradu, quo patruus, non quidem verè, sed fictè, & repræsentatiuè. † *vt declarant Iaf. d. consil. 159.* 42
num. 4. vol. 4. Dec. consil. 87. num. 4. versic. vltimo non obstat, & consil. 484. num. 8. Maresco. d. lib. 2. cap. 89. nu. 19. & 21. Quamobrem dicimus non mutari, nec corrumpi gradum, cum filius in patris sui locum succedit, se repræsentari. † *vti videre* 43
est apud Bald. in l. 1. num. 7. & ibi Io. de Garro. num. 95. C. de sec. nupt. Alex. consil. 26. num. 0. uol. 3. & consil. 36. num. 16. uol. 6. Dec. consil. 527. num. 8. Cran. d. consil. 703. num. 3. versic. 2. contra. Hinc fit, vt etiamsi statuto caueatur, vt salua sit gradus prærogatiua, nihilominus nepos in patris locum succedat, & simul cum patruo concurrat † *sicuti rectè scripsit Cran. d. consil.* 44
703. num. 3. versic. sed enim, & uersic. 3. in specie, quicquid censuerit Dec. in l. 2. num. 4. uersic. 2. quod dicitur C. vnd. lib. Idem est, & si statutum velit excludi fœminam ab eo, qui sit in pari gradu † *vt scribit Maresco. d. lib. 2. ca. 80. num. 19. vbi refert* 44
ita fuisse à Rota resolutum, vel voce proximiores: Nam, licet patruus inspecta veritate sit proximior, quam nepos, cum respectu patris sit in primo gradu, & nepos in secundo, respectu verò fratris sit in secundo, & nepos in tertio, tamen inspecta fictione, seu repræsentatione quę in huiusmodi statutis attenditur, non censetur proximior, sed par in gradu, *Auth. post fratres prima versic. hi autem C. de legit. hæred. Et in specie declarat gl. in § ita demum, in verbo desierit Inst. de hæred. quæ ab int. def.* ideoque non excludit nepotem, sed pariter cum eo vocatur. † *Ita in specie declarant Alex. consil. 88. num. 1. uol. 1. quod est repetitum in consil. 137. eod. uol. Iaf. d. consil. 159. nu. 4. vol. 4. Dec. consil. 87. numer. 4. versic. vltimo non obstat consil. 484 num. 8. consil. 478. num. 10. & 12. uersic. Allegata, & consil. 527. num. 1. uersic. & ista conclusio, & nu. 4. uersic. & ista limitatio, & num. 7 uersic. sed ad hæc & num. 9. versic. & hoc modo, Menoch. de præs. lib. 4 præs. 95 num. 11. Maresco. d. lib. 2. cap. 80. nu. 20. vbi testatur, hanc esse communem opinionem.* Hoc enim vis subrogationis operatur, scilicet, quia nepos, tamquam in patris sui locum subrogatus debet eodem, quo ille, censeri iure, *vt supra dictum est.* Vnde, quemadmodum pater cum fratre

fratre concurrisset ad amitæ portionem, ita etiam cum eo debet concurrere filius, qui in ipsius locum subrogatus est. *Ita in proposito ratiocinantur Alex. d. consil. 88. num. 4. vol. 1. & Iaſ. d. consil. 159. num 4. uol. 4.*

Tertio procedunt, non solum si tractetur de exclusione filiæ, sed etiam, si de exclusione nepotum ex ea: Nam nepos ex filio prædefuncto excludet nepotes, & alios descendentes ex fęmina præmortua, quę statuto excludebatur extantibus
47 filijs masculis, † *vt scribunt Bart. in d. l. liberorum 220. numer. 15. ff. de verb. sign. Aret. d. consil. 162. num. 9. uersic. Pro ista conclusione, Nico. Bello. consil. 15. num. 13. uersic. vltimo Surd. cons.*
48 *85. num. 17.* scilicet quia † etiam in hoc casu militat ratio subrogationis: Nam, licet nepotes non concurrant cum patruis, vel auunculis, amitis, vel materteris, sed cum alijs nepotibus, nihilominus succedunt iure repræsentationis, & capiunt eam portionem, quam parens eorum fuisset habiturus, *vt ostendimus in q. præced. num. 107. Et in proposito declarat Bart. in d. l. liberorum num. 15.* cum vocentur, vt sui, vel loco suorum, aut à Prætore, aut ex constitutionibus, *ut patet ex prin. tit. Inst. de leg. agn. succ. & prin. tit. inst. de succ. cogn. & l. sed, cum patrono. 6. §. 1. ff. de bon poss.* & tales esse nequeant, nisi repræsentent personam parentis, qui erat in primo gradu, qualis esse debet qui vult venire, vt suus § *sui autem inst. de hered. qual. & diff.* Quinimo procedunt, etiamsi tractetur de excludendis nepotibus ex sorore à successione patrui, † scilicet, quia
49 & ipsi veniunt iure repræsentationis, *vt declarat Surd. d. cons. 85. num. 13.* quod patet ex eo, quia excludunt fratres consanguineos tantum *§. si igitur defunctus neque descendentes vers. Vnde consequens est, Auth. de hered. ab int. ven. col. 9. Auth. cessante, vers. & quidem, C. de legit. hæred.* & patruos, vel auunculos defuncti, de cuius bonis agitur *§. si autem. versic. illud palam, Auth. de hered. ab int. uen. col. 9. Auth. post fratres prima vers. hi autem C. de leg. hered.* quos alioquin, vt proximiores, vel saltem ęquè proximos, non excluderent nisi venirent iure repræsentationis. Quemadmodum igitur frater à successione fratris excluderet sororem, & eius descendentes, ita etiã eos debent excludere nepotes ex fratre prædefuncto, qui eum repræsentant. *Ita declarat gl. in d. §. si autem in verb. si etiam, Auth. de hæred. ab int. ven. coll. 9. & gl. in dict. Auth. post fratres 1. in verb. similibus, C. de legit. hæred.*

Quarto procedunt, etiamsi statutum in parte inclusiua non loquatur simpliciter de filijs, aut fratribus, sed adijciat aliquam qualitatem, quæ non conueniat nepoti ex filio, vel fratre, puta, dicat, extantibus fratribus vtrinque coniunctis, vel extãtibus fratribus germanis soror non succedat: Adhuc enim nepos ex fratre locum patris ingredietur, & amitam
50 excludet: † *Ita enim de vtraque specie scripserunt Gabr. dict. cons. 1. n. 14. & 15. vol. 2. & Maresco. d. lib. 2. variar. resol. cap. 80*
51 *num. 15. & 16.* quia † sufficit, illam qualitatem adesse in eo, qui repræsentatur, vt faciat locum repræsentanti, vtpote, in quem transfertur *d. §. si igitur defunctus neque descendentes, vers. unde Auth. de hered. ab int ven coll. 9. & Auth. vt fratr. filij in princ. ead coll. Et in specie declarat Maresco. dict. lib. 2. cap. 80. num. 15. & 16.* cum repræsentatio fiat cum omnibus suis qualitatibus, *vt patet ex prædictis locis.* Et verò, si in parte exclusiua sufficit, qualitatem à statuto requisitam verificari in persona parentis, vt descendentium eius exclusionem operetur, *sicuti ostendemus infra num. 108 & seq.* quanto magis debet hoc sufficere in parte inclusiua, quæ fauorabilior est, vt operetur descendentium inclusionem? Maximè, cum expressio illius qualitatis non fiat ad finem excludendi descendentes ab iis qui talem qualitatem habent, sed ad finem excludendi eos, de quibus dubitari posset, an fratrum appellatione continerentur. Nam, si simpliciter diceret statutum, extantibus fratribus soror non succedat, dubitari posset, an censeretur exclusa soror vtrinque coniuncta extante fratre consanguineo tantum, quippe qui fratris appellatione continetur *l. Iurisconsultus 10. §. secundo gradu ff. de grad. & affin. l. 1 C. de legit. hæred. §. 1 inst. de leg. agn. succ.* vel, an censeretur exclusa extante fratre patruele qui & ipse frater, vt plurimũ appellatur *l. 1. vers. quarto gradu & dict. l. Iurisconsultus 10. §. quarto gradu, vers. eodem gradu, ff. de grad. & affin. §. quarto, vers. eos verò inst. eod.* Tollendę igitur huius dubitationis gratia solet in statutis adijci illa qualitas duplicitatis vinculi, vel germanitatis, vel excludat fratres sanguineos tantum, vel fratres patrueles, non etiam, vt excludat nepotes ex fratre vtrinque coniuncto, vel fratre germano, *sicuti rectè declarant Gabr. d. consil. 1. num. 15. & Maresco. d. lib. 2. cap. 80. num. 15. & 16.*

Quinto & vltimo procedunt, etiam si filius, vel frater, qui fœminam exclusisset, in vita illius, de cuius bonis agitur, cum iuramento renunciasset illius hæreditati: Adhuc enim nepos ex prædefuncto fœminam excluderet, † *vt rectè scripsit* 52
Ang. de Gambell consil. 33. n. 9. versic. sed tamen, & num. seqq. quia. † cum talis renunciatio, tamquam facta sub tacita conditione, si hæreditas renuncianti deferetur, eo præmortuo 53
pro non facta habeatur, *vt ostendimus in q. præced. num. 22 & seqq.* Consequens est, vt non possit nepoti obesse, *secundum ea, quæ diximus ibi num. 1 & 14.*

Secundus verò casus est, quando masculus, cuius existentia fœminam exclusisset, decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, relicta filia, & pariter tractatur de successione ascendentis, aut patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ, Et tũc verius, & receptius est, talem filiam non ingredi locum patris, nec censeri statuto inclusam, vt amitam excludat. † *Ita enim* 54
scripserunt Cin. in l. 1. num 6. C ad leg Iul. de adult. Bart. in d. l. liberorum 220. num. 15. ff de verb. sign. Ant de Rosell. de succ. ab int. num. 37. & 125. vers. Neptis tamen, Dec in l. venia. 2. n 7 vers. Non obstat ratio, C. de in ius voc. & cons 308. in princ vers. & ista conclusio & num. 5. & 6. vers. & ex isto, & cons. 318. n. 2. Ruin. cons. 143. nu. 9. vers. nec qualitas vol. 2. Gramma. dec. 63. num. 14. & 15. vers. & istam opinionem, & num. 16 & in fin. vbi refert ita fuisse indicatum, quia † aut vult eam excludere, 55
tamquam comprehensa in verbis statuti saltem latè sumpto vocabulo, Et non potest, quia verba illius nullo modo possunt eam complecti, siue statutum excludat fœminas extantibus masculis, vel agnatis, siue eas excludat extantibus filijs, aut fratribus: Nam, si eas excludat extantibus masculis, res caret dubio, quia masculi vocabulum nullo modo potest ad fœminam referri † *l. 1. C ad l. Iul. de adult.* Si verò eas exclu- 56
dat extãtibus agnatis, idem dicendum est, quia, licet agnatorum verbo possint etiam fœminæ ex agnatis prouenientes contineri † *l. lege 12. tab. 14. C. de legit. hæred. § cæterum, vers.* 57
& hæc quidem, & vers. quare etenim inst. de legit. agn. succ. hoc tamen fallit, quando in dispositione habita est ratio conseruandæ agnationis: nam tunc fęminæ etiam agnatæ non cõtinentur † *d. § cæterùm, vers. quod ideo inst. de leg. agn. succ. Et* 58
in specie declarant Soc. Sen. consil. 63. numer. 14. ... ex quibus multum vol 3. & cons. 73. num. 11. vol. 4. Ruin. cons. 146. num. 4. vol. 2. Paris. cons. 57 num. 8. & seqq. vol. 2. & consil. 22. num 40. & seqq. vol. 3. Curt. Iun. cons. 154. num 11. & 12. Soc. Iun cons. 1. num. 118 & cons. 119. num. 35. vol 1. Ant Gabr tit. de verb. sign. concl. 6. num. 60. & seqq. Cran. cons. 180. num. 1. & cons. 150. n. 2 nec masculinum concipit fœmininum, † *vt scribunt Corn.* 59
cons. 335. num. 20. vol. 1. & cons. 224. num. 5. vers. & per prædicta & num. seqq. vol. 2. Tiraq. de retra lign. §. 1 gl. 9. num. 196. Pereg. de fideic. artic. 25. num 47. & cons. 12 nu. 4. vol. 3 Menoc. cons. 204 num. 19. & de præs. lib. 4 præs 84 num. 8. scilicet, quia † per eas non potest agnatio conseruari, cum sint finis agna- 60
tionis *l. pronuntiatio 195. § fin. ff. de verb. sign.* Quod si eas excludat extantibus filijs, adhuc idem probandum est, quia † fi- 61
lij appellatione tunc comprehenditur nepos, aut neptis, cum filius simpliciter consideratur, vt filius, secus verò, cum consideratur, vt habens aliquam qualitatem, quæ nõ conueniat nepoti, aut nepti, *vt dicemus infra num 88.* At, quoties statutum excludit filias extantibus filijs non consideratur filius, vt filius, sed, vt masculus, & sic, vt habens qualitatem masculinitatis, cum statutum discretiuè loquatur de filijs, & filiabus *ex not in l. quisquis 5. Cod. ad l. Iul maiest.* Vnde, cum hæc qualitas non cadat in neptem, fit, vt filij appellatio nõ possit eam comprehendere, & cõsequenter, vt non possit illa, quasi statuto comprehensa amitam excludere. *Ita ratiocinantur Cin in d. l. 1 n 6. C ad l. Iul. de adult. Bart. in d. l. liberorum 220. n 15. ff. de verb. sign. Ant. de Rosel. de succ. ab intest. n. 125 vers. neptis tamen, Dec. d. cons. 308. in princ. vers. & ista conclusio. & d. cons. 318. n. 2. Ruin. dict. cons. 143. n. 9 vers. Nec qualitas, vol. 2. Gram. d. decis. 63. n. 11. & 15. vers. & istam opinionem.*

Nec obstat, quod etiam filia videatur habere qualitatem masculinitatis eo ipso, quod descendit à masculo, & eum repræsentat, quia hoc procedit, quoties filia venit ex persona patris,

patris, vt, cum pater erat viuus tempore delatæ successionis, & postea decessit: Tunc enim verum est, posse filiam, quæ venit, vt eius hæres, dici masculum, non quidem verè, sed repræsentatiuè, quia repræsentat patrem, & sic masculum, qui fęminam exclusit, *ut declarant Cin in d l. 1. num 6. C. ad l. Iul. de adult. & Dec. d. conf. 308. num. 5* Cęterùm, quoties venit ex persona propria prout euenit, cũ pater erat præmortuus, tunc verius est, non posse eam dici masculum, quia venit, vt ipsa, & sic, vt fęmina, non, vt masculus, *ut delarat Cin. in d. l. 1, n. 6. Cod. ad l. Iul. de adult.* & qualitates à statuto requisitæ debent verificari in ipsa nepte, non in patre, *ut ait Gramm. d. decis 63. num. 11.* Aut verò hæc filia vult amitam excludere, non tamquam statuti verbis comprehensa, sed, tamquam persona, ad quam debet extendi statutaria dispositio, Et nec etiam
62 potest, quia † tunc licita est extensio, cum in persona, ad quã ea fieri debet, militat statuti ratio, *ut diximus supra num. 23.* Atqui in nepte ex filio non militat ratio statuti, quia ratio est, ut bona in agnatione cõseruentur, & hæc cessat in nepte, vtpote, per quam non conseruantur bona in agnatione, sed in alienam familiam transferuntur. Ergo ad eam non debet extendi statutaria dispositio. *Ita ratiocinantur Cin. in d. l. 1. num 6. C. ad leg Iul. maiest. Ant. de Rosel. de succ ab int. n. 73 & 115. uers. neptis tamen, & num. seq. Grammi d. decis. 63. n. 15 uers. sed ipse. Et rectè, quicquid censuerit Bart. in d. l. liberorum 220 n. 15. cuius opinio communiter improbatur, ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 54. & seqq.*

Hinc intelligimus, præmortuo masculo relicta filia, si nullus alius masculus superfit, cessare statutariam dispositionẽ, & hæreditatem secundum ius commune, tàm nepti, quam amitæ deferri, *ut declarat Affl. supra constit. Regn. libr. 3. rubr. 23. num. 65.* Si verò superfit alius masculus, puta frater prædefuncti, aut filius fratris, eum solum censeri statuto inclusum, vt amitam excludat, & eius portionem beneficio statuti consequatur.

Tertius casus est, quando masculus, cuius existentia fęminam exclusisset, decessit viuo eo, de cuius bonis agitur, & tractatur de successione non ascendentis, aut patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ, sed vlterioris, Et tunc receptum est, filium non ingredi locum patris, sed successionem ad eos pertinere, qui tempore mortis eius, de cuius bonis agitur in
63 proximiore succedendi gradu reperiuntur, † *vti videre est apud Paris. conf 20. num. 28. vers & prædicta etiam vol. 2.* quia,
64 † cum statutariæ successiones regulentur secundum naturã earum, quæ iure communi deferuntur, & in ijs non fit locus representationi, nisi, quoties tractatur de successione alicuius ascendentis, aut patris, vel amitæ auunculi, vel materteræ, *ut diximus in hoc capit. quæst. 1. numer. 14. & 18.* Consequens est, vt nec possit esse locus, quoties tractatur de successionibus statutarijs.

Sed hæc quidem dicuntur, cum quærimus, an filius veniẽs iure repræsentationis eodem, quo parens censetur iure actiuè. At, si quæramus, an eodem iure censeatur passiuè, constat quatuor esse distinguendos casus, quorum

Primus est quando parens, si superuiueret, remaneret exclusus, non alicuius contemplatione, sed mero sui odio, Et tũc receptum est, filios ingredi quidem locum patris, sed non eodem cum illo censeri iure, quia exclusio patris aut matris nõ
65 obest filijs ex propria persona venientibus † *l. 2. §. fin. ff. ad Tertull. & ibi declarat Bart. in §. videndum nu. 2. vers. Respondeo ad hanc legem, & post eum Nat. conf. 581. num. 31. versicul. Restat modo.* Itaque, si pater, aut mater excludatur propter vitium, vel delictum suum, vt, quia fuerit ingratus, non cen-
66 sebuntur exclusi nepotes ab eo descendentes † *l. 3 §. si emancipatus, ff. de bon. poss contra t. Et scribunt Bart. in d l. liberorum 220, num. 16. ff. de verb. sign. Bald. in d. l. maximum vitium 4. num. 2. vers. Non obstat C. de lib prater. Imol. in d l. qui superstitis 93. num. 1. vers. sed aduerte, ff de acq. hæred. Ceph. conf. 103.*
67 *num. 15. Nat. d. conf. 581. num. 32. & 35.* quia † in ijs cessat exclusionis ratio, nempe vitium, aut delictũ, *vt scribit Ceph. d. conf. 103. num. 15.* quippe, quod in descendentes non transit, *vt not. in l si qua pœna 7. ff. de his, qui sunt sui, vel al iur. & l. si necem 4. §. si deportatus, ff. de bon. lib.* Et in his terminis accipiendi sunt, qui simpliciter tradiderunt, exclusionem matris factam à statuto non nocere filijs ex propria persona ve-
68 nientibus, † *vt Galua. conf. 2. num. 2.*

Secundus verò casus est, quando parens excluditur fauore alterius, puta fęmina fauore masculorum, & ea præmoritur relicta filia, & sic alia fęmina ab exclusa descendente, Et tunc, si quæramus, an etiam ea sit exclusa, & ita censeatur eodem iure, quo mater, in cuius locum succedit, constat esse distinguendum: Aut enim statutum loquitur de fęmina, puta dicit, extantibus agnatis, vel, extantibus masculis fęminæ non succedant, Et tunc res caret dubio: Nam, quia fęminæ appellatio complectitur omnes personas, quæ non sunt sexus masculini, ideo non est dubitandum, quin etiam neptis censeatur exclusa, tamquam fęmina, quæ statuti uerbis compræhenditur. Aut uerò statutum non loquitur de fęmina, sed de filia, uel sorore, Et tunc uideretur dicendum, neptem ex filia, uel sorore prædefuncta non censeri exclusam.

Primo, quia in ea cessant verba statuti, quippe, quod loquitur de filia, vel sorore, non de nepte, Ergo cessare etiam debet ipsius statuti dispositio † *l si verò 65. §. de viro ff. solu* 69 *matr. Et facit etiam l sed & milites 10. §. hac autẽ, ff de excu. tut. Ita dubitando ratiocinantur Bald in l quod verò 13. n. 2. ff. de legi. m d. l. si verò 65. §. de viro, versic. Et prædicta faciunt, & conf. 171, n. 2. vol. 2. Nat. conf 581, n. 26. vers. Idem sensit.*

Nec obstat, si dicatur, appellatione filiæ contineri neptem, quia, cum hoc fiat abusiuè, non secundum propriam significationem, † *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 4. Et in his* 70 *terminis declarat Bald. in d l. quod verò 13. nu 2. ff. de legib & post eum Nat. dict. consil. 581. num. 26. versic. idem sensit,* Consequens videtur, vt non procedat in statutis fęminarum exclusiuis, vtpote, in quibus, tamquam correctorijs iuris communis, & exorbitantibus, verba sunt strictè, & propriè accipienda, *vt diximus supra num. 5. Et in proposito considerat Surd. consil. 85. nu 1.*

Secundo verò id ipsum videtur comprobari ea ratione, quia valet argumentum à pacto ad statutum † *l. fin vers. si* 71 *enim & ibi not. omnes, C. de fideiuss. Et scribunt gl. in rubr. C. de decr. decur. lib. 10. Latè Euer. in sua cent. argum. loco à pacto ad legem n. 1.* Sed pactum excludens filiam à successione patris, non nocet nepti ex propria persona venienti, *vt ostendimus in q. præced n. 1. & seqq* Ergo, nec statutum. *Ita dubitando arguit Surd. d conf. 85. num. 2. & 3.*

Tertio facit, quia, sicut se habet forma testandi, ita se habet forma legis, aut statuti † *§. disponat, Auth. de nupt. coll 4.* 72 Sed, si pater in testamento exhæredet, & ita excludat filiam, & neptem prętereat, deinde filia moriatur viuo patre, neptis, tamquam præterita rumpit testamentum, *l. 2. C. de lib prat.* nec ei nocet exhæredatio, siue exclusio matris. Ergo idem dicendum est, & in statuto, vt scilicet excludens filiam non censeatur excludere neptem, quam præterijt, si filia viuo patre decesserit. *Ita arguit Bald in l. maximum vitium 4. num. 2. C de lib. prat.*

His tamen non obstantibus verius est, quod nostri passim, & communiter tradiderunt, scilicet statutum, excludens filiã masculis extantibus, censeri etiam excludere neptem ex filia, & excludens sororem censeri etiam excludere neptem ex sorore. † *Ita enim de nepte ex filia scripserunt Bart. in l. libero-* 73 *rum 220. num. 16 ff. de verb. sign. Bald. in l. venia. 2. nu. 5. & ibi Dec num. 7. & 8. C de in ius. voc. Bald. in d. l si verò 65 §. de viro, vers. Et prædicta faciunt & ibi Imol. num. 33. ff. sol. matr. Bald. in d l. quod verò 13. num. 3. ff. de legib. & in d l. maximum vitium 4. n. 2. vers. solu. quandoque, C. de lib prat. & conf. 171. in fi. vol. 2. Ang in §. reliquum, n. 4. vers & hoc facit, Auth. de hæred. ab int. ven. coll. 9. Castr. in l. qui exceptionem 40. in princ. num. 5. ff. de condind. & in l illam 19. num. 9. C. de collat. Alex. conf. 89. n. 7. vol. 6. Bologn inter consil. eiusdem Alexan. conf. 53. num. 24. vol. 4. Abb. conf. 75. nu 6. vol 1. Dec. conf. 634. num. 5. Ruin conf. 143. num. 9. vol. 2. & conf. 140. num. 16. vol. 3. Ceph conf. 5. nu. 13. & conf. 105. num. 13. Nat. conf. 581. num. 26. vers. Idem sensit, & num. 31. vers. Restat modo Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. num 41. Menoch. conf. 235. num. 24. Bec. conf. 107. num. 16. Surd. d. conf. 85. num. 10. uers. Attamen, & conf. 185. numer. 3.* Imo magis neptem, quam filiam, aut sororem, † *ut scribunt* 74 *Bald. in d l. quod uerò 13. n. 3. ff. de legib. Bologn inter conf. Alex. conf. 53. num. 5. uol. 4 Gram. dec. 63. num. 12. uers. & idem uidemus, Nat. d conf. 681. n. 26. uers. & idem sensit, & FRANCISCVS PISCINA, in eleganti illa dispositione, an statuta fœminarum exclusiua porrigantur ad bona forensia, nu. 16 quam adhuc*

adhuc adolescens summa cum omnium admiratione in lucem protulit, maiora cum responsorum, tum tractatuum volumina editurus, si non inuida mors eum in florenti adhuc ætate constitutum nobis eripuisset. Sed, qui scitos, & doctos animi parens relinquere non potuit, filium reliquit ingenij successorem, in quo viuit

& facundi lingua parentis,
Et res hæredem reperit illa suum.

vt Ouidij verbis vtar. Hic est IOANNES IACOBVS PISCINA, qui cum Senator esset, ob singularem, quam cum iuris scientia coniunxit in publicis negotijs pertractandis peritiã post varias legationes, quibus apud Potentissimos Reges est perfunctus, ad secundi indeque primi Senatus Præsidis culmen euectus, tandem magnus Sabaudiæ Cancellarius creatus est, quo nunc officio summa cum integritate fungitur subrogato in sui locum acutissimi ingenij filio FRANCISCO PISCINA
75 *Senatore integerrimo*, quia, † cum neptis sit remotior, Consequens est, vt non debeat esse melioris conditionis, quam filia, vel soror, quæ est proximior, *vt in proposito ratiocinatur Surd. d. conf. 85. num. 10. uers. Attamen*, ne plus habeat filia, quam mater, *contra regulam l. si vna matre 3. C. de bon. mater. quam in proposito considerant Bald. in d. l. si uerò 65. §. de viro uers. Et prædicta faciunt & ibi Imol. n. 33. ff. sol. matr. Bald. in d. l. venia 2 num. 5. & ibi Dec. num. 7 C. de ius uoc. Bald. in d. l. maximum uitium 4. num. 2 uers. Præterea, cum ratio. Cod. de lib. prat. r. Nat. dict. conf. 581 num. 26 uers. Præterea cum ratio, Surd. d. conf. 85. num. 10 vers. Attamen, & Franch Pisc. in d. disput an stat. fœm. exclus. porrigant. ad bon. for. num. 16.* Nec dicat filia, se non esse remotiorem matre, quod eius personã,
76 & gradum repræsentet, quia hoc retorquebitur: Nam, † si repræsentat matrem, quæ est exclusa, Ergo, & ipsa debet cẽseri exclusa, *vt arguunt Bald. in d. l. venia 2 num. 5. & ibi Dec. num. 7 Cod. de in ius voc.* ne plus iuris habeat repræsentans, repræsentato *cõtra regulam, quam retulimus in q. præced. n. 4.* Quam in rem faciunt ea, quæ de exclusione nepotis ex filia dicemus in sequenti casu: nam ea multo magis militant in nepte, vtpote, in qua sexus etiam qualitas verificatur quæ alioquin cessat in nepote, tamquam masculo. Quamobrem, & ad neptem adaptantur, *vti videre est apud Surd. d. conf. 85*
77 *num. 10. vers. Attamen.* Et verò cum † ratio, propter quam statutum excludit fœminam, nempe fauor masculorum, & agnationis conseruandæ militet etiam in nepte, Consequens est vt etiam in ea procedat statuti dispositio. *Ita arguunt Bald. in d. l. quod verò ... num. 2. ff. de legib. in d. l. venia. 2. nu. 5. C. de in ius voc. & in d. l. maximum vitium 4. num. 2. vers. Præterea, cum ratio, C. de lib. præter. Ceph. d. conf. 05 nu. 13. Nat. d. conf. 58. num. 26. vers. Idem sensit Surd. d. conf. 85 nu. 10. vers. Attamen.* Idque adeo verum est, vt procedat etiamsi qualitas à statuto requisita nõ verificetur in nepte: Sufficit enim verificari in persona matris, vt eius filia censeatur exclusa, *sicuti patebit ex ijs, quæ de nepote ex filia dicemus infra num. 108. & seqq.* Itaque, si statutum excludat filiam dotatam, censetur etiam excludere neptem ex filia quamuis non sit dotata.
78 † *vt in specie de nepte ex filia scribunt Ceph. consil. 5. num. 14. & Surd. d. conf. 85 num. 46. & d. conf. 355. num. 49 & 50. vbi testatur hanc esse veriorem, & receptiorem.* Et, si excludat filiam maritatam, censetur etiam excludere neptem, quamuis
79 non nuptam, † *vt scribit Surd. d. conf. 355, num. 50.* quia qualitas in persona matris verificata influit in omnes ab ea descendentes, & eorum exclusionem operatur, etiamsi inspecta sui persona talem qualitatem non habeant, *vt scribunt omnes, quos referemus infra num. 109.*

Neque obstant contraria: Ad primum enim respondeo neptem non excludi ex vi capitis exclusiui, quippe, cuius verba cessant, sed excludi ex vi capitis inclusiui scilicet, quia statutum includendo masculos censetur omnes alias personas excludere, *vt ostendemus infra num. 105.*

Ad secundum verò respondeo valere argumentum, si
80 † eadem sit ratio secus, si diuersa: Hic autem esse diuersam, quia pactum, siue renunciatio facta à matre non censetur pura, sed conditionalis: Continet enim conditionem si hæreditas ipsi matri deferetur. Vnde, quia talis conditio deficit, quoties ea præmoritur, ideo fit, vt pro nõ facta habeatur, & per consequentias, vt non possit exclusionem nepotum operari, *sicuti ostendimus in q. præced. n. 22. & seq.* At statutum excludit purè, & inijcit vinculum ab origine, & à natiuitate, ideoque operatur, vt neptis, tamquam proueniens à radice infecta censeatur exclusa, *secundum ea, quæ dicemus inf. n. 90. & seqq. Ita respondet Surd. d. conf. 85. n. 32. & 33.*

Ad tertium denique respondeo, longe aliam esse rationem testamenti, aliam statuti: † Nam, quoties in testamento exhæredatur filia non potest censeri exhæredata neptis, quia, 81
quoad eam non est seruata forma testandi, cum non fuerit nominatim exhæredata, ideoque nil mirum, si tamquam præterita infirmet testamentum. At hæc ratio cessat in statuto, quippe, quod hoc solum requirit, vt semel adsit filia dotata, ad hoc, vt filij statim censeantur inclusi, & per consequentias excludant, non solum filiam, quæ nominatim est statuti verbis comprehensa, sed etiam omnes ab ea descendẽtes *secundum ea quæ diximus supra n. 73. et dicemus infra n. 96 Ita respondet Bald. in d. l. maximum vitium 4. nu. 2. vers. solu. quandoque C. de lib. præter.*

Tertius casus est, quando fœmina contemplatione masculorum exclusa moritur viuo eo, de cuius bonis agitur, relicto filio. Et tunc maior est dubitatio, nunquid is censeatur eodẽ iure quo mater ita, vt, quemadmodum illa fuisset exclusa, si superuixisset, ita etiam censeri debeat exclusus eius filius, tametsi masculus. Et nonnulli quidem existimauerunt, cum non censeri exclusum: † *Ita enim post Iac. Butrig. quẽ refert.* 82
Bald. in d. l. maximum vitium 4. n. 10, vers. Alij dicunt C. de lib. præt. censuerunt Alex. consil. 75 num. 14 versic. Idem etiam fuit vol. .. & Surd. conf. 473, num. 4 licet num. 6. subijciat, hanc opinionem non esse tutam.

Primo quia † cum statutum in parte exclusiua loquatur 83
de fœmina, puta filia, vel sorore, & sic de persona habente qualitatem sexus fœminini, & hæc qualitas non conueniat nepoti, tamquam masculo, consequens videtur, vt is non possit statuti verbis esse comprehensus, & per consequentias exclusus. *Ita dubitando arguit Bart. in d. l. liberorum 220. num. 14. ff. de verb. sign. & post eum Nat. d. conf. 541. nu. 26.* Est enim hic casus à statuto omissus, ideoque remanere debet in dispositione iuris communis *l. commodissimè 10. ff. de lib. & posthum.*

Hæc dicas, appellatione filiæ contineri nepotes, & alios ab ea descendentes, quia nunquam reperies hoc lege cautum, *ut ait Bart. in d. l. liberorum 220. n. 14. & post eum Nat. d. conf. 581 n. 26.* Imo exemplo pessimum est, fœminino vocabulo masculos contineri *l. si ita scriptum 46. in princ. ff. de leg.*

Secundo videtur id ipsum, & ratione confirmari, quia
† defectus parentis non nocet filijs in iis, quæ non habent ab 84
ipso parente, sed à lege *l. 2. §. fin. ff. ad Tert.* Sed ius succedendi non habet nepos à matre sed à lege, *vt diximus in q. præced. nu. 21.* Ergo in eo non debet matris defectus illis nocere. *Ita dubitando ratiocinatur Nat. d. conf. 58 n. 25. vers. accedit.*

Tertio prædicta multo magis videntur procedere, si statutum excludat fœminam sub aliqua qualitate, quæ non conueniat nepoti, puta dicat, filia dotata, vel maritata non succedat extantibus masculis: Nam quia illa qualitas, nec de iure, nec de facto cadit in nepotem, † *vt considerat Bald.* 85
in dict. l. maximum vitium 4. numer. 11. versicul. ego finaliter, Cod. de lib. præter. ideò non videtur is statuto exclusus † *Ita* 86
censuit Bald. in l. scimus 36. in fin. princ. C. de inoff. test. & in d. l. maximum vitium 4. n. 11. vers. ego finaliter, C. de lib. præt. & post eum Corn. consil. 21. nu. 24 & 25. vol. 1. quia, † cum in eo cesset 87
exclusionis ratio consequens videtur, vt cessare etiam debeat ipsa exclusio, & sic ut debeat admitti, licet eius mater fuisset exclusa *vt ait Ceph. conf. 105. num. 13.* Generale enim est, ut, quando lex loquitur de filio non simpliciter, sed respectu alicuius qualitatis, quæ in eo reperiatur si illa qualitas nõ sit in nepote non trahatur ad eum, † *l. fin. C. de nat. lib. Et docet* 88
Bart. in d. l. liberorum 220. num. 6. vers. Item prædicta vera, & num. 13 vers. veritas autem, ff. de verb. sign. & post eum Corn. d. consil. 21 num. 25. vol. 1.

His tamen non obstantibus uerius, & receptius est, censeri etiam exclusum nepotem, tametsi masculum. † *Ita enim in* 89
simplicibus terminis censuerunt Bart. in d. l. liberorũ 220. n. 14. vers. Quæro, pone, & nu. 16. & ibi Alc. num. 11. ff. de verb. sign. Bart. in d. l. 2. §. videndum, num. 3 ff. ad Tert. Bald. in d. l. maximum vitium 4. n. 2. vers. Et idem dico, & nu. 11 vers. Ego finaliter, C. de lib. præt. & d. conf. 171. in fin. vol. 2, Castr. in d. l. qui exceptio-

ceptionem 40.in princ.num.5.ff.de cond.indeb.& conſil.421.n 2.
verſic.primo probatur, *& num.5.verſ Prædicta quidem,vol.1.*
Imol.in d l.qui ſuperſtitis 93.n.1.verſic ſed aduerte, ff. de acqu.
hæred.Roma.conſil.40.num 4.Alex in d.l.illam.19.num.7.C.de
collat.& conſil.75.num.14.verſic.vel aliter reſpondeo,vol.1.&
conſil.36.n.11.vol.6.Bologn.inter conſil. eiuſdem Alex.conſ 53.
n.5.vol.4.(Soc.Sen.conſil 31.n.3.verſ.3 probatur,vol.1.Corn.d.
conſil.21.n.25. vol.1.Cur.Iun.conſ.5.n.34. Ruin.conſil 120.n.2.
& 13.verſic.& probatur hoc etiam,vol.1.conſil.143.n.6.vol 2.
Pariſ cons.94.n.34.vol.3.Soc.Iun.conſ.69.num.26.& 26.vol.3.
Chaſſa.cons.47.n.31.Ceph.conſ.5.n.18.& cons 470.n.23.Nat.d.
cons.581.n.26.& ſeqq.Tiraq.de iure primog.q.12.n.12.Surd.d.
cons.85.n.25.cons.133.n 2.et d.conſil.355 n 50.Franc Piſc.in d.
diſput.an ſtat.fœm exclu porrig.ad bon.for.n.18.Men.cons.111.
n.1.cons.318.n.21.& conſ.400.n.35.& 41.Burſ.cons.302.n.36.
90 Primo,quia † filius etiam ex propria perſona veniens non
poteſt ad alicuius inteſtato defuncti ſucceſſionem admitti ,
91 niſi procedat à parente ſucceſſibili † *l vlt.in fi. C.de nat.lib.*
c.ap.1.§.hoc autem notandum, De his, qui feud.dar.poſſ. Nam,
cum ab eo ſumat formam ſuccedendi ſicut ſumit originem
92 naſcendi, † *vt ſcribit Bald.in d.l. maximum vitium 40.n.10.*
verſic.& hoc quoad nepotem.& poſt eum Surd.d.conſil.85.n.10
verſic. Attamen, Conſequens eſt,vt,ſi parens non erat ſuc-
ceſſibilis,reſpectu illius,de cuius bonis agitur, nec eius filius
93 poſſit ſuccedere, † *vt declarant Bald. in d.l. maximum vi-*
tium 4.n.2.verſic præterea iſta neptis,et n.10 verſic.& hoc,quod
nepotem,Alex.d.conſil.75.n.14.verſic. vel aliter vol.1. late Ti-
raq de iur.primog q.12.n.5. & ſeqq. Nat. d.conſil.581.num.26.
verſic.Præterea iſta neptis,Surd.d.conſ.85.num.10. verſic. At-
tamen, tamquam proueniens à radice infecta,qui non minus
94 reijciendus,& excludendus eſt,quam radix ipſa, † *vt ſcribunt*
Bald.in dict.l.maximum vitium 4 num.2.verſic. Præterea iſta
neptis,Soc.Sen.d.conſil.31.nu.3. verſic.4.probatur.vol.1.Ruin.d.
conſ.143.n.9.vol.2.Soc.Iun contil.69 n.26.vol.3.Nat d.conſ.581
n 26.verſic.Præterea iſta neptis,Bec.d.conſil.107.nu.2.verſ. Cu-
ius,& n.16.Surd d.conſil.85.nu 10.verſic. Attamen,Theſ.Iun.
*lib.2.quæſt.for.quæſt.90.n.7.*cum ex radice vitioſa,fructus,ſiue
effectus vllus non naſcatur, *vt ait Franc.Piſc in d.diſput. an*
ſtat.fœm.excluſ.porrig.ad bon.for.nu.20. Et radice amputata
rami quoque neceſſario decidant, *vt ſcribunt Tiraq. de iur.*
primog d.q.12.n.5.Ceph.d.conſil.5.nu 19 Franc.Piſc.in ſupraci-
tata diſput nu.20. Et ſucciſa vena deficiat curſus ſiue fluxus
l. fluminum 24.§.fin.ff.de damn.inf.Surd.d.conſ.85.n 10.verſ.
Attamen. Et, niſi linea in capite ſumat principium, vlterius
produci non poſſit *l.quæcunque gerimus 10. ff.de act.& oblig.*
Et in propoſito conſiderant Bald.in d l.maximum vitium 4.n.2
verſic. Idem dico,Nat.d.conſil.581.n.32.verſ. Non obſtat,Surd.
d.conſ.85.n.10.verſic.Attamen. Hinc dicimus prohibitio vno
ſuccedere,cenſeri etiam prohibitos omnes, qui ab eo deſcen-
95 dunt † *d.l.vlt.in fin C.de natu.liber. §.ſi igitur defunctus,verſ.*
ex diuerſo,Auth.de hæred.ab int.ven.coll 9. Et ſcribunt Bald.
conſ.171.n.2.verſic.ſed in hoc articulo,vol.2.Soc.Sen.d.conſ.31.
n.3.verſic.4.probatur,vol.1.Dec.conſil 85. in fi. conſil.471 nu.7.
conſil 484.n.2 conſ.589.n.6.& conſil.634 n.5.Molin.de primog.
Hiſp lib 3.cap 5.n.41.Crau.cons.127.n.4.Tiraq de iur primog.
d.q.12 n 16.Bec d.conſ.107.n.2 vol.1. Surd d.conſ.85.n.1.in fi.
& conſil.185.nu.2. & conſ.355.nu.45. Et ſtatutum excludens
fęminam cenſeri etiam excludere omnes ab ea deſcendentes ,
96 † *vti videre eſt apud Bald.in d.l.maximum vitium 4.n.2 verſ.*
præterea iſta neptis Caſtr.in l.qui exceptionem 40.in prin.n.5.ff.
de cond.indeb Roma.conſ.40.n.4. Alex. in d l.illam 19.n.7.C.de
collat.& cons.89.n.19.vol.2.Ruin.d.cons,143.n.9.vol 2. & conſ.
18.n.10.vol.3.Pariſ.cons.94.n.34.vol.3.Molin.de primog. Hiſp.
d.lib.3 c.5.nu 41.Nat.d conſ.581.nu.29. & 32.verſ.non obſtat,
Nic.Bello.cons.15.n.13.verſ.vltimo,Burſ conſ.302.n.36.Bec.d.
conſ.107.n.2.vol.1.Men conſ.234.n.4. Surd.d cons.85.nu.11.d.
*cons.355.n.45 & cons.455.n.12.Theſ.Iun.d lib.2.q.90.n 7.*quia
alioquin melioris eſſent conditionis filij, quam mater,quod
97 eſſet abſurdum,& contra regulam † *l.ſi viua matre 3.verſ.*
Nam licet,C.de bon.mater quam in propoſito conſiderāt Bald.d.
cons.171.n.2 verſ.ſed in hoc articulo vol.2. Caſtr. cons.421.n.2.
verſ probatur,vol.1.Soc.Sen.d.cōs.31.n.3.verſ 4.probatur vol.1
Bolog.int cōs. Alex.cons.53.n.24.vol.4 Ceph.d.cons.5.n.15. Nat.
*d.cons.581 n.28.Men.cōs.400.n.40.Bec.d.cōs.107.n.2.uol.1.*Nā,
98 † cum veniant,vt ſubrogati in locum matris,*ſicut oſtēdimus*
in hoc c.q.10.n.7. Conſequens eſt, vt non poſſint habere plus
iuris,quam ipſa mater,*ex ijs quæ diximus,in hoc eod.c.q.11.n.4*
Vnde,quemadmodũ mater fuiſſet excluſa, ſi ſuperuixiſſet,
ita etiã debent cenſeri excluſi eius filij,& alij deſcendētes,qui
in ipſius locũ ſubrogantur. *Ita ratiocinantur Caſtr.d.cons.421*
n.2.verſ.primo probatur ſic,& n.5.uerſ. prædicta quidem vol 1.
Rom.d cons 40 n 4.verſ.& ex hoc ſecũdo, Nat d.cons 581.n.28
*Men.d.cons 400.n.35.*Quamobrē,ſicut in feudo non ſuccedit
fęmina,ita nec ſuccedũt ab ea deſcēdētes,quantũuis ſint ma-
ſculi *d.c.1.§.hoc autē notandū de his,qui feud.dar.poſſ.*Et,ſi,cō-
ſuetudine ſit receptũ.vt fęmina nō ſuccedat in Baronia, ne-
pos ex filia prædefuncta ad eã non admittetur † *Ita ſcribunt* 99
Cin.in Auth poſt fratres 2.n.2.C.de legit.hær.Bald.in Auth.ceſ.
ſante.n.3.verſ.undè facitC eod.Caſtr.d cōs.421.n.5.uerſ.Prædi-
cta quidē uol.1. Ant de Roſel.de ſucc.ab int.127 Nat.d.cōs.581
n.30.Frāc.Piſc.in d.diſp.an ſtat.fœm.excl porrig.ad bon.for n.18
Quod etiã ratione cōfirmatur:Nã,† quotiēs de vno extremo 100
ad aliud debet fieri trãſitus per aliquod mediũ,ſi illud eſt in-
habile,tranſitus impeditur † *l.qui ſella 7.§. fi.ff.de ſeru.ruſtic.* 101
præd.l ſi ædes 36 ff de ſeru.vrb.præd.l.in tradēdis 8.§ ſi ff.comm.
*prædiſ.*Sed in propoſito tranſitus,Succeſſionis,ſeu Iuris ſucce-
dendi debet à perſona defuncti,qui facit terminum,à quo,ad
perſonam nepotis qui facit terminum ad quem,fieri per me-
diam perſonam matris , quæ erat in priori, & potiori gra-
du, ſcilicet, quia omnis ſucceſſio debet tranſire de gradu in
gradũ,ita,vt non aliter fiat tranſitus ad gradũ ſequentē quã
ceſſet prior *l.1.§.quibus & §.ſed uidendũ ff de ſucc ed.* Ergo,ſi
mater erat inhabilis impedietur trãſitus ſucceſſionis ad filiũ
tãquã præexiſtente obſtaculo. *arg.l.2 ſi ſit conſanguinea ff.ad*
Tert.& l.Diuo Marco 11.C.de quæſtio. Ita arguunt Bart.in d.l.
liberorum 220 nu.14.uerſ. Quæro pone ff de uerb.ſign.Caſtr.d.
cons.421 num.3.uol.1.Soc.Sen dict.cons.31.num.3.uerſ.30.pro-
batur uol.1.Ruin.d cons.143.n.9.uol.2.Bec d.cons.107.num.16.
uol.1.Surd.d.cons.85 num.10.verſ. Attamen.

Secundo prædicta multo magis debent in ſtatuti obtinere
ſtãte,quod † ratio,qua moti ſunt ſtatuētes ad excludēdã ma- 102
trē,militat etiã in eius filijs,& deſcendentibus:Nã adeò matrē
excluſerũt,vt bona in familia cōſeruarētur,†*ſicuti generaliter* 103
dicitur de ſtatutis fœminarum excluſiuis uti uidere eſt apud Io:
in addit ad Spec in rub.de ſucc.ab int col.1. uerſ.per quæ patet,
Bald.in d.l maximũ uitiũ 4.n.2.uerſ.præterea. cũ ratio C de lib.
præt.Alex.in d.l.uema 2.nu.6.uerſ.Pro hoc etiã facit C.de in ius
uoc.et cons.89.n.3.uerſ Corroboratur.uol.6.Iaſ.cons.205.in prin.
et cōs.221 col.3 uerſ 3.moueor,uol.2.Nat d.cōs.581.n.29 Gabr.
cons 15.n.36 uol 1.& cons.10.n.2.& 15.uol.2. Hond.cōs.4.n.24
uol.1.ubi teſtatur,hãc eſſe magis communē,Men.cons.6 n.11.&
cons.95 n.60.& per cōſequentias, vt proſpicerent,& fauerent
maſculis,per quos bona in familia conſeruantur,†*ut in propo-* 104
ſito conſiderant Bart.in d.l.liberorum 220.n.14 & 16.ff.de uerb.
ſign Soc.Iun.cons.64.n.26.uol.3.Nic.Bello d cōs.15 n.24 uerſ.&
*ratio;*At hæc ratio ita militat in deſcendentibus ex fęmina,vt
in ipſa fęmina,qui,ſi illi ſuccederent,bona non conſeruaren-
tur in agnatione , ſed tranſirent in alienas familias. Ergo
etiam in eis debet habere locum ſtatutaria excluſio.

Tertio fortiſſimũ huius opinionis argumētũ ex eo veteres
deducũt,quod†huiuſmodi ſtatuta cēſentur habere duo capi- 105
ta,vnũ excluſiuũ fęminarum,alterũ verò incluſiuũ maſcu-
lorum,*vt oſtēdimus in 5.c.q.49.n.4.*Nã eo ipſo,quod excludũt
fęminas maſculis extantibus,cēſentur includere maſculos,cũ
excluſio vnius,ſit incluſio alterius,*l.cũ Prætor ff.de Iud. vt in*
propoſito cōſiderat Bald.d.cons.171.in fi.uol.2. nempe illius,cu-
ius contemplatione fit excluſio,ſcilicet,quia,quando vna de-
poſitio fit alicuius cōtemplatione,licet expreſſè verba ad illũ
non dirigantur,tamen ei competit actio. *l.ſeruo legato 72 §.ſi*
teſtator ff.de leg.pr.l.fideicommiſſa 11.§.interdũ ff de leg.3. Et
in his terminis conſiderat Bart.in l.2.§ uidendũ n.2. verſ.Præte-
rea,quando una ff.de ad Tert. & vbi quis remouetur à lucro
contemplatione alterius,illi debet applicari lucrũ cuius con-
tēplatione remouetur,*ut diximus in 5.c.q.49.n.2.Et in propoſi-*
to conſiderat Bart.in d §.uidendum n 2.uerſ. Præterea quando
aliquis, Deniq;illi ablatiui abſoluti,maſculis extantibus,tam-
quam prolati à ſtatuentibus qui poſſunt diſponere,inducũt
diſpoſitionē *l fideicommiſſa 11.§.cũ eſſet ff de leg.3.l.in ratione*
11.§ tametſi in fi.ff.ad l.Falc.Et in propoſito cōſiderāt Bart.in d.
§.uidendū n.2.& Bald.in d.l.maximum uitium 4.n.2 uerſ.Sol.

quandoque, & operantur, vt perinde sit, ac, si statutum nominatim cauisset, vt hæreditas ad masculos pertineret, quæ res efficit, vt omnes alij etiam statuti verbis non compræhensi censeantur à successione exclusi, quia inclusio vnius, est alterius exclusio
106 † *l. cum prætor 12. in prin. ff. de iudic. l. quod in rerũ 24. §. si quis post in fi. ff. de leg. pri. Et in his terminis arguũt Bald. in d. l. maximum vitiũ 4. n. 2. vers. Sol. quandoque & Nat. dict. cons. 581. n. 26. vers. eandẽ & nu. 32. vers. non obstat.* Licet igitur nepotes, & neptes alijq; descendentes ex filia, vel sorore non possint dici compræhensi in capite exclusiuo, & sic eius vi exclusi, censentur tamen exclusi vi capitis inclusiui, quod includendo masculos, siue agnatos censetur omnes alios excludere. *Ita eleganter declarant Bart. in dict. l. 2. §. videndum nu. 2. vers. Non obstat, si dicis ff. ad Tert. & in d. l. liberorum 220 num. 16. ff. de verb. sign. Bald. in d. l. si verò 65. §. de viro, versic. & prædicta faciunt, & ibi Imol. num. 33. ff. sol. matr. in dict. l. Bald. maximum vitium 4. num. 2. vers. Solu. quandoque, C. de lib. præter. & d. consil. 171. n. 2. versic. Sed in hoc articulo, vol. 2. Nat. d. consil. 581. n. 26. versic. eandem, & n. 28.*

Nec est, quod obijcias, caput inclusiuum censeri relatiuum ad exclusiuum, ideoq; non aliter habere locum, quam, si statutaria exclusio verificetur in ijs personis, quarum odio masculi includuntur. Vnde, cum in proposito exclusio statutaria non verificetur in persona filię, vel sororis prędefunctæ, quippe, quæ potius morte, quam vi statuti excluditur, Consequens videri, vt cesset masculorum inclusio, quia respondeo, imo non esse necessarium, vt exclusio compræhẽsi locum habeat, sed sufficere masculorum inclusionem, ad hoc, vt omnes alij censeantur exclusi, sicuti declarat *Ceph. d. cons. 5. num. 17.* quia, cum causa exclusionis non sit persona, quæ statuto excludetur, sed persona, quæ includetur, Consequens est, vt illa sola, tamquam principalis debeat attendi, *sicuti declarat Bald. in l. quod verò 13. nu. 3. ff. de legib. & post eum. Nat. d. cons. 581. n. 26. vers. Idem sensit.*

Neque obstant contraria: Ad primum enim respondeo multipliciter, & primo, nepotes, licet non excludantur principaliter, excludi tamen per quandam consequentiam, quæ ducitur à defectu radicis, siue originis; Nam, quia procedunt à radice infecta, nempe à matre exclusa, ideo fit, vt non possint habere plus iuris, quam ipsa fuisset habitura, si superuixisset, *per ea quæ diximus supra nu. 90. & seqq.* Quamobrem statutum excludens fœminam censetur per quandam consequentiam excludere totam eius lineam, & sic etiam masculos ab ea descendentes, *vt diximus supra num. 96. Et in proposito respondet Nat. d. consil. 581. nu. 32. vers. non obstat:* Licet enim in eis mutetur sexus non tamen mutatur ratio exclusiua, cum non possint venire, nisi, tamquam matris imagines,
107 † *vt scribit Bald. in d. l. maximum vitium 4. nu. 2. vers. Idem dicit, & post eum Ceph. d. cons. 5. n. 18. Nat. d. consil. 581. n. 26. versic. Præterea ista neptis, Surd. d. cons. 85. num. 10. versic. Attamen, & Franc. Pisc. in dict. disputat. an stat. fœm. excl. porrig. ad bon. for. num. 20.*

Secundo respondeo, nepotes non excludi, si spectemus verba, secus verò, si mentem, & rationem statuti; nam, cum ita militet in nepotibus ex filia, vt in ipsa filia, ideò fit, vt etiã in eis locum habere debeat statutaria exclusio, *sicuti ostendimus supra num. 22. & seqq.*

Tertio respondeo nepotes non excludi vi capitis exclusiui, quippè cuius verba deficiunt, sed excludi vi capitis exclusiui, scilicet, quia statutum includendo filios siue agnatos, censetur non solum filias, sed etiam omnes ab ea descendentes excludere, *vt ostendimus supra num. 105. & seq.*

Ad secundum verò respondeo primo, id procedere in ea exclusione, quæ prouenit ex odio, vel delicto parentis, quæ, tamquam personalis non egreditur personam exclusi, & per consequentiam non nocet alijs ex propria persona venientibus, licet ab excluso descendant, *vt diximus supra num. 65. & seqq.* nos verò loqui de exclusione, quæ fit contemplatione masculorum: Nam hæc, quia censetur ipsos masculos includere, & vocare, ideò operatur aliorum omnium exclusionem, *vt supra dictum est. Et ita in specie respondent Bart. in d. l. liberorum 220. nu. 16. ff. de verb. sign. Bald. in d. l. maximum vitium 4. n. 2. versic non obstat, C. de lib. præt. Imol. in d. l. qui superstitis 93. num. 1. vers. sed aduersi ff. de acq. hæred. Nat. dict. consil. 581. n. 31. vers. Restat modo, & n. 35.*

Secundo respondeo, quod dicimus defectum parentis non nocere filio in ijs, quæ non habet ab ipso parente, sed à lege, verum esse, nisi ille idem defectus, uel etiam maior sit in ipso filio: nam tunc ei nocet, non tamquam parẽtis, sed, tamquam ipsius filij defectus. Vnde, quia defectus conseruationis agnationis maior est in filio, quam in matre, cum mater sit agnata, & saltem viuens conseruet bona in agnatione, filius verò sit cognatus. sequitur excludi filium non ex defectu matris, sed ex defectu proprio; *Ita respondet Castr. d. consil. 421. nu. 5. versic. Ad quintam vol. 1.* Denique cum filius descendat ex linea insuccessibili, nempe ex linea fęminina, sequitur vitium esse in tota linea, ideòque nil mirum, si excludatur, *dict. cap. 1. §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poss. in d. l. vlt. in fin. Cod. de natu. lib. Ita declarat Alex. d. consil. 75. nu. 14. versic. & alter, vol. 1.*

Ad tertium denique respondeo, imò procedere, etiamsi statutum excludat filiam sub aliqua qualitate, quæ nepoti, tamquam masculo non conueniat, puta caueat, vt filia dotata non succedat; Nam, licet illa qualitas dotationis non conueniat masculo, nihilominus censebitur exclusus nepos ex filia dotata quæ prædecessit. † *Ita scribunt Purp. consil. 436. num. 2. vbi testatur hanc esse veriorem, & communiorem, Ceph. consil. 5. numer. 13. versic. & quamuis, vbi ait, hanc opinionem in actu practica obtinere, & consil. 470. n. 27. Nat. d. cons. 581. n. 26. in princ. & versic. Præterea ista neptis. & n. 34. Capy. decis. 176. num. 12. Gabr. consil. 153. n. 16. vol. 1. Nic. Bell. d. consil. 15. n. 13. versic. vltimo Bec. d. consil. 107. n. 3. Surd. d. consil. 85. nu. 36. vbi ait, opinionem cõtrariam esse reprobatam & vix in foro posse obtinere, & d. consil. 185. num. 4. & 16. vbi ait. se non sequi contrariam opinionem, & consil. 355. num. 49 & 50. Et rectè, quicquid scripserit Ceph consil. 120 num. 4.* 108 quia † fat est, illam qualitatem existere in persona filię, vt influat in omnes eius descendentes, & operetur, vt, sicut ipsa, si viueret, remaneret exclusa, tamquam dotata, ita etiam per consequentias censeantur exclusi omnes ab ea descendentes. *Ita declarat Purp. dict. consil. 436. num. 2. Nat. d. consil. 581. nu. 34. Ceph. d. consil. 5. n. 14* 109 Rationes enim, propter quas excluduntur, quoties statutum loquitur simpliciter, militant etiam, quoties excludit, cum qualitate dotationis, scilicet, quia † fauor masculorum durat mortua filia, sicut ea viua, *vt considerant Purp. d. cons. 436. num. 1. & Surd. d. consil. 85. nu. 17.* & statim, atque filia fuit dotata, fit locus, capiti inclusiuo, quæ res operatur aliorum omnium exclusionem, *vt ostendimus supra n. 105. & seqq.* 110

Planè hoc ita demum verum est, † si dos data filiæ, quæ prædecessit, ad ipsos nepotes, vel neptes peruenerit. Cæterum, si ad patrem sit reuersa, vt, quia stipulatus erat, eam sibi reddi, vel erat locus, in quo seruabatur ius commune, verius est, non excludi nepotes ab eius successione, † quia licet statutum excludat filiam fauore masculorum, & per consequentias excludat etiam nepotes, & alios ab ea descendentes, hoc tamen facit contemplatione, & intuitu dotis, ideoque si illa ad patrem sit reuersa, quia, quoad nepotes pro non data habetur, cessat in eis exclusionis causa; Quamobrem cessare debet, & ipsa exclusio. *Ita post Iac. Butrig. eleganter declarant Castr. in d. l. qui superstitis 93. nu. 5. ff. de acq. hæred. Alex. d. cons. 75. n. 14. versic ideo dicebat, vol. 1. Capy. d. decis. 176. n. 13. Nat. d. cons. 581. num. 34. versic. unde dicebat, Gabr. consil. 153. n. 19. vol. 1. Bec. d. consil. 107. n. 4. & 24.* 111 112

Quartus denique casus est, quando vnus ex masculis, quorum existentia fęminas excludebat, prædecessit relicta filia, & tunc magna est controuersia, nunquid hæc eodem, quo pater censeatur iure, ita, vt quemadmodum, pater non fuisset exclusus, si superuixisset, ita etiam non censeatur exclusa ipsius filia. Nam plerique; existimarunt, eam non censeri statuto exclusam; † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. nemia 2. num. 5. Cod. in ius voc. Bolognanter con. Alexand. consil. 53. nu. 11. vol. 4. Soc. Sen consil. 122. nu. 2. vol. 3. Rum. consil. 141. n. 3. & cons. 143. num. 8. versic. & hoc ultra prædicta, vol. 2.* 113

Primo, quia, † licet in fauorabilibus verba sint latè accipienda, tamen in odiosis sunt accipienda strictè *l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest.* Quamobrem in his non est licita extensio de persona ad personam, licet in illis permittatur, *vt not. omnes in Auth. quas actiones, Cod. de sacros. Eccl.* Sed statuta fœminarum exclusiua in parte inclusiua sunt fauorabilia, *vt diximus supra numer. 24.* in patre verò exclusiua 114

sunt

115 sunt odiosa, † *vt scribunt Bart.in l.1.num.33.C.de sum.trin. & fid.Cath.Bald. in l.fin.num.2. vnd. leg. & in l.lege 12. tab. 14. in 2.not.Cod.de legit.hered.Ang.consil.210.numer.1. Alex. consil.128.num.1.volum.1. consil.7.num.6. in fin. & consil.115. num.8 vers.& prædicta,vol.2.Dec.cons.13.num.7.vers.& quod statutum,Soc.Iun.cons.1.num 46.in fin. vol.1. vbi ait, hanc esse magis communem.Decia consil.13.num.21. & cons.60.nu.41. vol.3.Surd.d.consil.85.num.1.* Ergo, licet in illa verba accipiantur latè, & extensio permittatur, ita, vt fęmina exclusa propter filios censeatur etiam exclusa propter nepotes ex filijs,*sicut ostendimus supra num.14.& seqq.* tamen in hac sunt
116 accipienda strictè,& non debet esse licita extensio, † *vt scribunt Bald.in l.illam 19 num.1.Cod.de collat. & in l.sed & milites 10.in princip. ff. de exc.tuto.Paris.consil.45. num.77.vol.3. Ant.Gab.tit.de statu concl.7.in princ. & num.21.Hyer Gabr. consil.14.num.32.vol.1. & consil.100 num.29.vol.2. Decia.d. consil.13.num.16.& d.consil.60.num.42.vol.3. Hond.consil.57. num.70.vol.1.& consil.15.num.12.vol.2.* eaque ratione, licet statutum propter masculos excludat filiam, non tamen propter eos debet excludere neptem ex filio. *Ita arguunt Bald. in dict.l.venia 2.num.4.in fi.& num.5. C.de in ius voc.& Ruin. d.consil.141.num.3. & dict.cons.143.num.8.vers. Et hoc vltra prædicta vol.2.*

117 Secundo quia; † qui aliquem repræsentat, censetur eodē iure,quo is,quem repræsentat, *Auth post fratres 1.C.de legit. hered.* Sed neptis ex filio repræsentat ipsum filium §. *cum filius,inst.de hæred.quæ ab int.def.* Ergo debet censeri eodem iure,quo filius,& per consequentias,quemadmodum filius non fuisset à fratribus exclusus,sed successisset, ita etiam non debet censeri exclusa neptis ex eo, tamquam ipsum repræsentans. *Ita arguunt Bald in d.l.venia 2.num.5.C. de in ius voc. Bologn inter consil. Alex.d.cons.53.n.22.vol 4.Ruin d.cons.141. n.3.& d.cons.143.n.8.vers.& hoc vltra prædicta,vol.2.*

His tamen non obstantibus verius,& receptius est, huius-
118 modi neptem censeri exclusam, †*vti videre est apud Castr.d. l.qui exceptionem 40.in princ.n.5. ff de cond indeb.Alex.in d.l. venia 2.n.6.& ibi Ias.n.6.Dec.n.7. vers.secundus casus est, & Alc num.19.C.de in ius voc.Ias.consil.141.col.5.vers.2. pro eadem parte, & consil.221.col.2.versic.sed,quamuis,vol.2.Ruin. cons.140.n.16.vol.3.Curt.Iun.consil.111.n.17. versic.non obstat dictum Baldi.Soc.Iun.consil.168.n 45.vol.2.& cons.10.num 17. vol.4.vbi testatur, doctrinam Baldi contrarium tenentis in hoc communiter reprobari,prout etiam testantur Gabr.cons.16.n.15 vol.2.Roll consil.82.num.41.versic. Nec obstat,quod in fi.vol.3. Men.consil.95.n.48.& 86.consil.235.n.35 & cons 427.nu.12.& Franc Pisc in d.disputa.an statu. fœm.exclu. porrig.ad bon.for. num.21.* non solum, si supersit alter filius, sed etiam, si su-
119 persit nepos, ex filio prædefuncto, † *vt declarat Bald. in l. si emus 36 in princ.n.12.C.de inoff. testa.* quemadmodum extante fratre, aut filio fratris excluditur alterius fratris filia, si statuto caueatur, vt soror non succedat extantibus fratri-
120 bus, † *sicuti rectè scripserunt Gabr.d.consil.15.n.10. vers. respondendo & n.25.& cons.19 per tot.vol.2.Men d.cons.235.n.18 vers.Cœterum,& n.35,vbi testatur, hāc esse receptam DD.opinionem,& cons.427.n.12.* Probatur autem hæc sententia.

121 Primo,quia † ratio statuti militat etiam in hac nepte,scilicet,quia ratio est,vt bona conseruentur in agnatione, nec in alienas familias transferantur, *vt diximus supra num.103.* & hæc ratio ita militat in nepte ex filio, vt in filia, quia, si neptis ex filio succederet, transferret bona in alienam familiam. Ergo etiam in ea debet habere locum statuti dispositio. *Ita arguunt Bald in d.l. si fœmus 35.in princ.num.12.Cod. de inoff.test.Castrens. in dict.l.qui exceptionem 40.in princ.nu.5. ff.de cond.ind.Dec.in dict.l.uenia.2.num.7.versic. contrarium, C.de in ius uoc.*

122 Secundo probatur, quia † non debet esse melioris conditionis neptis, quæ est remotior, quam filia, quæ est proximior, *ut diximus supra num.75.* Esset autem melioris conditionis, si admitteretur cum patruo,à quo filia excluditur. Non debet igitur admitti. *Ita arguunt Castr.in dict.l.qui exceptionem 40.in princ.num.5. ff.de cond. ind. & Dec. in dict. l. uenia. 2. numer.7. uersicul. Contrarium, ubi ait,omnes tenere, Cod. de in ius uoc.*

Neque huic sententiæ obstant contraria: Ad primum enim respondeo,imo statuta,quę masculis extantibus excludunt fęminas,simpliciter, & indistinctè loquendo censeri fauorabilia,non odiosa. † *vt scribunt Castr.in d.l.qui exceptionem 40.in princ.n.4. ff.de cond.indeb. Dec.in d.l.venia.2.num.5. versic.sed,quod imo,vbi testatur, hanc esse magis communem, & ibi Alcia.num.19 C.de in ius voc. Paris.consil.85 nu.29.vbi pariter testatur, hanc esse magis communem, vol.2.Curt.Iun. consil.9.num.3.Soc.Iun.consil.3.num.20.vol.1. Ceph consil.309. num.23 Cran.cons.118.num.9 Gabr.cons.14 nu.13.vol.1. Men. cons.4.num.14.Thes.decis.37.num.6.Hond.cons.9.nu.38.vol.2 Surd.consil.553.num.9.* 123

Nam, † licet videantur odium continere quatenus excludunt fęminas,censentur tamen fauorabilia, quatenus prospiciunt agnatis, & talis fauor odio præponderat, quia fauor conseruationis bonorum in familia, tamquam causa finalis, censetur principalis. odium verò exclusionis, tamquam medium, venit in consequentiam, & in statutis attenditur potius id,quod venit principaliter, quam,quod in consequentiam, *vt declarant Barba cons.4.num.1.versic. nam illud statutum,vol.1.Goz.ad.consil.5.num 6. Paris.d.cons.85.n.30.vol.2. Crau.d.cons.118.num.9.* Quamobrem in huiusmodi statutis, tamquam fauorabilibus permittitur extensio ad omnes personas,& casus,in quibus eadem viget ratio.prout viget in fęminis etiam ex masculis descendentibus,scilicet, quia,vbi eadem viget ratio, non dicitur propriè extensio, sed comprehensio, *ut diximus supra num.20.* 124

Ad secundum verò respondeo, id procedere, nisi diuersa sit ratio subrogati, & eius in cuius locū fit subrogatio, prout est in casu nostro: Nam ratio conseruationis bonorum in familia, quæ fuit causa finalis statuti, militat quidem in filio, sed non in nepte ex eo, *ut supra dictum est*, ideoque nil mirum,si neptis eodem,quo filius, non censeatur iure. Et hæc de statutarijs successionibus.

An, & quando filius ingrediatur locum Patris ad exclusionem Patrui.

QVÆSTIO XIII.

Proposita quæstio, aut non fuit ab Auctore discussa, aut amissa, quia in ipsius scriptis reperta non est, ideò datur solus titulus.

SVMMARIVM.

1 *Ex successorio edicto ueniunt, qui tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, non erant in proximiore gradu succedendi.*
2 *Successorium edictum cur hic dicatur.*
3 *Successorium edictum in quibus assimiletur iuri repræsentationis, & in quibus differat num.4. usque ad numerum 10. exclusiuè.*
10 *Successorium edictum differt à iure accrescendi usque ad numerum 21.*
22 *Ius accrescendi tamquam potentius excludit successorium edictum,& n.54. fallit n.58. sed contra uide nu.61.*
23 *Intellectus Lun. Cod.quand. non pet. pars, usque ad numerum 27.*
28 *Ius accrescendi ab intestato contingens ex tacita uoluntate defuncti proficiscitur. Sed contra numer. 31. declara, num.32.*
29 *Quomodo intelligatur illud,quod etiam ijs,qui intestato ueniunt, dicantur habere tacitam uoluntatem defuncti, & num.30.32.*
33 *In iure accrescendi portio accrescit portioni.*
34 *Veniens per successorium edictum non habet ius accrescendi, & quare ibi.*
35 *Portio accrescens sumit naturam portionis principalis, & eodem iure,quo illa, censetur.*
36 *Portio uacans accrescit portioni quam cohæres habet potius quam sequentibus gradibus deferatur & quare.*
37 *Hæreditas personam defuncti uniformiter repræsentare debet.*
38 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
39 *Defunctus repræsentari debet uniformiter, quod tripliciter consideratur respectu causæ, respectu capitis, & respectu gradus,& num.40.41.*

 Defun-

Defunctus debet repræsentari, vel in totum testatus, vel in totum intestatus d num.39.

40 *Defunctus ab intestato non potest repræsentari partim ex capite unde liberi, vel unde legitimi partim ex alio.*

41 *Defunctus non potest ab intestato repræsentari a personis diuersorum graduum.*

42 *Sequentes gradus non antè admittuntur, quàm deficiant omnes venientes ex gradu proximiore, etiamsi proximior gradus veniat per ius accrescendi num.43.*

44 *Ius accrescendi non mutat gradum.*

45 *Defunctus non dicitur repræsentari à personis diuersorum graduum, quando remotior venit iure repræsentationis.*

46 *Portio Patrui deficientis accrescit nepotibus simul cum patruo.*

47 *Ius accrescendi excludit successorium edictum, quando is, qui vult venire per successorium edictum est idem ipse, qui fuit à sua portione exclusus, amplia. vt num.52.*

48 *Exclusus à capite vnde liberi, non potest succedere ex capite vnde legitimi si superstit aliquis, qui ex eo capite, a quo exclusus est bonorum possessionem agnouerit, & 49.*

50 *Bonorum possessio non defertur ex sequenti capite, nisi prius caput omnino defecerit.*

51 *Prius caput defecisse non dicitur, vbi superest aliquis, qui ex eo bonorum possessionem agnouerit.*

53 *Nepos ex filio, qui venit ex capite vnde liberi, excludit Patruum venientem ex capite vnde legitimi.*

55 *Parentes non possunt succedere filijs suis, quando filij habent descendentes.*

56 *Patronus excludit filios alterius patroni concurrentes ad hæreditatem liberti.*

57 *Si libertus fuerit duobus assignatus, & alter horum liberos habens deficiat, eius portio accrescit alteri, exclusis deficientis liberis.*

59 *Coniux pauper, cui etiam liberis extantibus assignatur certa portio ex auth præterea C. unde vir, & vxor, non habet ius accrescendi, licet liberi deficiant.*

60 *Paria sunt non esse vel reduci ad non esse.*

62 *Nepos ex filio non succedit in locum patris quando post mortem Aui decessit Pater, & Auo supersunt alij filij.*

63 *Nepos ex filia, quæ renunciauit, non potest prætendere hæreditatem Aui Materni, si tempore, quo ipse moritur, filia adhuc superstes sit.*

An ius accrescendi excludat successorium edictum.

QVÆSTIO XIV.

TRanseamus nunc ad eos, qui veniunt ex successorio edicto, & sic ad sextum exemplum earum personarum, quæ veniunt ex persona propria, & dispiciamus, an eis coniunctus veniens per ius accrescendi præferatur. Dicuntur

1 autem venire ex successorio edicto, qui † tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, non erant in proximiore succedendi gradu, ideoque non fuerant ad successionem vocati, sed postea deficientibus ijs, quibus, vt proximioribus, fuerat primo loco delata successio, puta quod ab ea sint exclusi, aut tempore, aut morte, aut repudiatione, incipit illa deferri sequentibus in gradu ex edicto Prætoris *l.1.§ qui semel, §. si intra & §. quibus ff de succ. edict. l.1 C. eod. § cum igitur, instit. de bon. poss. Et in specie declarant Bald. consil.132 versic. successorum edictum vol.2. Castr. in l. pater filium 14 num 4. ff. de inoff. Gul Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.152 & 157. Gabr. cons.133 num.4. vol.2. Caual. in suis comm contra comm. q.101. num.72. Baldus ad leg.12. tab.*

2 *cap.29. num.49.* quod ideo dicitur successorium, quia † per illud induxit prætor, vt remotiores in proximiorum deficientium locum succedant *d l.1. §.1. & §. sed videndum ff. de succ edict. Ita in specie declarat Caual. d. q.101. num.72. vers. Quartum.*

Hoc autem edictum, licet iuri repræsentationis assimile-

3 tur † in eo quod per vtrunque ius remotior venit in locum proximioris, *vt de iure repræsentationis constat ex l. posthumorum 13. ff. de inust. rupt. & §. posthumorum inst. de exhæred. lib.* *De edicto verò successorio ex d. l.1. §. si intra, & §. quibus ff. de succ. ed.* Quamobrem per vtrunque dicitur fieri successio, siue in alterius locū quis succedere, *vt de veniente iure repræsentationis constat ex §. cum filius inst. de hæred. quæ ab int. def. & §.1. versic. in hoc enim & §. si autem cum fratribus, Auth. de hæred ab int. ven. coll 9. l.1. §. sed, & si quis ff de suis, & legit. De veniente verò ex successorio edicto ex § placebat, inst. de leg. agn. succ. & d. l.1. §.1. & §. sed videndum ff de succ. ed.* Et præterea per vtrunque ius succedens dicitur venire ex persona propria, non ex persona deficientis, *vt ostendimus in hoc cap. q.1. n.15.17. & 24.* in multis tamen ab illo differt. &

Primùm in eo, quia † ius repræsentationis tunc locum 4 habet, cum is qui debet repræsentari, deficit antè mortem illius, de cuius bonis agitur *ut ostendimus in eadem qu.1 nu.19.* cum alioquin successorio edicto tunc fiat locus, cum proximior deficit post mortem eius, de cuius hæreditate tractatur, *ut diximus ibi post num.22.* Itaque, si prædecessit, non potest ius edicti successorij considerari, *ut in specie declarat Purp cons.307. num 13.*

Secundo differt, quia † ius repræsentationis non habet 5 locum, nisi, cum tractatur de successione ascendentis aut patrui, vel amitæ, auunculi, vel materteræ, *ut diximus in eadem quæst.1. numer.18.* At successorium edictum locum habet, etiamsi tractetur de hæreditate alterius, *ut diximus ibi numer.23.*

Tertio differt, † quia per ius repræsentationis, licet quis 6 veniat ex persona sua, venit tamen ex gradu repræsentato, *d. l. posthumorum 13. ff de inust. rupt. d. §. posthumorum, Inst. de exh. lib.* Itaque nepos, qui succedit in locum patris sui & eum repræsentat, non dicitur venire ex secundo gradu, sed ex primo, & esse par in gradu cum patruo, non verè, sed repræsentatiuè, *vt scribunt ij, quos retulimus in hoc cap. qu.12. nu.42.* At per successorium edictum non dicitur quis venire ex eodem gradu, sed ex gradu sequenti *d. l.1. §. si intra, & §. sed videndum, vers. & hoc iure ff de succ. ed.* Quamobrem successorium edictum dicitur mutare gradum, † *vt videre est* 7 *apud Gozad. in l vn. num.28. C. quand. non pet part. Baldus in §. cum igitur num.7. inst. de bon. poss.*

Quarto, & vltimo differt, quia † ius repræsentationis, tam- 8 quam potentius excludit ius accrescendi, siue, vt verius loquar, excludit alios in gradu pares, qui alioquin amoto iure repræsentationis venirent iure suo, non iure accrescendi, *vt ostendimus in hoc cap. quæst.10. numer.1. & seqq.* At successorium edictum, tamquam infirmius à iure accrescendi excluditur, *vt ostendemus infra numer.22.* Cuius diuersitatis ratio pendet à tertia differentia: Nam, quia † per ius repræsenta- 9 tionis quis succedit ex gradu repræsentato ideo fit, vt eodem iure censeri debeat, quo is, quem repræsentat, *vt diximus in eadem q.10. n.6 & seqq.* & per consequentias, vt quemadmodum repræsentatus in parte sua coniunctos omnes exclusisset, si fuisset superstes, ita etiam debeat eos excludere repræsentans, vt in simili dicimus de transmissario, qui ideò coniūctum, seu ius accrescendi excludit, quia venit ex eodem gradu quo transmittens, cum veniat ex eius persona, *vt in proposito considerat Trentacinq. de subst. part 1. cap.15 num.2.* At per successorium edictum non venit quis ex eodem gradu, sed ex gradu sequenti, ideòque non priùs admitti debet, quā totus gradus præcedens defecerit *d. §. cum igitur, instit. de bon. poss. & nos latè dicemus infra num.42. & seqq.*

Non solum autem à iure repræsentationis differt edictum successorium, sed etiam à iure accrescendi, † *vt scribunt Gul.* 10 *Ben in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, n.171 Claud. Tut. in d. l. vn. n.126. in fin C. quand. non pet part. Duar lib.2 de iur accr cap.18.*

Primùm enim differt in eo, † quia per ius accrescendi 11 (saltem, quod est proprium) non vocatur quis ad totum, sed ad partem, *vt diximus 1. capit. quæst 1. numer.21. & 28.* Quamobrem dicimus, per id portionem portioni accrescere *l. si Titio 39. §.1. ff de vsufruct.* At per successorium edictum, vocatur quis ad totum, siue sit vnus, siue plures *dict. l.1. §. qui semel, & §. si intra ff. de succ. edict.* Nam, successorio edicto non est locus, nisi tota successio vacet, quia, quandiù superest vnus ex ijs, qui gradu præcedunt, tandiù cessat edictum successorium, *vt dicemus infra numer.43.*

Secundo

12 Secundo differt, quia † veniens per ius accrescendi censetur venire ex eodem gradu, quo deficiens, *ut dicemus infra num.*41. At veniens per successorium edictum censetur venire ex alio gradu, *ut diximus supra post nu.*6. Quamobrem dicimus, ius accrescendi non mutare gradum, *ut referemus infra num.*44. *& in hoc cap. quæst.*45.*num.*84. Edictum verò successorium mutare, *ut diximus supra num.*7. Et simili ratione dicimus, ius accrescendi non habere locum, nisi inter
13 pares verè, vel repræsentatiuè, † *vti videre est apud Gul. Ben.in d.cap.Raynutius.in verb.& vxorem nomine Adelasiā, decis.*5.*num.*68. Edictum verò successorium ijs competere, qui sunt in gradu dispari, nempè in gradu sequenti *d.l.*1. *§.si intra.& §.sed videndum,vers.& hoc iure ff.de succ.ed. Ita declarant Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam,n.*151.*vers.Or,domini,& nu.*152.*&* 171.*Duar. d.lib.*2.*de iur.accr.cap.*18.
14 Huic similis est tertia differentia: Nam † ius accrescendi non consideratur, nisi inter eos, qui possunt admitti eodem tempore,& per simultaneam vocationem, *vt patet ex ijs, quæ diximus in* 5.*cap.q.*26.*nu.*2. *& seqq.* At successorium edictum non consideratur,nisi respectu illorum,qui vocantur ordine successiuo *l.vn.§.*1.*ff.si tab.test.null.ext.iuncta l.*1. *§.sed videndum,ff. de succ. edict. Et in specie declarat Tiraq. de iur. primog.q.*40.*num.*155. Quamobrem dicuntur vocari ex edicto,successorio,idest, ex edicto,quo disponitur,vt vnus in alterius locum succedat, *sicuti declarauimus supra num.*2.

Quarto differt,quia portio quę defertur per ius accrescendi,acquiritur ipso iure *l.*2.*§.si duo,ff.de bon.poss.sec.tab. & nos diximus in* 8.*cap.q.*1.*nu* 2. At, quæ per successorium edictum defertur, successio debet agnosci *d.l.*1.*§.sed videndum,versic. & magis est ff.de succ.edict.l.*1. *C.eod.* Cuius diuersitatis ratio est,quia,cum ius accrescendi partis sit,non totius, *vt supra dictum est*, & supponat alterius partis acquisitionem: Competit enim ijs solis qui partes suas agnouerunt, *l.vn.§. his ita definitis C.de cad.toll. & nos ostendimus in* 7.*cap.q.*60.*num.*2. fit, vt partis accrescentis agnitio non sit ampliùs necessaria, scilicet,quia, qui partem agnoscit, cēsetur etiam reliquas agnouisse,cœteris deficientibus *l.si duo* 38.*ff.de acq.hered. & diximus in* 8.*cap.q* 1.*n.*5. Quamobrem dicimus semel adeundum esse *l.si solus* 79.*§.fin.ff.de acq.her.& retulimus in eadem q.*1. *num.*10. At successorium edictum, quia totius est,non partis, & per consequentias nullam supponit præcedentem acquisitionem *d.l.*1.*§.qui semel & § quibus ff.de succ.ed.* ideo remanet sub regula,quæ requirit agnitionem, ad hoc,vt vniuersalis successio acquiratur *l.hec verba* 12.*ff.de cond.inst. & nos diximus in eadem q.*1.*num* 1.
15 Hinc sequitur quinta differentia: Nam † ius accrescendi competit hæredibus etiam inuitis *d.l un.§ his ita definitis,C.de cad.toll.& nos latè diximus in eodem cap.*8.*q* 4.*num.*8. At beneficium edicti successorij non competit sequentibus in gradu,nisi velint. *Ita declarat Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam, num.*172.*vers.*2.*hoc edictum.* Cuius diuersitatis ratio pendet ab ijs, quæ supra diximus: Nam,quia portio accrescit, vt quæsita, ideò repudiari non potest *ex regula l.*1.*§.decretalis, ff.de succ.ed.* At per successorium edictum defertur successio, vt quærenda, ideòque repudiari potest *d.l.*1.*§ vnusquisque ff.eod.*
16 Sexto differt, quia † ius accrescendi locum etiam olim habebat inter agnatos succedentes de iure ciuili *l.si ex pluribus* 9.*ff.de suis & leg.§.vlt inst.de Orfic.* Et tamen inter eos non erat olim locus successorio edicto *§.placebat instit.de leg. agn. succ. Ita declarant Bald.in d.l.vn.num.*12.*& ibi Goz.ad.n.*138. *versic. item ius C.quand.non pet.part.* Vnde infert Baldus, ius
17 accrescendi non dici propriè deuolutionem, † quia portio faciliùs accrescit, quam deuoluatur, propterea, quod in habentibus simbolum facilior est transitus *l. in rem* 24. *§.item, quacunque, ff. de rei vindic.* Illud enim faciliùs inducitur, in quo minor digressio reperitur, quoniam similitudo est causa generationis, & augmenti, sed dissimilitudo est causa contrarij. *Ita Bald.in dict l.vn.num.*12.*& ibi Goz.ad.nu.*138 *vers. item ius.& Cagn.num.*39.*vers. Ratio autem est C quand. non pet part.Gul.Ben.in d.cap.Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam,num.*172.
18 Septimo differt,quia † ius accrescendi,tamquam reale, sequitur rem, & ad eos transit,in quos ipsa res,seu portio principalis transfertur *l cum ex filio* 39.*§.fin. ff. de vulg. & nos diximus in* 7.*cap.q.*62.*num.*9. nec in eo consideratur persona, sed res, *l. si totam* 82.*ff.de acq. hared.* At successorium edictum, tamquam ius personale sequitur personam, & in eo persona principaliter consideratur. *Ita Goz.ad.in dict.l.vnic. n.*138.*uers. item ius C.quand. non pet.part.*

Octauo,& vltimo differt, quia † aditio minoris,qui postea 19
in integrum restituitur, non excludit ius accrescendi *l.si minor.*61.*ff.de acq.hered. & nos diximus in* 7.*cap.q.*59. *num.*48. Et tamen excludit successorium edictum *l.ult. ff. de succ. ed. Et nos latè ostendimus in eadem q.*59 *n* 64 *& seqq. ubi diuersitatis attulimus rationem quam necesse non est hic iterū referre.*

Hinc non immeritò scripsit Decianus *in cons.*61.*n.*34.*vol.*2
aliud esse † succedere,aliud accrescere, & successorium edi- 20
ctum esse contrarium iuri accrescendi, ideòque non valere argumentum à iure accrescendi ad successorium edictum,
† *ut rectè Goz.ad.in d.l.un.nu.*138 *& ibi Claud.Tut.nu.*127.*C. quand.non pet part.& alij tradiderunt.* 21

His ita præfatis, si quæramus, an coniunctus veniens per ius accrescendi præferatur ijs,qui veniunt ex successorio edicto,constat,haud dubiè præferri: Nam ius accrescendi,tam-
quam potentius excludit successorium edictum † *§.cum igi-* 22
tur inst.de bon.poss l cum emancipatus 13.*§.qui duos,uersic. sed etsi pater ff de bon poss.contratab.l.*1.*§. sed uidendum, ff.de succ. ed.l.*2.*§.sed,si non sit solus,ff.ad Tert.l.ult. & ibi not.Bald.n.*4. *C.de legit.hered. Et scribunt Bart.in d.l.un.num.*4.*& ibi Bald. num.*12.*Alex.n.*10.*uersic.Dic,quod quamuis.Ias n* 24.*Goz.ad. num.*28.*Dec.in prima lect n.*10.*Pic.num.*22.*Alcia.n.*14.*&* 43 *uers in ea ibi,uel planiùs,Seb.Sap.num.*35 *Claud.Tut.nu.*124. *uersic. Est tamen Purp.nu.*84 *Cagn.n.*39.*uersic. Quod autem, C.quand.non pet.part.Bald.in tit an agn. uel fil.n.*13. *Ang.cons.* 141.*num.*1.*uersic. Non obstat si dicatur, Alex.in l.pactum dotali* 3.*num.*7.*uers.*2.*casu & ibi Dec num.*18 *uers.*2.*limitatur, & uers.Benè facis C.de collat.Ias.in d l re coniuncti,nu.*103. *& ibi Crott.num.*85.*&* 153.*uers.Non obstat alia ratio & Rip.n.*7. *&* 155.*Gul.Ben.in d cap.Raynutius,in uerb. duas habens filius, num.*281.*Dec.in rub C.quando non pet.part.in* 2.*lect.num* 2.*& in* 3.*num* 10 *& ibi Cagn.nu.*50.*Dec.consil.*180.*num.*7.*uersic.*2. *tamen aliter respondetur,Goz.ad.in l qui se patris* 3.*n.*107. 138. *&* 223.*& ibi Pic.nu.*28 *C.und lib. Pic. in Auth.præterea n.*31. *& ibi Fabia.num.*98.*C.und.uir.& ux. Alcia.consil.*194.*num.*4. *&* 6.*lib.*9.*Crott. in l. stipulatio hoc modo concepta* 61.*num.*56. *ff.de uerb oblig.Corn consil.*165.*num.*13.*uol Ruin. consil.*204. *num.*11 *uers.*2.*adduco,uol* 1.*Rub.in l pater filium* 14. *nu.*190. *ff.de inoff Gabr cons.*133.*num.*27.*uol.*2.*Purp.consil.*270 *num.*6. *cons.*307 *num.*13.*& consil.*510.*num* 30.*Couar in cap.quamuis, part.*3.*§* 3 *num.*7.*De pact.in* 6.*Marant in suis quæst. legal.disp.* 10.*num.*3.*Bertr.consil.*56.*num.*13. *uol.*1. *Rol.cons.*11.*num.*11. *uol.*1.*Tiraq.de iure primog.q.*40.*nu.*155.*Decia.cons.*40.*nu.*10. *uol.*1.*Pereg.de iur. fisc.lib.*3.*tit.*18 *nu.*99.*&* 100. *Osas.cons.*20. *num.*20.*Surd.consil* 133.*num.*13. *Cæuall.in suis commu contra commu.q* 101.*num* 74.*Morot cons* 22.*nu.*7. *Duar.lib.*2.*de iur. accr.cap.*18.*Caldas.in §.ult num.*23 *inst.de Orfic. in § cum igitur,num.*7.*inst de bon.poss. & in* 29.*leg.*12.*tab.num* 50. Quod (secundum vnum intellectum) probant illa verba, *cessante legitima successione*, quæ leguntur *in l.un Cod. quand non pet.*
part. Significant enim, † portionem liberorum non peten- 23
tium ijs solis accrescere, qui bonorum possessionem agnouerunt, cessante legitima successione, idest, exclusis, & amotis agnatis venientibus per successorium edictum ex capite,vnde legitimi, scilicet, quia, quandiù potest esse locus venientibus ex capite,vnde liberi, tandiù repelluntur agnati venientes ex capite,vnde legitimi *l.*2. *C. und. lib.§.admonendi inst.de hered.quæ ab int def. Ita post Iac.Bald.locum illum interpretati sunt glo. in d.l un in verb. quoties,uers. uel planiùs & ibi Cin. num* 4 *uers.Iac.Bald Bart in princ. & num.*3.*in fin.Bald.n* 11. *uers.est & quarta. Ang.uers.Tene ergo,Dec.in prima lect.nu.*9. *uers. in ea glos ibi,& Pic.numer.*22. *quand.non pet.part. Hoto. lib.*3 *obs.cap.*8.

Sed est uerius prædicta uerba non ad agnatos esse referenda,sed ad hæreditatem quę legitima successio dicitur,& hoc
significare, † quoties pluribus liberis ab intestato defertur 24
bonorum possessio, non etiam hæreditas, ut eueniebat olim in liberis emancipatis, qui iure ciuili non uocabantur ad hæreditatem,sed iure tantum Prætorio vocabantur ad bono-

rum possessionem, vnde liberi §. *emancipati, inst. de hæred. quæ ab int. def.* & ex ijs aliqui omittunt beneficium edicti perpetui, idest, non agnoscunt bonorum possessionem, quæ beneficio edicti perpetui eis defertur, illorum portionem agnouerunt. Itaque illa verba, *cessante legitima successione*, non respiciunt verbum, accrescere, sed verbum, defertur, & sic primam, non secundam determinant legis clausulam, hoc sensu, *Quoties pluribus liberis cessante legitima hæreditate bonorum possessio defertur*, idest defertur bonorum possessio, non etiam hæreditas, *beneficium edicti perpetui quibusdam omittentibus ijs solis, qui bonorum possessionem agnouerunt, portionem non petentium accrescere in dubium non venit*. Hic est verus, & planus eiusce legis intellectus, *quem 2. loco retulit ibi glo. in verb. quoties vers. vel pone 2. & probarunt 16. C in nu. 4. vers. verior est, Bald. n. 1. & 7. vers. sed, quia ista prima, Castr. n. 1. & 2. vers. legis ergo. Alex. n. 1. & 10. vers. in ea ibi pone, Iass. in prin. & n. 10. vers. ijs sic præmissis. & n. 29. vers. sum in 2. parte. Dec. in 1. lect. n. 8. vers. in ea gl. ibi. Purp. n. 42. vers. secundus Goz. ad n. 16. versic. mihi videtur, Pic. nu. 9. & 20. versic. Tene igitur, & n. 26. Sap. n. 26. versic. 2. pars, & n. 43. Claud. T. ut num. 129. & Massin. n. 13. & seqq. Cuiac. ad eundem tit. & ad l. 3. §. vlt. ff. de bon. poss. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 14. & nos etiã probauimus in 7. cap. q. 38. nu. 91. Tametsi Bart. ibi nu. 3. Ang. vers. in ea gl. ibi, & Cagn. n. 25. vers. hic secundus intellectus, eum malè reprobarunt*, non quem supra retulimus: Nam is, vt est commentitius, ita & meritò fuit †

25 *à Castr. ibi n. 3. vers. vel dic secundum eam, Ias. n. 23. versic. ego autem, Alc. n. 43. vers. in ea ibi, vel planius, Goz. ad nu. 16. vers. vltima, & nu. 27. vers. circa quantam, Purp. n. 48. vers. sed Rimin. Pic. n. 26. Sap. nu. 34. Claud. T. u. nu.*

26 *125. vers. tamen quicquid*, improbatus, quia † verba illa, *cessante legitima successione*, quæ ponuntur in prima parte, & determinant verbum, defertur, transfert in secundam, vt determinent verbum, accrescere, *sicuti declarãt ibi gl. in verb. quoties, in fin. & C in n. 4. versic. Iac. Bald. Et in proposito considerant ibi Ias. n. 23. vers. ego autem, Goz. ad nu. 16. vers. vltima. & n. 27. vers. Circa quantam, Purp. nu. 48. vers. sed iste intellectus, & Cagn. n. 27. vers. sed Riminaldus.* Ideò autem scripsit Gordianus portionem non petentium ijs solis accrescere, qui bonorum possessionem agnouerunt, quoties pluribus liberis defertur bonorum possessio, cessante legitima successione,

27 quia, † si non cessaret, sed pluribus liberis simul deferretur, & hæreditas, & bonorum possessio, prout euenit in suis hæredibus, qui non solum iure Pretorio vocantur ad bonorum possessionem, vnde liberi, sed etiam iure ciuili vocantur ad hæreditatem §. *sunt autem versic. & primò, inst. de bon. poss.* & aliqui ex ijs omitterent bonorum possessionem, eorum portio, vel apud eosdem ipsos (si non essent ab hæreditate exclusi) remaneret. *vt declarant gl. in d. verb. quoties, versic. vel pone 2. & ibi C in n. 4. vers. verior est, & patet ex ijs, quæ diximus in 7. cap. q. 38. n. 89. & seqq.* vel, si essent exclusi, accresceret, non solum ijs, qui bonorum possessionem agnouerunt, sed etiam alijs, qui hæredes existerent, *vt ostendimus in dict. q. 38. nu. 36. & seqq.* Itaque uis constitutionis non consistit in uerbo, accrescere, sed in uerbo, solis, quia significat, portionem non petentium bonorum possessionem, quæ sine hæreditate defertur, non accrescere omnibus liberis, sed ijs tantum, qui bonorum possessionem agnouerunt. Et hoc ideò, quia portio, non nisi portionem habenti accrescit, *vt diximus in 7. cap. q. 70. num. 2.* & quoties bonorum possessio, non etiam hæreditas defertur liberis, portionem habere nequit, qui bonorum possessionem non agnoscit, cum eam ut hæres habere non possit, tamquam ab hæreditate exclusus. At, quoties defertur bonorum possessio non cessante legitima successione, potest quis habere portionem, etiamsi non agnouerit bonorum possessionem, quia potest pro parte hæres existere, quod sufficit ut ei pars accrescat, cum in iure accrescendi rem spectemus, non successionis formam *l. si totam 82. ff. de acq. hær.* Probatio igitur eius, quod supra diximus, scilicet, ius accrescendi excludere successorium edictum non à *dict. l. vn. Cod. quand. non pet. part.* ducenda est, sed ab alijs locis, quos supra retulimus.

Cur autem hoc ita constitutum sit, si quæramus, constat uarias à nostris rationes afferri: Primùm enim nonnulli du-

28 cunt rationem à uoluntate defuncti: Nam, quia † ius accrescendi, etiam ab intestato contingens ex tacita defuncti uoluntate proficiscitur, *ut ex multorum sententia retulimus in 2. cap. q. 2. nu. 66.* fit, ut debeat esse potentius successorio edicto, quod a mera legis potestate descendit. *Ita ratiocinãtur Castr. consil. 419. col. 3. uersic. sed licet vol. 2. Alc. in d. l. re coniunctis nu. 44. in fin. Seb. Sap. in d. l. un. n. 35. & ibi Cagn. n. 40. C. quand. non pet. part. Rub. in d. l. pater filium 14. nu. 190. ff. de inoff.* Nec est contrarium, quòd etiam ij, qui ab intestato ueniunt, dicantur habere tacitam defuncti uoluntatem † *l. conficiuntur 8. in prin. ff. de iur. codic.* quia respondent, talem uoluntatem non considerari, nisi in ijs, qui tẽpore mortis eius, de cuius bonis agitur, reperiuntur in primo succedendi gradu, utpote, de quibus solis censetur ab intestato moriens cogitasse. † *ut est doctr. gl. in l. non iustam 4. in uerb. repetitam uers. item contra Cod. ad Treb. ita proposito declarant Seb. Sap. in d. l. unic. num. 35. & ibi Cagn. num. 40. Cod. quand. non pet. part. Rub. in d. l. pater filium 14. num. 190. ff. de inoff.* 29 30

Verùm hæc ratio mihi non probatur, † *ut nec Alc. in d. l. un. num. 16. uers. mihi non placet C. quand. non pet. part.* Primò, quia falsum est ius accrescendi, quod inter legitimos successores locum habet, descendere ex tacita uoluntate defuncti: Verius enim est, id ex mera legis potestate proficisci. *ut ostendimus in 2. cap. qu. 2. num. 67. & seqq. Et in proposito considerat Alcia. in d. l. un. num. 16. uers. mihi non placet.* Secundò, quia tacita illa uoluntas, quam dicuntur habere uenientes ab intestato, tamquam permissiua, consideratur † in omnibus, ad quos res ab intestato est peruentura: Nam, qui testamenti factionem habet, & testari non uult, censetur hæreditatem uenientibus ab intestato ultrò relinquere, & sic uelle, ut illa pertineat ad eos, ad quos de iure pertinere debet *l. 3. in prin. & l. conficiuntur 8. in princ. ff. de iur. codic.* & consequenter, non solum ad uenientes ex primo gradu, sed etiam ad ulteriores, si ex legis dispositione ad eam uocentur: Nam, cum uoluntas non consistat in dando, sed in non adimendo, quod adimi poterat, *l. 1. §. sciendum ff. de leg. 3.* & defunctus ità potuerit testando adimere posterioribus, ut primis, si his deficientibus hæreditas ad illos pertinere debuisset, Consequens est, ut, tam in his, quam in illis uoluntas eius, qui intestato moritur, considerari debeat. 31 32

Quamobrem alij secundo loco putant, rationem esse, quia, † cum in iure accrescendi portio portioni accrescat *l. si Titio 39. in fin. ff. de usufr.* consequens est, ut ad eos tantum pertinere debeat, qui portionem habent, *sicuti ostendimus in 7. cap. q. 70. n. 2.* Atqui, non ueniens per successorium edictum, sed coniunctus portionem habet. Non igitur ad illum, sed ad hunc portio uacans pertinere debet. *Ita ratiocinantur Seb. Sap. in d. l. un. n. 35. & ibi Cagn. n. 40. C. quand. non pet. part. Rub. in d. l. pater filium 14. n. 190. ff. de inoff.* 33

Verùm hæc non est ratio, † cur coniunctus sequentibus gradibus præferatur, sed, cur ueniens per successorium edictum non habeat ius accrescendi, ideòque non pertinet ad quæstionem propositam, ut proinde non immeritò fuerit *ab Alcia. in d. l. un. num. 16. uersic. Quare uideamus C. quand. non pet. part. & alijs* improbata. 34

Tertiò igitur loco censent alij, rationem esse, quia † portio accrescens sumit naturam portionis principalis & codẽ, quo illa censetur iure, *ut ostendemus in hoc cap. q. 43. nu. 3. & q. 45. num. 1.* Atqui in portione principali coniunctus excludit uenientem ex successorio edicto *l. 1. §. 1. ff. de succ. ed.* Debet igitur etiam eum excludere in portione accrescente. *Ita ratiocinati sunt Goz. ad. in d. l. un. n. 28. & ibi Dec. in prima lect. n. 11. Cagn. nu. 40. C. quand. non pet. part.* 35

Sed hæc ratio, licet in se uera sit, non tamen omninò tollit difficultatem propositam, † scilicet, quia adhuc quæri potest, cur portio uacans accrescat potius portioni principali, quam cohæres habet, & eius naturam assumat, quàm sequentibus gradibus deferatur. 36

Quamobrem vera, & adequata ratio est, quia † cum hæreditas repræsentet personam defuncti *l. non minus 31. in fin. ff. de hæred. inst. l. hæres 22. ff. de vsucap.* Consequens veteribus visum est, vt eum vniformiter repræsentare debeat † ne alioquin vna, & eadem res diuerso iure censeatur *contra regulam l. eum qui ædes 23. in fin. ff. de vsucap. & l. 1. versic. Nec ratio patitur ff. de rer. permu.* Hanc autem vniformitatem tripliciter considerarunt, Primo respectu causæ, † vt scilicet defunctus repræsentetur, vel in totum testatus, vel in 37 38 39

totum

totum intestatus, ideòque, si quando ex duobus, aut pluribus hæredibus institutis unus deficiat, ne illius portio ad venientes ab intestato pertineat, & hoc modo defunctus repræsentetur difformiter, idest, partim, vt testatus, scilicet in portionibus aditis ab institutis, & partim, vt intestatus, in portione scilicet vacante, constituerunt, vt ea debeat cohæredibus accrescere, tametsi sint omnimodò disiuncti *secundum ea, quæ diximus in 3. cap quæst. 1. num. 19. & cap. 5. qu. 41. num. 8.* Et hoc modo defunctus in totum testatus repræsentetur, cum hæres, qui habet ius accrescendi, censeatur etiam pro ea parte venire ex testamento, *vt dicemus in hoc capit. qu 45. num. 2. & 4.* & efficiat, vt defunctus in totum testatus dicatur decessisse.

Secundo verò dato etiam, quod omnes succedant ab intestato, & hoc modo defunctus repræsentetur vniformiter respectu causæ, considerarunt etiam vniformitatem respectu
40 capitis; † Voluerunt enim omnes succedere ex eodem capite, puta ex capite, vnde liberi, vel ex capite vnde legitimi. Vnde si vnus ex ijs, qui veniunt ex capite, vnde liberi, deficiat, noluerunt eius partem ad venientes ex alijs capitibus pertinere, tametsi, gradu proximioribus, priùs, quàm totum caput, vnde liberi, sit vacuatum *§. admonendi, instit. de hæred. quæ ab int. def. l. legitimis 5. ff. vnd. cogn. Ita Bald. in tit. An agn. vel fil num. 3.* ne defunctus partim ex vno, & partim ex alio capite, & sic difformiter repræsentetur.

Tertio demum eandem vniformitatem considerarunt
41 etiam respectu gradus: † Absurdum enim putauerunt, eundem defunctum à personis diuersorum graduum, & sic difformiter repręsentari, ideoque, si ex ijs, qui in proximiore gradu sunt, vnus deficiat, eius partem, non ad sequentes gradus voluerunt pertinere, sed personis eiusdem gradus accrescere *§. cum igitur, & ibi Mynsi numer. 3. instit. de bon. poss.* ne alioquin defunctus a personis diuersorum graduum, & sic difformiter repræsentetur. *Ita Gomez. tom. 1. variar resolut. capit. 10. numer. 20. versicul. confirmatur, Trentacinq. de substit. part. 1. capitul. 15. numer. 2.* Quamobrem dicimus, sequentes gradus non ante admitti, quam deficiant omnes
42 uenientes ex gradu proximiore † *l. vltim. versic. vt, si qui, & ibi Bald. numer 4. Cod. de legit. hæred. Alcia in dict. l. vnic. versic 40. & donec Hoto. in §. fin. in princip. instit. de Orfic. Gabr. consil. 133 num. 28. vol. 2. Duar. lib. 2. de iur. accresc. capit. 18.* & priorem gradum excludere sequentem, etiamsi quis in
43 primo gradu ueniat per ius accrescendi, † *vti videre est apud Bald in dict. l. vnic. numer. 4. versic. semper Cod. quand. non pet. part.* Et simili modo dicimus, ideò ius accrescendi excludere successorium edictum, quia non mutat gradum,
44 † *vt ostendemus in hoc cap. quæst. 45. num. 84. Ita Goz. ad. in d. l. vn num. 28. & ibi Dec. in prima lect. num 11. Cagn n. 40. Claud. Zuc. nu. 125. C quand. non pet part. Dec in rubr. C. eod. in 2. lect. n. 2. & in 3. n. 10. Gabr. consil 133. nu. 28. vol. 2. Bald. in §. cum igitur num. 7. inst. de bon. poss.*

Nec est contrarium, quod eidem simul succedant filius, & ex filio præmortuo nepos *§. cum filius, instit. de hæred. quæ ab int. def.* uel frater, & ex alio fratre præmortuo filius *§. reliquum, Auth. de hæred. ab int. ven. coll. 9. Auth. cessante, Cod. de leg. hæred.* & hoc modo defunctus uideatur a per-
45 sonis diuersorum graduum repræsentari, † quia uerius est, imò repręsentari a personis eiusdem gradus. Nam, quia nepotes ueniunt iure repræsentationis, ideò censentur uenire ex eodem gradu, ex quo ueniebat eorum pater. Itaque dicuntur esse pares in gradu cum patruis, non quidem uerè,
46 sed repræsentatiuè. † Quamobrem, & ipsis simul cum patruis accrescit alterius patrui deficientis portio, *vt diximus in 5. capit. quæst. 47. numer. 20.* quæ non, nisi personis eiusdem gradus solet accrescere *dict. §. cum igitur, instit. de bon. poss.* quia & ipsi sunt eiusdem gradus, cum gradum patris repræsentent. Et hoc est, quod dicimus, ius accrescendi habere locum inter pares in gradu uerè, uel repræsentatiuè, *vt retulimus in eodem 5. cap. q. 47. num. 21.*

Sed hæc quidem generaliter dicuntur. Specialiter autem, si quæramus, quando procedant, tres puto distinguendos esse casus, quorum

Primus est, quando is, qui uult uenire per successorium edictum, est idem ipse qui fuit a sua portione exclusus. Et tunc certum est, ea procedere, quæ supra diximus, scilicet ius accrescendi excludere successorium edictum, † *vt scribunt omnes, quos referemus infra num. 49.* Exemplum sit in 47
eo qui, cum sit ab uno capite exclusus, puta a capite, unde liberi, uult uenire ex alio nempe ex capite unde legitimi, uel exclusus a capite, unde legitimi, uult uenire ex capite unde cognati, & sibi ipsi succedere, † *iuxta l. 1. §. sed videndum. ff de Suc. edict l. 2. in princip. ff. vnd. legit l. de bonis 6. §. huic autem, ff. de Carbo. edict. l. legitimis 5. & l. octaui 9. vbi glo. 1. ff. vnd. cogn.* Nam hoc ita demum facere potest si non superstit alius, qui ex eo capite, a quo exclusus est bonorum agnouerit possessionem: Eo enim existente non poterit uenire ex successorio edicto, & ipsi sibi succedere, sed eius pars accrescet ei, qui suam portionem agnouit. † *Ita scribunt gl. in d. l. vn. in verb. quoties. versic. ita tamen. & ibi Bart. in princ. vers. primo Bald. num. 4. Castr. num. 2. vers. sed ista ratio Alex. n. 4. vers. tamen gl. Ias. nu. 20. vers. In tertia particula & n 35. vers. sexto, Goz. ad nu. 16. vers. primo. & vers mihi videtur, Pic. n. 7. vers. in glo. 1. & num. 10. & seqq. Alc. num 22. & 24. vers. in ea, ibi, Purp num. 59. Cagn. nu 19. vers. ex dictis tamen, & Claud. Tut. num. 96. C. quand. non pet part. Corn. consil. 165 n. 12. vers. tamen dato, vol. 1. Et rectè, quicquid censuerit Seba. Sap in d. l. un. num. 23 C. quand. non pet part.* scilicet, quia † ex sequenti capite non defertur bonorum possessio, nisi priùs omninò defecerit *§. admonendi, instit. de hæred. quæ ab int. def. Et scribunt Bald. in cap. 1. num. 13. An agn. uel fil. & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam nu. 170.* † & defecisse non dicitur, vbi superest aliquis, qui ex priore bonorum possessionem agnouerit, *vt scribunt omnes, quos retulimus supra num. 18.*

Planè hoc ita demum esse verum plerique censent, si is, qui venit per ius accrescendi verè sit in eodem gradu, quo is, qui vult venire per successorium edictum, prout euenit, cum ex pluribus filijs, quibus delata est bonorum possessio, vnus excluditur tempore: nam, si cęteri suas portiones agnouerint, eis portio exclusi accrescet, nec poterit exclusus venire ex capite, vnde legitimi; *In his enim terminis loquuntur DD. quos supra retulimus.* Cęterùm, si verè non sit in eodem gradu, vt, quia sit nepos ex filio præmortuo, censent nō procedere, quod supra diximus, & filium exclusum à capite, vnde liberi, posse sibi ipsi succedere, & venire ex capite, vnde legitimi, eoque modo capere suam portionem excluso nepote veniente per ius accrescendi. *Ita enim censuerunt ij, quos referemus infra.*

Sed est verius, etiam in hoc casu ius accrescendi excludere successorium edictum, & nepotem ex filio præmortuo venientem per ius accrescendi excludere patruum venientem ex capite, vnde legitimi, & sibi ipsi succedere volentem. † *Ita* 52
enim censuerunt, quos referemus infra, quia, † cum hic nepos 53
veniat ex capite, vnde liberi, Consequens est, vt debeat excludere patruum veniētem ex capite, vnde legitimi, scilicet, quia (vt supra dictum est) non anteà potest esse locus capiti sequenti, quam priùs in totum sit euacuatum. Nec verum est, huiusmodi nepotem non esse in eodem gradu, quo filius, quia, cum veniat iure repræsentationis, dicitur esse in eodem gradu, quo fuisset pater non quidem verè, sed repræsentatiuè, *vt ostendimus in hac quæst. num. 45. Quam in rem faciunt ea, quæ dicemus infra.*

Secundus verò casus est, quādo is, qui vult venire per successorium edictum, non est idem ipse, qui fuit à sua portiōne exclusus, sed alius, qui tamen non potuisset cum eo concurrere, qui venit per ius accrescendi, etiamsi ab initio fuisset solus, idest, non habuisset coniunctum, qui posteà defecit. Et in hoc casu fatentur etiam omnes, ius accrescendi excludere successorium edictum, & procedere regulam, quam retulimus, † *supra nu. 22. Ita scripserunt Dec. in d. l. vn. in 1. lect. n 11.* 54
& ibi Purp. n. 88. Cagn num. 40. versic. Limitatur, C. quand. non pet. part. Fabia. in Auth. præterea, n. 99. C. vnd. uir. & vx. Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in eo, qui moriens intestatus reliquit liberos, & parentes: Nam, si vnus ex liberis deficiat, aut morte, aut repudiatione, eius portio non pertinebit ad parentes venientes per successorium edictum, sed accrescet liberis superstitibus, qui suas portiones agnouerunt, & ita in hac specie ius accrescendi excludet successorium edictum; *Ita in specie declarant omnes, quos retulimus supra nu. 22. & probat l. 2. §. ita demum,*

55 vertic. sed si non sint ff ad Tertul. scilicet, quia, † licet liberis superstites ab initio fuissent soli, & sic is, qui posteà defecit non fuisset in rerum natura tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, non tamen parentes cum liberis in successione concurrissent, sed ab illis omnimodo fuissent exclusi *d. l. 2. §. ita demum in princ. ff. ad Tert. § repetitis, instit. de seruil. cogn.* cum in successionibus prima sit causa liberorum *§. 1. et § admonendi, vertic. Ante enim inst. de hered. quæ ab int. def. §. 1. Auth de hered. ab intest. ven. coll. 9. l. 1. §. 1. & §. rectè ff. si tab. test. null. ext. l. 1. ff. quis ord in bon. poss. seru.* Quod, & in querela procedere, certum est: Nam, si quis decesserit relictis duobus filijs exhæredatis, & patre preterito, & alter ex filijs morte, aut repudiatione, aut etiam tempore excludatur à querela, pars eius accrescet alteri filio excluso patre *l. pater filium 14. & ibi omnes, ff de inoff. & nos latè diximus in 6. cap. q. 30 n. 2* quia filius, tamquam descendens exclusisset patrem, etiamsi ab initio fuisset solus *d l. pater filium.*

Secundum exemplum (& quidem facilius) afferri potest in eo, qui moriens intestatus reliquit liberos, & agnatos, aut cognatos: Nam, si vnus ex liberis moriatur, aut aliter deficiat, eius portio accrescet alijs liberis exclusis agnatis aut cognatis venientibus ex successorio edicto *l. 1. §. si nemo ff. ad Tert. Et in specie declarant Purp in d. l. vn. nu. 88. C. quand. non pet part. Fabia. in d. Auth. præterea num. 99. C. vnd. vir, & vx.* Et hoc ideò, quia, licet is, qui posteà defecit, initio non fuisset in rerũ natura, non tamen agnati, aut cognati potuissent cum liberis superstitibus in successione concurrere, sed ab illis omnimodo fuissent exclusi *d. § repetitis, inst. de seruil cogn.* Quandiù enim potest esse locus capiti liberorum, tandiù caput agnatorum, aut cognatorum cessat *d § admonendi, verticul. Ante enim inst. de hered quæ ab int. def. Et scribit Purp. in d. l. vn n. 84 vertic. quæ tamen illatio C. quand. non pet part.*

Tertium exemplum afferri potest in liberto, qui moriens reliquit duos patronos: Nam, si alter eorum deficiat, eius portio non pertinebit ad ipsius filios, sed accrescet compatrono, & ita etiam in hac specie ius accrescendi excludet successorium edictum † *l. a duobus 4 ff. de oper. liber.* scilicet, quia liberi patroni non potuissent cum altero patrono in liberti successione concurrere, etiamsi pater eorum non fuisset in rerum natura, quo tempore libertus decessit *l. 3. §. si duo ff. de legit. tuto l. si libertus præterito 23 §. 1. ff. de bon. lib & nos etiam diximus in 6. cap q. 48. n. 19.* Quamobrem, &, si libertus duobus assignatus sit, & alter habens liberos deficiat, puta moriatur, aut capite minuatur, pars eius accrescet alteri exclusis liberis, qui iure successionis alias venirent † *l. vtrum 5. §. 1. ff. de assign. liber.*

56

57

Tertius, & vltimus casus est, quãdo is, qui vult venire per successorium edictum, non est idem ipse, qui fuit à successione exclusus, sed alius, qui tamen cum eo concurrisset, qui venit per ius accrescendi, si deficiens ab initio non fuisset in rerum natura, Et tunc plerique tradunt, ius accrescendi non excludere successorium edictum, sed ab eo excludi, & ita in

58 hac specie limitari regulam, † *Quam retulimus supra n. 22. Ita enim scripserunt Bald in d. l. vn. num. 15. et ibi Dec in prima lect. num. 11 Goz. ad num. 28. Alc. num. 44. Sap. num. 36. Purp. num. 88. Cagn. num. 40. versic. Limitatur, vbi ait hanc limitationem esse communem C. quand. non pet. part. Dec. in dict. l. pactum dotali 3 num. 18. versic. sed contra istud C. de collat. Rub. in l. pater filium 14. num. 190. ff. de inoff.* Mouentur autem, vt ita sentiant.

In primis argumento ducto à coniuge paupere, cui etiam liberis extantibus certa pars assignatur *ex dispositione Auth. præterea C. vnd. vir, & vx.* Nam, etsi liberi deficiant, non tamẽ ei cæteræ portiones accrescent, *vt ostendemus in 10. cap. q. 13. num. 8.* sed illæ ad parentes, uel agnatos, & cognatos uenien-

59 tes per successorium edictum pertinebunt, † & ita successorium edictum excludet ius accrescendi, quia, licet ab initio mulier non habuisset liberos, non tamen fuisset totam hæreditatem habitura, sed præter quartam cæteræ portiones ad proximiores pertinuissent. *Ita scribunt Bald. in d. l. vn. nu. 15. & ibi Alex. num. 20. Dec. in prima lect. num. 11. Alc. num. 15. & num. 44. Purp. num. 88. Cagn. nu. 40. versic. Limitatur, Sap. num. 36. C. quand. non pet part. Fabia. in d. Auth. præterea n. 99. C. vnd. vir & vx Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 18. & in fi.* & ita, non solum liberi, sed etiam parentes, & uerò etiam transuersales, siue agnati, siue cognati fecissent uxori partem, *vt in his terminis considerat Cagn in d. l. vn num. 40. vertic. limitatur C. quand. non pet. part.*

60 Secundò mouentur ratione: Nam paria sunt non esse, uel reduci ad non esse † *l. 2. §. si quis ex liberis ff ad Tert.* Sed si is, qui posteà excluditur, ab initio non fuisset in rerum natura, ueniens per successorium edictum concurrisset cum eo, qui uenit per ius accrescendi, & obtinuisset portionem alteri delatam, quæ postea uacat *d. Auth. præterea*. Ergo debet etiam cum eo concurrere, & partem uacantem capere, quoties ex post facto desijt esse in rerum natura. *Ita arguit Bald in d. l. vn. n. 15 & post eum ibi Cagn n. 40. C. quand. non pet part.*

61 His tamen obstantibus puto uerius, quod alij tradiderunt, scilicet ius accrescendi excludere successoriũ edictum, etiãsi per id ueniens cum coniuncto concurrisset, si ab initio fuisset solus. † *Ita enim censuerunt omnes, quos referemus infra.* Nam hoc apertè conuincitur ex eo, quia, si quis duobus susceptis filijs ex altero eorum nepotem habeat hic nepos haud dubiè concurreret cum patruo, si ab initio, idest tempore mortis aui, pater esset præmortuus: Ingrederetur enim illius locum, & cum repræsentando simul cum patruo succederet *§ cum filius inst. de hered. quæ ab int. defer. & nos latè diximus in hoc cap. q. 1 num 14 & q. 10. num. 4.* Et tamen si tempore mortis ambo filij sint superstites, & postea is, ex quo nepos superest, repudiet, talis nepos ueniens per successorium edictum, non

62 admittetur ad portionem patris sed ea patruo accrescet, † *Vt scribunt omnes quos referemus infra, Et in specie Crott. in d. l. re coniuncti num. 85. vers. præterea & 3.* Ergo ius accrescendi excludit successorium edictum, etiamsi per hoc ueniens cum alio concurrisset si ab initio fuisset solus. Præterea, si filia, quæ cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ, patri superuixerit, eius portio deferetur fratribus uenientibus per ius accrescendi, non autem ipsius filijs uenientibus per successorium edictum, quippè quibus matris renunciatio nocet, *vt ostendemus infrà*, Et tamen, si illa esset præmortua, & sic non extaret tempore mortis aui, nepotes ex ea simul cũ patruis succederent non obstante matris renunciatione, quip-

63 pè, quæ eis non obesset, † *vt ostendimus in hoc cap. q. 11.* Ergo ueniens per successorium edictum excluditur ab eo, qui uenit per ius accrescendi, etiamsi cum illo concurrisset, si ab initio fuisset solus, *Ita arguunt multi, & obstare limitationi Baldi fatentur Cagn in d. l. vn nu. 42. & ibi Claud. T nu. nu. 125. vers. Tamen ista decisio C. quand. non pet part.*

Nec est, quod aliquis respondeat, doctrinam Baldi *desumptam ex Auth præterea*, procedere, quoties is, qui vocatur ex successorio edicto, venit ex persona propria, *in quibus terminis loquntur d. Auth. præterea, quam Baldus adducit*, secus verò quoties venit ex persona deficientis, Nepotes autem ex filia, quæ renunciauit, non venire ex persona propria, sed ex persona matris, quia alioquin non possint cum auunculis, qui sunt proximiores, concurrere, ideòque nil mirum, si, quem. Desunt aliqua.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus vindicans bona, tamquam vacantia excluditur à coniuncto, siue ex testamento veniat, vt num. 2. siue ab intestato, vt num. 14.*
3 *Declaratur l. vn. §. fin C. de cad. toll.*
4 *Vltimus dicitur, quem nemo sequitur.*
5 *Vltimus dicitur qui post alios omnes vocatur.*
6 *Substitutus excludit fiscum venientem ad bona, tamquam vacantia.*
7 *Fiscus excluditur à venientibus ab intestato.*
8 *Fiscus tunc admittitur, cum nullus alius superest, qui rem, aut ex testamento, aut ab intestato vindicare possit.*
9 *Fiscus non vocatur, nisi bona vacent.*
10 *Vacare non dicuntur bona, cum adest coniunctus.*
11 *Vacare bona tunc dicuntur, cum nullus superest qui, aut ex testamento aut ab intestato possit succedere.*
12 *Vacare pars qualiter dicatur & num. 13.*
15 *Fiscus non, nisi post successorium edictum, vocatur.*
16 *Vir, & vxor fisco præferuntur.*
17 *Vxor, quæ quartam habet ex Auth. præterea C. vnd. vir, & vx. excludit fiscum à residuo, si cæteri omnes legitimi successores deficiant.*

18 Con-

18 *Coniunctus excludit fiscum, etiamsi post acquisitionem portio deficiat, si ius accrescendi locum habere potest.*
19 *Coniunctus excludit fiscum, quando cohæres ob spretum præceptum testatoris priuatur sua portione.*
20 *Coniunctus excludit fiscum, si minor post aditam hæreditatem in integrum restituatur.*
21 *Fiscus, non coniunctus, regulariter vocatur, cum alter coniunctus post emolumentum acquisitum sine hærede decessit. & cur, num. 22.*

An ius accrescendi excludat fiscum vindicantem bona, quasi vacantia.

QVÆSTIO XV.

SVperest, vt septimo, atque postremo loco videamus de fisco vindicante bona, quasi vacantia, & dispiciamus, an ei coniunctus veniens per ius accrescendi præferatur. Vtique autem hic vacantia consideramus, non, tamquam bona coniuncti deficientis: nam alioquin res non ad hanc quæstionem pertineret, sed ad eam, quam proposuimus *in 7. cap. q. 45. num. 5. & seqq.* scilicet, quia tunc non veniret fiscus ex persona propria, sed ex persona ipsius deficientis, quasi illius transmissarius, quo casu procederent ea, quæ diximus *ibi, & in hoc cap. q. 2. num. 4. & seqq.* sed consideramus vacantia, tamquam bona testatoris, siue illius, de cuius successione tractatur, & cui coniunctus debuisset succedere, si non defecisset, & sic supponimus fiscum velle ex persona propria, & proprio iure defuncto succedere, eo, quod deficiente vocato defuncti bona vacent, & quærimus, an, si supersit coniunctus, qui partem alterius deficientis per ius accrescendi vindicare possit, debeat is fisco præferri, an verò contra, Et certum est,
1 præferri coniunctum † *l. un. §. cum autem, C. de cad. toll. §. inordinatum, & §. exhæredatos, vers. si verò oblatam, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Auth. hoc amplius, C. de fideic. Et scribunt gl. in l. 1. in verb. legitimo C. de bon. vac. lib. 10. Rollandin. de success. ab intest. num. 23. Corn. cons. 324. num. 8. versic. cum ergo, vol. 4.* Quod, ut liquidò constet, quatuor sunt distinguendi casus, quorum

Primus est, quando pars deficit ante acquisitionem, & tractamus de coniuncto, seu cohærede testamentario, Et tunc res caret dubio; nam certum est, eum esse potiorem fisco,
2 † *ut est de mente eorum, quos retulimus supra n. 1. &* probatur
Primò *l. vn. §. fin. vers. tantum, C. de cad. toll.* vbi Iustinianus scribit, *fiscum vltimum ad caducorum vindicationem vocari;*
3 Ergo supponit, † alios omnes, qui ad eorumdem caducorum vindicationem vocantur, & sic substitutos, coniunctos, & grauatos *d. l. un. §. sin autem aliquid sub conditione, Cod. de cad. toll.* fisco præferri, quia vltimus dicitur is tantùm, quem ne-
4 mo sequitur † *l. 2. §. legitima, ff. de suis, & legit.* quique post
5 alios omnes vocatur † *l. potest quis 36. ff. de vulg. et pup. inst. eod. in prin. iuncta l. si is, qui soluendo 57. ff. de hæred. inst.*
Secundò probatur, quia substitutus haud dubiè fiscum
6 excludit † *d. l. un. §. cum autem, C. de cad. toll.* Sed coniunctus censetur, quasi substitutus *l. si Titio 63. §. Iulianus ff. de leg. 2.* Debet igitur fiscum excludere.

Tertiò, quia si vinco vincentem te multò fortiùs te *l. de accessionibus 14. ff. de diuers. & temp. præscrip.* Sed coniunctus vincit, & excludit venientes ab intestato, *ut diximus in hoc*
7 *cap. q. 9. num. 17.* qui vincunt, & excludunt fiscum † *d. l. un. §. cum autem, C. de cad. toll. l. un. C. vnd. vir, & vx.* Ergo multò fortiùs debet vincere, & excludere fiscum.

Quartò, quia fiscus tunc demum admittitur, cum nullus alius superest, qui rem, aut ex testamento, aut ab intestato
8 vindicare possit † *l. vacantia 4. C. de bon. vac. lib. 10. l. 1. §. Diuus de iur. fisc. d. l. un. § cum autem. C. de cad. toll. & nos diximus in hoc cap. q. 1. num. 25. Et in his terminis considerant Corn. d. cons. 324. num. 7. vol. 4. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 3. num. 3.* Sed, cum adest coniunctus, haud dubiè superest, qui rem ex testamento vindicare potest, scilicet quia coniunctus eodem iure, & ex eadem causa vocatur ad partem accrescentem, qua vocatur ad partem principalem, *ut ostendemus in hoc cap. quæst. 45. num. 1. & seqq.* Ergo existente coniuncto non debet admitti fiscus.

Quinto demum probatur, quia fiscus non vocatur, nisi
bona vacent † *ut diximus in hoc cap. qu. 1. num. 25. Et in specie* 9
declarat Pereg. de iur. fisc. d. lib. 4. tit. 3. num. 28. Sed, cum adest
coniunctus, bona non vacant, † quia vacare tunc demum 10
dicuntur, cum nullus superest, qui rem, aut ex testamento,
aut ab intestato vindicare possit † *d. l. vacantia 4. Cod. de bon.* 11
vac. lib. 10. d. l. 1. §. Diuus ff. de iur. fisc. quæ res dici non potest, cum adest coniunctus, *ut supra dictum est*, Non debet igitur vocari fiscus.

Nec est contrarium, quod vacare dicitur pars nulli assi-
gnata, † etiamsi testator aliquem in alijs partibus hæredem 12
instituerit *§. videamus, inst. de hæred. inst.* quia hoc verum est,
† si spectemus eam vocationem, quæ fit à testatore, & sic 13
principaliter, & per se: nam, quia testator neminem ex ea parte scripsit hæredem, ideò hoc respectu dicimus, partem illam vacare, scilicet, quia nemo est, qui ad eam principaliter, & per se vocetur, cum illa pars nemini fuerit à testatore assignata. Cęterùm, si spectemus eam vocationem, quæ fit à lege, & sic non principaliter, sed accessoriè, & consecutiuè ad partem principalem, verius est, partem illam non vacare, quia, licet nulli fuerit assignata, accrescit tamen alijs partibus assignatis *l. interdum 13. §. 1. ff. de hæred. inst.* ideoque, cum ad eam aliquis vocetur, si non principaliter, saltem accessoriè, fit, ut non possit dici vacare, *secundum ea, quæ supra diximus*.

Secundus verò casus est, quando pars deficit ante acquisitionem, & tractamus de coniuncto, seu cohærede legitimo, qui scilicet ab intestato successit, Et tunc similiter certum est,
cum debere fisco præferri, † *ut est de mente eorumdem, quos* 14
retulimus supra num. 1. & probatur

Primo, quia fiscus non vocatur ad bona, quasi vacantia, nisi deficiant omnes, qui rem, aut ex testamento, aut ab intestato sunt habituri, *ut diximus supra num. 8.* Sed hic non deficiunt omnes, cum supersit coniunctus, qui rem ab intestato habere potest. Non debet igitur vocari fiscus.

Secundo probatur, quia, si vinco vincentem te, multo fortiùs te, *ut diximus supra num. 6. vers. 3.* Sed cohæres excludit successorium edictum, *ut ostendimus in qu. præced. num. 1. &*
seqq. quod est potentius fisco † *l. 1. in prin. & §. quibus ff. de suc-* 15
ces. edict. Et scribit Cuiac. ad l. ult. ff. eod in 6. lib. Respons. Papin.
adeò, ut etiam vir, & vxor, qui non, nisi post omnes agnatos,
& cognatos à Prætore vocantur, fisco sint potiores † *l. 1. C.* 16
vnd. vir, & ux. Debet igitur multò magis excludere fiscum. Idque adeò verum est, ut procedat etiam in vxore quæ quartam habet *ex Auth. præterea, C. vnd. vir, & ux.* nam, si transuersales omnes deficiant, quia residuum hæreditatis ei accrescit, *ut ostendemus in 10. cap. qu. 13. nu. 7.* ideò fit, ut excludat fiscum, si intendat bona, quasi vacantia ad se pertinere,
† *Ita enim censuerunt Corn. d. cons. 324. nu. 7. vol. 4. & Pereg. de* 17
iur. fisc. d. lib. 4. tit. 3. num. 4.

Tertius casus est, quando pars deficit post acquisitionem, & sumus in casibus, in quibus etiam post emolumentum acquisitum ius accrescendi locum habere potest, *quos retulimus in 7. cap. q. 59. n. 28. & seqq.* Et tunc similiter verum est, con-
iunctum admitti excluso fisco, † siue tractemus de succes- 18
sionibus testamentariis, siue de ijs, quæ ab intestato deferuntur. Exemplum primum fit in hærede, qui post aditam hæreditatem priuatur ob spretum iudicium, & præceptum testatoris: nam, quia pars eius defertur substitutis, aut cohæredibus, aut legatarijs, & fideicommissarijs, & in eorum defectum venientibus ab intestato, & postremo loco fisco, ideò intelligimus, coniunctum, & alios omnes supra enumeratos
fisco præferri † *§. si quis autem non implens, Auth. de hæred. &* 19
Falc. coll. 1. Auth. hoc amplius, C. de fideic. Qua de re latè diximus in cap. 7. q. 54. num. 155. Secundum fit exemplum in minore, qui post aditam hæreditatem fuit in integrum restitutus: nam, quia pars eius cohæredi volenti accrescit, ideò, si
eam acceptet, dubium non est, quin fiscus excludatur † *l. si* 20
minor. 61. ff. de acq. hæred. & nos latè diximus in eodem 7. cap. q. 59. num. 48. & seqq. Vbi respondimus ad l. ult. ff. de succ. edict. quæ sola videbatur obstare.

Quartus denique casus est, quando pars deficit post acquisitionem, & sumus in casibus, in quibus ius accrescendi non potest ampliùs habere locum, vt est regulare, *sicut ostendimus in eodem 7. cap. q. 59. num. 13. & seqq.* Et tunc, etiamsi coniunctus posteà deficiat, nullo relicto successore, non tamen

illa

21 illa portio ad coniunctum pertinebit, sed ad fiscum, † quia, cum per acquisitionem factam à coniuncto semel fuerit à iure accrescendi exclusus, *vt ostendimus in d.q.59 num.13.* &
22 *seqq.* Consequens est, † vt non possit amplius ad illud admitti, licet socius postea deficiat, cum à priuatione ad habitum non detur regressus *l.qui res.98.§.aream ff.de solut. l. Maximus.68.§.duorum ff.de leg.2.* Planè, si tractemus de socio liberalitatis Imperialis, magis est, vt is debeat fisco præferri, etiamsi socius post acquisitionem sine hærede decesserit, *l. vn.C.si liber.Imp soc.sin hered decess.lib. 10.* & *nos diximus in eodem 7.cap.quest.45.num* 8. Et hæc de ijs effectibus, qui personas respiciunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi duobus modis potest censeri coniunctum cum expressa dispositione testatoris, potentia, & actu, & quando, & passim in hac quæstione.*
2 *Dispositio quoties confertur in eum, qui etiam ea amota, posset habere partem relictam per ius accrescendi, dicitur cum eo coniuncta.*
3 *Institutio dicitur coniuncta cum iure accrescendi, quando vnus est institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione, & quare nu.4.*
5 *Substitutio dicitur coniuncta cum iure accrescendi, quando cohæres cohæredi vulgariter substituitur, & quare num.6.*
8 *Ius accrescendi coniunctum cum expressa dispositione testatoris potest considerari vt causa acquisitionis, & ut acquisitionis modus.*
9 *Ius accrescendi consideratum, vt causa acquisitionis non potest actu concurrere cum expressa dispositione testatoris, secus si consideretur, vti acquisitionis modus, & numer.12.13.14.*
10 *Substitutio non excludit ius accrescendi quoties confertur in eamdem personam, quæ id habere potest, & qualiter hoc intelligatur num.11.*
15 *Intellectus l.si quis hæres 35.in princ.ff.de acquir hæred.*
16 *Ius accrescendi coniunctum cum expressa dispositione testatoris dicitur expressum, & cur, num,17.*

Qualiter ius accrescendi possit censeri cum expressa dispositione testatoris coniunctum.

QVÆSTIO XVI.

NVnc videamus de ijs effectibus, qui respiciunt naturā. Horum duo constat esse genera; quidam enim consistunt in propria natura communicanda, quidam verò in aliena suscipienda. In communicanda propria natura consistunt illi effectus quos operatur ius accrescendi, quando est coniunctum cum expressa dispositione testatoris, puta cum institutione, vel substitutione vulgari, aut pupillari, aut etiam (vt plerisque visum est) fideicommissaria. Quod, qua-
1 liter esse possit, si quæramus, puto dupliciter † id posse contingere, vno modo potentia, altero verò actu.

Et potentia quidem tunc censetur ius accrescendi cum expressa testatoris dispositione coniunctum, cum talis dispositio confertur in eum, qui etiam ea amota posset habere
2 partem relictam per ius accrescendi: † Nam tunc, quia in eandem personam vtrumque ius concurrit, scilicet ius expressæ dispositionis, & ius accrescendi, ideo talis dispositio dicitur cum iure accrescendi coniuncta.

Exemplum fit, cum testator aliquem instituit ex parte
3 purè, & ex parte sub conditione, † *vt in l.si quis ita scripserit Titius.33.& l.liber homo 59.§.si ita scriptum, ff.de hered.inst. l.cum hæres.52.§.ubi & l.qui ex duabus 53.in prin ff. de acqu. hered.l.qui fundum.86.§.si tu ex parte, ff. ad leg. Falc.* Nam,
4 quia † pars conditionalis etiam amota institutione deberet ad institutum per ius accrescendi pertinere *d.l.si quis ita scripserit.33.ff.de hered.inst.& nos ostendimus in 7.cap.qu 1. nu. 1.* & stante dispositione testatoris pertinet etiam iure institutionis, ideo fit, vt talis institutio dicatur à nostris cum iure accrescendi coniuncta, *vti videre est apud Bald in d.l.liber homo.59.§.si ita scriptum uersic. Not.quod,licet, & ibi Imol. num. 8.uers.c.item not ff.de hæred.inst. Bald.in l.quidam elogio.20. n. 3. C de iur.delib.Castr.in d.l.qui ex duabus.53.in prin. num.1. versic.& est casus,& ibi Imol.versic. Aduerte tamen, ff.de acq. hæred.Ias.in l.qui plures 23.num.2.ff.de vulg. Ans. Gabr.lib.4. comm.opin.tit.de hæred.inst.concl.2.num.14.*

Aliud exemplum fit, cum testator cohæredem cohæredi vulgariter substituit, † *vt in l.iam hoc iure.4.versic.quod ius l.* 5 *qui plures.23.l.si plures.24.l.si Titius.27.& l.cohæredi 41.in pri. ff.de vulg.§.sed si instituto,inst.eod.l.si quis hæres.35.in prin. ff. de acq.hær l.si ex pluribus.9.uersic.alia,ff.de suis & leg.l.testamento.6.C.de impub.& al.subst* Nam, quia † cohæres etiam 6 amota substitutione esset partem cohæredis deficientis per ius accrescendi habiturus *l.vn.§.his ita desinitis, C.de cad. toll. & nos diximus in 5.cap.q.30.nu.7.& q.41.num.8.& cap. 6. qu. 1.num.2.* & stante dispositione testatoris potest etiam eam habere iure substitutionis, ideo fit, Vt talis substitutio dicatur etiam a nostris coniuncta cum iure accrescendi, *vti videre est apud eos. quos referemus in hoc cap.q.31.num.3.*

Sed hæc coniunctio æstimatur ex potentia, † non ex actu, 7 quia potest quidem vocatus, vel vno iure, vel alio consequi partem relictam, *vt dicemus in hoc cap.q.... num....* sed quandiù res est integra, non etiam, vbi semel ad actum est deducta, *vt ostendemus ibi num.*

Actu verò, an possit ius accrescendi cum expressa dispositione testatoris concurrere, & coniungi, cum scilicet dispositio ad actum, siue effectum est perducta, dubitari potest. Sed puto, multum referre, † Vtrum consideremus ius accre- 8 scendi, vt causam acquisitionis, an verò, vt acquisitionis modum: Nam, si, vt causam, verius est, non posse concurrere, † quia, cum expressum faciat cessare tacitum *l.cum ex filio, 39.§ filio, ff.de vulg.* & prouisio hominis faciat cessare prouisionem legis *l.vlt.C de pact.conu.* Consequens est, vt expressa 9 testatoris dispositio faciat cessare ius accrescendi, quod est tacita, seu legis dispositio, *vt ostendemus in hoc cap.9.q.31.num. 6.& seqq.*

Nec est contrarium, quod substitutio non excludat ius accrescendi, † quoties confertur in eandem personam, quæ id 10 habere potest, *vt referemus in hoc ipso cap.q.31 num.5.* quia id uerum est, si ius accrescendi consideremus, † ut acquisitio- 11 nis modum, *secundum ea, quæ mox dicemus.* secus uerò, si, ut acquisitionis causam: quia substitutio, tamquam expressa, & ab homine proueniens excludit ius accrescendi, quod est substitutio tacita, & a lege proficiscitur, *vt ostendemus in d.q. 31 num 4.* Idque mihi uidentur nostri frequentiùs sensisse, dum passim tradiderunt, eum, qui incipit ab aditione unius partis cogi omnes habere eo iure, & modo quo testator uoluit, idest, iure institutionis aut substitutionis, non uerò iure accrescendi; *vt referemus in hoc cap.qu.19 num.35.& 61.& qu 34.num....* Significant enim alias partes a testatore datas non ex dispositione legis, & sic ex iure accrescendi, quatenus consideratur, ut causa, & titulus acquisitionis ad eum pertinere, sed ex dispositione hominis.

At, si ius accrescendi consideremus, ut acquisitionis modum, uerius est posse id etiam actu cum expressa dispositione testatoris coniungi, & concurrere: † Nam, & cum insti- 12 tuto, qui ex pura institutione adiuit, post euentum conditionis pars conditionalis ex institutione acquiritur, *vt in casibus, quos referemus in hoc cap.qu.17. num. 19.& seq.* & cum instituto, ac cohæredi substituto acquiritur pars deficientis ex substitutione, *vt in casibus quos referemus in hoc ipso cap.q. 34.num.4.& seqq.* talis acquisitio fit per ius accrescendi, † sci- 13 licet, quia fit ipso iure, & sine noua aditione, ac inuito, *vt dicemus in d q.34 num ..& d.qu.17. num...* Quamobrem hoc respectu † poterit dispositio dici cum eo iure coniuncta, sed 14 in tali coniunctione non considerabitur ius accrescendi, vt causa acquisitionis, sed, ut acquisitionis modus, scilicet, quia re uera acquisitio fit ex causa institutionis, uel substitutionis & sic expressæ dispositionis testatoris, sed fit per modum accretionis, idest, ipso iure, & sine noua aditione, ac inuito. Idque non obscurè probat *l.si quis hæres.35.in prin.ff.de acq. hæred* ubi Vlpianus † loquens de eo, qui cohæredi substitu- 15 tus est, & suam hæreditatis partem adiuit, *erit hæres,* inquit, *ex causa quoque substitutionis; quoniam inuito quoque ei accrescit portio:* Nam substitutionem considerat, ut accretionis causam, accretionem uerò, ut acquisitionis modum, scilicet, quia accrescit ipso iure, etiam inuito. Et ita intelligendi sunt omnes

in quibus pars, quæ defertur ex institutione, vel substitutione dicitur accrescere. *Vt l. testamento. 6. C. de impub. & al. subst. l. qui patris. 59. in prin. ff. de acq. hær. & DD. omnes, quos referemus in hoc cap. qu. 19. num. 7. & 20.* Vt scilicet in ijs accretio consideretur, vt acquisitionis modus, non, vt causa. Quod etiam mihi videtur sensisse Politus *in d. l. re coniuncti. num. 37. versic. Ego sustinere, & de substit. tit. de vulg. part. 6. nu. 53. vers. Ego sustinere*, dum ait, partem accrescere ex causa substitutionis, non ex iure accrescendi à substitutione separato, cum nec separari possit, *vt scribit Ang. in d. l. si quis hæres. 35. num. 2. ff. de acq. hæred.*

Hinc intelligimus, quam ob rem ius accrescendi, quod in eo consideratur, qui venit iure institutionis, aut substitutio-
16 nis, passim a nostris vocetur expressum, † *vti videre est apud Bald. in d. l. quidam elogio. 20. num. 3. C. de iur. delib. Iasin d. l. re coniuncti. num. 155. vers. Confirmo, & ibi Alcia. numer. 44.* Hoc
17 enim fit respectu † causæ cum qua coniungitur: nam, si per se consideretur, tacitum est, non expressum, quia tacitè, seu tacito iure *l. qui ex duabus. 53. §. vlt. & l. seruus communis ab extero. 66. ff. de acq. hæred. § videamus, inst. de hæred. inst.* idest, sine noua aditione, & sic expressa acquirentis voluntate acquisitionem operatur, *vt dicemus in hoc cap. q. 17. num. 19. & qu. 18. num. 3.* sed dicitur expressum, habito respectu ad dispositionem, cum qua coniungitur, quia pars accrescit ex causa institutionis, vel substitutionis, quæ expressa est testatoris dispositio.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi potest esse cum institutione coniunctum.*
2 *Substitutio est institutio conditionalis num. 3.*
4 *Cohæres cohæredi substitutus assimilatur ei, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est.*
5 *Ius accrescendi quando censeatur coniunctum cum institutione & num. 10. 18. 20. 22. & 26.*
6 *Ius accrescendi duo requirit extrema.*
7 *Ius accrescendi nullo modo potest dici coniunctum cum institutione, quando vnus est in totum institutus, 8. 9.*
10 *Ius accrescendi non potest dici cum institutione coniunctum licet vnus & idem in pluribus partibus instituatur, & nu. seqq. & quid si partim purè partim sub conditione, numer. 18. & 19. & quid si in conditionali datus sit cohæres, vel substitutus num. 20. & seqq.*
15 *Hæres ex pluribus partibus institutus an fungatur vice plurium personarum & num. 16. 17.*
27 *Institutio vt dicatur coniuncta cum iure accrescendi semper supponitur institutum ex parte sua adiisse, declara vt numer. 29.*

An, & quando ius accrescendi censeatur coniunctum institutione.

Q V Æ S T I O XVII.

HIs ita præmissis videamus singulariter, an, & quando ius accrescendi censeatur coniunctum cum institutione, vel substitutione vulgari, aut pupillari, aut etiam fideicommissaria, &, quid in singulis talis vnio, siue coniunctio operetur.

Et quidem cum institutione posse id esse coniunctum,
1 † supponunt omnes, *quos retulimus in q. præced. post n. 4.* Et rectè; Nam, si potest esse coniunctum cum substitutione vulgari *l. si quis hæres. 35. in prin. ff. de acq. hæred. & dicemus in hoc cap. qu. 31. num. 3.* & verò etiam cum pupillari *l. qui patris. 59. in prin. ff. eod. & dicemus in hoc ipso cap. q. 37. numer. 11.* debet etiam per consequentias posse esse coniunctum cum institutione, scilicet, quia tam vulgaris, quam pupillaris sub-
2 stitutio est institutio † *l. ex facto. 43. §. Lucius in fi. ff. de vulg.*
3 cum omnis substitutio dicatur institutio conditionalis, † *vt scribunt glo. in l. qui liberis. 8. in prin. in verb. purè ff. de vulg. Bar. in l. sub conditione. 73. num. 1. in fi. ff. de hæred. inst. & in l. quidam elogio. 20. num. 1. versic. venio ad secundum C. de iur. delib. Ceph. in rubr. ff. de vulg. num. 83. & 103. & in l. centurio. 15. numer. 5. ff. eod. Trentac. de subst. in prin. num. 17.* Quamobrem cohæres cohæredi, aut vulgariter aut pupillariter substitutus assimilatur ei, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institu-
tus est † *l. 1. §. id, quod ex substitutione. ff. ad leg. Falc. l. cohæredi. 41. § cohæres ff. de vulg.* 4

Quando autem ius accrescendi censeatur coniunctum cum institutione, si quæramus, constat, varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando testator instituit aliquem ex asse, & sic integraliter, Et in hoc casu verius, & receptius est, ius accrescendi non posse considerari. † *Ita enim censuerunt omnes quos referemus in hoc cap. quæst. 28. num. 6. dicentes in hac* 5
specie aditionem partis ad totum trahi, non iure accrescendi sed iure institutionis, Et in specie ita scribunt Gomez. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 17. & Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 1. & per consequentias non posse censeri cum institutione coniunctum, quia, † cum hoc ius duo requirat extrema, idest, dua- 6
rum partium distinctionem, eius scilicet, quæ accrescit, & eius, cui fit accessio, *vt ostendimus in 4. cap. q. 4. num. 6.* & in eo qui integraliter institutus est, vnum tantum sit extremũ. Consequens est, vt ius accrescẽdi cõsiderari nequeat. Quamobrem ij, qui in hac specie ius accrescendi considerant, *vt Donell. lib. 7. comm. cap. 12. vers. valet* seu dicunt, vnam partẽ adeunti alias partes accrescere, *vt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num. 102. extra de testam. & Donell. d. lib. 7. cap. 12. vers. valet* perperam, & impropriè loquuntur, quia re vera totum acquiritur iure institutionis, non iure accrescendi, *vt ostendemus in dict. quæst. 28. numer. 7.*

Nec dicas in hac specie ius accrescendi considerari, non vt causam, sed, vt modum acquisitionis, *secundum ea, quæ diximus in q. præced. n. 12. & seqq.* quia verius est, ne hoc quidem modo considerari posse: † Nam tunc per modum accretio- 7
nis, fit acquisitio, cum aliquid potestate iuris accedit ei, quod acquisitum est, puta pars conditionalis accrescit parti puræ, quæ iam fuit adita, *vt in specie l. liber homo 59. §. si ita scriptum ff. de hæred. inst.* Vel pars, quæ ex substitutione defertur, accedit parti ex institutione quæsitæ, *vt in specie l. si quis hæres 35. in princ. & l. qui patris 59. ff. de acq. hæred. & l. testamento 6. C. impub. & al. substit.* Atqui in proposito, nihil est, quod accedat, quia testator vnica dispositione totum assem integraliter reliquit. Non potest igitur ius accrescendi, vt acquisitionis modus considerari.

Nec est, quod respondeas, non posse quidem considerari, si respiciamus † ad testatorem, qui nullas fecit partes, secus ve- 8
rò, si ad hæredem, qui partem adeundo videtur scindere hæreditatem, & hoc modo duo facere extrema; nam hoc respectu videtur pars non adita posse dici parti iam aditæ accrescere, & sic considerari ius accrescendi, vt acquisitionis modus, quia fateor, hunc esse prædictorum sensum, & ad hoc eos respicere, dum aiunt, in specie proposita partem patri accrescere, sed dico, in hoc eos abusiuè loqui. quia propriè loquentibus ad hoc, vt pars dici possit accrescere, & sic fieri acquisitio per modum accretionis; debet illa priùs esse separata, † vel ex dispositione testatoris, vel ex dispositione legis, 9
vt euenit in speciebus, quas referemus *infra num. 10. & seqq.* Nam tunc re vera fit accessio, & fit ipso iure, seu iuris potestate sine facto hominis, ideoque rectè dicitur fieri per ius accrescendi *d. l. qui patris. 59. ff. de acq. hæred.* At, cum pars non est, aut ab homine, aut a lege separata, sed ab hærede de facto scinditur, quia re vera non intelligitur diuisa, ideò non rectè dicitur accrescere; Nihil enim accedit, si respicimus ad ius, licet inspecto hæredis facto accessio fiat. Quamobrem non potest talis accessio dici fieri ipso iure, siue per ius accrescendi, quia ius declarat totum assem aditum, non verò partem addit parti, quippè, quæ non est.

Secundus verò casus est, quando testator instituit aliquem ex pluribus partibus purè, Et tunc institutio videtur coniũcta cum iure accrescendi. † siue consideremus potentiam, 10
siue actum, qui in acquisitionis modo consistit *secundum ea quæ diximus in q. præced. nu. 1. & seqq.* Nam, † & amota vnius 11
partis institutione fuisset institutus etiam eam per ius accrescendi habiturus *l. interdum. 13. § 1 ff. de hæred. inst. § videamus inst. eod.* &, si vnam adeat, censebitur etiam alias ipso iure, & sine alia aditione & sic per modum accretionis quæsiuisse, *l. si solus. 78. in prin. ff. de acq. hæred. & nos latè dicemus in hoc c. quæst. 28. num. 7.* Quamobrem ii, qui in hac specie ius accrescendi considerant, † *vt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo-*

& uxorem nomine Adelasiam nu. 116. versic. Praeterea, Dec. in l. vn. in 2. lect. n. 22. versic. 4. & n. 23. & ibi Cagn. n. 9. C. quand. nō pet. part. Seb. Sap. in l. testamento 6. num. 11. uersic. 3. fallit C. de impub. & al. subst. Men. de praes. lib. 4. praes. 87 nu. 10. aut dicunt vnam partem adeunti aliam accrescere, quos referemus in hoc cap. q. 19. n. 2. non videntur abusiuè loqui, quia, cum testator hæreditatem in partes distinxerit, cessant ea, quæ in superiore specie considerauimus.

Sed est verius, ne in hac quidem speciem ius accrescendi
13 considerari posse, † vt rectè scripserunt Imol. in l. in ratione. 11. §. quaesitum. in fi. ff. ad leg. Falc. Alex. in l. 1. §. sed, quod ex substitutione n. 3. in fi. ff. eod. Ias. in d. l. vn. nu. 40. vers. in 2. parte & ibi Pic. n. 28. Cagn. n. 68. uers. in eadem gl. ibi, & Claud. T ut. n. 28. in fi. C. quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C. eod. n. 11. circa medium & per consequentias non posse id censeri cum institutione
14 coniunctum, quia † quoties testator instituit aliquem ex pluribus partibus purè, perinde est, ac, si integraliter eū instituisset in eo toto, quod ex illis partibus conficitur, d. l. in ratione. 11. §. quaesitum, vers. & aliam causam ff. ad leg. Falc. Non enim censetur partes fecisse, quod haberet animum hæreditatis diuidendæ, sed gratia cuiusdam demonstrationis, vt ostendemus in hoc cap. quaest. 19. nu. 2. & seqq. Quamobrem ea omnia, quæ diximus in superiore casu, locum habent etiam in hac specie.

Nec obstant ea, quæ supra diximus, quia procedunt inspectis verbis, & eorum cortice. Cœterùm inspecta vi, & effectu, ac mente testatoris, magis est, vt partes factæ non intelligantur, & per consequentias, vt perinde cesset iuris accrescendi coniunctio, ac, si testator hæredem integraliter instituisset, secundum ea, quæ diximus in superiore casu.

Minus obstat, quod hæres ex pluribus partibus institutus
15 fungatur vice plurium personarum, † ideoque, sicut in pluribus personis ius accrescendi propriè consideratur, ita etiam propriè considerari debeat in vna, eademque persona, vt voluit Cagn. in d. l. vn. num. 9. C. quand. non pet. part. quia respondeo, negādo hæredem ita institutum vice plurium persona-
16 rum fungi, † ideoque, quod in pluribus hæredibus locū habet, non rectè ad vnum & eūdem hæredem ex pluribus partibus institutum trahi, cum diuersa sit harum specierum ra-
17 tio: Nam † in pluribus personis adest partium distinctio, quę, tam, quo ad verba, quam, quoad mentem duo constituit extrema necessaria ad hoc vt ius accrescendi considerari possit sicut ostendimus in 4. cap. q. 4. nu. 6. At in vna, & eadem persona cessat talis distinctio, quia, licet testator inspectis verbis videatur distinxisse partes, & ita fecisse duo extrema, tamen inspecta mente perinde habetur, ac, si eundem integraliter instituisset in eo toto, quod ex illis partibus conficitur, vt supradictum est, ideoque cessant extrema necessaria ad inducendum ius accrescendi.

Tertius casus est quando testator instituit aliquem hæredem ex parte purè, & ex parte sub conditione, non dato cohærede: aut substituto, & is adijt ex pura, Et tunc certum est, institutionem conditionalem censeri coniunctam cum iure
18 accrescendi, † vt scribunt omnes, quos retulimus in hoc cap. q. 16. post num. 4. siue consideremus potentiam, siue modū acquisitionis secundum ea, quæ diximus ibi num. 1. & seqq. Nam,
19 † & si conditio deficiat, illam erit institutus omnimodo per ius accrescendi habiturus l. cum heres. 52. §. vlt. ff. de acq. hæred. &, si extiterit, censebitur ipso iure, & sine noua aditione, & sic per modum accretionis eam ex institutione quæsiuise, l. liber homo 59. §. Titius ff. de hæred. inst. & nos dicemus in hoc c. quaest. 19. num. 6. & seqq.

Quartus casus est, quando testator instituit aliquem hæredem ex parte purè, & ex parte sub conditione, sed dato cohærede, & institutus adijt ex pura, Et tunc pro ea portione, quam etiam deficiente conditione omnimodò esset per ius accrescendi habiturus, dubium non est, quin institutio cen-
20 seatur coniuncta cum iure accrescendi † l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte ff. ad leg. Falc. d. l. liber homo 59. §. Titius & §. si ita scriptum, & ibi Bald. uersic. Not. quod licet, & Imol. n. 8. versic. sed dic. ff. de hæred. inst. Cœterùm pro alijs partibus non erit
21 cum iure accrescendi coniuncta, † quia partes illæ deficiente conditione non ad institutum, sed ad cohæredem per ius accrescendi essent peruenturæ, d. l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte ff. ad leg. Falc. d. l. liber homo. 59. §. si ita scriptum, & ibi Bald. versic. Not quod, licet, & Imol. num. 8. uersic. sed dic, ff. de hæred. inst.

Quintus casus est, quando testator instituit aliquem ex parte purè, & ex parte sub conditione, sed dato in conditionali substituto, Et institutus adijt ex pura, Et tunc verius est, institutionem conditionalem non posse dici cum iure accrescendi coniunctam, † quia deficiente conditione non esset 22
illa pars ad institutum, qui adiuit, per ius accrescendi peruentura, sed ad substitutum l. si te solum. 27. ff. de hæred. instit. d. l. cum heres. 52. §. ult. ff. de acqu. hæred. & nos dicemus in hoc cap. quaest. 19. numer. 64. ideoque non potest illius partis institutio dici coniuncta cum iure accrescendi, quod respectu instituti locum habere nequit.

Planè, si substitutus deficeret, puta pendente conditione moreretur, tunc inciperet institutio conditionalis esse coniuncta cum iure accrescendi, † & procederent ea, quæ diximus in tertio casu, quia paria sunt, substitutum non esse da- 23
tum, vel datum defecisse, vt ostendemus in 10. capit. quaest. 23. numer. 9. & seqq. Idem est, & si substitutus non sit datus in omnem euentum, sed tantum in defectum conditionis: Nam si conditio existat, etiam post mortem instituti, dicetur institutio coniuncta cum iure accrescendi, † vt in specie declarat Castr. in l. qui ex duabus 53 in princ. numer. 2. uersic. & est casus ff. de acqu. hæred. Paria enim sunt, non esse datum substitutum, vel datum sub ea conditione, quæ postea defecerit, vt dicemus in hoc cap. quaest. 30. num. vlt. Denique, si conditio extiterit viuo Instituto, & respiciamus ad acquisitionis modum, magis est, vt dici possit cum iure accrescendi coniun- 24
cta, † secundum ea, quæ diximus in quaest. praeced. num. 12. & seqq. scilicet, quia pars illa censebitur ipso iure, & sine noua aditione, & sic per modum accretionis acquisita, vt ostendemus in hoc cap. q. 19. num. 10. & seqq. 25

Sextus denique casus est, quando is, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione fuit institutus, non adijt ex pura, Et in hoc casu, licet solus institutus sit, non tamen conditionalis institutio poterit dici coniuncta cum iure accrescendi, † scilicet, quia amota institutione non esset illa pars ad eun- 26
dem institutum per ius accrescendi peruentura, cum portio hæreditatis non personæ, sed portioni accrescat l. si totam. 82. ff. de acqu. hæred. & per consequentias non accrescat ei, qui portionem non habet, vt diximus in 7. cap. quaest. 70. numer. 2. Quamobrem dicimus, partem vacantem ijs tantum accrescere, qui suas portiones agnouerunt, vt patet ex ijs locis, quos retulimus in eodem 7. capitul. quaest. 60. numer. 2.

Hinc intelligimus, quoties agimus de iure accrescendi coniuncto cum institutione, & de eius effectibus disputamus, semper nos supponere, institutum ex parte pura adijsse, & ita hæredem extitisse, † vt patet ex l. si quis ita scripserit, Titius 27
33 & d. l. liber homo 59. §. si ita scriptum ff. de hæred. inst. d. l. cū heres. 52. §. ult. & l. seq. in prin. ff. de acq. hær. & d. l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte ff. ad leg. Falc. quia † si non esset hæres, non 28
posset, alterius partis institutio dici cum iure accrescendi cōiuncta: Nam, aut institutus repudiauit partem puram, Et tantum abest, vt alia pars dici possit illi accrescere, vt imò potiùs contra ipsa pars repudiata accrescat ei, in qua sub cōditione fuit idem institutus. Quamobrem, si post euentum conditionis aliam postea partem adeat, consequetur quidem etiam partem repudiatam, sed iure accrescendi, non etiam iure institutionis, quia in parte non repudiata reperiet etiam confusam partem repudiatam, tamquam eam, quæ illi accreuit, vt latè ostendemus in hoc cap. qu. 29. num. 18. & seqq. Aut verò institutus non repudiauit quidem partem puram, sed, nec adiuit, Et interim, dum res pendet, non poterit alterius partis, quæ sub conditione data est, institutio dici cum iure accrescendi coniuncta, quia, cum institutus portionem non habeat, Consequens est, vt nihil ei dici possit accrescere, secundum ea, quæ supra dicta sunt. Planè, quoad spem † dici 29
poterit cum iure accrescendi coniuncta, quandiù institutus puram adire potest, quia certum est, quandocunque adierit, semper alterius partis institutionem futuram cum iure accrescendi coniunctam, secundum ea, quæ diximus in 3. casu. Et his quidem casibus censetur institutio cum iure accrescendi coniuncta.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Institutio coniuncta cum iure accrescendi sumit illius naturam, & secundum eam regulatur.*
2 *Institutio, & ius accrescendi, in quo differant, & nu. 3. & 4.*
5 *Aditio vna sufficit ei qui ex pluribus partibus institutus est.*
6 *Acquisitio, quæ fit per ius accrescendi, fit statim ab eo tempore, quo pars est delata nu. 8. 9.*

Quid operetur ius accrescendi, quando est coniunctum cum institutione.

Q V Æ S T I O XVIII.

HVius autem vnionis, & coniunctionis effectus vnus quidem generalis est, ut scilicet institutio cum iure accrescendi coniuncta sumat naturam iuris accrescendi, &
1 secundum eam reguletur. † *Ita scribunt gl. in l. qui ex duabus 53. in prin. in uerb. ea quoque pars, & ibi Castr. num. 2. versic. & hoc forte ff. de acq. hered.* Sed ab eo, quasi a fonte tres specialiter proficiscuntur effectus, de quibus separatim nobis erit dispiciendum.

Primus igitur effectus est, quia, licet hæreditas regulari-
2 ter non acquiratur instituto sine aditione † *l. Cornelius 69 ff. de hered. inst. l. hac verba 12. ff. de cond. inst.* & in hoc differat
3 institutio a iure accrescendi † vtpote per quod ipso iure, & sine hominis facto pars acquiritur *l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. & nos diximus in 8. cap. q. 1. num. 3. & seqq.* si tamen institutio sit cum iure accrescendi coniuncta, quia sumit illius naturam, ideò ipso iure, & sine alia aditione pars ex in-
4 stitutione delata acquiritur, † *l. liber homo 59. §. Titius, ff. de hered. inst.* Quamobrem dicimus, ab eo, qui ex pluribus par-
5 tibus institutus est, semel esse adeundum † *l. si solus 79. §. 1. versic. Ego quidem, ff. de acq. hered. Et scribit Bald. in d. l. liber homo 59. §. Titius ff. de hered. inst.*
6 Hinc fit, vt acquiratur statim † *d. l. liber homo 59. §. si ita scriptum*, adeò, vt nullum temporis spatium inter delationē, & acquisitionem considerari possit; Eo enim momento,
7 quo pars ex institutione defertur, acquiritur, quia † cum acquisitio non pēdeat a facto hominis, sed a potestate iuris, Consequens est, vt dilationem non recipiat: Ius enim statim, & sine mora suos effectus operatur. Quamobrem, & acquisitio hæreditatis, quæ suis hæredibus fit ipso iure *l. in suis. 14. ff. de suis, & leg.* statim, & illicò fieri intelligitur *l. vlt. § fin verò perpetuæ C. de cura furio.* & acquisitio legati, quæ ipso iure, etiam ignorantibus fit *l. cum pater 79. § Surdo ff. de leg. 2. l. si iussa. 16 ff. de testam.* statim, & sine mora fieri censetur *l. hæredis aditio. 7. in prin. ff. quand. dies leg. ced.* Statim autem intel-
8 ligo, † ab eo tempore quo pars est delata: Nam ante non cēsebitur facta acquisitio. Quod significat Paulus *in d. l. si so-*
9 *lus 79. in prin. ff de acq. hared.* dum ait, † eum, qui ex pluribus partibus institutus est, adeundo vnam portionem, omnes acquirere, *si tamen delata sint*, quod qualiter accipiendum sit, facile erit ex ijs intelligere, quæ dicemus *in hoc cap. qu. 19. num. 2. & seqq.*

Sed hoc quidem generaliter dicitur. Specialiter autem, si quæramus, quibus casibus procedat, separatim nobis erit dispiciendum. Primò, quid, si per nosmetipsos nobis hæreditas acquiratur. Secundò, quid, si per alium. Tertiò demum, quid, si partim per nos, partim per alium.

S V M M A R I V M.

1 *Institutus ex asse si partem adeat, fit hæres statim in totum sine alia aditione.*
2 *Institutus ex pluribus partibus purè, si vnam adeat, fit hæres etiam pro alijs ipso iure sine noua aditione, & num. 3. 4.*
5 *Puri, & purificati idem iudicium.*
6 *Institutus pro parte purè, & pro parte sub conditione si adeat ex pura fit etiam statim hæres ex conditionali, & seqq. Declara nu. 16.*
8 *Conditio, cuius euentus nihil operatur, frustrà expectatur.*
10 *Pars conditionalis an acquiratur statim iure accrescendi, an verò iure institutionis, quando institutus pro parte purè, & pro parte sub conditione adit ex pura, & nu. seqq. & quæ vtilitas num. 17. 18. & 26.*
15 *Intellectus l. si liber homo 59. § si ita scriptum ff. de her. inst.*
21 *Quandiù est spes institutionis, tandiù ius accrescendi cessat, Declara num. 22.*
24 *Conditionalis institutio non impedit ius accrescendi respectu eiusdem.*
27 *Institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione sed dato cohærede si adeat ex purè, an statim fiat hæres etiam in conditionali, & seqq.*
28 *Per vnius partis aditionem ità demum aliæ acquiruntur si, & ipsæ delatæ sint.*
33 *Ius accrescendi expressum præfertur tacito.*
40 *Intellectus l. si liber homo 59. §. Titius, ff. de hæred. inst. & numer. 48.*
41 *Intellectus l. si solus 79. in prin. ff. de acq hæred. & n. 51.*
44 *Institutus purè ex vno triente, & ex alio sub conditione, dato cohærede Seio in alio triente, qui superèrat, si adeat ex triente puro erit hæres etiam ex dimidia alterius trientis conditionalis, etiam pendente conditione. Sed an titulo institutionis, an per ius accrescendi nu. seqq.*
57 *Spes conditionalis institutionis, & substitutionem impedit, & ius accrescendi.*
63 *Substitutio in parte tantùm facta non continet casum voluntatis, sed tantùm casum impotentiæ.*

An, & quando ex institutione, quæ est coniuncta cum iure accrescendi, pars ipso iure, & sine noua aditione acquiratur, si per nos ipsos fiat acquisitio.

Q V Æ S T I O XIX.

ET, si quidem per nosmetipsos nobis hæreditas acquiratur, & quæramus, an, & quando ex institutione, quæ est coniuncta cum iure accrescendi, pars ipso iure, & sine noua aditione acquiratur, constat varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando testator instituit aliquem ex asse, & sic integraliter; Et in hoc casu certum est, si vnam partem adeat, statim ipso iure, & sine alia aditione fieri hæredem etiam ex alijs partibus, † *vt patebit ex ijs, quæ dicemus in hoc cap. q. 28. nu. 1.* Sed hoc non prouenit a vi iuris accrescendi, 1
quippe quod in hac specie considerari nequit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 17. nu. 5. & seqq.* sed a voluntate testatoris, quæ tamquam indiuidua in partes scindi non potest, *vt ostendemus in hoc ipso cap. q. 28. nu. 7 & seqq.*

Secundus verò casus est, quando testator instituit aliquem hæredem solum, non ex asse, & sic integraliter, sed partibus distinctis, & purè; Et tunc eadem dicenda sunt, quæ & in superiore casu diximus, scilicet, eum adeundo vnam partem censeri etiam alias ipso iure, & sine noua aditione quæsiuisse † *d. l. si solus. 79. in prin. ff. de acq. hæred. & patebit etiam ex* 2
ijs, quæ dicemus in eadem q. 28. nu. 8. Nam, † qui ex pluribus 3
partibus instituitur, perinde habetur, ac si vnica dispositione fuisset in eo toto, quod ex illis partibus conficitur, hæres scriptus *l. in ratione 11. § quæsitum, versic. & aliam causam ff. ad leg. Falc.* Idque procedit, etiam in eo qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, si quo tempore puram adit etiam conditionalis erat purificata † *d. l. si solus. 79. in pri.* 4
versic si tamen, ff. de acq. her. Et scribit Bart. in l. liber homo 59. §. Titius, versic. Opp. de leg. ff. de hæred. inst. scilicet, quia puri, & purificati idem est iudicium † *l. vlt. §. Titius, versic. sed, si* 5
exciderit, & ibi Iason nu. 3 versic. 2. ff. de vulg. Menoc. consil. 822. numer. 30.

Tertiùs casus est, quando quis solus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est & in conditionali nō habet substitutum; Et in hoc casu, si adeat ex pura, statim fiet hæres etiam ex conditionali, quamuis adhuc conditio pendeat † *l. si quis ita scripserit. 33. & ibi Imol. num. 2. versic. in ea* 6
gl. in fi. ff. de hæred. inst. l. cum hæres 52. §. vlt. & ibi Ang. num. 1. & Castr. num. 1. ff. de acq. hæred. Et scribunt gl. in d. l. si solus 79. §. 1. in verb. in eiusdem persona & ibi Castr. num. 2. versic. Nec obstat & num. 4. versic. Tertius ff. eod. Bart. in l. vlt. num. 1. vers. si verò quadam ff. eod. & in l. quidam elogio. 20. numer. 1. versic. reassume C. de iur. delib. Castr. in d. l. si solus 79. in prin. numer. 1. versic. si autem in vna, & num. 3. versic. recollige, Imol. in l. si te

solum

solum.27.nu.1.& in d.l.liber homo 59.§.Titius, ff.de hared.inst.
Gomez.tom.1.varia.resol.cap.2.nu.12.vers.vnum tamen est &
cap.10.n.17.vers.2.extende, Donel.lib.7.comm.c.12.vers.valet,
Crass.in §.institutio qu.26.nu.3.Surd.consil 439.num. 26. quia,
7 † cum omnimodo sit eam habiturus, siue conditio extiterit,
siue defecerit, cum etiam deficiente conditione, quo casu perinde
est, ac, si in ea parte nemo fuisset institutus, debeat illa
ad eundem in alia parte institutum per ius accrescendi pertinere,
ne alioquin testator decedat pro parte testatus, pro parte
intestatus, *vt in hac specie considerant glo. in d.l. cum hæres*
52.§.vlt.in verb.omnimodo ff.de acq.hæred.glo. in d. l.si quis ita
scripserit.33.in verb.conditione.& ibi Imol.n.2 uers.in ea gl.ibi ff.
de hæred.inst.Gomez.d.tom 1.varia.resol.cap.2.n.12.vers.vnum
tamen est, ideò pro eius acquisitione frustrà expectaretur cō
8 ditio, cuius euentus nihil operatur † *l.aliquando 13.§.ult ff.ad*
Velleia. Ita ratiocinati sunt Caius, & Martianus in d.l.si quis
ita scripserit 33.ff.de hæred.inst.& in d.l.cum hæres 52.§.ult.ff de
acq.hær. Et post eos glo.in d.§.ult.in uerb.Omnimodo, & ibi Ang.
nu.1.Castr.nu.1.Castr.in d.l.si solus 79.§.1.nu.2.vers.Nec obstat
ff.de acq.hæred.Imol.in d l.si te solum 27.nu.1.& in d l.si quis ita
scripserit 33.nu.2.versic.in ea glo in fin. Gomez.d.tom 1. varia.
resol.cap 2.nu.12.versic.vnum tamen est & d.cap.10.n.17.vers.
2.extende, Donell.d.lib.7.comm.cap.12.vers.valet, Crass.in d.§.
institutio qu.26.nu.3. Quamobrem dicimus, non dato cohærede,
aut substituto purā institutionem ad se trahere totum,
9 † *uti uidere est apud Bald.in d.l.si te solum.27.ff.de hær inst.*
10 Sed hoc, ut respectu ipsius acquisitionis † planum est, ita &
respectu iuris, & causæ dubium habet: Quæritur enim, an
pars conditionalis statim ei, qui ex pura adiuit, acquiratur
iure accrescendi, an verò iure institutionis, quod & in sequenti
specie de ea portione quæritur, quam omnimodo etiam deficiente
conditione esset institutus per ius accrescendi habiturus.
Dubium autem facit illud; quia pendente conditione,
nec iure institutionis videtur posse acquiri, nec iure accrescē
di, non iure institutionis, quia nondum extitit conditio, nec
iure accrescendi, quia nondum est defecta portio *ut pro dubi-*
tandi ratione considerant gl in d.l.liber homo 59.§.si ita scriptum,
in verb in pendenti & ibi Bald.vers opponitur, ff de hæred.inst.

Hoc tamen non obstante censent plerique statim acquiri
11 iure institutionis, † *ut gl.in d l.liber homo. 59. § si ita scriptum,*
12 *in verb.in pendenti, & nouissimè Cuiac lib 12.obs.c.11.*quia. † cū
non attendatur conditio, quasi frustratoria, *ut supradictum*
est, perinde res est habenda, ac si purè, & sine tali conditione
13 fuisset facta institutio, † *secundum gl.in d.§.si ita scriptum, in*
verb.in pendenti, ut in simili dicimus de institutione facta sub
conditione, quæ remittitur *l. quæ sub conditione.8 in prin.vers.*
voluit, & §.fin.& l.conditiones, quæ contra. 14. ff. de cond. inst.
Atqui, si purè fuisset in ea parte facta institutio, dubium non
est, quin ad hæredem, qui ex alia adiuit, pertineret etiam ea
iure institutionis, *ut ostendimus in casu præcedenti nu. 2.* Idem
igitur dicendum est, & cum institutio facta est sub conditione,
quæ non attenditur.

Verùm hæc sententia meritò fuit à *Bald in d. § si ita scrip-*
14 *tum, vers. ego dico & alijs* † improbata, Primò, quia contrarium
apertè probat *d.l liber homo 59.§.Titius ff.de hæred inst. secun-*
dum ea, quæ dicemus in sequenti casu nu.... Secundò, quia pars
hæreditatis non potest haberi iure institutionis, nisi habeatur
eo modo, quo testator voluit. Atqui testator ita demum voluit
partem conditionalem ad institutum pertinere, si conditio
extiterit. Ergo, ubi nondum extitit, non potest illa iure
institutionis ad hæredem pertinere. Tertiò demum, quia, si
pars conditionalis, quam quis omnimodò etiam deficiente
conditione esset habiturus statim acquireretur iure institu-
15 tionis, sequeretur in specie † *d.§.si ita scriptum*, qua testatur instituit
Titium ex uno triente purè, & ex alio sub conditione
dato cohærede si Titius adeat ex institutione pura, quo casu
statim consequeretur etiam dimidiam trientis sub conditione
dati, alteram dimidiam, quam dicimus, stare in suspenso,
deficiente postea conditione non debere totam accrescere cohæredi,
sed tantum pro minori parte, quia, cum deficiente
conditione debeat illa dimidia quæ stabat in suspenso, quasi
facta caduca vtrique hæredi accrescere pro portione hæreditaria,
& sic pro ea portione, quam quilibet eorum iure institutionis
habet *l.si in testamento 5. ff.de uulg.* & Titius iure institutionis
habeat (secundum eos) non solum trientem purè
datum, sed etiam dimidiam alterius trientis, & sic effectu semissem
totius hæreditatis, cohæres verò non habeat, nisi trientem,
necessariò pars, quæ stabat in suspenso, deberet diuidi
in decem partes, & sex deberent accrescere Titio, quatuor
verò cohæredi. Atqui tota pars, quæ stabat in suspenso cohæredi
accrescit *d.§.si ita scriptum; & nos dicemus in sequenti*
casu nu.... Ergo altera pars pendente conditione non censetur
acquisita Titio iure institutionis. *Ita subtiliter & elegan-*
ter ratiocinatus est Bald.in d.§.si ita scriptum, vers.Ego dico.

Nec est contrarium, quod, cum non expectetur conditio,
perinde res sit habenda, ac, si purè fuisset facta institutio, quia
hoc verum est, † si respiciamus ad effectum acquisitionis: 16
Nam, quia, siue conditio extiterit, siue defecerit, omnimodò
institutus est illam portionem habiturus, ideò quoad acquisitionis
effectum frustratorium est expectare conditionem.
Cæterùm, si respiciamus ad ius, & causam acquisitionis, magis
est, vt institutio non habeatur pro pura, sed sit expectanda
conditio, quippè, quæ hoc respectu non potest censeri frustratoria:
nam, si extiterit, habebit institutus portionem illam
iure institutionis, † *ut declarat Bart.in d l.qui ex duabus. 53.* 17
in prin.vers.vel clariùs ff.de acq.hæred.& scribunt etiam omnes,
quos referemus infra n.20. si verò defecerit, habebit eam iure
accrescendi, quia † primo casu eam habet ex dispositione testatoris, 18
cum habeat eo modo, quo testator voluit, secundo
verò non habet ex dispositione testatoris, quippè, qui non,
nisi existente conditione voluit illam partem ad institutum
pertinere, sed habet ex dispositione legis quæ non vult, testatorem
decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum,
ut diximus supra nu.7. Nec erit necessaria noua aditio, siue
eam habeat iure institutionis, siue iure accrescendi, sed semel
adijsse sufficiet † *d l liber homo.59.§.Titius ff.de hæred.inst.Et* 19
in his terminis scribunt gl in d l.si solus.79.§.1.in verb.in eiusdem
persona & ibi Castr.nu.4.vers.Tertius ff.de acq.hæred. Bald. in
d.l.liber homo.59 §.Titius Interim igitur partem illam habebit
institutus iure accrescendi, sed, si posteà conditio extiterit,
causa mutabitur, & censebitur eam habere iure institutionis,
† *ut declarant Bald.in d.l liber homo.59.§ Titius, vers.Illud est* 20
verum, & vers.in text.ibi, ex semisse, & ibi Ang Idem Bald.in
d.l.liber homo.§.si ita scriptum, vers.in text. ibi, aut ex semisse,
& vers. Ego dico & Castr.in d.l.cum hæres.52. §. ult.nu.1.vers.
in prima parte ff.de acq.hæred.

Nec obstat, quod, quandiù spes est institutionis tandiù ius
accrescendi cessat, † *ut ostendimus in 7.cap.qu 37 num.4.* cum 21
hoc ius locum habere nequeat, nisi portio sit defecta, *ut di-*
ximus in eodem 7.cap.in prin.n.6. quæ res dici non potest, quādiù
separatur institutio, *ut diximus in d q.37.nu.10.* quia respondeo
hoc procedere, † cum portio debet accrescere alteri, 22
quam ei, cui relicta fuit: nam eo casu, si diceremus, ante defectum
conditionis habere locum ius accrescendi, alterum de
duobus absurdis sequeretur: quia, aut pars accresceret cum
damno, & iniuria vocati, qui eius consequendæ spem habet,
aut accresceret reuocabiliter, quod respectu acquisitionis absurdum
est, *ut constat ex ijs, quæ diximus in eadem qu.37.n.96.*
& seqq. At, cum ei debet accrescere, cui principaliter fuit relicta,
tunc vtrumque absurdum cessat; nam, nec alicui fit
iniuria, cum pars accrescat ei, qui omnimodo rem est habiturus,
nec accretio fit reuocabiliter, si acquisitionem spectamus,
cum etiam existente conditione non sit desiturus rem habere,
sed tantum sit reuocabiliter respectu iuris, & causæ, quia,
quod interim habet iure accrescendi, si posteà conditio extiterit,
censebitur habere iure institutionis, quod absurdum
non est cum id contingat in omnibus casibus, in quibus duplici
quis iure ad eandem rem venire potest, si vnum alterius
sit exclusiuum: nam, si id, quod exclusiuum est, sub conditione
deferatur, alterum verò purè, non differtur acquisitio,
quæ ex puro fit, quia frustratoria esset dilatio, sed existente
alterius conditione, mutatur acquisitionis causa, & res non
ex puro, sed ex conditionali purificato censetur acquisita,
† *vti videre est in l. seruus 3.§.qui fideicommissum, ff.de hæred.* 23
inst.Et in his terminis declarat Castr. in d.l.cum hæres.52 §.ult.
nu.1.vers.& si dicatur. ff.de acq.hæred. Et ita seruatur in proposito.
Quamobrem dicimus, conditionalem institutionem
non impedire, nec suspendere ius accrescendi in persona
eiusdem instituti, † *uti uidere est apud Bald.in d.l.si quis ita* 24
scripserit 33.vers.vel sic, & ibi Ang.& Imol.num. 1. vers. Not.
quod,

quod, ff. de hæred. inſt. Imol in d. l. ſi te ſolum. 27. numer. 1. ff. eod. Quamquam, & illud probabiliter dici poſſit, interim, dum conditio pendet, non acquiſitionem, ſed acquiſitionis ius, &
25 cauſam pendere, ſcilicet, quia pars ſub conditione data ſtatim quidem acquiritur, ſed quo iure cenſetur acquiſita, pendet à futuro euentu: nam, ſi extiterit conditio, cenſebitur acquiſita iure inſtitutionis, *ut dictum eſt ſupra num. 17. & 20.* ſi verò defecerit, iure accreſcendi. In quo quidem mihi videtur lapſus Cuiacius *lib. 12. obſ. cap. 11. in fin.* dum ſcripſit, ſiue conditio extiterit, ſiue defecerit, eum habiturum partem iure inſtitutionis: nam hoc perſpicuè falſum eſſe, conſtat ex iis quæ diximus *ſupra nu. 14. & ſeqq.* Vtilitas autem in eo con-
26 ſiſtit, † quia, ſi conditionalis inſtitutio ſit grauata legatis, quæ nominatim eo caſu ſint ab inſtituto relicta, erunt illa præſtanda, ſi portio ad eum pertineat iure inſtitutionis, ſecùs verò, ſi iure accreſcendi, *ſecundum ea, quæ diximus in 8. cap. qu. 17. num. 135. Ita in propoſito ſcripſit Caſtr. in d. l. cum hæres. 52. §. ult. num. 1. verſ. item ſi dicatur, ff. de acq. hæred. Et eſt de mente Bart. in l. fin. num. 6. ff. ſi quis om. cauſ. teſt.*

Quartus caſus eſt, quando quis hæres inſtitutus eſt ex parte purè, & ex parte ſub conditione, non ſolus, ſed dato cohærede, Et in hoc caſu, ſi inſtitutus adeat ex parte pura, ſtatim quidem ex illa fiet hæres *d. l. liber homo. 59. §. Titius, & §. ſi ita ſcriptum, ff. de hær. inſt.* Sed, an etiam fiat ex conditionali, dubium eſt. Et, ſi quidem tractemus de ea parte, quam deficiente conditione non eſſet habiturus, res caret dubio; nam certũ
27 eſt, eam non ſtatim acquiri hæredi, qui adiuit ex pura † *d. §. Titius & ibi Bald. & d. §. ſi ita ſcriptum, Et ſcribunt gl. in d. l. ſi ſolus. 79. §. 1. in verb. in eiuſdem perſona, & ibi Caſtr. nu. 4. verſ. in*
28 *quarto ff. de acq. hæred.* quia † per vnius aditionem ita demum aliæ acquiruntur, ſi & ipſæ delatæ ſint *d. l. ſi ſolus. 79. in princ.* Cum igitur pars ſub conditione data non deferatur ante, quã impleta ſit conditio, conſequens eſt, vt non cenſeatur acqui-
29 ſita. Quamobrem eſt expectanda conditio, † *ut ſcribunt Bart. in d. l. ult. num. 1. verſic. ſi verò in parte, ff. de acq. hæred. Caſtr. in d. l. ſi ſolus. 79. in prin. nu. 2. verſic. ſi autem habeba, ff. eod. Gomez. tom. 1. varia reſol. cap. 2. n. 12. verſ. vnum tamen eſt,* ne alioquin
30 † fiat iniuria cohæredi, cum poſſit conditio non extitere, *ut ſcribit gl. in d. §. ſi ita ſcriptum, in verb. in pendenti,* Et interim
31 pars illa ſtat in pendenti, † *d. §. ſi ita ſcriptum, & ibi Imol. Et ſcribunt etiam gl. in d. l. ſi ſolus. 79. §. 1. in verb. in eiuſdem perſona. & Imol. in d. l. liber homo. 59. §. Titius,* quia, ſi poſtea condi-
32 tio extiterit viuo inſtituto, ad eum pertinebit † *d. §. Titius & ibi Bart. & Bald. verſic. in text. ibi ex ſemiſſe & Imol. Idem ſcribitur in d. §. ſi ita ſcriptum, vbi Bald. in prin. & in l. qui fundum. 86. §. ſi tu ex parte ff. ad leg. Falc. Et tradunt etiam Caſtr. in d. l. cum hæres 52. §. ult. num. 1. in fi. & in d. l. ſi ſolus. 79. in prin. nu. 2. verſ. ſi autem habebam ff. de acq. hæred. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. nu. 12. verſic. vnum tamen eſt,* & quidem tota, licet habeat cohæredes: Hoc enim eſt, quod dicimus, ius accreſcen-
33 di expreſſum præferri tacito, † *uti videre eſt apud Bald. in l. quidam elogio. 20. nu. 3. C. de iur. delib. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 155. verſic. Confirmo, & ibi Alcia. n. 44.* Et pertinebit ipſo iure,
34 ac ſine noua aditione cum ſemel adiiſſe ſufficiat † *d. §. Titius, verſic. Nec erit, & ibi Bart. & Bald. verſic. Item not. & Imol. Caſtr. in d. l. ſi ſolus. 79. §. 1. num. 4. verſic. in quarto. ff. de acq. hær. vbi reprobat gl. quæ ibi contrarium ſentire videtur,* ſed pertine-
35 bit iure inſtitutionis, non iure accreſcendi, † *ut declarat Caſtr.*
36 *in d. l. ſi ſolus. 79. in prin. nu. 2. verſic ſi autem habebam,* quia, † cũ eodem ſit delata iure, Conſequens eſt, vt ab inſtituto qui adiuit, debeat haberi eo modo, quo teſtator voluit, *ſecundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 28. n. 8.* Ex quo intelligimus eos, qui in propoſito dicunt, adueniente conditione partem accreſce-
37 re, † *ut Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine*
38 *Adelaſiam, nu. 104. verſic. quæ omnia,* impropriè loqui, † ſi reſpicimus ad acquiſitionis cauſam, quia reſpectu huius partis non poteſt in perſona inſtituti ius accreſcendi conſiderari, *ut oſtendimus in hoc cap. q. 17. nu. 21.* Planè, ſi reſpiciamus acquiſitionis modum, magis eſt, vt rectè dicant partem accreſcere, ſcilicet quia acquiritur ipſo iure, & ſine noua aditione, & ſic per modum accretionis, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. qu. 16. num. 12. & ſeqq.* Quod, ſi conditio defecerit, non perti-
39 nebit illa pars ad inſtitutum, ſed accreſcet cohæredi † *d. l. qui fundum, 86. §. ſi tu ex parte, ff. ad leg. Falc. d. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum, & ibi Imol. num. 10. verſ. ſed illud ff. de hæred. inſt. Ang. in d. l. qui ex duabus. 53. in prin. verſic. ſed hæc ſecunda, ff. de acq. hæred. Imol. in d. l. liber homo §. Titius, Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. nu. 12. verſ. vnum tamen eſt.*

Cæterùm, ſi tractemus de ea parte, quam inſtitutus, etiam deficiente conditione per ius accreſcendi eſſet habiturus, & quæramus, an illa ſtatim acquiratur, Dubitationem facit.

In primis *l. liber homo. 59. §. Titius, ff. de hær. inſt.* vbi Celſus, *Titius ex ſemiſſe hæres eſto,* inquit *Seius ex quadrante hæres eſto, ſi Titius in Capitolium aſcenderit, ex alio quadrante hæres eſto, ante, quàm Capitolium aſcendat, ſi pro hærede gerat, ex ſemiſſe hæres erit, ſi Capitolium aſcendat, & ex quadrante hæres erit:* Nam his verbis ſignificat, † hæredem ex parte purè, & 40
ex parte ſub conditione inſtitutum dato cohærede ſi pendẽte conditione adeat, ex pura tantum inſtitutione fieri hæredem, non verò ex conditionali, etiam pro ea parte, quæ deficiente conditione eſſet ad illum per ius accreſcendi peruentura, quia ſi pro ea parte fieret hæres, deberet Titius in ſpecie à Celſo propoſita adeundo fieri hæres, non ſolum ex ſemiſſe, ex quo fuit purè inſtitutus, ſed etiam ex ſextante, & ſic ex duabus partibus eius quadrantis, ex quo fuit inſtitutus ſub conditione, quia deficiente conditione deberet ille quadrans vtrique accreſcere pro portione hæreditaria, & ſic Titio, qui ſex habet vncias pro duabus vnciis, Seio verò, qui tres, pro vncia, & tamen ſcribit Celſus, eum pendente conditione fieri hæredem ex ſemiſſe, ex quadrante verò non, niſi purificata conditione. Non acquiritur ergo pars, quam quis in omnem euentum eſt habiturus, ante, quam conditio exiſtat.

Secundo verò dubitationem facit *l. ſi ſolus. 79. in princ. ff. de acq. hæred.* Vbi Paulus ſcribit, † cum, qui mixtis aliis cohæ- 41
redibus ex pluribus partibus inſtitutus eſt, adeundo vnam portionem omnes acquirere, *ſi tamen delatæ ſint;* Ergo à contrario ſenſu ſignificat, ſi non ſint delatæ, vt euenit in partibus ſub conditione datis, dum conditio pendet, eas non acquirere.

Nec dicas hoc eſſe intelligendum, † reſpectu illius portio- 42
nis, quæ deficiente conditione deberet cohæredibus accreſcere, non etiam reſpectu illius, quam inſtitutus omnimodo eſſet per ius accreſcendi habiturus, quia, licet hæc reſponſio in ſe vera ſit, non tamen tollit dubitationem: Nam Paulus ibi loquitur † de eo, qui adit vnam partem, & ait, eum ita demum 43
alias acquirere, ſi delatæ ſint. Itaque, dum de aliis loquitur, integraliter eſt accipiendus, non pro parte, quia, qui partem dicit totam partem, non partis partem dicere cenſendus eſt.

His tamen non obſtantibus, certi iuris eſt, adeuntem ex pura ſtatim fieri hæredem, etiam ex conditionali pro ea parte, quam omnimodo eſſet habiturus, etiamſi conditio deficeret, ideſt pro ea quæ deficiente conditione deberet illi accreſcere.
† Itaque ſi, verbigratia, teſtator inſtituit Titium ex vno triente purè, ex alio verò ſub conditione, dato Seio cohærede 44
in alio triente, qui ſupererat, qui triens ſub conditione datus ea deficiente debet vtrique pro portione hæreditaria accreſcere *d. l. qui fundum, 86. §. ſi tu ex parte ff. ad leg. Falc.* & per conſequentias Titius omnimodo eſt habiturus dimidiam illius trientis, & ſic ſextantem totius hæreditatis, ideo, ſi adeat ex parte pura, nempe ex triente, erit hæres etiam ex ſextante, & ſic dimidia alterius trientis, etiam pendente conditione *d. l. liber homo. 59. §. ſi ita ſcriptum, & ibi gl. in verb. in pendenti, Bald. & Imol ff. de hær. inſt. gl. in d. l. liber homo. §. Titius in verb. ex ſemiſſe, & ibi Bart. Ang. & Imol. Bart. in d. l. quidam elogio. 20. num. 1. verſ. Reaſſume, C. de iur. delib. in d. l. qui ex duabus. 53. in prin. verſ. hæc non videtur bona, & in l. ult. num. 1. verſ. ſi verò in parte, ff. de acq. hæred. Caſtr. in d. l. cum hæres. 52. §. ult. num. 1. in fin. & in d. l. ſi ſolus 79. in prin. num. 2. verſ. ſi autem habebam, ff. eod. Gomez. d. tom. 1. varia. reſol. cap. 2. num. 12. verſ. vnum tamen eſt,* quia, † cum in omnem euentum ſit eam 45
habiturus, fruſtra expectaretur conditio, cuius euentus nihil operatur, *ut diximus ſupra num. 8. Et in hac ſpecie conſiderat Caſtr. in dict. l. cum hæres. 52. §. ult. num. 1. in fin. ff. de acq. hæred.* Nam, quæ de tota parte conditionali diximus in ſpecie, qua cohæres non eſt datus, procedunt, etiam in ſpecie, qua datus, pro ea parte, quæ deficiente conditione deberet ipſimet inſtituto accreſcere, quod eadem ſit vtriuſque ratio. Quamobrem & hîc eadem ſunt repetenda, quæ diximus *in præcedenti caſu num. 16. & ſeqq.* Vt ſcilicet interim habeat inſtitutus illam partem iure accreſcendi, ſed, ſi poſtea conditio exti-

46 titerit, habeat iure institutionis, † *ut in his terminis declarent Bald.in d.l.liber homo.59.§.Titius,vers.Illud est verũ, & vers. in text ibi,ex semisse & ibi Ang.Idem Bald.in § si ita scriptum d. l.in vers in text.ibi aut ex semisse, & vers.Ego dico,* aut (quod mihi videtur probabilius) statim quidem eam acquirat,cum dilatio respectu acquisitionis non possit non esse frustatoria,
47 sed quo iure acquirat,pendet à futuro euentu.† quia,si postea extiterit conditio,censebitur illam habere iure institutionis,si verò deferit,iure accrescendi, *secundum ea,quæ diximus n.25.*

Neque obstant contraria: Nam ad primum respondent nostri communiter,quod scribit Celsus *in d.§.Titius*, debere
48 intelligi † secundum distinctionem,quam immediatè subijcit *in § si ita scriptum*,ad præcedentium declarationem,vt scilicet adueniente conditione fiat institutus hæres etiam ex conditionali,pro ea parte,quæ deficiente conditione deberet accrescere cohæredi,non etiam pro ea, quam omnimodo esset habiturus,vtpote pro qua statim fit hęres non expectata conditione, *ut supra dictum est:* Alioquin enim videretur sibi ipsi fuisse contrarius,aut se incontinenti correxisse, quod non est verisimile. *Ita declarando respondent gl.in d.§.Titius, in verb. ex semisse, & ibi Bart vers.Opp.quod etiam, & Imol.*

Sed hæc responsio,licet in se vera sit, non tamen omnino
49 tollit dubitationem,quia,† cum Celsus expressè dicat,Titium fieri hæredem ex quadrante, si conditio extiterit, intelligimus, hoc eum sensisse,priùs, quam conditio extiterit, ex eo non fieri hæredem, & sic nullam quadrantis partem habiturum,quia,qui dicit quadrantem,totum exprimit,non partem quadrantis. Alioquin,si de parte sensisset, facile ei fuisset id exprimere, vt expressit *in §.seq.*

Quamobrem probabilius est,quod alii tradiderunt,scilicet,
50 Celsum ibi † ad ius institutionis respexisse: nam,cum testator aliquem ex parte purè, & ex parte sub conditione hæredem instituit dato cohærede, licet is adeat ex pura, non tamen fit hæres ex conditionali priùs,quam conditio extiterit,si ius Institutionis spectemus, scilicet quia eo iure non potest hæres fieri,nisi fiat eo modo,& casu quo testator voluit. Quamobrem rectè dixit Celsus, si Titius adeat ante, quam ascendat Capitolium,fieri eum hæredem ex semisse, si verò Capitoliũ ascendat,fieri hęredem etiam ex quadrante,quia re vera non fit hæres ex eo quadrante iure institutionis priùs, quam impleta sit conditio. Nec est contrarium quod etiam pendente conditione consequatur eam partem, quam omnimodo etiã deficiente conditione esset habiturus, quia non consequitur eam ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis, *secundum ea,quæ supra diximus. Et ita locum illum esse intelligendum rectè censuit Bald in d.§.Titius, vers.Illud est verum, & vers.in text.ibi, ex semisse.*

Ad secundum verò respondeo, locum illum esse referen-
51 dum † ad illud ius,quod Pauli temporibus obtinebat: nam, cum eo tempore essent in vsu leges caducarię,nempe Iulia,& Papia,quas ibi Paulus interpretabatur, *ut ex inscriptione constat*,rectè dixit,vnius partis aditione ita demum alias acquiri, si delatę sint,& hoc modo exclusit partes sub conditione datas nulla earum portione excepta, quia tunc temporis non poterant partes conditionales pro aliqua portione acquiri priùs,quam esset impleta conditio: Nam,cum ijs legibus sublatum esset ius accrescendi, *ut ostendemus in 10.c.q.8.n.4.* non poterat institutio sub conditione facta respectu alicuius portionis censeri coniuncta cum iure accrescendi,quod non erat, eaque ratione non poterat institutus adeundo ex pura fieri hæres etiam ex aliqua parte partis conditionalis,quoniam ad eam nullo iure poterat venire,non iure institutionis, quæ remanebat conditione suspensa, neque iure accrescendi, quod tunc temporis non habebat locum. Omnimodo igitur debebat hæres expectare conditionem ad hoc,vt acquireret partẽ sub conditione datam,quia deficiente conditione pars illa nõ accrescebat hæredibus,sed deferebatur fisco. At hodie, quia sublatis legibus caducarijs vtimur iure antiquo,& partes caducæ non fisco,sed hæredibus accrescunt,ideò fit, vt,si hæres ex parte purè, & ex parte sub conditione fuerit institutus, adeundo ex pura fiat hæres, etiam ex ea conditionali parte, quæ ad eum esset per ius accrescendi peruentura,licet conditio deficeret, *secundum ea,quæ supra diximus.* Quo fit,vt,si ad hoc ius respiciamus,illa Pauli verba, *si tamen delata sint*, quatenus ad conditionales referuntur,necessariò debeant intelligi pro ea parte,quæ deficiente conditione deberet alijs cohæredibus accrescere,non etiam pro alia, secũdum communem interpretationem,quæ ad ius nouissimum relata, verissima est,& necessaria: Nisi quis malit,ea referre ad ius institutionis,quasi hoc sentiat Paulus,ita demum partes conditionales iure institutionis acquiri,si delatæ sint, quia,si non sint delatæ,licet acquirantur pro ea portione, quam institutus esset omnimodo habiturus, non tamen acquiruntur iure institutionis, *secundum ea,quæ diximus supra nu.14 & 18.*

Quintus casus est,quando testator instituit vnum in dimidia purè,& in alia dimidia instituit eundem,& alium sub cõditione,Et in hoc casu,quid iuris sit,facile est ex ijs,quæ diximus in præcedenti casu,intelligere: Nam, si adeat ex pura, statim fiet hæres,non solum ex illa,sed etiam ex dimidia alterius dimidię,vtpote,quam in omnem euentum est habiturus, pro altera verò dimidiæ dimidia expectandus erit conditionis euentus,& interim eius acquisitio stabit in suspenso,quia, si conditio extiterit viuo cohęrede,ad eum pertinebit,si verò non extiterit,accrescet primo hæredi, qui proinde totam hęreditatem obtinebit,hoc est, dimidiam iure Institutionis, dimidiam verò iure accrescendi,sed, etsi conditio extiterit post mortem cohæredis, habebit quidem primus hæres totam hęreditatem,sed dodrantem iure institutionis, quadrantem verò iure accrescendi. † *Ita scribunt Gomez.d.tom.1.varia.resol.* 52
cap.2.n.12.versic.vnum tamen est,& Surd.cons.439.n.26.vers. At,vbi vnus. Idem est,&,si duo sint instituti in dimidia parte hæreditatis purè, & alter eorum sit institutus in alia dimidia sub conditione: Nam,si ambo adeant ex pura,consequetur is, qui etiam ex altera dimidia sub conditione fuit institutus, etiam dimidiam illius dimidiæ,vtpote, quam etiam deficiente conditione esset per ius accrescendi habiturus. Itaque statim habebit dimidiam totius hæreditatis, pro altera verò dimidiæ dimidia erit expectandus conditionis euentus: Nam,si conditio extiterit, ad eundem iure institutionis pertinebit, si verò conditio defecerit, pertinebit ad cohæredem iure accre-
scendi,† *secundum ea quæ diximus in 4.casu, quæque etiam in* 53
hac specie locum habent. Et ita in specie docuit Surd.d.cons.439. num.26.versic.Idem est.

Sextus & vltimus casus est, quando hæres ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus, non cohæredem, sed in parte conditionali substitutum habet,Et in hoc casu,si adeat
ex pura,non fiet statim hæres ex conditionali † *l.cum heres.* 54
52.§ ult.& ibi Castr.nu.1.in fi.ff.de acq.hæred Et scribunt gl. in d.l.si solus.79.§.in verb in eiusdem persona, & ibi Castr. num.4. vers.in quarto ff.eod. gl in l.si quis ita scripserit.33.in verb.Idem Titius,ff.de hæred.inst. Bart.in d.l quidam elogio 20 nu.1. vers. Reassume C.de iur.delib & in d.l.ult.num.1.versic.aut in parte, ff.de acq hæred Castr.in d.l.si solus 79.in princ. num. 2 versic.si autem in vna, ff.eod. Gomez. d tom 1.varia resol.cap.2.nu. 12. versic.vnum tamen est, Crass.in §.Institutio qu.26.num.3. quia,
† cum eam non sit in omnem euentum habiturus,cessat ratio, 55
propter quam aliàs dicimus acquisitionem non differri. *Ita scribit Castr.in d.l.cum heres.52.§.vlt nu.1.in fin.in d.l.si solus. 79.in prin.num.2.versic.si autem in vna,& in § 1 num 4.versic. in quarto ff.de acq.hæred.* Quamobrem erit expectandus con-
ditionis euentus, † *ut scribunt gl in d l.cum heres.52.§. vlt. in* 56
verb.in conditionalem,& ibi Ang.nu.1.Castr.num.1.Castr. in d. l.si solus.79.in prin.num 2.versic.si autem in una, Imol.in d.l.si te solum.27.num.1.ff.de hæred.instit.Gomez. d.tom. 1. varia.resol. cap.2.num.12.versic.vnum tamen est,& cap.10.num.18.Crass. in dict.§.institutio qu 26.num.3.Surd d.consil.439. num. 26. Et interim, nec instituto pars acquiritur, nec substituto, cum spes conditionalis institutionis, & substitutionem impediat,
& ius accrescendi, † *ut declarant Bald.in dict l. si te solum 27.* 57
versic sed veritas, ff.de hæred inst.& Imol.in d.l si quis ita scripserit.33.num.2.ff. eod. Sed erit res in pendenti, † *secundum gl.* 58
in d l.si solus.79.§.1.in verb. in eiusdem persona, & Ang.in d. l.cum heres.52.§.vlt.num.1 ff. de acqu.hæred. quia, si posteà
conditio extiterit, pars illa ad institutum pertinebit, † *ut scri-* 59
bunt Bart.in d l.ult.num.1.vers. aut in parte, ff.de acq hæred. Ang.in d.l.cum heres.52 §.vlt num.1 ff.eod.Castr in d.l.si solus. 79 in princ.num.2 vers.si autem in vna ;ff.eod Gomez.d.tom.1. varia.resol.cap.10.num.18. Et quidem ipso iure, ac sine noua
aditione,cum semel adijsse sufficiat † *ut sępè dictum est, Et in* 60
his terminis scribunt Bart.in d.l ult nu.1.vers.aut in parte,ff.de

acq.

acq. hæred. Caſtr. in d. l. 1. num. 4. verſic. in primo, & in d. l. ſi ſolus 79. in prin. nu. 2. uerſic. ſi autem in vna, & in §. 1. nu. 4. uerſic in quarto, vbi reprobat glo. quæ ibi contrarium ſentire videtur in verb. in eiuſdẽ perſona ff. eod. tametſi re vera non hæc fuerit mens gl. loquitur enim de acquiſitione, quæ ſtatim fit, non de noua aditione. Idem ſcripſit Gomez. d. to. 1. var. reſol. ca. 10. n. 18. Et videtur etiam ſenſiſſe gl. in d. l. liber homo. 59. §. Titius, in verb. & ex quadrante, ff. de hæred. inſt. gl. in l. 2. in verb. agnoſcere ff. de acq. hær. Caſtr. in d. l. 1. nu. 4. uerſic. in primo ff. eod. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam nu. 104. verſ. quæ omnia qui ſimpliciter dixerunt, non eſſe neceſſariam nouam aditionẽ, etiamſi pars aliqua nondũ eſſet delata, quo tẽpore facta eſt aliarum partium aditio: Poſſunt enim tàm de eo intelligi, qui cohæredẽ habet, quàm de eo, qui ſubſtitutũ. Et pertinebit, non iure accreſcendi, ſed iure inſtitutionis, & ſic eo iure, & modo,
61 quo teſtator voluit, † *ut declarat Bart. in d. l. ult. nu. 1. uerſic. aut in parte ff. de acq. hæred.* Quamobrem, & in hac ſpecie impropriè loquuntur, qui partem dicunt inſtituto accreſcere,
62 † *ut Gomez. d. tom. 1. var. reſol. cap. 10. nu. 18.* niſi reſpiciant ad modum acquiſitionis *ſecundum ea quæ diximus in hoc cap. q. 16. nu. 12. & ſeqq.* Denique pertinebit, etiamſi nolit, quia non poteſt illam partem repudiare, & dimittere ſubſtituto, cum ſubſtitutio in parte tantum facta non contineat caſum no-
63 luntatis, ſed tantum caſum impotentiæ, † *ut latiùs oſtendemus in hoc cap. qu. 25. nu. 12. & ſeqq. Et in propoſita ſpecie declarant Ang. in d. l. ſi ſolus. 79. in prin. uerſic. Item videbatur, & ibi Imol. nu. 1. uerſic. Nec obſtat etiam ff. de acq. hær.* At, ſi conditio non extiterit, ſed defecerit, pars illa ad ſubſtitutum pertine-
64 bit, quaſi purificata conditione, ſub qua vocatus eſt, † *d. l. ſi ex ſolum. 27. & ibi Bald. in prin. & uerſic ſed veritas ff. de hær. inſt. Ang. in d. l. cum hæres. 52. §. ult. nu. 1. & ibi Caſtr. in fin. ff. de acq. hæred. Imol. in d. l. ſi ſolus. 79. in prin. nu. 1. uerſic. Nec obſtat etiam ff. eod. Donell. lib. 7. comm. c. 12. uerſic. valet.* Et his quidem caſibus ipſo iure fit acquiſitio, quoties per noſmetipſos nobis acquiritur hæreditas.

S V M M A R I V M.

An, & quando ex inſtitutione, quæ eſt coniuncta cum iure accreſcendi, pars ipſo iure, & ſine noua aditione acquiratur, ſi per alium nobis fiat acquiſitio.

Q V Æ S T I O XX.

NVnc videamus, quid iuris ſit, ſi per alium nobis hæreditas acquiratur. Conſtat autem multùm referre, vtrùm acquiratur per eum, cui nos, vt hæredes, ſucceſſimus, an verò per filium, vel ſeruum, quem in poteſtate habemus, & ſic, vtrùm acquiſitio fiat iure tranſmiſſionis, an verò iure poteſtatis *ſecundum l. quamuis 15. C. de fideic.* Nam, ſi iure tranſmiſſionis, eadem erunt dicenda, quæ diximus in quæſtionibus præcedentibus, ſcilicet, quia, quibus caſibus ipſo iure, & ſine noua aditione acquiritur pars hæreditatis inſtituto, qui adiuit, iiſdem etiam acquiritur eius hæredi, in
quem alia portio fuit tranſmiſſa, † *l. liber homo. 59. §. ult. ff. de* 1
hæred. inſt. Et ſcribit gl. in l. ſi ſolus. 79. §. in verb. non. cum per eum ff. de acq. hæred. Itaque, ſi ex parte purè, & ex parte ſub conditione inſtitutus adierit ex pura, & deceſſerit, poſteaque conditio extiterit, & ſimus in caſibus, in quibus inſtitutio cenſetur coniuncta cum iure accreſcendi, *ſecundum ea, quæ diximus in hoc cap. qu. 15. num. 5. & ſeqq.* conſequetur hæres inſtituti partem conditionalem ſine noua aditione, cum adi-
tio facta à defuncto ſufficiat, † *vt ſcribit gl. in d. l. ſi ſolus. 79. §.* 2
1. in verb. non cum per alium. ff. de acq. hæred.

Ceterum, ſi iure poteſtatis fiat acquiſitio, vt, quia filius, aut ſeruus, quem habemus in poteſtate fuerit hæres inſtitutus, & per eum nobis acquiri debeat hæreditas, conſtat varios eſſe diſtinguendos caſus, quorum

Primus eſt, quando vnius filius, aut ſeruus ex aſſe, & ſic integraliter fuit hæres inſtitutus, Et tunc idem dicendum eſt, quod de eo diximus, qui per ſe vocatur ad hæreditatem. Nam, ſi iuſſu patris, aut domini partem hæreditatis adeat,
cenſebitur ei totam hæreditatem acquiſiuiſſe. † Itaque pro 3
alijs partibus non erit opus nouo iuſſu, & noua aditione, ſed
ipſo iure fiet acquiſitio: Ceſſat enim † in hoc caſu ratio, pro- 4
pter quam aliàs dicimus, iterum eſſe adeundum, *vt in propoſito ſcribit Bart. in l. ult. num. 1. verſic. ſi verò relinquitur, ff. de acq. hæred. & patebit ex ijs, quæ dicemus infra num. 26.*

Secundus verò caſus eſt, quando filius, aut ſeruus vnius fuit hæres inſtitutus ex pluribus partibus purè, Et tunc plerique cenſent, ſi iuſſu patris, aut domini vnam adeat, non ſtatim alias acquiri, niſi interueniat nouus iuſſus, & noua adi-
tio. † *Ita enim cenſuit (licet ſub dubio) Imol. in d. l. ſi ſolus. 79.* 5
num. 2. ff. de acq. hæred.

Primò ex *d. l. ſi ſolus. 79. §. 1. in fi. ff de acq. hæred.* Vbi genera-
liter dicitur, † cum per alium nobis acquiritur hæreditas ne- 6
ceſſariam eſſe nouã aditionem, nec diſtinguitur, vtrùm omnes purè datæ ſint, an verò quædam ex ijs datæ ſint ſub conditione, *ut conſiderat Imol. in d. l. ſi ſolus, num. 2.*

Secundò, quia acquiſitio alterius partis non pendet à mera voluntate domini, ſed à voluntate, & facto ſerui, & poteſt eſſe, vt etiam iubente domino nolit aliam partem adi-
re † *l. 3. Cod. de hæred. inſtit. & conſiderat Imol. in dict. l. ſi ſolus,* 7
numer. 2.

Tertio, quia poteſt eſſe, vt ante aliarum partium aditionem, ſeruus manumittatur, aut alienetur, quo caſu poterit
aliam partem acquirere, vel ſibi, vel nouo domino, † *ſecun-* 8
dum ea, quæ dicemus in ſeq. caſu, Et in propoſito conſiderat Imol. in d. l. ſi ſolus, num. 2. verſic. Et per hoc facit.

Quartum demum, quia, ſi vna purè, altera verò ſub conditione data ſit, & ex pura adierit, deinde conditio extiterit, neceſſaria eſt non aditio, *ut infra dicemus.* Ergo, & vbi pu-
rè omnes datæ ſunt, quia conditio retrotrahitur † *l. ſi pupillus.* 9
26. ff. de cond. inſt. l. quod dicitur. 39. in prin. ff. de mil. teſt. l. qui balneum. 9. in prin. & l. potior. 11. in prin. ff. qui potio. Et perinde habetur, ac, ſi diſpoſitio iam ab initio fuiſſet facta purè, *ut arguit Imol. in d. l. ſi ſolus num. 2. verſ. & pro prædictis.*

His tamen non obſtantibus verius eſt, quod alij frequentiùs tradiderunt, ſcilicet, idem eſſe dicendum de filio, vel ſeruo ex pluribus partibus inſtituto purè, quod diceretur de patre,
vel domino, ſi ipſemet fuiſſet inſtitutus: † *Ita enim ſcribit Bart.* 10

in l.quidam elogio 20 *num.*1.*verſ. Reaſſume*, *Cod.de iur.delib.* Quamobrem ſicut pater, aut dominus ex pluribus partibus inſtitutus purè, non poſſet vnam adire, & alias repudiare *l.*2. *& d.l.ſi ſolus* 79.*in pri.ff.de acq.hæred.* ita etiam ex iuſſu patris
11 aut domini non poterit adire filius, aut ſeruus, † *vt ſcribit idē Bart.in d.l.vlt.n.*1.*verſ.*2.*caſu principali ff.de acq.hær.*&, ſi vnā adierit, cenſebitur etiā alias ipſo iure patri, vel domino quæ-
12 ſiuiſſe. † *Ita ſcribunt Ang.in d.l.ſi ſolus.*79.*verſ.in text.ibi, non, cum & ibi Caſtr.in §.*1.*n.*1.*verſ.in text.ex parte Alcia.in d.l.re communi,n.*58.*verſ.in his quoque*. Nec pro alijs, aut nouus iuſ-
13 ſus, aut noua aditio erit neceſſaria, ſed vna aditio ſufficiet † *vt ſcribit Alcia in d.l.re communi nu.*58.*verſ.in his quoque*. Ceſsat enim in hoc caſu ratio, propter quam aliàs dicimus, eſſe ne-
14 ceſſariam nouā aditionem. † Ratio enim eſt, quia poteſt variari acquiſitio, *vt dicemus infra n.*21. At hic non poteſt variari, cum omnes ſtatim delatæ ſint ei, qui tunc temporis habet inſtitutum in ſua poteſtate. *vt in propoſito conſiderat Ang. in d.l.ſi ſolus, verſ.in text.ibi,non cum*. Non debet igitur eſſe neceſſaria noua aditio.

Neque obſtant contraria: Ad primum enim, reſpondeo,
15 quod ibi dicitur, eſſe intelligendum, † quoties ſeruus ex parte purè, & ex parte ſub conditione inſtitutus eſt, non etiam, quoties ex vtraque parte purè, vt patet ex illis verbis, *ſi conditio extiterit*, verba enim ſequentia debent intelligi de ea ſpecie, quam Paulus ſupra propoſuit.

Ad ſecundum verò reſpondeo, quod dicimus, fieri poſſe, vt
16 etiam iubente domino ſeruus adire nolit, procedere, † quando aditio eſt neceſsaria, vt, quia nondum facta ſit: nam tunc peruicacia ſerui poteſt nocere domino. Cæterùm, vbi ſemel illa facta fuit, etiam in parte, non eſt ampliùs pro reſiduo, quod eo tempore delatum eſt, neceſsarium factum ſerui, quia virtualiter cenſetur ſeruus totum adijſſe.

Ad tertium reſpondeo eodem modo: nam alienatio, vel
17 manumiſſio ſerui operatur reſpectu eorum, † quæ nondum acquiſita ſunt; Cæterùm, vbi ſemel facta eſt acquiſitio, ſtatus mutatio nihil operatur. Dicitur autem facta acquiſitio, non ſolum earum partium, quæ nominatim aditæ ſunt, ſed etiam aliarum, quæ tunc temporis erant delatæ, quippè, quas dominus iubendo non potuit omittere, ſiue a cæteris ſeparare, *vt ſupra dictum eſt*.

Ad quartum denique reſpondeo diſtinguendo: Aut enim
18 † ſeruus acquirit partem conditionalem eidem domino, cui & puram acquiſiuit, Et tunc fiet retrotractio, & procedet cōtrarium, aut verò acquirit alij, & non fiet retrotractio, quia alioquin noceret ijs, quibus illa pars poſset acquiri, quod eſset abſurdum, cum retrotractio non poſſit fieri in præiudicium tertij. Itaque priùs, quam ſeruus adeat partem conditionalem, non poteſt dici eam domino acquiſiuiſſe. Non eſt igitur par ratio.

Tertius caſus eſt, quando ſeruus vnius ex parte purè, & ex parte ſub conditione fuit inſtitutus, non ſolus, ſed dato cohærede, Et tunc, ſi iuſſu domini adeat ex pura, non fiet hęres
19 ex conditionali, † *vt ſcribit Ang in d.l.ſi ſolus.*79.*in pri.& verſ. in text.ibi, non cum ff de acq.hær.* ſed expectandus erit condi-
20 tionis euentus, † *vt ſcribunt Ang.in d.l.ſi ſolus in pri.& ibi Caſt.*
21 *in §.*1.*n.*1.quia † poteſt conditio ſerui variari priùs, quā extet cōditio: nā, vel poteſt alienari, vel manumitti, quibus caſibus fieret iniuria nouo domino, aut ipſi ſeruo, ſi ante conditionis euentū cenſeretur illa portio acquiſita, *vt conſiderant Bart.in d.l.quidam elogio,*20.*C.de iur.delib.Bald in d.l.ſi ſolus* 79 *in fin. & ibi Ang.uerſ.in text.ibi non, cum Alex.in l.Papinianus.* 43. *nu.*2.*verſ.item in quantum ff.ad Treb.Pic.in l.vn. num.* 28.*C. quand.non pet.par.* Si igitur eo tempore, quo conditio extiterit, ſeruus fuerit adhuc in eiuſdem domini poteſtate, poterit ei
22 quærere partem conditionalem † *d.l.ſi ſolus* 79.*§.*1.*& ibi Ang. in pri.& verſ.in text.ibi,non cū,& Caſt.n* 1.*&* 3.ſed talis acquiſitio non fiet ipſo iure, ſed interueniente nouo iuſſu domini,
23 & noua aditione ſerui † *d.l.ſi ſolus* 79.*§.*1.*verſ. Ego quidem,& ibi gl.in verb.non, cum per alium, Ang.& Caſt.n.*1.*&* 3.*gl.in d. l.vn.in verb accreſcere,& ibi Iaſ.num.*40.*verſ.in ſecunda parte C.quand.non pet.part.* Et in his terminis accipi poſſunt ij, qui ſimpliciter dixerunt, vna parte agnita non cenſeri agnitas alias, ſed eſſe opus noua aditione, quoties per alium vna de-
24 fertur purè, alia verò ſub conditione † non diſtinguentes, an datus ſit cohæres, vel ſubſtitutus, necnè, *vt Bart.in d.l.quidā elogio.*20.*in pri.& n.*1.*verſ.Reaſſume C.de iur.delib.& in l.vlt. n.*1.*verſ Secundo caſu principali.ff.de acq.hær.Alex.in d. l. Papinianus.*43.*n.*2.*verſ.item in quantum ff ad Treb.Alcia. in d.l. re communi n.*58.*verſ.in ijs quoque Purp.in d.l.vn.n.*96 *verſ.*2. *C quand.non pet.par.* Quod enim dicitur, ſemel adeundū eſſe, procedit † cū per noſmetipſos nobis eſt hæreditas quærenda, 25 non, cum per alium, puta ſeruum *d.l.ſi ſolus.*79.*§.*1.*verſ.& illud,& ibi glo.in verb.non cū per aliū & Bald.& Imol.n* 1. *Caſt. nu.*3.*Ang.in d.l.vn verſ.in gl.vltima C.quand.non pet.part.*

Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia † acquiſitio, quæ per noſ- 26 metipſos fit, pendet a nuda voluntate, & nudo facto noſtro, ideòque ſemel perficitur. At, quæ fit per ſeruum, non ſolum pendet a voluntate noſtra, ſed etiam a volūtate, & facto ſerui, ideoque ſemel non perficitur. *Ita ratiocinantur gl.in d. l. ſi ſolus.§.*1.*in verb.non,cum per alium, verſ.item poteſt hic, & ibi Bart.verſ.in ſecunda parte Bart.in l.*1.*num.*1.*verſ.ſic Opp. infra eo.& ibi Caſtr.nu.*4.*in fi.ff.de acq.hæred. Ang.in d.l.vn.verſ.in gl. vltima C.quand.non pet.part.* Hinc dicimus, priore caſu perueniri ad totum effectum per vnicum medium, poſteriore verò per plura & diuerſa media, *vti videre eſt apud Bald.in d.l.* 1.*verſ.in ea gl.in fin.ff.de acq.hæred.*

At, ſi tunc temporis ſeruus non ſit in eiuſdem domini poteſtate, ſi quidem ſit alienatus, debebit iuſſu noui domini adire, & ei quærere partem conditionalem, † *vt ſcribunt Ang. in* 27 *d.l.ſi ſolus* 79.*verſ.in text.ibi,non,cum,& ibi Caſtr.in §.*1.*num.*2. *verſ.in text.ibi,non mihi ff.de acq.hær.* Quod, ſi non ſit alienatus, ſed manumiſſus, poterit arbitrio ſuo adire, & ſibi quærere hæreditatem † *d.l.ſi ſolus.*79.*§* 1.*& ibi Ang.in prin.& verſ. in* 28 *text.ibi ſed ipſum & verſ.in text.ibi,non,cum,& Caſt.n.*1.*&* 2. *verſ.in text.ibi non mihi, Pic.in d.l.vn n.*28 *C.quand.nō pet.par.*

Planè, ſi nouus dominus, aut ipſe manumiſſus nolit eam hæreditatis partem acquirere, aut etiam non poſſit; vt, quia ſeruus ante aditam deceſſerit, accreſcet illa portio cæteris, & ſic, tam veteri domino, aut eius hæredi, quam cohæredi dato ſeruo pro portione hæreditaria. † *Ita ſcribunt Ang.in d.l.ſi ſo-* 29 *lus,verſ.in text.ibi ſed ipſum,& ibi Caſtr.in §.*1.*n.*2.*uerſ.in text. ibi,non mihi*; Idem eſt, & ſi conditio, ſub qua pars fuit relicta, defecerit: quia † niſi accreſceret, teſtator, aut pro parte tantū 30 haberet hæredem, ſeu repræſentaretur, aut decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quod iuris ratio non permittit, *vt ſæpè dictum eſt*. Qua ratione fit, vt etiam inter condominos locum habeat ius accreſcendi, tametſi non ſint coniuncti, ſiue (vt vulgò malunt) ſint coniuncti coniunctione legali, *vt diximus in* 5.*cap.q.*40.*n.*4.

Dixerit aliquis, ſi deficiente conditione, aut repudiatione interueniente dominus omnimodò eſt partem partis habiturus, cur non ſtatim pro ea parte acquiritur conditionalis, vt ſeruatur in eo, qui ex parte purè, & ex parte ſub conditione inſtitutus eſt, dato cohærede? *ſicut oſtendimus in hoc cap.q.*19. *n.*44. Verùm reſpondeo, magnam eſſe diuerſitatis rationem inter huiuſmodi ſpecies. Nam † quoties per ſe quis ad hæredi- 31 tatem vocatur, certum eſt, partem illam omnimodò ad eum peruenturam, ſiue extiterit conditio, ſiue defecerit: Itaque nemini fit iniuria eò ipſo, quòd ſtatim adeunti ex pura pars illa acquiritur, *vt diximus ibi n.*45. At, cum per alium quis ad hæreditatem vocatur partim purè, & partim ſub conditione, ſi ſtatim, atq; ex eius iuſſu aditur pura, acquireretur etiam pars partis conditionalis, fieret iniuria, vel nouo domino, vel ipſi ſeruo, ad quem exiſtente cōditione pars illa eſſet peruentura, *vt ſupra diximus* ideoq; cū nō in omnē euentū ſit eā habiturus, neceſſariò dicendum eſt, non ſtatim debere acquiri.

Quartus caſus eſt, quando vnius ſeruus fuit ex parte purè, & ex parte ſub conditione hæres inſtitutus, ſed in conditionali ſubſtitutum habet, Et in hoc pariter caſu certum eſt, ſi iuſſu domini adeat partem puram, non cenſeri etiam cōditionalem acquiſiuiſſe, † ſed eſſe expectandum conditionis euen- 32 tū, ita, vt, ſi cōditio exiſtat, & eo tempore ſeruus ſit adhuc in eiuſdem domini poteſtate, acquirat ei, dummodò nouus iuſſus, & noua aditio interueniat, *ſecundū ea, quæ diximus ſupra n.*20.*& ſeq* ſi verò tunc temporis ſit alienatus, vel manumiſſus, acquirat nouo domino, vel ſibi *ſecundum ea quæ diximus n.*27.*&* 28. At, ſi conditio non exiſtat poſt mortem ſerui tūc pars illa ad ſubſtitutum pertinebit. Quòd, ſi, vel nouus dominus, vel ipſe manumiſſus in prædictis caſibus partem illā, aut nolit, aut non poſſit conſequi, vt, quia repudiauerit, aut alia

de cau-

de causa sit ab ea exclusus, accrescit illa priori domino, aut eius hæredi, *secundum ea, quæ diximus supra n.29. & seq.*

Quintus casus est, quando vnius seruus ex parte purè, & ex parte sub conditione fuit institutus non dato cohærede, aut substituto, Et tunc, si iussu domini adeat puram, an statim etiam ex conditionali censeatur hæres extitisse, dubium est. Facit autem dubitationem Paulus *in d.l.si solus.79.§.1.ff.de acq.hered.* dum ait, *Item, si seruus meus ex parte hæres institutus sit purè, ex parte sub conditione, dato scilicet cohærede, & iussu meo adierit, deinde eo manumisso conditio alterius partis extiterit, verius est, non mihi esse acquisitam illam portionem, sed ipsū comitari*. Nam illis verbis, *dato scilicet cohærede*, non obscurè
33 videtur significare, † aliud esse, si cohæredem non habeat, quia illa dictio, scilicet, tamquam declaratiua, & restrictiua operatur, vt perinde sit, ac, si dixisset, quod dico, intelligas, si habeat cohæredem, non etiam, si solus institutus sit. *Ita censuit gl.in d.l.si solus.§.1.in verb.cohærede. Et Gimator. in l. legatum 7.nu.23.ff.de leg.1.*

Sed est verius, quod alij frequentiùs tradiderunt, scilicet, expectandum esse euentum conditionis, & ea procedere, quæ diximus, in tertio casu, siue datus sit cohæres, siue non
34 † *Ita enim post Thomam de Formageriis censuerunt Ang.in d.l.si solus, in fin. Imol nu.1.in fi.vbi ait, hanc opinionem satis videri rationabilem, & Castr.in §.1.n.2. Et videntur etiam sensisse, qui simpliciter scripserunt, partem conditionalem non statim acquiri, non distinguentes, vtrum datus sit cohæres, necne, quos retulimus supra nu.24.* Probatur autem hæc sententia.
35 Primò, quia, † si tota pars conditionalis deberet acquiri, quando solùs institutus est, deberet etiam acquiri, quando habet cohæredem saltem pro ea parte, quam omnimodò etiam deficiente conditione esset habiturus. Atqui nulla pars acquiritur, cum habet cohæredem *d.l.si solus.§.1.* Nec igitur acquiretur, cum est solus. *Ita arguit Castr.in d.§.1.num.2.vers. Item probatur.*
36 Secundò probatur, quia † ratio, propter quam dicimus expectandum esse conditionis euentum, ita militat in specie, qua solus institutus est, vt in ea, qua cohęredem habet: Nam ratio est, quia dominus non est in omnem euentum habiturus partem conditionalem, vt est, cum per semetipsum ad eā vocatur: Potest enim ante conditionis euentum status serui mutari, & alijs fieri acquisitio, *vt diximus supra nu.21. Et in proposita specie considerant Ang.in d.l.si solus, in fin. & ibi Imol. n.1.in fi. & Castr.in §.1.n.2.vers. Nec obstat.* At hæc ratio militat etiam in specie, qua solus institutus est. Debet igitur etiam in ea conditionis euētus expectari. *Ita arguit Cast.in d.§.1.n.2.*

Neque obstant illa verba, *dato scilicet cohærede* quę leguntur *in d.l.si solus §.1.* quia respondent nostri passim, ita esse in-
37 telligenda, † vt, quod ibi dicitur, expectandum esse conditionis euentum, procedat, maximè, si datus sit cohæres, licet idē sit, si non sit datus: *Ita enim post Thom.de Formag. respondēt Ang.in d.l.si solus, in fi. & ibi Imol.nu.1.in fi. & Castr. in §.1.nu.2.*

Sextus casus est, quando testator instituit duos eiusdem seruos, Et tunc res est posita extra omnem dubitationem. Nam certum est, necessarium esse iussum, & aditionem in persona vtriusque serui, vt iure institutionis, vtraque pars
38 acquisita intelligatur. † Itaque si vnus iussu domini adeat, non censebitur ei totam hæreditatem quæsiisse, sed tantum dimidiam; Alia enim dimidia stabit in pendenti, quia si postea eiusdem iussu adeatur ab altero seruo acquiretur etiam ex causa institutionis si verò repudietur (potest enim dominus vnius institutionem agnoscere, alteriùs verò respuere *ut*
39 *diximus in cap.7.qu 43. nu.129.*) † aut etiam seruus iubente domino adire nolit, quod eum facere posse non ambigitur *l. cum proponas.3.C.de hæred.inst.* pertinebit quidem eius dimidia ad eundem dominum, sed iure accrescendi non iure institutionis. Idem dicitur & si duo filij in eiusdem patris potestate positi instituti sint: nam & vterque iussu patris adire
40 debet † *l.si quis hæres 35 §.fin.ff.de acq.hered* &, si alter adierit, alter verò adire noluerit, habebit quidem pater, & partem repudiantis sed iure accrescendi, non iure institutionis, *vt declarat gl in d.l.si quis hæres.35.§.fin.in verb.alium, ff.de acq hær.* Sanè hodiè quid iuris sit, facile erit ex ijs intelligere, quæ diximus *in 7 cap.qu.42.num.313.& seqq.*

Septimus casus est, quando fuit institutus seruus communis duorum, aut plurium, vel ex asse, & sic integraliter, vel distinctis partibus, Nec enim in hoc vlla est inter prædictas species differentia. Et tunc si vnius iussu hæreditatem adeat, non pro maiore parte faciet eum hæredem, quam pro dominica, † *l.seruus communis 66.ff. de acq. hæred. Et in specie declarat gl.in d.l.seruus duorum 63.in verb dimidia, ff.eod. & Castr.in d.l.si solus.79.§.1.num.1.vers.in text.ex parte, ff.eod.* 41
Ne scilicet alterius festinatione alterius ius lædatur *d. l.cum solus, 67.ff.de acq.hæredit.* Igitur aliæ partes stabunt in pendenti *ut scribit Castr in d.l.si solus.79.§.1.num.1.versic.in text. ex parte* quia, si alij condomini posteà iubeant, vt adeat, eis acquirentur illæ portiones *d.l.cum solus.67.ff de acq hæred* Si verò priùs, quàm adeat, seruus alienetur, poterit eas iussu noui domini adeundo illi acquirere *d.l.si seruus.81.ff de acq.hæred.* aut, si interim manumittatur, acquirere sibi *d.l.seruus duorū 63.& d.l.si seruus.81.ff.de acq.hær.* Quod, si eas ampliùs adire nequeat, vt, quia socius, aut nouus dominus, aut ipse manumissus repudiauerit, aut antè aditam decesserit, tunc illæ partes accrescent domino, cuius iussu iam alia pars fuerat adita *d.l.seruus communis 66.ff.de acq.hæred.* ne scilicet testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus *vt diximus in 5.cap.qu 40.num.6.*

SVMMARIVM.

1 *Transmissarius cohæredis, si adeat portionem ad se à cohærede transmissam, etiam ex portione sua fit ipso iure hæres primi testatoris, & num.seqq.*
4 *Domino, & seruo æqualiter institutis, si dominus priùs adeat ex sua institutione, non fit hæres pro parte serui, nisi seruus domino iubēte iterum adeat, aliud est si priùs adeat seruus iussu domini num.5.& seqq & ratio diuersitatis num.* 10.
12 *Intellectus l si quis hæres 35.§.fi.ff.de acq. hæred.*

An, & quando ex institutione, quæ est coniuncta cum iure accrescendi, pars ipso iure, & sine noua aditione acquiratur, si partim per nos, partim per alios nobis fiat acquisitio.

QVÆSTIO XXI.

Svperest, vt videamus, an hæc procedant, quoties ex institutione nobis debet acquiri hæreditas, partim per nos, partim per alios. Constat autem in hac etiam quæstione distinguendum esse: Aut enim per alium nobis acquiritur hæreditas iure transmissionis, aut verò iure potestatis. Et, si quidem iure transmissionis, prout euenit, cum ex duobus, aut pluribus hæredibus institutis vnus post aditam suam portionem reliquit alium hæredem, quo casu vocatur is ad primi testatoris hæreditatem, partim per se, & ex sua institutione, partim per alium, idest per defunctum, qui partem suam ad eum transmisit, constat, eum statim, atque sui testatoris hæreditatem adijt, fieri hæredem etiam pro ea parte, ad quam ipse vocabatur ex sua institutione: † & quidem tota, si solus de- 1
functo fuerat datus cohæres, vel pro ea parte, quæ defuncto debuisset accrescere, si alium cohæredem habebat. Itaque, si (verbi gratia) testator instituerat duos hæredes, Primum, & Secundum, & Primus post aditam suam portionem instituat Secundum, si is Primi hæreditatem adeat, erit hæres primi testatoris insolidum, & sic, non solum pro parte Primi, quam habet, vt hæres hæredis, sed etiam pro parte sibi relicta, quia, cum omnimodò sit eam habiturus, frustrà pro eius acquisitione nouam aditionem expectaremus *l. liber homo 59. §. fin. vers.qu d ergo ff.de hæred instit. Et scribunt Bart in l.ult num.1. vers.3.casu principali & alij post eum ff de acq.hæred.*

Sed hoc, vt respectu acquisitionis † verum est, ita respectu 2
iuris, & causæ, pendet à futuro euentu: Nam, si adeat ex sua institutione, eam habebit iure institutionis, si verò eam repudiet (quod eum facere posse, dubium non est) eam habebit iure accrescendi, & sic, non ex persona sua, sed ex persona defuncti, qui, vt partem principalem ad eum transmisit, ita, & partē accrescentē *secundum ea quæ diximus in 7.cap.qu.41. nu.59.& seqq.* Et simili modo, si testator instituat tres hæredes, & Primus post aditum suum trientem instituat Secundum,

statim atque Secundus agnoscet Primi hæreditatem, fiet hæ-
3 res, † non solum ex triente, quem Primus ad eum transmisit, sed etiam ex sextante, & sic dimidia illius trientis, ad quē ipse iure suæ institutionis vocatur, quod huiusmodi partem omnimodo sit habiturus, alter verò sextans, qui cohęredi deberet accrescere, stabit in pendenti, &, si postea Secundus suam institutionem agnouerit, habebit & alterum sextantem, & sic effectu habebit bessem totius hæreditatis iure institutionis: Trientem enim habebit ex persona Primi, & iure institutionis ad se transmissæ, alterum verò trientem habebit ex persona propria, & iure suæ institutionis, quæ per aditionem effectū habuit. At, si ex sua institutione repudiauerit, aut aliter exclusus sit, puta defectu conditionis, habebit quidem sextantē, seu dimidiā sui trientis, sed iure accrescendi ad se transmissi, non iure institutionis, & alter sextans ad cohæredem per ius accrescendi pertinebit. *Ita scribit Celsus in d. l. liber homo. 59. §. vlt & ibi declarant gl. in verb. ex semisse, & Bart. Bald. Ang. ff. de hered. inst.*

Quod, si nō iure hæreditario, sed iure potestatis, aut patrię, aut dominicæ per alium nobis hereditatis pars acquiratur, vt cum ego fui a testatore pro parte institutus, & pro alia parte seruus, aut filius meus, tunc, si priùs adeo ex mea institutione, non fio hæres pro parte filij aut serui, nisi is me iubente iterū
4 adeat † *l. si ex sua 36. & ibi gl. in verb. necessarium, Ang. & Imo. ff. de acq. hær. Et scribunt gl. in l. 1. in verb. qui totam, & ibi Bar. n. 1. vers. Opp. infra eod. & Cast. n. 4. in fi. ff. eod. Bart. in l. vlt. nu. 1. vers. 3. casu principali ff. eod. Cast. in l. si ego 26. & in l. si solus. 79. §. 1. n. 3. vers. quid autem ff. eod.* Quod, si priùs me iubente filius, aut seruus adierit, fio hæres ex mea institutione etiā sine
5 alia aditione † *l. si ego & seruus 26. & ibi Bart. Cast. & Imol. ff. acq. hær. Et scribunt gl. in d. l. 1. in verb. qui totam, & ibi Bart. n. 1. vers. Opp. infra eod. & Cast. n. 4. in fi. ff. eod. gl. in d. l. si ex sua. 36 in verb. necessarium, & ibi Ang. & Castr. ff. eod. Bar. in d. l. si nu. 1. vers. 3. casu principali ff. eod. Castr. in l. si quis hæres. 35. §. fin. & in d. l. si solus. 79. §. 1. nu. 3 vers. quid autem, ff. eod. Donell. lib. 7. comm. cap. 12. vers. Valet.* Et ita accipiendi sunt, qui simpliciter dixerunt, esse opus noua aditione, quoties plures partes purè delatæ partim per nos partim per alium nobis acquirū-
6 tur, si vnam agnouerimus, † *vt Bart. in l. quidam elogio. 20. in prin. & nu. 1. vers. Reassume, C. de iur. delib.* vt scilicet loquātur
7 quando priùs agnouimus per nos, non verò, quando priùs per alium, *secundum ea, quæ supra diximus.* Planè hoc ita nonnulli putant esse intelligendum, vt, si iussu nostro per alium nobis acquiratur pars hęreditatis, censeatur statim etiā quæsita pars nobis data, intelligatur, non iure institutionis,
8 sed iure accrescendi, † *vti videre est apud Bart. in d. l. si ex sua. 36. ff. de acq. hær. qui ita intelligit gl. in d. l. si ego in verb. Pomponius scribit, vers. dic ergo.* Sed est verius, imo censeri quæsitam
9 iure institutionis, † vt pater ex *d. l. si ergo, ibi & ex mea institutione me hæredem esse. Pomponius scribit*, & in hoc differre ab eo, qui priùs adit suam.

10 Cuius diuersitatis ratio est, quia † acquisitio, quæ per nos metipsos fit, pendet à nuda nostra voluntate, ideoque, quoties apparet, voluisse nos esse hæredes statim hæredes sumus ex illis partibus, quæ a nostra voluntate pendent. Cum igitur iubendo seruo, vt adeat, declaremus voluntatem nostrā esse, vt simus hæredes, consequens est, vt eo ipso censeamur ex nostra institutione adire. At verò acquisitio, quę fit per alium, non pendet a mera nostra voluntate, sed a facto, & ministerio serui, *vt diximus in qu. praeced. num. 7.* ideòque, licet adeundo partem nostram declarauerimus voluntatem nostram in acquirenda hæreditate, non tamen debet hoc sufficere ad acquirendam partem serui, quia in tali declaratione non interuenit voluntas, & factum serui, sine quo acquisitio fieri non potest. *Ita ratiocinantur Bart. in d. l. 1. nu. 1. vers. Opp. infra eod. & ibi Cast. nu. 4. in fin. ff. de acq. hered. Bart. in d. l. si ex sua 36. ff. eod. Castr. in d. l. si ego. 26. ff. eod.*

11 Hæc autem distinctio non solum procedit, † cum omnes partes purè datæ sunt, sed etiā, cum vna purè, altera sub conditione: Nam, si ego purè fuero institutus, & seruus meus sub conditione, & ego ad eam ex pura, adueniente conditione, necessaria erit aditio serui, Et ita accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, necessariam esse nouam aditionem, quoties vna pars purè, altera sub conditione defertur, partim per nos partim per alium, & vnam agnoscimus, *vt Bart. in d. l. quidā elogio 20. num. 1. vers. Reassume C. de iur. delib.* Vt scilicet loquātur de eo, qui priùs agnoscit suam. At, si seruus meus purè fuerit institutus, ego verò sub conditione, & seruus iussu meo adierit ex pura, ero statim hæres etiam ex conditionali, sed, quo iure pendet a futuro euentu: nam, si posteà conditio extiterit, hæres ero iure institutionis, quod, si defecerit, hæres ero iure accrescendi, & sic ex persona serui, non ex persona propria. *Ita declarant omnes, quos referemus infra num. 12.*

Planè, si cohæredem habuero, aut substitutum, eadem respectu partis conditionalis erunt dicenda, quæ diximus de eo qui per se simpliciter ad hæreditatem vocatur, *in hoc cap. qu. 19. num. 27. & seqq.*

Hinc intelligimus, quod dicitur *in l. si quis hæres 35. §. fin ff. de acq. hæred.* si exclusus per conditionem datam pater, filiū iussit adire, eum non quæsiuisse suam portionem intelligendum esse † ex sua persona, & iure suæ institutionis; nam ex 12
persona filij & iure accrescendi, quin eam censeatur acquisiuisse, dubitandum non est *per ea, quæ supra diximus. Ita in specie declarant ibi gl. in verb. dicendum erit, vers. sed melius, & Bald. ac Castr. Bart. in d. l. si ex sua. 36. ff. eod.*

Sed hæc quidem dicuntur, quoties pater, vel dominus incipit ab aditione partis. Cæterum, quoties incipit a repudiatione, verius est, partem repudiatam pertinere quidem ad eūdemmet patrem, aut dominum, si posteà illius iussu filius, aut seruus suam adierit, sed iure accrescendi, non etiam iure institutionis, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. qu. 27. circa fi.* Et hæc de primo effectu.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas ex institutione nemini inuito quæritur nisi sit coniuncta cum iure accrescendi num. 2.*
3 *Portio accrescens habetur eodem iure, & titulo, quo testator voluit, quando institutio est coniuncta cum iure accrescendi.*

An, & quando ex institutione, quæ est coniuncta cum iure accrescendi, pars inuito acquiratur.

QVÆSTIO XXII.

Secundus verò effectus est, quia, licet regulariter ex institutione nemini inuito quæratur hæreditas † *l. qui in aliena 6. in prin. ff. de acqu. hered. l. 3. § inuito, ff. de bon. poss.* & in 1
hoc pariter differat institutio a iure accrescendi, quippè, quòd etiam inuito hæredi partem adijcit vacantem, *vt ostendemus in 8. cap. qu. 8. num. 20. & seqq.* si tamen institutio sit coniuncta cum iure accrescendi, quia sumit eius naturā, ideò ex ea pars etiam inuito hæredi acquiritur † *l. si solus. 79. in pri. ff. de acqu. hered.* quod intelligitur † non solum respectu rei, 2 3
quæ acquiritur, scilicet, quia debet institutus, qui partem adit velit, nolit, totum id consequi, quod ex dispositione testatoris ei delatum est *d. l. si solus 79. in prin.* sed etiam respectu iuris, & causæ, seu tituli acquisitionis: Debet enim totum id habere eo iure, & modo, quo testator voluit, & sic iure institutionis, *vt ostendemus in hoc cap. qu. 28. num. 8.*

Sed hæc quidem generaliter dicuntur. Specialiter autem, si quæramus, quibus casibus procedant, de duobus nobis erit dispiciendum, Primò, an institutus, cui tota hæreditas, aut plures eius partes ex dispositione testatoris deferuntur, possit quasdam adire, & quasdam respuere, an verò cogatur omnes aut suscipere, aut repudiare. Secundò verò, dato, quod non possit, an, si de facto adeat, vel repudiet pro parte, vitietur aditio, aut repudiatio, an verò potius valeat, & ad totum trahatur.

Et in prima quidem quæstione separatim nobis erit videndum, Primò, quid, si per nos metipsos nobis hæreditas acquiratur. Secundò verò, quid si per alios. Tertiò demum quid, si partim per nos, partim per alios.

SVMMARIVM.

1 *Institutus ex asse, non potest pro parte adire, & pro parte repudiare; & quare num. 2. 3. & seqq. & amplia numer. 11. & seqq.*

6 De-

6 *Defunctus non potest repræsentari pro parte, & pro parte non.*

7 *Testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte non.*

8 *Substitutus vulgariter defunctum repræsentat, & testati causam sustinet.*

9 *Voluntas, & dispositio testatoris est indiuidua, & consequenter non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, & 12. 19.*

10 *Qui diuidit voluntatem defuncti, censetur eius iudicium, & dispositionem fastidire.*

11 *Institutus ex asse non potest pro parte adire, etiamsi habeat substitutum, vel in toto, vel in parte.*

18 *Legatum, & fideicommissum non potest pro parte agnosci, & pro parte repudiari: amplia, & limita, vt numer. seqq.*

20 *Conditio scindi non potest, ne etiam legatum scindatur.*

An, & quando institutio in toto facta possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, si per nosmetipsos nobis hæreditas acquiratur.

QVÆSTIO XXIII.

ET, si quidem per nos hæreditas nobis acquiratur, & quęramus, an possimus eam pro parte adire, & pro parte non, constat, multùm referre. vtrùm testator vnica dispositione, & sic integraliter aliquem ad hæreditatem vocauerit, an verò partibus distinctis, Et, si integraliter, vtrùm institutus velit acceptare partem hæreditatis, an verò quid aliud ab hæreditate diuersum: Nam, si partem hæreditatis, certum est, non posse. Itaque si testator aliquem ex asse scripserit hæredem, non poterit is hæreditatem diuidere, idest, pro parte adire, & pro parte repudiare. sed, aut totam adire,
1 aut totam repudiare debebit † *l. 1 secundum verum & communem intellectum quem ibi probant gl in verb. qui totam & post eam Bart. Bald. Ang Castr Imol Alex Ias & alij passim, ff. de acq. hær Paul. lib 3. sent. tit 6 § eius rei. & ibi Cuiac. Et scribunt Bart. in l. si solus. 79. vers. rationem & in l vlt. num ff. de acq. hær Gul Ben. in d. cap Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. tit. de vulg. num 47. Dec in l. ius nostrum 7. nu. 5 ff. de reg. iur. Gomez. tom 1. varia. resol. cap. 10. num 17. Duar. lib. 1. De iur. accr. cap. 12. Andr. Fach. lib. 4 contron. capitul 65. vers. Quartum argumentum, Rot. Lucen. decis. 93 in prin Marescolib. 2. varia resol. cap 96. num. 1.* Absurdum enim est, eiusdem hæreditatis partem agnoscere, partem verò respuere.
2 † *l. vn §. his ita definitis C. de cad. toll Et in his terminis considerat Ias. in d. l. 1 num 5. ff. de acq. hæred.*

Quamobrem autem hoc absurdum fit, si quæramus, varias nostri considerant rationes.
3 † *vti uidere est apud Bart. in d l. 1. in prin & ibi Bald. uers. & ratio Castr num 1. in fin. Ias nu. 2. & seqq ff. de acq. hær Gomez. d tom 1. varia. resol cap. 10. nu. 17. vers. Cuius ratio Andr. Fach d. lib. 4. contron. cap. 65. versic. Quartum argumentum*, Quæ, licet non sint generales, sunt tamen veræ, si specialiter ad certos casus referantur, & certis respectibus intelligantur: Nam, cum is. qui totum habere potest, vnam tantum partem adit, & quærimus, cur hoc facere
4 non possit, † aut supponimus, alias partes nemini debere acquiri, & ideò partem adire nequit, quia absurdum est, defun-
5 ctum pro parte habere hæredem, & pro parte non, † *vt pro ratione considerant Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb & vxorem nomine Adelasiã. n. 104. vers. Præterea & Andr. Fach. d. lib 4. Contron. ca. 65 vers. Quartum argumentum*, Quia alioquin pro parte repræsentaretur, & pro parte non, quod esset
6 absurdum, † *Vt in his terminis & pro ratione considerant Bart. in d. l. 1 nu. 1. vers Ratio & ibi Bald. vers. & ratio Castr. num. 2. Alex. n. 1. Ias num. 5. & 6. ff. de acq hæred. Gomez. d cap. 10. nu. 17. uers. Secunda Crass. in §. ius accrescendi q. 21. n 4. Rota Lucen. d. dec. 93. in pri vers. Ratio*, Sicut enim naturaliter homo nõ potest partim esse, & partim non esse, ita nec per iuris fictionẽ. *vt ostendimus in 8. c. q. 4. n* 18. Aut verò supponimus, alias partes debere ad venientes ab intestato pertinere, & ab eis acquiri, Et hoc respectu ideò institutus pro parte adire nequit, quia hoc modo testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus quod iuris nostri ratio non permittit, † *vt pro ratione considerãt Bald in d. l. 1. vers. & ratio, & ibi Castr. n. 1. in fi. Ias. n. 7. & 9. vers. sed ad hoc ff. de acq. hær. Andr. Fach. d. lib 4. Contron. cap. 65. vers. Quartum argumentum*, Aut deniq; supponimus, alias partes, non ad venietes ab intestato, sed ad substitutum ex eodem testamento venientem debere pertinere, 7
Et in hoc casu nulla ex prædictis rationibus considerari potest, quia, licet institutus pro parte tantùm adiret, non tamen defunctus pro alia parte dici posset, aut non repræsentari, aut intestatus decedere, cum ea posset ad substitutum pertinere, qui defunctum repræsentaret, & testati causam sustineret,
† *vt animaduerterunt gl. in d l. si solus. 79. in prin. in verb. nec interest & ibi Castr. num. 2. vers in gl. 1 ff. de acq. hær. Castr. in d. l. 1. nu. 2. & ibi Ias. num. 8. vers. Istam rationem ff. eod. & Gomez. d. cap. 10. nu. 20.* Sed ratio ea tantum considerari potest, quæ generalis est, & ad omnes species refertur, quia scilicet volũtas, & dispositio testatoris, tamquam vna censetur indiuidua, & per consequentias non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari † *l nam absurdum. 7 ff. de bon. liber. l. qui duobus 23. ff de cond & dem. l. eum qui tacitum 18. §. pro parte in fi. ff. de his, quib. vt ind. Et in his terminis scribunt Bald. in d. l. 1. vers. Ex hoc conclude. & ibi Castr. nu. 2 ff. de acq. hæred. Bald. in l. hæreditas ex die. 34. vers. sed quare dies ff. de hær. inst. Cast. in d l. si solus. 79. in prin nu 2. vers Tu dic ff de acq. hær. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb si absque liberis moreretur 2. in tit. de vulg. num 48. Maresco. d. lib. 2. varia. resol. cap. 96. numer. 2.* 8
quia, † qui diuidit voluntatem defuncti censetur eius iudiciũ & dispositionem fastidire. *vt scribunt Duar. lib. 1. de iur. accr. cap 3. & Cuiac in l. vn §. his ita definitis C. de cad toll & nos ostẽdimus in eodem cap. 8. qu. 4. num. 23.* 10

Hinc intelligimus quod dicitur, hæredem ex asse institutum non posse pro parte adire, & pro parte repudiare. procedere; Primò etiamsi habeat, aut in toto, aut etiã in parte substitutum: Non enim poterit vnam partem acquirere, & aliã partem substituto dimittere, sed, aut totum acquirere aut totum repudiare debebit † *d. l. si solus. 79 in prin. cum ibi not. ff. de acq. hæred. & nos latiùs dicemus in hoc ipso cap q. 25. nu. 3. Et in terminis huiusce primi casus scribunt Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb si absque liberis moreretur 2. tit. de vulg. num. 47. & Rot. Lucen. d. decis. 93 in prin. vers. Hinc est*, quia † licet absurditates supra relatæ cessent. non tamẽ cessat vnitatis, & indiuiduitatis ratio, quæ vera est, & adæquata diuisionis impediendæ causa *vt diximus supra num. 9. Et in specie declarat Castr. in d. l. 1. num. 2. ff. de acq. hæred.* 12

Secundò procedit, etiam in eo, qui non vocatur ad totam hæreditatem, sed tantum ad aliquam eius partem: nam respectu illius censebitur eodem iure quo is, qui ad solidum vocatur, scilicet quia eadem est ratio partis, quoad partem quę totius, quoad totum † *l. si seruus. 81. ff. de acq. hæred. l. quæ de tota. 75 in prin ff. de rei vind.* Quamobrem nec is poterit illam partem diuidere, etiamsi habeat cohæredem sed. aut totam adire, aut totam repudiare debebit † *vt in specie docent Cast in d. l 1, nu. 2. vers. & ex hoc sequitur. & in d l si solus. 79. §. 1. num 4. vers Primus ff. de acq. hæred. & Rot. Lucen. d. decis. 93. in prin. versic. hinc est.* 13 14

Tertiò procedit. non solùm in hæreditatibus testamentarijs, *de quibus specialiter loquuntur DD. allegati supra num. 1.* sed etiam in ijs. quæ ab intestato deferuntur: Nam, nec is, qui ad legitimam alicuius hæreditatem vocatur, potest eam pro parte adire, & pro parte repudiare, sed. aut totam adire. aut totam repudiare debet † *vt scribunt Gul. Ben. in d. c. Raynutius in verb & vxorem nomine Adelasiam. n. 102 Gomez. d. c. 10. n. 17. Crass. in d. §. ius accrescendi qu. 21 nu 4. Donell. lib. 7 comm. cap. 12. vers. Valet, Rot. Luc d. decis. 93. in prin*, quia † si partem adeat, aut supponimus, alias partes a nemine debere acquiri, & eadem subest absurditas, quam considerauimus in hæreditatibus testamentarijs, scilicet, quia defunctus pro parte repræsentaretur, & pro parte non, contra ea quæ supra diximus. aut verò supponimus, alias partes debere ad eos, qui veniunt ex gradibus sequentibus, pertinere, Et hoc pariter absurdum est, quia defunctus non debet repræsentari difformiter, etiam ratione gradus, *vt ostendimus in hoc cap. q 14. nu. 39. & seqq.* 15 16

Quartò procedit, non solùm in extraneo, sed etiam in filio: Nam nec is poterit eiusdem hæreditatis partem agnoscere, par-

17 partem verò respuere, † *vt latè ostendemus in qu.seq.num.37. & seqq.*

Quinto procedit, etiam in legatis, & fideicommissis: Nec enim potest quis eiusdem rei legatæ,aut per fideicommissum
18 relictæ partem agnoscere, & partem repudiare † *l.Legatarius. 38.in prin.ff.de leg.pr.l.neminem 4.& ibi Bart.in prin. & num. 3.& l.Lucio Titio.23.ff.de leg.2.Paul.lib.3.sent tit.6.§.eius rei, & ibi Cuiac. Et scribunt gl.in d.l.1.in uerb nō potest,& ibi Bart. num.5.ff.de acq.hær.Petr.de Bellaper.in l.si plures.6.nu.8. uers. Responde C.de condinsert Gomez.d.lib 1.varia.resol.capit.10. n. 42.Crass in d.§.ius accrescendi qu 29.nu.4 Maresco lib. 2. varia.resol.cap 96 num.1.Cuiac.in d.l vn.§.his ita definitis, C. de cad.toll & nos etiam diximus in eod.cap 8.qu.8.num.*18. Nam,
19 † cum (vt dictum est) voluntas, & dispositio testatoris sit indiuidua, Consequens est, vt non possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari,*secundùm ea, quæ diximus supra numer.9. Et in his terminis considerant Bart.in d.l.1. numer.5. ff.de acq.hæred.& Maresco.d.lib.2.varia.resol.cap.96. numer.* 2. Quamobrem dicimus, conditionem scindi non posse, ne
20 etiam legatum scindatur † *l.qui duobus.23.ff de cond.& dem.* Idque adeò verum est, vt procedat, etiamsi legata sit vniuersitas, puta grex, armentum, aut quid aliud,sub quo plura corpora contineantur: Nam, quia legatum vnum est,
21 tamquam vno nomine factum † *l.quoties.2 l grege.6.ff.de leg. 2.* ideò non potest legatarius vnum corpus, puta vnam ouē agnoscere,& alias repudiare,sed, aut omnes agnoscere, aut
22 omnes repudiare debebit † *d.l.grege 6.ff.de leg.2. Et scribunt Bart.in d.l.neminem.4.in prin.& num.3 ff eo & Maresco d lib. 2.cap.96 num.*3. Planè in hæredibus legatarij, aut fideicommissarij,quid iuris sit,dicemus *in hoc c.q.26.num.3.& seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius potest acceptare legitimam, & hæreditatem omittere: contra num.32.& seqq.& 95.*
2 *Creditor à debitore institutus,potest omissa hæreditate consequi suum creditum. Declara,vt procedat in veris creditoribus,non in alijs n.58.68. & ratio diuersitatis num.70.*
3 *Filius in legitima est creditor, & qualiter num.59. & seqq. & 96.*
4 *Legitima dicitur æs alienum, & qualiter num.60.*
5 *Legitima dicitur portio debita,& qualiter,62.65.67.*
6 *Debitor,& creditor sunt correlatiui.*
7 *Correlatiuorum vno posito, ponitur & aliud.*
8 *Creditor est,cui ex quacunque causa aliquid debetur.*
9 *Suus potest totam hæreditatem omittere.*
10 *Suus iure prætorio habet ius abstinendi.*
11 *Suus per ius abstinendi hoc idem consequitur, quod extraneus, qui repudiat.*
12 *Legitima non est pars hæreditatis,sed bonorum, Declara vt num.37.71.& seqq.*
13 *Qui retinet commoda, retinet partem hæreditatis: sed contra num.seq.*
14 *Commoda,& incommoda non considerantur, vt partes hæreditatis,sed vt res contentæ, ex quibus ipsa vniuersitas constituitur, vnde si separes à patrimonio æs alienum non amplius dicitur hæreditas,sed bona.*
15 *Qui vocatur ad res diuersas, & ex diuersis causis,ac dispositionibus,potest ex his vnam agnoscere & alterā respuere.*
16 *Legitima est quid ab hæreditate diuersum.*
17 *Filius hæres institutus & ad legatum vel prælegatum vocatus potest omissa hæreditate capere legatum, & quando n. 97.& seqq.& 151.163.171.*
18 *Filius potest hæreditatem omittere, & ea retinere, quæ ex dispositione legis deferuntur Declara num.99.*
19 *Legitima defertur ex dispositione legis.*
20 *Pater non potest suo facto priuare filium legitima, nisi sit ingratus.*
21 *Si id, quod suprà legitimam relinquitur, onus continet, non cogitur filius illud agnoscere, sed potest retenta legitima repudiare Declara num.101.*
22 *Filius institutus à patre, si patris præceptum non seruat priuatur hæreditate, sed retinet legitimam, & tunc est quota bonorum num.94.*
23 *Filius qui non vult se immiscere paterna hæreditati, non impugnat iudicium patris.*
24 *Melioris conditionis esse non debet, qui peccat, quàm qui non peccat. Declara num.102.*
25 *Subrogatum censetur eodem iure, quo id, in cuius locum fit subrogatio.*
26 *Dos potest à filia retineri repudiata hæreditate paterna. Declara num.103.& 168.*
27 *Legitimæ renunciasse non censetur, qui renunciat hæreditati, Declara num.104.129.& seq.*
28 *Quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius odium retorqueri. Declara num.105.*
29 *Fauore filij introductum est, ut debeat à Patre institui, siue vt ei legitima debeat relinqui titulo institutionis: imò etiam patris num.105.*
30 *Quæ debentur iure naturali, non possunt tolli ratione, & dispositione ciuili.*
31 *Legitima debetur filio iure naturali.Contra n.106.& seqq.*
33 *Legitima debetur filio titulo institutionis. & iure hæreditario: sed contrà, quia aliud est titulus institutionis, aliud ius hæreditarium num seqq.*
34 *Titulus institutionis,vel est vniuersalis,vel particularis.*
35 *Legitima potest relinqui titulo institutionis tàm uniuersalis, quam particularis.*
36 *Legitima debetur, & capi potest, vel iure hæreditario, vel alio iure.*
38 *Valet argumentum à legitima patroni,ad legitimam filij, & seqq.& 69.& à patrono ad filium n.155. & seqq. 161.*
39 *Intellectus l.si libertus patrono 41.vers.quid ergo, ff.de bon. lib.& seqq.*
43 *Qui ad bona venire potest secundum uoluntatem defuncti, non debet admitti si contra, aut præter illius voluntatem venire velit.*
44 *Feudum quando possit separari ab hæreditate, & consequēter quando possit filius illud consequi licet patris non sit hæres, & quando non,& num seqq.*
49 *Textus in l.4.in princ ff.de hæred inst.declaratur, & seqq.*
50 *Filius an possit institui sub conditione potestatiua,90. 60.*
51 *Legitima an possit relinqui sub conditione potestatiua. 60. 101.*
53 *Filius institutus si habeat vulgarem substitutum, & nolit esse hæres patris, tota hæreditas in substitutum transfertur, etiam quoad legitimam. Contra num. 56.sed distingue num.57.92.*
54 *Substitutio vulgaris etiam in legitima, et eius respectu fieri potest.*
55 *Substitutio directa nullas patitur detractiones.*
64 *Creditores propriè dicuntur, quibus aliquid à uiuente debetur, vel ex contractu, vel ex quasi contractu, vel ex delicto, vel ex quasi delicto, quia ius eorum in persona viuentis, qui est obligatus, fundamentum habet; alij verò, quibus aliquid à moriente est relinquendum, aut quibus ex dispositione legis pars aliqua in bonis morientis debetur, creditores propriè non sunt num.65.et seqq.*
74 *Legitima ijs casibus, quibus ab hæreditate separata, atque distincta considerari potest, pars bonorum est,ijs uerò quibus non potest,pars hæreditatis est, et in hæreditate confusa, num.95.*
75 *Legitima intelligitur ab hæreditate separata, quando per patrem, vel per legem stat, quominùs filius hæres fiat, et nihilominùs debet habere legitimam; exempla numer.seqq.*
76 *Filius particulariter institutus in re certa, dato cohærede vniuersali est loco legatarij, & dicitur habere legitimam separatam ab hæreditate, quia res illa computatur pro legitima, si contineat legitimæ quantitatem, aliàs in alijs rebus, & corporibus supplenda est.*
77 *Res certa pars hæreditatis dici nequit.*
78 *In computatione legitimæ (quando est separata ab hæreditate) æs alienum priùs detrahendum est.*
79 *Exhæredatis olim aliquid relinquebatur titulo legati, vel fideicommissi, vel alio simili, vt excluderentur à querela.*
80 *Exhæredatio sine causa olim valebat, et legatum exhæredato relictum excludebat à querela, hodie secus numer. seqq.*
81 *Legitima, quæ exhæredato olim relinquebatur, erat separata*

rata ab hæreditate, & erat quota bonorum.

86 *Querelam inofficiosi teſtamenti proponens, ſi ſuccumbat, perdit legatum.*

87 *Legitima eſt quota bonorum, quando filius in ſola legitima vel in vncia inſtituitur alio vniuerſaliter inſtituto, & numer. 89.*

88 *Hæres non eſt filius in ſola legitima inſtitutus.*

90 *Legitima, quæ retinetur à filio grauato fideicommiſſo vniuerſali, eſt quota bonorum.*

92 *Filius inſtitutus, cui pater dedit vulgariter ſubſtitutum, perinde habetur, ac ſi ſub conditione poteſtatiua eſſet inſtitutus.*

95 *Legitima in hæreditate confuſa, non poteſt conſiderari, vt legitima, nec dici filio deberi, & num 96.*

98 *Filius inſtitutus ſi habeat cohæredem, vel ſubſtitutum, an poſſit conſequi legitimam, & hæreditatem omittere, & nu. 139. 143.*

107 *Legitima dicitur portio legibus debita, & ſeqq.*

110 *Legitima quoad neceſſitatem à iure ciuili fuit introducta, 115.*

111 *Legitima debetur iure ciuili, ſed ratione naturali.*

112 *In legitima quatuor conſiderantur, ratio, neceſſitas, quantitas, & modus.*

113 *Natura ſuadet, vt bona noſtra filijs noſtris relinquamus, & quidem omnia num. 117.*

114 *Natura ſuadet, & monet, ſed non imponit neceſſitatem.*

116 *Alimenta debentur inſtinctu naturali, & neceſſitate ciuili*

117 *Legitima, quoad quantitatem, meri iuris ciuilis eſt, & 121. & ſeq.*

118 *Liberam diſponendi facultatem auferre, rationi naturali repugnat.*

119 *Legitima olim erat quarta, hodie, triens, vel ſemis, & cur, cum omnia bona filijs iure naturæ debeantur, fuit nihilominus reſtricta legitima ad certam quantitatem, & ſeqq.*

123 *Legitima tam quoad modum relinquendi, quàm quoad modum acquirendi eſt iuris ciuilis, & ſeqq.*

125 *Natura ſpectat effectum, non modum.*

126 *Legitima titulo inſtitutionis relinquenda eſt.*

127 *Legitima à iure ciuili habet formam, & metam.*

129 *Filius hæres vniuerſalis inſtitutus ſimpliciter, repudians hæreditatem excluditur etiam à legitima, contra n. 134. ſed reſponde num. 135.*

130 *Appellatione hæreditatis etiam pars continetur.*

131 *Filius, qui intra triennium reuocat abſtentionem, ex beneficio l. fin. C. de repud. hæred. cum hæreditate recuperat etiam legitimam.*

132 *Filius hæres vniuerſalis inſtitutus, ſi acceptet legitimam, cenſetur totam hæreditatem acceptare, quia reſiduum ei etiam inuito accreſcit. & ſeq.*

134 *Aditio, & repudiatio à pari procedunt.*

136 *Filius hæres vniuerſalis inſtitutus ſi repudiet hæreditatem retenta legitima, vitiatur repudiatio, & in totum fit hæres, quia reſiduum ei accreſcit.*

137 *Filia vniuerſaliter inſtituta non poteſt repudiare hæreditatem, & petere dotem, niſi fuerit inter viuos promiſſa.*

138 *Filius inſtitutus in ſola legitima, vel aliqua re particulari non dato cohærede vniuerſali, vel etiam dato, qui tamen poſteà defecerit, non poteſt capere legitimam, & reſiduum repudiare.*

139 *Filius inſtitutus, & grauatus legatis & fideicommiſſis etiā in re propria, adhuc non poteſt repudiare hæreditatem, & retinere legitimam: limita n. 143. & ſeqq.*

141 *Prohibitio alienationis ſi fit ad tempus etiam quoad legitimam valet.*

142 *Prohibitus alienare ad tempus, non poteſt repudiare hæreditatem, vt legitimam alienet, niſi habeat ſubſtitutum, aut cohæredem, & num. 162.*

143 *Filius vniuerſaliter inſtitutus licet habeat ſubſtitutum, non poteſt omittere hæreditatem, & capere legitimam. niſi etiam in proprijs rebus grauatus ſit, & nu 155. & ſeqq.*

144 *Legitimam, vt poſſit filius capere omiſſa hæreditate, duo copulatiuè requiruntur, vt ſit grauatus in rebus proprijs, & habeat ſubſtitutū & reijcitur cōtraria ſententia n. 145 & quid ſi habeat cohæredem n. 147. & ſeqq. & n. 161.*

148 *Cohæres, & vulgariter ſubſtitutus æquiparantur, & ſeqq.*

152 *Filius ab inteſtato non poteſt petere legitimam, & reliquum reſpuere, & ratio num. 153. & contraria opinio reijcitur num. 154.*

159 *Filius inſtitutus & non grauatus in rebus proprijs, ſed hæreditarijs, ſeu ſoluendis de ſubſtantia defuncti, non poteſt legitimam retinere, & hæreditatem dimittere licet habeat ſubſtitutum, niſi legata talia ſint, vt his ſolutis non ſit filius integram legitimam habiturus num. 160.*

166 *Filius inſtitutus in re certa quæ legitimam excedat ſi grauatus ſit aliquo onere, poterit rem illam omittere, & legitimam capere, ſi tamen habeat cohæredem: idem eſſet, ſi ſit relictum legatum, & adeſſet ſtatutum, quod legitima poſſit quocunquè titulo relinqui vel etiam licet nō adeſſet ſtatutum, vt olim erat in filio exhæredato, cui relinquebatur legatum pro legitima, ne poſſet agere querela inofficioſi teſtamenti. Et num ſeq.*

167 *Legitima poteſt relinqui quocunque titulo ex diſpoſitione ſtatuti.*

168 *Filius ſi habeat legitimam, vel aliquid pro ea titulo contractus, tunc poteſt eo retento hæreditatem repudiare.*

168 *Filia, cui à Patre viuente fuit dos data, vel promiſſa, poteſt eam retinere, & hæreditatem reſpuere.*

An, & quando filius poſſit accepta legitima patris hæreditatem omittere.

QVÆSTIO XXIV.

SEd hæc quidem dicuntur, quoties hæres inſtitutus vult acceptare partem hæreditatis, & partem reſpuere. Cæterùm, quoties vult omittere totam hæreditatem, & acceptare legitimam, quæ eſt quid ab hæreditate diuerſum, & quæritur, an hoc facere poſſit. conſtat, rem eſse mirum in modum controuerſam, *vti videre eſt apud Alex. Trentac. de ſubſtit. part 1. cap. 9 num 11. & ſeqq. Io. Vand doctiſſimum præceptorem meum lib. 1. qu. iur. capit. 52. Men. de præſumpt. lib. 4. præſ. 101. num 39 & ſeqq. & And. Fach. lib. 4. contro. iur. cap. 65. & lib. 6. cap. 56. & 57.* Nam plerique cenſuerunt poſse, † *Quæ fuit opinio Bald. in Auth. ſi quas ruinas, num. 5. verſic. Quarta ratio eſt C de Sacr. Eccl. & in l. Papinianus. 8. §. quarta. ff. de inoff. vbi teſtatur, ita etiam Bartolum quandoque ſenſiſſe Euſdem opinionis fuerunt Roma. in l 1. num. 12 ff. de acq. hær & in l. vn. numer. 11 C. quand. non pet. part. Fabia. in Auth. nouiſſima, num. 150. verſ. Aliàs C. de inoff teſta. Coraſ. in l. hæres inſtituta. 3. num 33 C. de impub & al. ſubſt. Io. Vand. d. lib. 1. cap. 52. num. 2. & Men. d lib. 4. præſ. 101. num. 55. verſ. contrariam.* Moti ſunt autem, vt ita ſentiant 1

Primò, quia creditor à ſuo debitore hæres inſtitutus poteſt omiſsa hæreditate conſequi ſuum creditum † *l vt debitū. 5. C de hær. actio. l. hæres inſtituta. 3. C. de impub. & al. ſubſt.* Sed filius legitimę eſt creditor, † *vt ſcribunt Cin in Auth res, quæ num. 7. Cod. comm. de lega. Bart. conſ. 34. num. 1 lib. 1. Imol. in l. 3. §. res, quæ, in fin. ff. ad Treb. Ang. de Gamb. conſil. 40. num. 4. Alex. in l. multi non nota 18. num. 2. verſic. Præterea ff. de lib. & poſth. Affl. deciſ. 162. num 3. Purp. in l. 1. num. 188 ff. ſi cert. pet. Decia. conſil. 39. num. 3. vol. 5 Ceph. conſil. 189. num. 16. Surd. conſ. 192. num. 16. & conſ. 388 num. 7. Forcat in Necyom dial. 36. nu. 1. Gratia. cap. 788. diſcept. foren. in fi.* quia, cum legitima dicatur æs alienū † *l. Papinianus. 8 §. ſi quis impubes ff. de inof. teſta.* & portio debita † *l ſi totas. 5. C de inoff. donat. d. l. Papinianus. 8. §. vnde. ſi quis ff. de inoff. Auth. de trient. & ſem. in princ. verſ. Frequenter coll. 3.* & hoc modo ſupponat patrem eſse debitorem, Conſequens eſt, vt debeat etiam ſupponere, filium eſse creditorem: Sunt enim hæc correlatiua, † *vt ſcribunt Bart. in l. 1. num. 31. verſ. Nec obſtat, & ibi Dec. in prima lect. n. 26. in fi. & Cagn numer 232. verſ. 3 ff ſi cert pet. Bald. in rub C. de reb cred. num 2. Vaco lib. 3. decla. iur. ciu. decla. 45. numer. 3* quorū vno poſito ponitur, & aliud † *ſecundum doctr. gl. in clem. vn in verb æternaliter, De ſumm trin. & fid. cath. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de correlat. n. 9. Euerar. in ſuacem legal. loco 20. à correlat. num. 2.* Quamobrem dicimus, creditorem omnem appellari, cui ex quacunque cauſa quicquā debetur † *l. creditores. 10. & l. creditorum. 11. ff. de uerb ſign.* Ergo ſi filius fuerit à patre inſtitutus, poterit omiſsa hæreditate con- 2 3 4 5 6 7 8

consequi suam legitimam. *Ita arguunt Io.Vaud. d. lib. 1. cap. 52.num.6.& Men.d.lib.4 præs.101.num.55.*

Secundò moti sunt, quia hæreditatem sibi delatam omittere (dummodò totam omittant, nec aliquam eius partem
9 retineant) non solum extranei possunt, sed etiam sui, † *vt de extraneis constat ex §.pen.Inst.de hared.qual.& diffe.l. is qui hæres.13.in prin.l.recusari 94.ff.de acq.hæred.& l.sicut.4 C.de rep.hæred. De suis verò ex l.impuberibus 11.& l.ei, qui se non miscuit 12.l.cum hæreditate 55.ff.de acq.hæred.l.1.l.2.& l.fin. C.de rep.hæred.* Nam,& si iure ciuili sui sint necessarij hære-
10 des,iure tamē prætorio possunt se abstinere † *l. necessarijs 57. ff.de acq.hæred.§.necessarij,vers.sed his prætor,inst.de hær. qual. & differ.* & hoc modo idem consequi,quod extranei, qui re-
11 pudiant † *l.nam,nec emancipatus 91.ff.de leg.pr.l. pro hærede. 20.§ Papinianus ff.de acq.hær.* Sed in proposito filius, qui ad paternam hæreditatem vocatur, vult eam in totum omittere,nec aliquam eius partem retinere,non obstante,quod legitimam retineat,scilicet,quia legitima non est pars hæredita-
12 tis,sed bonorum † *vt scribunt omnes,quos retulimus in 6. cap. q.8.nu.33.* cum intelligatur deducto ære alieno *d. l. Papinianus.8.§.quarta ff.de inoff.* quod bonorum, non etiam hæreditatis proprium est *l.si quis seruorum,8.§.fin.cum l.seq.ff. de leg. 2.* Debet igitur hoc ei permitti.

Et, si dixeris, imo partem hæreditatis retinere, cum retineat commoda,quæ non minùs, quam incommoda consti-
13 tuunt hæreditatem † *l.1.& l.bona 3.in prin ff de bon.poss.l.nam quod.14.§.fin.ff.ad Treb.* respondent,commoda,& incommo-
14 da non considerari,† vt partes hæreditatis,sed,vt res contentas, ex quibus ipsa vniuersitas constituitur. Itaque,si æs alienum separes à patrimonio,iam non ampliùs dicetur hæreditas,sed bona *l.cogi.16.§.inde quæritur ff.ad Treb.*

Tertiò moti sunt, quia, licet is, qui ad vnam, & eandem rem vocatur,non possit eam pro parte acquirere,& pro parte repudiare, *l.legatarius.38 in prin ff.de leg.pr.l.neminem.4 ff. de leg.2.* tamen is,qui vocatur ad res diuersas, & ex diuersis causis,ac dispositionibus,potest ex ijs vnam agnoscere, & al-
15 teram respuere † *l.sed duobus.5.ff.de leg.2.* Sed in proposito filius ex diuersis dispositionibus vocatur ad res diuersas: Nam ex dispositione patris vocatur ad hæreditatem,ex dispositione verò legis vocatur ad legitimam,quæ est quid ab hære-
16 ditate diuersum, † cum hæreditas contineat æs alienum, *d.l. cogi.16.§.inde quæritur ff ad Treb.* quod alioquin in legitima contineri nequit,quippe, quæ non, nisi eo deducto intelligitur, *vt supra dictum est.* Poterit igitur filius agnoscere legitimam,& hæreditatem respuere. *Ita arguit Men. d præs.101. num 57.versic.2.*

Quartò facit, quia, quod filio permittitur in legato, multò magis debet ei permitti in legitima,cum plùs iuris in hac filius habeat quam in illo: Potest enim pater disponendo legatum filio relictum auferre,sed non legitimam *§.primū itaque Auth.de hæred.& Falc.coll.1.* Sed filius hæres institutus, & ad legatum vocatus potest omissa hęreditate capere lega-
17 tum † *l.filio pater.89.& l.nam,nec emancipatus 91 ff. de leg.pr. l.cum responsio 12.C.de leg.* Ergo multò magis poterit omissa hæreditate capere legitimam. *Ita arguunt Soc Sen.in d.l.num. 32.vers.secundus casus est.ff.de vulg.Fabia.in d. Auth. nouissima,num.150.vers.5.*

Quintò videtur hæc pars ea ratione confirmari, quia filius potest hæreditatem paternam,aut maternam omittere, & ea retinere,quæ sibi ex dispositione,& prouisione legis de-
18 feruntur † *l.hac edictali.6.§.vlt.& l.si quis prioris.8. §. talem C. de sec.nupt* Sed legitima debetur filio ex dispositione, & pro-
19 uisione legis † *l.si arrogator.22 ff.de adopt.§. aliud quoque capitulum.Auth.vt cum de app.cog.coll.8.§.si quis autem non implens,Auth.de hæred.& Falc.coll.1.§.1.Aut.vt lic.mat.& auia coll.8.Ita arguunt* Ergo poterit ea retenta paternam hæreditatem respuere. *Ita arguunt Io.Vaud.d.lib.1.cap.52.nu.6.in fin.*

Sextò facit,quia,si filius, quem pater instituit hæredem vniuersalem,non posset hæreditatem omittere,& legitimam retinere,sequeretur, eum priuari sua legitima facto patris, nempè institutione à patre facta. At consequens est absurdū, quia pater non potest suo facto priuare filium legitima, nisi
20 sit ingratus † *§.hac autem dispositimus, Auth. vt, cum de app. cogn coll.8 l.cum ratio.7 in princ.ff.de bon.damn.* Ergo, & antecedens.

Septimò confert, quia, si id,quod supra legitimam relinquitur,onus contineat, non cogitur filius illud agnoscere,sed potest id retenta legitima repudiare † *l.si libertus patrono 41. in pri ff.de bon.lib.& nos latiùs ostendemus infra n.166.* Scilicet 21
quia legitima nullum admittit onus, & de ea reijcitur omne grauamen *l.quoniam in prioribus 32.& l.scimus 36.§.cum autem C.de inoff.testa.* Sed institutio vniuersalis,& sic datio hæreditatis facta suprà legitimam continet onus,tum,quia filius agnoscendo institutionem,& sic amplectendo hæreditatem deberet se subijcere oneribus hæreditarijs *l.filio pater,89.ff. de leg.1.l quia poterat 4.ff ad Treb.* tum etiam, quia cogeretur habere totam hæreditatem inuitus,quod est onus, cum onus sit facere aliquid contra suam voluntatem *l.vlt ff.de vsu, & hab.& in his terminis considerat Men.d præs.101 nu.63.* Ergo non cogetur filius institutionem agnoscere,sed ea omissa poterit suam legitimam retinere. *Ita arguit Fabian. in d. Auth. nouissima num.150.vers.Monebar primo.*

Octauò fortissimum huius opinionis argumentum ex eo duci videtur,quia filius,qui patris præceptum non seruat,& sic voluntatem eius spernit,& impugnat iudicium,non priuatur legitima,sed eam retinet non obstante, quod priuetur hæreditate,† *§.si quis autem non implens,Auth.de hær.& Falc. coll.1.Auth.hoc ampliùs C de fideic.* Multò igitur minùs debet 22
ea priuari filius, qui non vult se miscere paternæ hæreditati, quippe,qui non spernit eius voluntatem,nec impugnat iudicium. † *Non enim impugnatur iudicium ab eo, qui iustis rationibus noluit negotijs hæreditarijs implicari,* vt ait Papinianus *in d.l.filio pater 89.ff.de leg.1.* Alioquin melioris esset conditio- 23
nis,qui impugnat,& sic peccat,quam,qui non impugnat, & sic non peccat † contra regulam, *l.3.§ 1.ff.de donat. vir.& vxor.l.si voluntate 7.& ibi gl.in verb.vtiles actiones C.eod.§.fin. Auth.de restit.& ea,quæ parit coll.4.l.Seruus 4.ff.quod vi,aut clam.Ita arguit Fabia.(licet vtatur alio medio termino) in d. Auth.nouissima num.150.vers.2.* 24

Nono facit, quia ab eo, quod dicitur de subrogato, intelligimus, quid sit dicendum de eo,in cuius locum fit subrogatio, scilicet quia subrogatum censetur eodem iure quo id, in cuius locum fit subrogatio † *l si eum.10.§.qui iniuriarum, ff. si quis caut.§.fuerat inst.de actio.* Sed dos,quæ subrogatur, & 25
succedit loco legitimę *l.quoniam nouella.29 C de inoff.test.* potest à filia retinere repudiata hæreditate paterna, † *l.vn §.videamus C.de rei vxo.actio.l.si Socius pro filia 81.vers verum,ff. pro soc.l.si pater pro filia 4 & apertius l.vlt. ff. de coll. dot.* Ergo 26
ex hoc intelligimus posse etiam retineri legitimam repudiata hæreditate paterna. *Ita arguunt Io.Vaud.d.lib.1.qu.52.nu. 6 & Men.d.præs.101.num 62.*

Decimo adducitur, quia, si filius, qui hæreditatem repudiat,non posset legitimā retinere,sequeretur eum renuntiando hæreditati censeri quoque renunciasse legitimæ. At hoc est falsum,& contra regulam † *l si quando 35.§.& generaliter C.de inoff.testa.* Ergo & antecedens. 27

Vndecimo,quod fauorę alicuius introductum est, non debet in eius odium retorqueri † *l.quod fauore 6.Cod. de legib.l. nulla iuris ratio.24.ff.eod l.1.§. Diuus ff de Carbo.edict.* Sed, 28
vt filius debeat a patre institui, siue,vt ei legitima debeat relinqui titulo institutionis,fauore filij introductum est † *§.hac autem dispositimus vers.Vnde & constat,Auth.vt, cum de app. cogn.coll.8.* & in eius odium retorqueretur,si non posset consequi legitimam,nisi etiam hæreditatem amplecteretur,quia ex eo,quod esset institutus,cogeretur amittere legitimam, si nollet amplecti hæreditatem. Ergo debet potiùs ei permitti hæreditatem repudiare,& legitimam retinere: *Ita respondendo ad contraria ratiocinantur Rip.in l.1.num.157.vers.Ad ista duo ff.de vulg & Men.d.præs.101.num.44.* 29

Duodecimo,& vltimo videtur hęc sentētia probari ea ratione, quia, quæ alicui debentur iure naturali, non possunt ei tolli ratione, dispositioneue ciuili † *l.eas obligationes 9. ff. de cap min §.sed naturalia, inst.de iur.nat.gent & ciu.§.vlt. inst. de legit.agnat §.minus inst.de hæred.quæ ab int.def.* Sed legitima debetur filio iure naturali † *cap.Raynutius 16.vers. cum autem,& cap.Raynaldus 18.vers dilectus, extr.de testa.cap.1. §.si de testa.in 6.§ primùm itaque. Auth.de hæred.Falcid.coll. 1. Auth hoc ampliùs, C.de fideic.§ licebit. Auth.de trient.& sem. coll.3. Et scribunt gl.in l.in quartam 90. in verb. centum legatis,& ibi Pic.num.172.et Bereng.cap.1.nu.127.vers.3.& n.129. vers.* 30 31

verſ.3.& num.164.& Rip.nu.132.ff.ad l.Fal.gl.in §.optimè verò, in verb. quippè, Auth.de nupt.coll.4.Bart.in d. § primum itaque num.11. Auth de hæred.& Falc.coll. 1. & in tit. Auth. de imm.don.num.1.coll 7. Ang.in §.ſi quis autem non implens nu. 5. Auth.de hæred.& Falc.coll.1. Ang.de Gamb.consil.40.nu.1. Cagn in l.Papinianus.8.§.quanta, num. 5. ff. de inoff Tiraq. de iur.primog.qu.35.num 10. Nic.Bello.in §.ſed, quia hæredes, n.7. verſic.Ex his etiam, inſt.de fideic.hæred. Decia consil.39.nu. 3 vol.5. Roll.conſil.39.num.12.& 14.vol.3. Mantic.de con.vlt.vol. lib.4.tit.8 num.9.verſ.Illud etiam, Craſs.in §. legitima num. 2. vbi poſt Pic.ait, ita omnes tenere nemine diſcrepante, Menoch. consil.250.num.91.verſ.& poſtremà, Ant.Gaib.cap.15.quæſtio. iur.num.16.& 23.in fi. ut autem non poſſit eiuſdem hæreditatis partem agnoſcere, & partem reſpuere, ciuili ratione,& diſpoſitione fit l.vn.§.his ita definitis C.de cad.toll.l.1 ff.de acq. hær. Ergo nō poterit filio auferri legitima ſub prætextu, quod reſiduum hæreditatis recuſauerit. Ita arguunt Fabia. in d. Auth.nouiſſima num.50.verſ.4.& Men.d.præſ.101.num.64.

His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam, quæ receptior eſt, veriorem eſſe puto, non poſſe ſcilicet filium à patre inſtitutum hæredem vniuerſalem capere legitimam, &
32 reſiduum hæreditatis repudiare. † Ita enim cenſuerunt Bart. in l.quia poterat.4.num.5.& ibi Alex.num. 12. verſic. Sed non recedo ff.ad Treb.Bart.in l.pro hærede.20.§.ſeruos, & in l gerit 88.num.22.ff.de acq.hæred. Ang.in l.Papinianus.8.§.ſi conditioni,num.6.ff de inoff Caſtr.in l.1 num.3.& ibi Iaſ.num. 11 ff.de acq hæred Caſtr.in l.quoniam in prioribus.32.nu.10. C. de inoff. teſt & in l quoties.13.nu.1.in fi.C.de hæred. inſt. Ang. de Gamb. consil.78.num.43 verſic. Nec obſtant allegata, Abb in c. Raynutius, numer.28.& ibi Gul. Ben.in verb. ſi abſque liberis moreretur 2 in tit.de vulg.n.48.& Couar.§ 11.nu.11.extr. de teſta. Alex.in l.hæres inſtituta.3.n.2.vbi ait, hanc eſſe veram & communem opinionem,& ibi Dec.n 5.C.de impub.& al ſubſt Alex. consil.75.nu.6.vol. consil.142 num. 6.verſic.item. quia, vol.2. & consil vlt.nu.9.vol.5. Iaſ in Auth.Vnde ſi parens,num.5 C de inoff.teſta. Soc Sen.in l.1.num.21.verſic. Primus. & ibi Rip.nu. 158.verſic Non diſcedas. Alcia.nu. 06 ff.de vulg. Dec.in l. ius noſtrum.7 num.5.ff.de reg.iur. Soc Sen.consil.89.num.23. vol.4. Soc Iun.consil 72.nu.69.vol.1. Rub in l.pater filium 14.nu. 118. ff.de inoff & in l.Gallus.29.§.quidam rectè num. 33. ff.de lib.& poſth.Boer.deciſ.204 num.43.verſic ſed contrarium, Tiraq. de iur.primog.qu.35.nu 10.& qu 75.num.5. Gomez. tom. 1. varia. reſol cap 10,num 20.verſic.6.extende, Trentacinq. de ſubſtit. part.1.cap.9.nu.24.verſic.&, cum ſuperior vbi ait, ab hac communi opinione in iudicando, & conſulendo nullo pacto recedendum,& cum ea pertranſit, num.25.verſic.& ego, Craſſ.in d. §. legitima, qu.1 num 5.vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem, Rot.Lucen.deciſ.vlt coll.10.verſic. Minus aliquid, Did.Spin.in ſuo ſpecul.teſta.gl.33.num.62. verſic. 2 & Canall. in ſuo tract. commu.contra commu.qu.711.num. 3. verſic. ſed contrarium, vbi pariter teſtatur, hanc eſſe communem,& veram opinionem, Pereg.consil.79.n.10.vol.3.& And.Fach lib.4.controuer.ca.65. & lib.6.cap.56.

Non moueor autem, vt ita ſentiam, ea ratione, quam pro fundamento communis opinionis noſtri paſſim afferre con-
33 ſueuerunt, quod ſcilicet † legitima debeatur filio titulo inſtitutionis, & ſic iure hæreditario ideòque non poſſit à reſiduo hæreditatis ſeparari, ſecundum regulam l. 1.ff. de acq.hæred. vti videre eſt apud Alex.in d.l.quia poterat.4.n.10.ff. ad Treb. & in addit ad Bart in d l gerit.88.in lit.K.ff.de acq hæred. Iaſ. in d.l.1.num.11.ff eod. Dec in d.l hæres inſtituta. 3. nu.5.verſic. ratio fundamentalis.C de impub.& al.ſubſt.Boer. d. deciſ. 204. num.43 verſic.& ratio principalis, Tiraq.de iur.primog d.q. 75. nu.6.Trentacinq de ſubſtit.d.part.1.cap.9 num.25. & Canall.d. qu.711 nu.4. quia nulla eſt vis huius argumenti: Licet enim verum ſit, legitimam deberi titulo inſtitutionis, non tamen ex hoc ſequitur, eam deberi iure hæreditario, quia, cum titu-
34 lus inſtitutionis, vel ſit vniuerſalis, vel particularis † l. quoties.13.C.de hæred inſt l.ex facto 35. ff. eod. & vtroque modo legitima relinqui poſſit, cum certum ſit, filium etiam in re certa inſtitutum non poſſe teſtamentum impugnare, ſed debere eſſe contentum illa re, ſi contineat integram legitimæ quantitatem, vel agere ad ſupplementum, ſi non contineat
35 † §. hæc autem diſpoſuimus, verſic.cæterùm Auth.vt, cum de app.cogn.coll.8.& nos diximus in 7 cap.q.9.nu. 48. Conſequens eſt, vt ex eo, quod legitima debet relinqui titulo inſtitutionis, non rectè quis inferat, eam deberi iure hæreditario,& per cōſequentiàs à reſiduo ſeparari non poſſe: Debetur enim,& capi poteſt, † vel iure hæreditario, vel alio iure §.ſi inſt. de inoff. 36
Iure hæreditario, ſi filius inſtituatur hæres vniuerſalis, vel in tota, vel in quota hæreditatis, vt ſcribit Couar. in d.cap. Raynutius §.11.num.11.& intelligendi ſunt Alex.d. consil. 142. num. 13 vol.2 & alij ſimpliciter dicentes, eam capi iure hæreditario, Alio verò iure, ſi inſtituatur in re, vel ſumma certa, vel ei legetur, aut alio titulo relinquatur res particularis, ſecundum d.§.vlt.inſt.de inoff teſt & l omnimodo 30.in prin.Cod.eod & ea, quæ dicemus infra num.74.& ſeqq. Quinimò (quod plùs eſt) etiamſi inſtituatur in ſua legitima,& ſic in quota, non tamen dicetur eam capere iure hæreditario, vbi cohæres vniuerſalis datus eſt, & hæres extitit, quia legitima eo caſu non eſt quota hæreditatis, ſed bonorum, ut latiùs oſtendemus infra num.87. Argumentum igitur non eſt ducendum à neceſſitate relinquendæ legitimæ titulo inſtitutionis, quia huiuſmodi neceſſitas nihil in propoſito operatur, ſed eſt ducendum à natura inſtitutionis vniuerſalis à teſtatore factæ, ſecundum ea quæ mox dicemus. Moueor igitur

Primò, † quia, cum filius fuerit ex aſſe inſtitutus, Conſe- 37
quens eſt, vt hæreditatem pro parte acquirere, & pro parte repudiare non poſſit, ſecundum regulam l.1.& l ſi ex aſſe 10. ff.de acq.hæred.quam latè expoſuimus in q præced.nu.1.& ſeqq. Ita arguunt Bart.in d.l pro hærede.20.§.ſeruos, ff. de acq. hær. Abb.in d cap Raynutius, num.28.& ibi Couar.§ 11.num 11. Did Spin d.gl.33.num.62.verſ.2. Andr.Fach d lib.4.contr.cap. 65 & d.lib.6. cap 56.

Nec dicas, filium in propoſito non acquirere partem hæreditatis ſed legitimam quæ eſt quid ab hęreditate diuerſum, cum ſit quota bonorum, non hæreditatis, ut reſpondent Rip.in d l. num.158 verſ.2.ff.de vulg Vand.d.lib.1.qu.52.num.3.& Men.d.præſ. 101. num. 43. quia verius eſt, in propoſito non poſſe conſiderari, niſi, vt partem hæreditatis, ſicuti latiùs oſtendemus in reſponſione ad ſecundum argumentum num. 71. & ſeqq.

Secundò moueor, quia valet argumentum à legitima pa-
troni ad legitimam filij † l.vlt verſic. ſi enim patronus Cod. de 38
inoff. teſt. Sed patronus hæres vniuerſalis à liberto inſtitutus non poteſt retenta legitima reſiduum hæreditatis repudiare. Nec igitur filius. Minor illa probatur l. ſi libertus patrono 41. verſic.Quid ergo ff.de bon. lib. Vbi Papinianus poſteà, quam dixit, patronum ex parte debita inſtitutum,& accepto prætereà legato grauatum ſeruum proprium manumittere, non cogi manumittere, ſi parte debita accepta temperet à legato, ſubijcit, Quid ergo ſi ſolo hærede eodem inſtituto idem libertus periert? Si ſubſtitutum habebit, æque decreti remedium poterit procedere, vt accepta debita portione cætera pars ad ſubſtitutum perueniat, ita, vt, ſi fortè ſeruus redimi potuiſſet, præſtaretur, libertas: Ceſſante verò ſubſtitutione patronum hæreditatem liberti amplectentem Prætor, qui de fideicommiſſo cognoſcit. libertatem ſeruo eum imponere cogat, quibus verbis non obſcurè
ſignificat, † ita demum patronum ex aſſe inſtitutum,& pro- 39
prij ſerui manumiſſione grauatum poſſe accepta legitima reſiduum hæreditatis repudiare, ſi habeat ſubſtitutum. Ergo ſi non habeat, etiamſi in proprijs rebus grauatus ſit, non tamen poterit hæreditatem omittere, & debitam portionem retinere.

Nec eſt, quod reſpondeas, imò à legitima patroni ad legi-
timam filij non valere argumentum, quoties † agitur de ip- 40
ſius filij incommodo, vt agi videtur in propoſito, ex his, quæ diximus in 7. argumento contrario, Quomodo reſpondent Rip.in d l.1 num.157.in prin.& verſ.vltimo ff de vulg.& Men d.præſ. 101.nu.51. quia verius eſt, nullum in propoſito filij incommodum poſſe conſiderari, ſicuti latè oſtendemus in reſponſione ad prædictum argumentum.

Denique non eſt, quod reſpondeas l.ſi libertus † quando 41
patronus ſimpliciter adit, vt ſignificare videntur illa verba, patronum hæreditatem liberti amplectentem, Tunc enim quia totam hæreditatem amplectitur, verum eſt, non poſſe ſeparare legitimam à reſiduo. Sed, ſi ab initio declaret, ſe nolle amplecti, niſi legitimam, magis videri, vt non ſit cogendus totum agnoſcere, Quomodo reſpondent Rip.in d.l.1.num. 157. verſ.vltimo,& Men.d præſ.101.num. 51. quia imò verius eſt,

Pa-

Papinianum ibi supponere, non posse patronum consequi legitimam, nisi etiam residuum complectatur, quod patet ex eo, quia scribit, decreti remedium, vt scilicet accepta debita portione residuum dimittat, procedere, si habeat substitutum; Ergo, si non habeat, non procedet. Ex quo intelligimus, illa verba, *patronum hæreditatem liberis amplectentem*, denotare quandam necessitatem causatiuam: Significant enim, patronum, qui ne debita portione careret, coactus est, totam hæreditatem amplecti, compellendum esse à Prætore, seruum manumittere, prout testator disposuerat.

42 Tertiò probatur hæc sententia, quia, † aut filius, qui paternam hæreditatem recusat, vult consequi legitimam ex testamento, Et non potest, quia pater in testamento, non legitimam reliquit, sed hæreditatem, & ex testamento ea tantum capi possunt, quæ ex testatoris dispositione proficiscuntur. Denique hoc posito decederet pater pro parte testatus, & pro parte intestatus, testatus respectu legitimæ, quam filius caperet ex testamento, intestatus verò respectu hæreditatis, quæ à filio repudiata necessariò deberet ad venientes ab intestato pertinere. At consequens est absurdum *l. ius nostrũ 7. ff. de reg. iur.* Ergo & antecedens. *Ita arguit Castr. in d. l. quoties. 13 num. 1 in fi. C. de hæred. inst.* Aut verò vult eam consequi ab intestato, Et nec etiam potest, quia, quandiù potest esse locus testamentariæ successioni, tandiù cessat ab intestato successio *l. quandiu. 39. ff. de acq. hæred.* Denique non potest filius omissa causa testamenti ab intestato bona paterna possidere *l. 1. §. qui sunt in potestate ff. si quis omis. caus. test.* Omnimodò igitur dicendum est, non posse filium consequi legitimam, & paternam hæreditatem omittere. *Ita arguunt Trentacinq. de subst. d. part. 1 cap. 9. num. 25. vers. 2. & versic & ego, & And. Fach. d. lib. 4. contro. cap. 65.* Huius autem argumenti vim non euitarunt *Rip. 4 & in d. l. 1. n. 157. vers. 4. Men. d. præs. 101 nu. 49* respondentes, id esse verum, si filius vellet consequi legitimam iure institutionis, secùs verò, si ab intestato, & tamquam sibi debitam, quia, cum possit totũ consequi ex testamẽto, nõ debet admitti, si quid ab intestato possidere velit, *ut supra dictũ est & in specie replicat Trent. d. c. 9 n. 25. vers. 2.*

43 Quartò prædicta confirmantur ea ratione, quia, † qui ad bona venire potest secundum voluntatẽ defuncti, non debet admitti, si contra, aut præter illius voluntatem venire valet *l. 3. § si quis ex liberis ff. de bon. poss. contra tab.* Sed filius hæres institutus potest ad paterna bona venire secundum voluntatem defuncti, Non debet igitur admitti, si legitimam, & sic partem bonorum præter eius voluntatem consequi velit.

44 Quintò facit, quia, † filius hæres institutus non potest consequi legitimam, nisi patris sit hæres, *ut scribit Soc. Sen. in d. l. 1. n. 31. versic. Ad tertiam ff. de vulg.* Ergo nec poterit illam ab hæreditate paterna separare, Vt in simili dicimus de filio, qui feudũ paternũ consequi non potest, nisi patris sit hæres, ideòque feudũ à paterna hæreditate separare nequit *c. 1. An agn. vel fil. Men. cons. 127 n. 21 Et in his terminis cõsiderat Dec. in d. l. hæres instituta 3. n. 5. vers. & benè, C. de impub. & al. subst.*

Nec dicas, id esse speciale in feudo, *vt ait Fabian. in d. Auth. nouissima, num. 159 vers. Non obstat C. de inoff. testa.* quippè, quod filius habere nequit, nisi patris sit hæres, etiamsi sit ex pacto, & prouidentia, Vt plerisque visum est, *sicut in his terminis, & respondendo considerat Men. d. præs. 101. num. 53. vers. præterea*, & dato, quod procedat in solo feudo hæreditario, Vt est receptior opinio, longè tamen aliam esse rationem feudi, aliam legitimæ, scilicet, quia feudum, vt hæreditarium non potest ab hæreditate separari, legitima verò, ut ab hæreditate diuersa, ab ea separari potest *§. si quis autem non implens Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Et in proposito respondet Men. d. præs. 101. num. 53.* quia, verius est, imò eandem esse

45 vtriusque rationem; Nam, † aut feudum est quid diuersum, & separatum ab hæreditate, vt est feudum ex pacto, & prouidentia, Et illud consequi potest filius, etiamsi patris hæres

46 non sit, † vt est frequentior DD. opinio, *sicuti videre est apud Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in materia substitutionis vulgaris, num. 57.* Aut verò feudum est hæreditarium, Et tunc non separatur ab hæreditate, & per consequentias non potest filius id consequi,

47 nisi patris sit hæres, † *ut scribunt Isern. in cap. 1 n. 2. De alien. feud. part. & in cap. 1 num. 1. An agn. vel fil. Bart. in l. ut iurisiurandi 7. §. si liberi, nu. 4 ff. de oper. liber. Alex. cons. 10. num. 8. vol. 3. Ruin. consil. 1. num. 12. vol. 1. Paris. cons. 3 num. 17. & consil. 23. num. 167. vol. 1. Ceph. consil. 665 nu. 12. Roll. consil. 67. num. 23. vol. 2. Decia. consil. 58. nu. 29. vol. 2. Men. consil. 191 nu. 80 Surd. consil. 5. nu. 19. Pereg. consil. 9 num. 9. vol. 1.* Idem dicimus de legitima: nam, aut consideratur, vt separata, atque distincta ab hæreditate, vt in casibus, quos referemus *infra num. 74. & seqq.* & eam consequetur filius, etiamsi patris non sit hęres, Aut verò non consideratur, vt separata ab hæreditate, sed, ut in ea confusa, prout euenit, cum pater instituit filium hęredem vniuersalem, Et tunc non potuit filius eam consequi, nisi patris sit hæres, † Quod probatur dupliciter, & 48

Primò, quia, si pater instituat filium sub conditione potestatiua, non potest filius consequi legitimam, nisi pareat conditioni, & hoc modo fiat hęres † *l. suus quoque 4. in prin. ff. de hær. inst.* Ergo ex hoc patet, filium institutum non posse consequi legitimam, nisi sit patris hæres. *Ita arguunt Bart. in l. quia poterat. 4. num. 5. ff. ad Treb. Dec. in d. l. heres instituta. 3. nu. 5. vers. pro communi C. de impub. & al. subst. Alcia. in d. l. 1. num. 106. ff. de vulga.* 49

Nec dicas, hoc hodie non procedere, scilicet, quia, si filius instituatur sub conditione potestatiua, talis conditio reijcitur de legitima, & eam filius consequitur, etiamsi non pareat conditioni, † vt est receptior DD opinio, *sicuti respondent Alex. in addit. ad Bart. in d. l. gerit. 88. in lit. K. ff. de acqu. hæred. Rip. in d. l. 1. n. 157. vers. 3 ff. de vulg. & Men. d. lib. 4 præs. 101. num. 48.* quia, licet hoc verum sit, non tamen obstat: Adhuc enim ex eo intelligimus, legitimam simul cum hæreditate delatam non posse ab ea separari: Nam olim, quia filio non deferebatur legitima, nisi, quo tempore deferebatur hæreditas, idest, impleta conditione, ideò, nisi filius parendo hæres factus esset, eam consequi non poterat. At hodie, quia legitima defertur statim, hæreditas verò non, nisi impleta conditione, & sic non defertur eodem tempore, Ideò fit, ut eam consequi possit filius, etiamsi patris non sit hæres; Perinde enim est, ac, si simpliciter fuisset in legitima institutus, quo casu legitima consideraretur, ut ab hæreditate separata, *sicuti dicemus infra num. 87.* 50

Minùs est, quod respondeas, filium sub conditione potestatiua institutum ita demum (secundum ius antiquum) à legitima excludi non implendo conditionem, si velit adire hæreditatem, secus verò, si eam repudiet retenta legitima, † *Quomodo respondet Rip. in d. l. 1. n. 157. vers. 3. ff. de vulg.* quia verius est, imò excludi, etiam si dicat, se nolle hæreditatem, siuè (ut ijdem abusiuè loquuntur) se hæreditatem repudiare, cum pendente cõditione repudiatio fieri non possit *l. is, qui heres 13. §. 1. ff. de acq. hæred.* Nam talis institutio sub potestatiua conditione facta vim exhęredationis habet *l. iam dubitari 86 ff. de hær. inst.* Vndè, quemadmodum exhæredatio excludit filium etiam à legitima, *ut dicemus infra nu. 85.* ita etiam (inspecto iure vetere) debet excludere defectus potestatiuæ conditionis, *secundum ea, quæ supra diximus.* 51

Denique non est, quod respondeas, hæc procedere in filio, qui iam adiuit, & posteà recusat implementum conditionis, aliud verò dicendum in eo, qui ante aditionem vult legitimam, & repudiat hæreditatem, † *Quomodo respondent Rip. in d. l. 1. nu. 157. vers. 3. & Men. de præs. lib. 4 præs. 101 nu. 48. vers. Præterea*, quia huiusmodi suppositum, nec verum est, nec possibile: Nam, cum filius institutus sub conditione potestatiua non possit esse hæres, nisi priùs impleat conditionem *d. l. seruus quoque*, qui fieri potest, ut priùs adeat, & posteà conditionis implementum recuset? Si enim adit, necessariò priùs debuit paruisse conditioni, & si paruit, quomodo supponitur, eam posteà recusare, quæ iam impleta est? Omnimodò igitur impossibile est suppositum. 52

Secundò probatur, quod diximus, filium hęredem vniuersalem institutum non posse consequi legitimam, nisi patris sit hæres, quia, si eidem instituto detur vulgaris substitutus, & filius nolit esse hæres, tota patris hæreditas in substitutum transferetur † *l. si posthumus 14. §. quod vulgò & l. si filius hæres. 16. ff. de lib. & posth. Et in proposito considerat Alcia. in d. l. 1 nu. 107. ff. de vulg* nec de ea detrahetur legitima, quia de substitutione vulgari, quæ etiam in legitima, & eius respectu fieri potest † *ut scribunt Bart. in l. si arrogator. 22. n. 10. vers. Sed ista opinio, ff. de adopt. & in his terminis arguendo Rip. in d. l. 1. n. 158. vers. pro cõmuni, & ibi Alc. n. 107 ff. de vulg. Trẽt. d. par. 1. cap. 9.* 53 54

part.1.cap.9.num.25.verſ.3. tamquam de ſubſtitutione dire-
55 cta nulla poteſt fieri detractio, † *ut ſcribunt Caſtr. in l.ſi quis ad declinandam 38.numer.1.Cod.de Epiſc. & Cler.& in l.fin. num.2.C.de Sacroſ.Eccl.Em.à Coſta in cap.ſi pater, in 2.part. in verb.abſque deductione,num.1. De teſta.in 6. Molin de primog Hiſpa.lib.1.cap.17.numer.2. Mantic. de con.vlt.vol.lib.5. tit.1.num.5.Pereg.de fideic.art.3.num.12.* Ergo ex hoc patet filium hæredem vniuerſalem inſtitutum non poſſe conſequi legitimam, niſi patris ſit hæres.

Nec dicas,imò ſubſtitutionem vulgarem, tamquam onus
56 reijci de legitima exemplo conditionis poteſtatiuæ, † *vt cenſuerunt Bart in d.l.ſi arrogator 22.num.10. verſ. Sed fortè ff. de adopt.Caſtr.conſ.222.nu.6.vol.2. Alex.in l.ſi filius heres 16. num.6.verſ.10.ff.de liber.& poſth.& in l.apud Iulianum 11.§. Idem Iulianus num.9.verſ.Decimo ff ad Treb.Soc Sen.in d.l.1 num.47.verſ.15.limita ff.de vulg.Gul.Ben in d.cap.Raynutius, in verb.Mortuo itaque teſtatore 2.numer.202. De teſtam.Gomez tom.1.variar.reſol.cap.3.num.17. Em. à Coſta in d.cap.ſi pater.part.2 in verb.debita,nu.5.verſ.Porro, de teſta.in 6 Craſſ. in §.ſuitas q.10.num.7.vbi teſtatur,hanc opinionem eſſe veram, & communem,& tenendam in conſulendo, & iudicando,* quia
57 hoc verum eſt, reſpectu † eorum ſubſtitutionis effectuum , qui reſpiciunt caſum impotentiæ,vt,cum filius moritur ante aditam hæreditatem, quo caſu non tranſmittit in extraneos paternam hæreditatem ob vim ſubſtitutionis vulgaris, quæ (ſecundum communem) ſublato iure ſuitatis impedit tranſmiſſionem,quæ ex eius potentia fit: Nam hic effectus reijcitur de legitima, ne alioquin filius in ea grauetur contra diſpoſitionem *l.quoniam in prioribus 32.C de inoff.teſt.* Quo fit , vt eam tranſmittat filius etiam in hæredes extraneos non obſtante ſubſtitutione. Et in his terminis loquuntur omnes DD.in contrarium allegati. Cœterùm reſpectu eorum effectuum,qui reſpiciunt caſum noluntatis,verius eſt,ſubſtitutionem non reijci de legitima, *vt in ſpecie declarat Gomez d. tom.1.variar.reſolu.cap.3.nu.21.verſ.Tertia principalis,* Quod patet ex eo, quia alioquin filius inſtitutus ſtatim poſſet conſequi ſuam legitimã, & reſiduum dimittere ſubſtituto, quod eſt falſum,niſi ſit grauatus in proprijs rebus , *vt oſtendemus infra num.155.& ſeqq.*

Neque huic ſententiæ aduerſantur contraria: Ad primũ
58 enim reſpondent noſtri frequentiùs,id procedere † in eo,qui verè,& propriè creditor eſt, non etiam in eo,qui impropriè ,
59 & abuſiuè cuiuſmodi reſpectu legitimæ eſt filius,† *vt ſcripſerunt Alc.in l in quartum 90.num.25.ff. ad leg. Falc.Men. de arbitr caſ.163 num.18 Surd.conſ.401.num.27. in fin.* & eſt de mente eorum , qui ſcripſerunt, legitimam non eſſe propriè
60 debitam,nec propriè æs alienum, † *ut Ang in d.l.Papinianus 8.§.ſi quis impubes num.3.ff.de inoff. Alex.in l.quod bonis 15.§. quod anus num.2. ff.ad l.Falc.& in d.l.quia poterat 4 num.11. verſ.prætereà ff.ad Treb.Iaſ.conſ 181.verſ. Sed præmiſſis,vol.2. Roll.conſ.62.num.41.vol.3.Oſaſ.deciſ.148.num.2. & 9. Men. de arbitr.caſ.149.num.12.& d.caſ.163.num.18.Surd.conſ.388 num.25.& d.conſ.401.numer.27.in fi. Ita reſpondent Alex.in addit.ad Bart.in d.l.gerit 88 in lit. K. ff.de acq.hæred.Soc Sen. in dict.l.1.num.31.verſ. Non obſtat quarta ff.de uulg.Trentacinq de ſubſt d part.1.cap.9.num.13.* Alioquin enim non potuiſſet filius pro portione legitimæ inſtitui ſub conditione poteſtatiua etiam iure vetere, quod tamen eſt falſum, *ut ſupra docuimus & in his terminis conſiderant Alex in dict.l.quia poterat 4.num.12.verſ. Sed non recedo ff.ad Treb. & in addit. ad Bart in d.l.gerit 88 in lit. K. & Trentacinq. d.part.2.cap.9 nu.13.* Quamobrem non creditor dicitur,ſed quaſi creditor
61 *à Bec.conſ.34.num.16.circa fi vol.1.& Craſſ. in dict § legitima q.14.in prin.* ſeu loco creditoris *à Gratian cap.602.diſcept. for. num.13.* ſicut legitima portio,ſiue hæreditas,non debita, ſed
62 quaſi debita † *l. fin.§. ſin uerò perpetuo, C. de cura furio.l. & quia plerunque 10.ff.pro ſoc.gl in l.3.in uerb.nullis rationibus , & ibi Bart.num.2.Caſtr.num.2.C.de iur.& fact ign. Bart. in l.ult.num.2. ff de lib.agno.& in l.ſi quis legatum 6.§.fi. in fin.ff. ad leg Corn. de falſ.Caſtr.in l.quod bonis 15.§.quod anus.nu.31. ff.ad leg.Falc.Soc.Sen.in d.l.1.num.31.uerſ.Non obſtat quarta, ff.de uulg.Iaſ.conſ.181. uerſ.Tertio moueor, uol.2. Tiraq. in l. ſi unquam 8.in uerb. ſuſceperit liberos nu 13. C. de reuo.donat. Nico.Bello.in §.ſed,quia hæredes,numer.7. uerſ.in contrarium, inſt.de fideic.hæred.d conſil.34.num.19,circa fin. Trentacinq d. part.1.cap.9,num.13.* & quaſi æs alienum *d.l. Papinianus 8.§. ſi quis impubes ff.de inoff.* eaque ratione creditoribus comparatur † *à gl.in in d l. ſi quis legatum 6.§.fin. in verb.non poſſe, & ibi Bart.num.1. ff.ad leg.Corn.de fal.Men conſ.1192.numer.7 Surd.conſ.565.num.21.* Et ſanè creditores (quantum ad pro- 63
poſitum) ij propriè dicuntur, † quibus aliquid à viuente de- 64
betur,vel ex contractu,vel quaſi ex contractu,vel ex delicto, vel quaſi ex delicto *d.l.creditores 10.d.l.creditorum 11. ff. de verb.ſign.* ſcilicet,quia ius eorum in perſona viuentis, qui eſt obligatus, fundamentum habet. At ij,quibus aliquid à moriente eſt relinquendum,licet pro creditoribus habeantur eo reſpectu,quod neceſſariò debent id habere,velit,aut nolit is, qui moritur,qua ratione dicitur id eis debitũ,† *vt in ſpecie de-* 65
clarant Ang in §. ſi quis autem non implens numer.5., Auth. de hæred.& Falc.coll.1.& Soc.Iun.conſ.51.num.6.vol.1. Non tamen propriè,& verè ſunt creditores, quia paterfamilias viuens nunquam eis fuit obligatus, ideòque non veniunt , vt creditores viuentis, ſed, vt ſucceſſores morientis. Huiuſmodi ſunt omnes,quibus ex diſpoſitione legis aliqua pars in bobis morientis debetur,vt ſunt filij,parentes, fratres , patroni, impuberes,arrogati,coniuges,& id genus alij, qui viuo eo, de cuius bonis agitur, nullum ius habere intelliguntur, ſed tantùm eo defuncto † *l.vlt. ff.de lib.agn. Et in ſpecie de filio conſtat* 66
ex l.1.§.ſi impubere ff.de colla.bon & ſcribunt Bart in dict l.fin. num.2.ff.de lib.agn Bald.in l.1.num.13. C.de inoff.don. Ang. in l.ex Cornelia 28.ante nu.1.verſ. item 16. nulla bona ff. de vulg. Dec conſil.19 num 6.verſ Quia ad hoc,Soc.Iun.d.conſ 51.nu.6 vol.2.Fabia.in Auth.nouiſſima numer.79.C. de inoff teſt.a Bereng.in l.in quartam 90.cap.1.n.126.ff.ad leg. Falc.Gramma. deciſ.11.num.66,Brun conſ.80.num.15. Cran conſ.11.num.8. verſ conſidero, Bec.dict.conſ.34.num.17.Men.conſ.77 num.28. Quamobrem ij creditoribus poſt ponuntur, nec in concurſu cum alijs admittũtur *iuxta l priuilegia 16.ff.de priuileg.cred. Ita ſcribunt Oſaſ deciſ.148.num.2. & Trentacinq.dict. part.1. cap.9.nu.14.* Denique eorum portio non æſtimatur, niſi deducto priùs ære alieno, ideſt, deducto eo, quod creditoribus debetur *d.l.Papinianus 8.§. quarta ff.de inoff.* quæ res oſtendit,huiuſmodi portionem, tamquam ab ære alieno diſtinctã non eſſe propriè æs alienum,nec eos,quibus debetur propriè creditores. Nec eſt contrarium,quod dicatur portio debita, quia debetur iure ſucceſſionis, quæ eſt neceſſaria, non iure contractæ obligationis : Alioquin enim filius deberet cenſeri creditor etiam reſpectu totius hæreditatis paternæ,quoniã hæc etiam dicitur ei debita † *in l.cum ratio 7.ff.de bon.damn.* 67
l.ſcimus 36.§.illud C.de inoff.teſt.d.l.Papinianus 8 §. quoniam autem quarta ff.eod l. fin.§ ſin autem perpetuo C. de curat. furio l. &, quia plerunque 10. ff. pro ſoc & l.vn.C.de his,qui ant. apert.tab. quod tamen nemo vnquam dixit, rectè ue dixerit. Quod igitur dici ſolet, creditorem à ſuo debitore inſtitutum poſſe omiſſa hæreditate conſequi ſuum creditum , procedit
† in veris creditoribus,ideſt ijs, quibus aliquid verè fuit à vi- 68
uente debitum,vel ſaltem fictè, vt euenit in eo , qui defuncti funus impedit,quippè,qui cum defuncto,non cum hærede cenſetur contraxiſſe *l.1. ff.de relig & ſumpt.fun.* Nam hi omnes poſſunt debitoris hæreditatem ſibi delatam repudiare,& petere ſuum creditum . At ij, qui iure ſucceſſionis vocantur ad aliquam portionem,tamquam ſibi delatam;quiq; abuſiuè creditores appellantur, ſi fuerint hæredes vniuerſales inſtituti, huiuſmodi beneficium non habent, vt patet ex patrono qui, licet reſpectu debitæ portionis dici poſſit credi-
tor,† *vt ſcribunt Cin.in Auth res quæ,num.7. commu.de legat.* 69
& Imol in l.3.§.ret quæ, in fin ff.ad Trebell. cum in eo militet eadem, quæ & in filio neceſſitatis relinquendi ratio, non tamen poteſt debitam portionem retinere, & reſiduum repudiare, ſi à liberto fuerit hæres vniuerſalis inſtitutus *d. l. ſi libertus patrono 41.verſ.Quid ergo ff de bon lib. Et in his terminis conſiderant Alex.in d.l.quia poterat 4.num 12. verſ. Præterea ff.ad Treb.& in addit.ad Bart.in d l.gerit.88 in lit. K. ff. de acq hæred.Soc Sen.in d,l.1.nu.31.verſ Non obſtat,quarta ff. de vulg.Trentacinq.d.part.1.cap.9 num.13.*

Huius autem diuerſitatis ratio eſt,quia, † quod veris cre- 70
ditoribus debetur, non eſt pars ſucceſſionis, ſiue hæreditatis debitoris,ſed eſt res ab ea diuerſa,quod patet ex eo, quia conſiſtebat etiam viuente debitore,quo tempore nõ poterat eius ſucceſſio,ſiue hæreditas conſiderari *l. 1. ff. de hæred. vel act.*

vend.

uend. ideòque nil impedit, quominùs separari possit, & omissa hæreditate retineri *secundum regulam l.sed duobus.* 5. *ff.de leg.*2. At portio, quæ filio, cœterisque similibus personis debetur,non est in proposito res à successione, siuè hæreditate diuersa, sed est pars eiusdem successionis,siuè hæreditatis, *ut infra latiùs ostendemus*, Ergo non poterit à residuo separari, ne una, & eadem hæreditas eidem delata pro parte acquiratur,& pro parte non contra regulam *l.1.ff.de acq.hered.ita Andr.Fach.d.lib.4.contro cap.65.versic. Sed omissis, & d.lib.6.cap.56.versic. Primum argumentum.*

Hinc intelligimus,non obesse, quod *Rip.in d. l. 1.num.*158. *ff.de vulg. Men.d.lib.4.præs.*101.*num.*56 *&* 57.& alij plerique supradictam responsionem improbantes tradiderunt,etiamsi filius impropriè dicatur creditor, adhuc tamen idem in eo, quod in vero, & proprio creditore statuendum, propterea quod eadem militat in vtroque ratio, cum vtroque casu creditum consideratur, Vt quid ab hæreditate diuersum, quia verius est, imò rationem esse multum diuersam; Nam, licet creditum verum sit ab hæreditate separatum, non tamen idem dici potest de legitima, quoties hæreditas filio defertur, *uti latius infra ostendemus*.

Ad secundum verò respondeo, negando minorem: Nec enim verum est filium, qui accepta legitima residuum paternæ substantiæ respuit, totam hæreditatem omittere,quia imò legitimam acceptando partem hæreditatis agnoscit, scilicet, quia in proposita specie, qua filius hæres vniuersalis institutus est, legitima est quota hæreditatis, non bonorum,

71 † *ut scripserunt Soc.Sen.in d.l.1.nu.32.versic. Non obstat quinta,& ultima ratio ff.de vulg.Dec.in d.l.hæres instituta 3 nu.5. versic.Tertiò arguit C.de impub.& al.subst Rum. consil.27.n.8 versic.Præterea in casu nostro, vol 3.Rub.in l.Gallus.29 § quidam rectè,nu 4 ff.de lib.& posth.Trentac d.part.1.cap.9 nu 16. & 26.Hoto in suis dispu iur.ciuil.su.de quart.legitim cap.3.nu 15.& cap.8.numer.42 Andr.Fach.d.lib.4.contro.cap.65.& d.lib.6.cap.56.*

Nec est contrarium, quod intelligatur deducto ære alieno,ldeoque non possit dici pars hæreditatis, sed bonorum, quia ad hoc, in quo tota consistit huiusce controuersiæ difficultas, respondent nostri passim, legitimam esse quotam hæreditatis, quoad omnia,præterquam, quoad æs alienum,

72 siuè,quoad hoc, ut creditores ei præferantur. † *Ita enim declarant Ang.in l.ita tamen 27.§.si patronus num.1.& ibi Castr. num.3.ff.ad Treb. Alex.in d.l quia poterat.4.num.12.vers.Non obstat.& vers.Sed aduerte ff.eod Soc Sen in d l.1.nu. 32. versic. Non obstat quod legitima ff de vulg Dec. in d l. heres instituta 3.nu.5.vers.Replicari potest C de impub.& al subst Trentac.d. part.1 cap.9.nu.16.* quæ res non debet impedire quin censeatur pars hæreditatis, quoniam respicit potiùs modum computandi, quam ipsam legitimæ substantiam, *ut declarant Trentac.d.cap.9 nu.16.& Andr.Fach.d.lib 4.cap.65.vers. Ad ista,& d.lib.6.cap.56.vers.Secundum.* Quamobrem hanc differentiam accidentalem siuè casualem vocat Baldus *in d l. quoties 13 nu.1.versic.Nec obstat C.de hæred.inst.*

73 Verùm hæc responsio mihi non probatur, † quia hoc vnum, quod legitima computatur, & intelligitur deducto ære alieno, sufficit,ne possit aliquo modo censeri pars hæreditatis: Nam,quoties de hæreditate deducitur æs alienum, iam nō ampliùs est hæreditas *l cogi.16.§ inde quæritur ff.ad Treb.* quia hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis *l.nihil aliud 24.ff.de verb signi.l hæreditas 63.ff.de reg.iur.* & vniuersum ius non dicitur, nisi contineat commoda, & incommoda,si non actu, saltem potentia *l.3 in priu.& §.hæreditatis, ff.de bon.possess.*

Quamobrem, ut omissis aliorum solutionibus breuiter di-

74 cam, quod sentio,puto legitimam interdum esse partem hæreditatis, interdum partem bonorum: Nam,quibus casibus ab hæreditate separata, atque distincta considerari potest, pars bonorum est, quibus verò non potest, haud dubiè pars hæreditatis intelligitur.

Et, si dixeris, in proposita quæstione considerari,ut separatam atque distinctam ab hæreditate, cum filius hæreditatem omittendo, & solam legitimam acceptando, haud dubiè separet hanc ab illa,respondeo, imò, ut separatam considerari non posse, quia non pendet hoc à voluntate filij, sed à voluntate dispositione patris, ac legis, quæ pro hæreditate filio deferenda est necessaria. Itaque, † si per partem, & le- 75
gem stet, quominùs filius hæres fiat,aut maneat,& nihilominùs filius debeat habere suam legitimam, tunc ea necessariò intelligetur ab hæreditate separata, atque distincta, & per consequentias non hæreditatis sed bonorum erit pars in qua computanda priùs æs alienum deducetur. *secundum ea, quæ diximus in contrario argumento.* Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in filio, † quem pater in aliqua re particulari 76
scripsit hæredem: nam huic,neque ex testamento, neque ab intestato defertur hæreditas, Non ex testamento, quia pater eum non instituit hæredem vniuersalem, sed tantùm particularem datis cohæredibus vniuersalibus. quo casu loco legatarij est *l.quoties 13.C de hæred.inst.l.ex facto.35.ff.eod.* Neque ab intestato, quia particularis institutio reddit testamentum validum, & operatur, vt filius non possit illud dicere nullum, *§.hac autem dispositione,vers.Cæterum Auth.ut,cum de app.cogn.coll.8.& nos diximus supra nu.34.*& per consequētias,vt hęreditas ab intestato deferri nequeat.Quo fit,vt,quia per patrem,& legē stat,quominùs filius hęres fiat, & nihilominùs debet is habere suam legitimam, vel in illa tantùm re particulari, si contineat integram legitimæ quantitatem,vel in alijs etiam rebus,& corporibus,si sit supplenda. *secundum l.omnimodo 30.in prin.C.de inoff. test.* ideò legitima tamquam ab hæreditate separata *vt scribit Rum.d.cons.27 nu.8.vers.Sed in contrario vol.3.*non fit pars hæreditatis, cum re certa pars hæreditatis dici nequeat † *l.quamuis.14 ff si quis om.caus.testa.* 77
sed pars bonorum *ut declarant Ang.in d.l.ita tamen 27.§.si patronus,nu 1.ff.ad Treb. Ang.de Gamb.cons.78 nu.43.vers.Nec obstat allegata Rum d.consil.27.num 8 uersic. Sed in contrario uol.3.* Quamobrem in eius computatione detrahetur æs alienum, † ut sciri possit,an res particularis, in qua fuit institu- 78
tus contineat integram legitimæ quantitatem, an verò sit ex alijs corporibus hæreditarijs supplenda.

Secundum exemplum erat olim in specie,qua pater filium exhæredebat,& aliquid ei (vt moris erat) relinquebat titulo legati,vel fideicommissi,aut alio simili *l.qui filio.38 in prin.ff. de hæred inst.l.cum quidam.19.ff.de lib.& posth l.emptor. 65. §. ancilla ff de rei vind.§.sed fœmina,inst.de exhær.lib.l.maximum vitium 4 de lib.præt.*vt eum excluderet à querela † *l. Papinianus 8.§.si quis mortis. & l.si mortis.25 ff de inoff.§ fin.instit.eod. l.omnimodo 30.in prin.& l.si quando.35.§.& generaliter C. eod. dict.l.maximum vitium 4 Cod. de lib. præt.* Nam, quia in hac 79
etiam specie filio non deferebatur hæreditas, aut ex testamento,aut ab intestato, non ex testamento quia non fuerat hæres institutus, sed exhæredatus,& hæreditas erat delata extraneo instituto, qui adeundo fiebat hęres *l. Papinianus. 8. §.si conditioni ff.de inoff.l.in substitutione. 31.ff. de vulg.* Neque ab intestato, quia exhæreditatio † etiam sine causa facta te- 80
stamentum reddebat validum, & legatum relictum excludebat filium à querela, atque hoc modo operabatur, vt id non posset rescindi, & ad intestati causam reduci; ideò legitima, quam nihilominus filius habere debebat,non erat pars hæreditatis, quippè, quæ insolidum erat extraneo acquisita non obstante legato, quod pars hæreditatis dici non poterat *l.si Titius 94 ff.de leg 3.* sed erat pars bonorum,† in cuius cō- 81
putatione eadem erant obseruanda,quę diximus in superiore exemplo. Sed hodie, quia pater non potest, exhæredare filium,etiamsi legibus debitam portionē reliquerit, titulo forte legati, aut fideicommissi, nisi legitimam exhæredationis causam inserat, & ea probetur ab hęrede † *ut nouissimè Iustinianus constituit in § aliud quoque capitulum, Auth ut cum de* 82
app.cogn.coll.8.& Auth.Non licet C de lib. præt. ideò in supradicto exemplo non potest ampliùs id,quod diximus, verificari,quia,si pater exhæredet filium, & causam exhæredationis non inserat testamento,licet legatum ei relinquat,non tamen poterit legitima,vt ab hæreditate separata considerari, quia, cum testamentum sit ipso iure nullum, † *ut nostris fre-* 83
quentiùs visum est,sicuti videre est apud eos in d. Auth.Non licet C.de lib.præt. Consequēs est,vt ab intestato deferatur filio paterna hęreditas *§.fine igitur omnes,vers.Si autē hæc obseruata, Auth.ut,cū de app.cogn.coll.8.* Si verò causā inferat, & ea non probetur ab hęrede,testamentū per inofficiosi querelā rescindetur,† *ut iidē ipsi declarant in d. Auth. Nō licet,*& eo modo res 84
ad intestati causam redigetur *d.l.Papinianus, 8.§.si,l.nam,& si pa-*

si parentibus 15. §. *fin.* & *l. circa* 24. *ff. de inoff.* eaque ratione filio deferetur hæreditas *d. §. fine igitur omnes, vers. Si autem hac obseruata*, ita, vt non sit de legitima ab hæreditate separata disputandum. Si denique vtrumque interueniat, quia scilicet testator causam exprimat in testamento, & ea probetur ab herede, tunc, nec de hæreditate, nec de legitima in persona filij erit tractandum, quia talis exhæreditatio, vt ab hæredi-
85 tate filium excludit, ita etiam à legitima † *l. cum ratio* 7. *ff. de bon. damn. d. l. omnimodo* 30. *in princ. C. de inoff. testa.* Quinimò, nec erit disputandum de legato, si filius exhæredatus querelam proposuerit, & in ea succubuerit, quia legatum ei, vt in-
86 digno, auferetur † *d. l. Papinianus* 8. §. *meminisse, ff. eod. l. eductio* 13. §. *eos qui ff. de his, quib. vt ind.* & *nos diximus in* 7. *capit.* 4. 54. *num.* 150, cum indignus sit beneficio testatoris, qui testamentum eius per querelam euertere, & sic iudicium eius infringere tentauit *l. quæsitum* 40. *versic. Nam, qui ff. de acqu. hæred.*

Tertium exemplum afferri potest in filio, quem pater instituit in legitima, & hæredem vniuersalem instituit extra-
87 neum. † Nam in hoc etiam casu per patrem, & legem stat, quominus filius hæres fiat, nec enim filius in legitima insti-
88 tutus hæres est, † *vt rectè scripsit Ang. de Gamb. cons.* 78. *nu.* 38. *in fin.* cum ei, neque ex testamento, neque ab intestato deferatur hæreditas, *secundum ea, quæ diximus in primo exemplo*, ideòque legitima, tamquam ab hæreditate patris separata, non hæreditatis, sed bonorum pars intelligetur, & deducto ære alieno computabitur. *Ita declarant Bald. in l. cum à matre* 14. *num.* 5. *C. de rei vind. Did. Spin. in d. spec. test. gl.* 33. *n.* 62. *Et est de mente Pereg. consil.* 79 *num.* 10. *vol.* 3. *Tametsi Angel. in dict. l. ita tamen* 27. §. *si patronus, num.* 1. & *ibi Castr. num.* 2. *ff. ad Trebell. censuerint, etiam in hac specie legitimam esse quotam hæreditatis.*

Quartum exemplum afferri potest in specie, qua pater instituit filium hæredem, non in tota legitima, sed in aliqua parte hæreditatis, quæ legitima minor sit, puta in vncia: Nã tunc quia per patrem etiam stat, quominùs filius sit hæres, saltem pro ea parte, quæ suppleri debet, *secundum §. hac autem dispositione, versic. Cæterum, Auth. vt, cum de appell. cogn. coll.* 2. Ideò pro ea parte legitima considerabitur, vt ab hæreditate separata, & per consequentias erit pars bonorum,
89 non hæreditatis. † Eiusque computatio, deducto, vt alias, ære alieno fiet. *Ita Pereg. d. consil.* 79. *num.* 10. *vol.* 3.

Quintum sit exemplum in specie, qua pater instituit quidem filium hæredem vniuersalem, sed eum per fideicommissum grauauit, vt hæreditatem alicui restituat, vel intestatus moriens fideicommissaria hæreditatis restitutione grauauit: Nam, quia in hoc etiam casu stat per patrem, quominùs filius hæreditatem perpetuò retinere possit, ideò legitima, quã filius in restitutione detrahet, considerabitur, vt ab hæreditate separata, & solito modo computabitur, eritque proinde
90 pars bonorum non hæreditatis, † *secundum ea, quæ supra diximus. Ita Dec. in d. l. hæres instituta* 3. *n.* 5. *vers. Pro communi C. de impub.* & *al. subst. Pereg. d. consil.* 79. *n.* 10 *vol.* 3.

Sextum sit exemplum in specie, qua testator instituit filium sub conditione potestatiua: Nam, quia per patrem, & legem stat, quominùs filius sit hæres ante impletam conditionem, *l. suus* 4. *in princ. ff. de hæred. inst.* & nihilominùs debet is habere suam legitimam, vtpotè, de qua conditio, quasi grauamen reijcitur *l. quoniam in prioribus* 32. *C. de inoff. test.* & *nos diximus supra nu.* 49. ideò fit, vt & in hac specie conside-
91 retur, & ab hæreditate separata, † & hac ratione secundum sui naturam computetur, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Septimum exemplum sit in specie, qua pater instituto filio dedit vulgariter substitutum: Nam, quia perinde habetur, atque, si eum sub potestatiua conditione instituisset *l. iam dubitari* 86. *ff. de hær. inst.* eaque ratione censetur ius suitatis sustulisse, *vt communiter tradunt omnes in l.* 1. *ff. de vulg.* &
92 hæc res quasi continens grauamen reijcitur de legitima, † *vt docent omnes in dict. l. quoniam in prioribus*, ideò fit, vt ante, quam filius declaret, se velle esse hæredem, legitima consi-
93 deretur; vt ab hæreditate separata, † & per consequentias reguletur, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Octauum denique sit exemplum in specie, qua pater instituit filium hæredem vniuersalem, sed ei factum aliquod iniunxit, aut prohibuit, & filius posteà fuit inobediens, ideòq; priuatur hæreditate: Nam in hoc similiter casu per patrem, & legem stat, quominùs filius remaneat hæres, ideòque legitima, quæ ab eo retinetur, *secundum §. si quis autem non implens, Auth. de hæred.* & *Falc. coll.* 1. *Auth. hoc amplius Cod. de fideicomm.* considerabitur, vt ab hæreditate separata, † & 94
consueto modo computabitur, eritque proinde pars bonorũ, non hæreditatis, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Cæterùm, si neque per patrem, neque per legem stet, quominus filius, & fiat hæres, & perpetuò retineat tunc hæreditatem, non poterit legitima considerari, vt ab hæreditate separata, sed, tamquam in ea confusa pars eius intelligetur.
† Exemplum sit in specie proposita, qua scilicet pater instituit filium hæredem vniuersalem: Nam, quia per eum non 95
stat, quominùs filius hæres fiat, ideò non potest ab hæreditate separata considerari, sed, tamquam in ea confusa pars eius intelligetur. *Ita declarant Soc. Senen. in d. l.* 1. *num.* 32. *vers. præterea ff. de vulg. Did. Spin. in suo Spec. test. d. gl.* 33. *nu.* 62. *Pereg. d. cons.* 79. *num.* 10. *vol.* 3. quamobrem filius non poterit eam accipere, & residuum repudiare, quia hoc modo acquireret partem hæreditatis, & partem respuere, quod iuris ratio fieri non permittit, *vt ostendimus in primo fundamento.* Et ita resoluendum est secundum contrarium.

Ad tertium verò responsio patet ex præcedentibus: Nam, quia in specie proposita legitima non potest ab hæreditate separata considerari, sed tamquam in ea confusa pars eius intelligitur. *vt supra diximus*, imò (si verum dicere fas est) nec potest considerari, vt legitima, nec dici filio deberi, † *vt animaduertit Dec. in d. l. hæres instituta* 3. *in fin. C. de impub.* & *al. subst.* ideò fit, vt nec per consequentias dici possit ab hæreditate diuersa. Quamobrem falsa est minor propositio. 96

Ad quartum respondeo, Primo, longè, aliam esse rationẽ legati, aliam legitimæ: † Nam legatum debetur filio ex dispositione testatoris, qui legando censetur in ipsius voluntatẽ contulisse, vtrum velit esse hæres, *l. debitor* 59. *in princ. ff. ad Trebell.* At legitima debetur ex dispositione legis, quæ talem non tribuit facultatem. 97

Secundo respondeo, imò, si diligenter rem consideremus, idem in hoc iuris esse in legitima, quod in legato: Nam, aut hæres institutus habet cohæredem, vel substitutum, per quẽ testamentum sustineri possit, & tàm legitimam, quàm legatum consequi poterit omissa hæreditate, † vt de legato constat ex locis in contrarium allegatis, de legitima verò dicemus, *infra num.* 139. 143. 161, vbi declarabimus, qualiter hoc sit intelligendum, Aut verò non habet, & neutrum facere poterit, vt de legitima diximus *supra num.* 39. de legato verò patet ex eo, quia, si non adest, qui testamẽtum sustinere possit, necessariò sequitur, id non adita ab hærede scripto hæreditate corruere, & simul cum eo legatum intercidere *l. eam, quam* 14. *C. de fideic.* quo fit, vt omittens hæreditatem illud consequi nullo modo possit. *Ita respondet Dec. in d. l. hæres instituta* 3. *n.* 5. *vers. vltimo C. de impub.* & *al. subst.* 98

Ad quintum respondeo, maiorem procedere in ijs, quæ non deferuntur iure successionis, sed alio iure, vt sunt lucra nuptialia: Nam ea, quia sunt ab hæreditate diuersa, ideò possunt ab ea separari, † *secundùm ea quæ diximus in* 3. *contrario.* At ea, quæ deferuntur iure successionis, quia non sunt diuersa, sed eadem, quoties per vniuersitatem deferuntur, separari, seu diuidi non possunt, ne vna, & eadem res partim approbetur, & partim respuatur *contra l. neminem* 4. *ff. de leg.* 2. 99

Ad sextum respondeo, negando filium priuari legitima facto patris: † Nam pater re vera non ademit legitimam, sed reliquit, eo ipso, quod filium hæredem vniuersalem instituit. Itaque, si filius non vult esse hæres, & hoc modo repellitur à legitima, quæ in hæreditate est confusa, dicendus est, eã amittere facto suo, idest, sua repudiatione, non facto patris. 100

Ad septimum respondent nonnulli, id procedere in onere, per quod effectu minuitur legitima, secùs verò, si sit onus conditionis potestatiuæ quæ pendeat à mera voluntate filij: nam illum non reijcitur, quia sibi imputare debet, cur noluerit. *Ita respondet Did. Spin. d. gl.* 33. *num.* 62.

Verum hæc responsio, quàm priùs dubiam dixerat. *Dec. in dict. l. hæres instituta* 3. *numer.* 5 *versic ista tamen responsio*, meritò fuit *à Men. dict. præs.* 101. *num.* 63. *versic. Nec dicatur*, & *alijs*, improbata, quia verius est, de legitima reijci etiam onus

101 onus conditionis potestatiuæ, vt est illa, si voluerit, † *sicuti ostendimus supra num.*

Quamobrem verius est, contrarium procedere in onere extrinseco, quod imponitur ab homine, secus verò in intrinseco, quod venit ex natura rei: Nam hoc non reijcitur, quia non est ferendus, qui lucrum quidem vult, onus autem ei annexum recusat *l. vn. §. pro secundo, C. de cad. toll.* At, vt quis non possit hæreditatem diuidere, non venit ex dispositione hominis, & sic extrinsecus, sed ex natura rei, scilicet hæreditatis, cuius pars in proposita specie est legitima: nam ea, tamquam indiuidua non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, *vt supra dictum est*, ideòque tale onus non reijciatur. *Ita respondent Trentac. de subst. d. cap. 9. num. 24. & 25. vers. & ego, Andr. Fach. lib. 4. controu. cap. 65. vers. quartum, & d. lib. 6. cap. 56. vers. quartum.* Denique, cum in proposito non possit legitima, vt quid ab hæreditate diuersum considerari, nec dici deberi, *vt diximus supra num. 96.* Consequens est, vt nec de ea dici possit reijciendum, onus, cum non entis nullæ sint qualitates. *Ita respondent Dec. in d. l. hæres instituta 3. n. 5 vers. vnde planius, & Trentac. d. cap. 9. num. 24.*

Ad octauum respondeo, id procedere, si tractemus de ijs,
102 quæ ab impugnatione pendent, † Cęterum, si de alijs, non esse nouum, vt ei, qui peccat, concedatur, id, quod ei, qui non peccat, denegatur; Hoc enim ideò fit, quia in hoc deficiunt requisita, quæ alioquin in illo non desiderantur, vt ecce, qui duas, aut plures habuit concubinas, non prohibetur ad sacros ordines promoueri, à quibus tamen prohibetur, qui duas, aut plures habuit vxores, ideò quia talis prohibitio non pendet à peccato, sed à defectu vnitatis Sacramenti, quæ in promouendo est necessaria, *cap. debitum de big. non ordin.* nam, quia talis vnitas deficit in bigamo, non etiam in concubinario, ideò non hic, sed ille ab ordinibus Sacris remouetur. Cum igitur in proposito legitima non perdatur propter impugnationem testamenti, sed propter naturam rei, scilicet, hæreditatis, quæ separationem non admittit, *vt supra diximus*, Consequens est, vt non sit absurdum, ab eo non posse haberi, qui repudiat hæreditatem, licet ab eo retineatur, qui iudicium impugnat, Hoc enim ideò contingit, quia posteriore casu per patrem, & legem stat, quominùs filius hæreditatem retineat, quod non est in priore: scilicet, quia tunc non per patrem stat, sed per filium, ideòque separatio non permittitur, licet in alio casu concedatur, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Ad nouum respondeo, id procedere, si eadem sit vtriusq; ratio, secùs verò, si diuersa, vt est in proposito: Nā dos, tamquam data, aut promissa inter viuos non est pars successio-
103 nis, siue hæreditatis, vtpotè, in qua non inuenitur, † *l. pater filiam 14. in fin. ff. ad l. Falc.* ideòque, quasi res diuersa ab hæreditate separari potest. *secundum ea quæ diximus supra n. 37.* At legitima, vt quæ non, nisi post mortem debetur, pars successionis, & hæreditatis est, *vt ostendimus supra num. 74. & seqq.* ideòque ab ea separari nequit, *vt diximus num. 72. Ita respondet Andr. Fach. d. lib. 9. controu. c. 56. vers. minùs iuuat.* Hinc intelligimus, si par esset vtriusque ratio, vt, quia dos non esset promissa, idem in ea seruari quod in legitima: Nam filia, cui defertur hæreditas non potest accepta dote hæreditatem omittere, scilicet, quia dos eo casu non potest, vt ab hæreditate diuersa, & separata considerari, *sicuti ostendemus infra num. 137.*

104 Ad decimum respondeo distinguendo, † aut filius fuit institutus in tota hæreditate, & verum est, si renunciet hæreditati, censeri etiam legitimæ renunciasse, *vt dicemus infra num. 135.* Neque id censetur absurdum, quia *l. si quando 35. §. & generaliter*, de hoc casu non loquitur, *vt declarant Rip. in d. l. 1. num. 158. ff. de vulg. Trentac. d. cap. 9. num. 18. & 20.* Aut verò filius non fuit institutus hæres vniuersalis, sed tantùm ad legatum, vel aliud relictum vocatus, quod integram non continent legitimæ quantitatem, vel fuit institutus in portione minore legitima, Et tunc procedit, quod dicitur *in d. §. & generaliter*, vt scilicet, non censeatur renunciare supplemento legitimæ, etiamsi simpliciter approbet paternum iudicium, nisi specialiter hoc expresserit. *Ita Trentacinq. d. l. cap. 9. n. 20.* Diuersitatis ratio est, quia priore casu legitima non potest, vt ab hæreditate verò potest, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num. 76. & seqq.*

Ad vndecimum respondeo primo, † maiorem procedere, 105
nisi odium veniat ex natura rei, & per quandam consequentiam, tamquam fauori annexum: nam tunc absurdum non est, in odium retorqueri, quod alicuius fauore inductum est, cum ferendus non sit, qui lucrum quidam agnoscit, onus autem ei annexum recusat *d. l. vn. §. pro secundo, Cod. de cad.* Cum igitur negatio diuisionis veniat ex natura ipsius institutionis. siue hæreditatis testamento relictæ, quæ est indiuidua, *vt sæpè dictum est*, Consequens est, vt non sit absurdum, institutionis fauorem in odium filij retorqueri, si is contra institutionis. & hæreditatis testamentariæ naturam, venit eam scindere, idest, pro parte acquirere, & pro parte repudiare. *Ita respondent Trentac. d. cap. 9. num. 25. & Andr. Fach. d. lib. 4. cap. 65. vers. quod verò dicebatur.*

Secundo respondeo, filium esse à patre instituendum non tàm fauore ipsius filij, quàm fauore patris, quia, si filius sit institutus, deficientibus alijs totam hæreditatem per ius accrescendi consequetur, & eo modo testamentum sustinebit, *vt diximus in 7. capitul. qu. 9. numer. 1.* quod patris respicit vtilitatem, quippè, cuius interest, habere successores ex testamento *§. 1. inst. de leg. Falc.* quos alioquin non haberet, si filio legatum, aut quid aliud reliquisset, *vt demonstrauimus in eadem q. num.*

Ad duodecimum, & vltimum respondeo, negando, legitimam deberi filio iure naturali, quia verius est, imò eam deberi iure ciuili, † *vt rectè scripserunt, Alex. cons. 75. num. 5. & 11.* 106
vers. 2. potest responderi, vol. 1. Soc. Sen. consil. 298. nu. 15. vers. 3. adducebant vol. 2. Soc. Iun. cons. 62. num. 10. vol. 3. Dec. in l. iura sanguinis 8. num. 7. § 8. ff. de reg. iur. Æmil. Ferr. ad l. filium quem 24. num. 20. C. fam. erc. Trentac. de subst. d. cap. 9. nu. 21. Men. de arbitr. Cas. 149. num. 12. & consil. 77. numer. 4. cons. 81. num. 5. vers. 115. num. 48. & consil. 250. numer. 78. & 90. Ludo. decis. 21. num. 50. Mago decis. Luc. 85. num. 1. Hotom. in d. tit. de quart. legit. cap. 1. num. 2. & 4. Quamobrem dicitur portio ex legibus debita † *in §. aliud quoque capitulum, Auth. vt, cum de* 107
app. cogn. coll. 8. & l. si patronus 20. in princ. ff. de donat. pars, quæ lege debetur † *in §. 1. Aut. vt lic. matr. & au. coll. 8.* & pars, quā 108
lex dari vult, † *in §. si quis autē non implens, Auth. de hæred. &* 109
Falc. coll. 1. scilicet, quia debitum æstimatur ex necessitate, *l. fideiussor obligari 17. §. fideiussor accipi ff. de fideiuss.* quæ in proposito legis est, non naturæ *§. primum itaque, vers. lex enim, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. & dicemus infra nu.*

Neque obstant loci contrarij, quia sunt intelligēdi, quoad rationem, instinctum, & suasionem, non etiam, quoad necessitatem; quippè, quæ à iure ciuili fuit introducta, † *vt infra dicemus.* Itaque legitima debetur iure ciuili, sed ratione, & 110
instinctu naturali, † *vt declarant Bart. in Auth. de hæred.* 111
& Falc. in princ. num. 11. col. 1. Alex. d. cons. 75. n. 5. & 11. vers. 2. potest responderi vol. 1. Soc. Sen. d. cons. 288. num. 15. vers. 3. adducebant vol. 2. Soc. Iun. d. cons. 62. nu. 10. vol. 3. Dec. in d. l. iura sanguinis 8. num. 7. vers. contrarium ff. de reg. iur. Trent. d. cap. 9. num. 21. Men. de arb. d. cas. 149. num. 12. & d. cons. 77. num. 4. d. cons. 81. num. 25. d. cons. 115. num. 48. & d. cons. 250. num. 78. & 90. Ludo. d. decis. 21. num. 50. Mago. d. decis. Luc. 85. num. 1. Et simpliciter deberi ratione naturali Roll. cons. 29. n. 11. vol. 4. Men. de præs. lib. 4. præs. 33. num. 2.

Et sanè quatuor in legitima consideranda sunt ratio, necessitas, quantitas, & modus, † Ratio naturalis est, quia, natu- 112
ra suadet, vt bona nostra filijs nostris relinquamus † *l. cum ra-* 113
tio 7. in princ. ff. de bon. damn. l. de emancipatis 13. C. de legit. hæred. d. §. primum itaque Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Quamobrem dicimus, filios ad parentum bona vocari voto naturæ *l. scripto 6. §. vltim. ff. vnd. lib.* & parentum hæreditatem respectu filiorum esse debitum naturale *l. scimus 36. §. illud C. de inoff. testa. l. vn. §. in tàm enim C. de impo. Lucr. descrip. lib. 10.* Sed hoc debitum est abusiuum, † quia natura sua- 114
det quidem, & mouet, sed non imponit necessitatem, ideò lex naturæ rationem secuta relinquendi necessitatem induxit, & constituit, vt, si parens spreto naturæ instructu filio nolit aliquid relinquere, necessariò cogatur, id facere. Quamobrem necessitas iuris ciuilis est, † *vt scribunt Dec. in d. l. iu-* 115
ra sanguinis 8. num. 7. ff. de reg. iur. Ceph. consil. 189. num. 8. & apertè docet Iustinianus *in d. § primum itaque* dum, *testantibus*, inquit, *alijs quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tamquam hoc secun-*

dum

dùm naturam eis debeatur. Quod etiam confirmat *in d. §. si quis autem non implẽs, eod tit.* ibi, *necessariò, ex lege percipiunt*. Sic, & alimenta debentur iure, idest, ratione, & instinctu naturali, *l. vn. §. sileat C. de rei vx. act. §. 1. inst. de iur. nat.* Sed ne-
116 cessitate ciuili, † *l. vlt. §. ipsum autem filium C. de bon. quæ lib.*
117 At quantitas meri iuris ciuilis inuentum est, † scilicet, quia ius naturale non respicit certam bonorum partem, sed omnia bona. Quicquid enim acquirimus, naturæ instinctu liberis paramus *l. nihil interest. 50. §. verbis ff. de bon. lib.* ideòque secundùm naturam omnia bona essent filijs relinquenda, sed, quia hoc patri auferret liberam de bonis suis disponendi facultatem, quod etiam rationi naturali repugnat,
118 † scilicet, quia nihil est, tàm congruum æquitati, & naturali rationi, quàm, vt libera sit vnicuique de bonis suis disponendi facultas *l. 1. C. de Sacr. Eccl. l. 2. ff. si quis à par. fue. man.* ideòque lex, vt has naturæ rationes, quæ videbantur contrariæ, conciliaret, mediam viam elegit, & naturale debitum ad certam restrinxit bonorum partem *d. §. primum ita-*
119 *que*, nempè ad quartam inspecto iure vetere † *l. cum quæritur 6. & l. parentibus 8. C. de inoff. test. l. Papinianus 8. §. quarta, §. quoniam autem quarta, & §. si quis mortis ff. eod. §. fin. inst. eod. l. pen. C. de coll. d. §. si quis autem non implens, Auth. de hæred. & Falc. coll. 1 & alib. passim*, trientem verò, aut semissem
120 inspecto iure nouo † *§. 1. Auth. de trien. & sem. coll. 3. Auth. nouissima C. de inoff. test. § quamobrem præsentem, Auth. de rest. & ea quæ par. coll. 4. Auth. de imm. don. a par. in fil. fact. in pr. in c. coll 7.* & hoc modo prospexit, tàm liberis, quàm parentibus, liberis quidem, quia legis beneficio partem illam, vel inuitis parentibus habere debent, parentibus verò, quia de eo, quod illam partem excedit, liberam habent disponendi facultatem *dict. § 1. versic licebit Auth. de trien. & sem. coll. 3.* Itaque naturalem illam rationem, quæ vult, bona parentum esse filijs applicanda, lex constrinxit ad legitimam, illam verò, quæ vult, patrif. liberam esse debere de bonis suis disponendi facultatem declarauit, procedere in eo, quod legitimã excedit *d. §. 1. Auth. de trien. & sem. coll 3. Ita eleganter explicat Anto. Gurb. cap. 15. quæst iur. num. 31.* Hæc igitur partis, seu quantitatis definitio non est inuentum naturæ, sed legis,
121 quia lex est quæ huiusmodi portionem definiuit † *d. §. si quis autem non implens. Ita in specie declarant Bald. in l. vlt. num. 6. versic Non obstat C. de fruct. & lit. exp. Dec. in d. l. hæres instituta 5. num. 5. versic. 4. arguit C. de imp. & al. subst. Bereng. in d. l. in quartam 90. cap. 1. num. 164. versic. puto, & ibi Rip num. 132 Crass. in §. legitima, qu 2. Anto. Gurb. d. cap 15. quæstio. iur. num. 18. & 23 in fin. Men. d. consil. 250. num. 91.* Quamobrem
122 dicitur pars legibus constituta † *in §. si verò non habuerint Auth. quib. mod. nat. eff. sui. coll. 7. & in l. Paconius alias, Papinius 3. ff si quis a par. fue. man.* Modus denique non natura-
123 lis est, sed ciuilis, † siue modum relinquendi spectemus, siue
124 modum acquirendi: † Nam, si relinquendi, certum est, naturam nullum modum statuisse: Effectum enim spectat natu-
125 ra, non modum. † Itaq; quocumque modo bona perueniant ad filium, sufficit, vt naturę satisfactum videatur, At iure ciuili certus, legitimæ relinquendæ modus introductus est;
126 Nam constitutum, vt titulo institutionis relinquatur, † *sicuti docuimus in 7. cap q. 11. num. 4 de cuius rei veritate, de qua latè disputant Io. Vaud. præceptor meus lib. 1. quæst. iuris cap 5. per tot. & alij, non putamus in hoc loco inquirendum, ne alia-*
127 *quin videamur propositæ quæstionis terminos excedere.* † Et hoc est quod significat *Ang. cons. 105, nu. 3. vers & quia ista*, dum ait, legitimam habere de iure (scilicet ciuili) formam, & metam: & habet enim formam, quia lege cautum est, vt, debeat relinqui titulo institutionis metam verò quia eadem lege cauetur, vt sit triens, aut semis. Acquirendi denique mo-
128 dum non natura statuit, sed ius ciuile † quippè, quo cautum est, vt filius non possit paternam voluntatem, & dispositionem diuidere, quoties per eum non stat, quominùs totam hæreditatem, aut portionem ab intestato contingentem consequatur. At, si per eum stet, possit legis beneficio consequi supplementum, secundùm ea, quæ diximus *in responsione ad secundum argumentum contrarium*, quæque non est necesse hic iterùm repetere. Hinc intelligimus argumentum non obesse, quia, cum legitima sit iuris ciuilis, tàm, quoad debitum, quàm quoad modum acquirendi, fit, vt non sit absurdum, ab ea excludere filium, si in acquirendo modum à iure ciuili præfinitum non obseruet, quia, ciuilis ratio ciuilia iura tollere potest, naturalia non potest *l. eas obligationes 8. ff. de cap. minu. § fin. inst. de leg. agn. tut.* Ex his apparet, verissimam esse communem sententiam, quæ vult, non posse filium à patre hæredem vniuersalem institutum accepta legitima residuum hæreditatis repudiare, quicquid nonnulli, cum veteres, tum recentiores causentur.

Hinc infertur primo, si filius hæres vniuersalis institutus simpliciter repudiet hæreditatem, excludi eum etiam à legitima, † quippe quam habere non potest, nisi sit hæres. *Ita* 129
scribunt Cin. in d. l. hæres instituta 3. num. 1. & ibi Ang. C. de impub & al. subst. Bart. in d. l. quia poterat 4. num. 5. & ibi Alex. num. 10. ff. ad Treb. Castr. in l. 1 num. 3. vers. item, si repudiaret ff. de acq. hæred. Soc. Sen. in d. l 1. num. 31. vers. Ad tertiam ff. de vulg. & consil. 150. num. 8. in fin. vol. 1. Gull. Ben. in d. cap. Raynutius in verb si absque liberis moreretur 2. in tit de vulg num. 51. Rub in l. Gallus 29. §. quidam rectè numer. 34. ff. de lib. & posth. Ruin. consil. 27. num. 8. vers Et propterea vol. 3 Boer decis. 204. nu. 44. versic. Dic primum: Cum enim repudiando hæreditatem ab ea excludatur *l. sicut. 4. C. de repud. hæred. § pen. inst. de hær. qual. & diff.* Consequens est, vt debeat excludi ab omnibus eius partibus quippe, quæ hæreditatis appellatione continentur † *l. appellatione rei 72. ff. de verb. sign.* Atque in specie proposita legitima est pars hæreditatis, *vt ostendimus supra numer. 37. 71. & seqq.* Debet igitur etiam ab ea excludi. 130
Nec obstat *§. & generaliter*, quia non procedit, quoties tota hæreditas, aut tota portio ab intestato contingens filio defertur, *vt ostendimus supra num 104.*

Planè, si filius intra terminum reuocet abstentionem, & recuperet hæreditatem, ex beneficio *l. fin Cod. de repud. hæred.* quin cum ea recuperet etiam legitimam, non est dubitandum, † *vt rectè scripserunt Bart. in d. l. quia poterat, n. 5.* 131
& ibi Alex in 12. versic. Secundo fallit. Gul Ben. in dict. verb si absque liberis moreretur 2 in tit. de vulg. num 51. quia cum sit confusa in hæreditate, & pars eius intelligatur, *vt dictum est*, Consequens est, vt, quod de hæreditate dicitur, censeatur etiam per consequentias dici de legitima.

Secundo infertur, si contra filius hæres vniuersalis institutus acceptet legitimam, seu possideat aliquid pro sua legitima, censeri eum per consequentias totam hæreditatem acceptare, † quia residuum ei etiam inuito accrescit. *Ita scribunt* 132
Bart. in l. gerit. 88. num. 23 ff. de acq. hær. Castr. in l. 1. nu. 1. & ibi Ias. num. 12. ff. eod. Alc. in d l 1. num 110. vers Quod si substitutum ff. de vulg. Boer. d. decis. 204 num. 43. vers. Et ratio principalis, Andr Fach. d. lib. 6 contro. cap. 56. Et rectè, tametsi Men. d. præs. 101. num. 53. versic Contrariam. & alij plerique putent, contrarium posse disputando sustineri: Nam, cum is, qui ex asse institutus est, acceptando partem hæreditatis, aut rem aliquam hæreditariam possidendo censeatur totam hæreditatem agnouisse, *ut ostendimus in qu. 28. num. 1. & seqq.* & in proposito legitima sit pars hæreditatis, *vt diximus supra nu. 71. & seqq.* Consequens est, vt eam acceptando censeatur filius totam hæreditatem agnouisse.

Denique, cum aditio hæreditatis inducitur ex actu, qui citra ius, & nomen hæredis fieri nequit *l. pro hærede. 20. in prin. & l. gerit. 88 ff. de acq. hæred.* & huiusmodi sit acceptatio legitimæ quippè, quam filius habere nequit, nisi patris sit hæres, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 32. & seqq.* sequitur ex eo, quòd filius legitimam acceptat, censeri eum totam hæreditatem agnoscere. *Ita arguit Andr. Fach d. li. 6. contro ca. 56.*

Nec obstat, quod acceptatio legitimæ possit fieri citra ius, & nomen hæredis, cum possit filius retenta legitima hæreditatem repudiare † *ut arguit Men. d. præs. 101. nu. 54.* quia fal- 133
sum hoc esse, & receptiori Doctorum sententiæ contrarium, patet ex ijs, quæ latè supra diximus.

Denique nõ obstat, quod aditio, & repudiatio à patre procedunt † *l. is potest 18. ff. de acq. hær. § pen. inst. de hær. qual. & diff.* 134
Sed repudians hæreditatem non censetur repudiare legitimam *d. l. si quando 35. §. & generaliter C de inoff. test.* Ergo & contra acceptans legitimam non cẽsetur hæreditatem agnoscere, *ut arguit Men. d. præs. 101. n 61.* quia respondeo primò, conclusionem argumenti fuisse malè conceptam: Ita enim erat concludendum, Ergo, & contra adiens hæreditatem non censetur agnoscere legitimam, quod perspicuè falsum est, *ut animaduertis Andr. Fach. d. li. 6. contro. c. 56. vers. Tertiù.*

Secun-

Secundo respondeo negando minorem: Veriùs enim est, filium hæredem vniuersalem institutum repudiando hære-
135 ditatem censeri etiam repudiare legitimam, † *vt diximus supra num.*129. Nec obstat §. *& generaliter*, quia non loquitur de filio instituto hærede vniuersali, sed de eo, cui minus legitima relictum est, *vt ostendimus supra n.*104.129.

Tertio infertur, si filius hæres vniuersalis institutus repudiet hæreditatem retenta legitima, vitiari repudiationem,
136 † & in totum hæredem existere, quia residuum ei accrescit. *Ita enim scripserunt Bald.in d.l.hæres instituta 3.num.2.Cod. de impub.& al.sub. Alex.in l.1.num.3.& 16. & ibi Ias.num.12. ff.de acq.hæred. Alex.in d.l.quia poterat 4.in fin. ff. ad Treb. & in addit. ad Bart.in d.l.gerit.88.in lit.K.ff.de acq.hæred.& cons. vlt.num.9.vol.5. Soc.Sec.in d.l.1.num.31. vers. Ad tertiam, & ibi Alc.num.110.vers. Quod si substitutum ff.de vulg. & consil. 150.n.9.vol.1. Boer.d.decis.204.nu.44. Gul.Ben.in d.cap.Raynutius,in verb.si absque liberis moreretur 2.in tit.de vulg.num. 48.Purp.in dict.l.vn.nu.101.C.quand.non pet.part. & Trentac. d.cap.9.num.*19. Nam, cum additio partis trahat ad se totum vitiata repudiatione, *vt latè ostendemus in d.quæst.20.num.10 seqq.* & acceptans legitimam partem hæreditatis agnoscat, scilicet, quia legitima in proposito est pars hæreditatis, *vt ostendimus supra num.71.& seqq.* Consequens est, vt, licet filius dicat, se repudiare hæreditatem, nihilominus censeatur in totum hæres existere.

Hæc autem adeò vera sunt, vt procedant primo, non solum in filio, sed etiam in filia hærede vniuersale instituta: Nam hæc non poterit repudiare hæreditatem, & petere do-
137 tem, † *vt scribunt Alex.in addit.ad Bart.in d.l.gerit.88. in lit. K. ff.de acq.hæred. Men d.præs.101.nu.68.* nisi fuerit inter viuos promissa *secundum ea, quæ dicemus infra num vlt.* quia, cum in proposito dos non debeatur, Consequens est, vt nec ab hæreditate separata considerari possit, *secundum ea, quæ de legitima diximus supra num.96.*

Secundo procedunt, etiamsi filius non sit institutus hæres vniuersalis, sed tantum in legitima, vel aliqua re particulari, sed simus in casibus, in quibus tota hæreditas debeat ei accrescere, vt, quia nullus ei cohæres vniuersalis datus sit, vel datus defecerit, *secundum ea, quæ diximus in 7 cap.qu.8.nu.8. & seqq.* nam tunc quia perinde habetur, ac, si solus hæres vniuersalis institutus esset, ideò fit, vt non possit capere legi-
138 timam, & residuum repudiare: † *Ita scribunt Bald. in d.l. vn. num.14.vers solùs dico & ibi Alex.nu.13 vbi testatur, hanc esse communem & Purp.nu.101.vbi pariter testatur, esse commune C.quand.non pet.part. Ang cons.83.nu.1.vers.cum autem, Ang. de Gamb.cons.78.num.43.vers. Nec obstant allegata, Gul.Ben. in d.c Raynutius, in verb.si absque liberis moreretur 2.in tit. de vulg.n.48.vers.quinimò, Laderch.cons.27.num.3.*

Tertio procedunt, etiamsi filius fuerit grauatus legatis, & fideicommissis: & verò etiam in re propria: Non enim propter hoc poterit respuere hæreditatem, & retinere legitimā,
139 nisi habeat substitutum, aut cohæredem, † *secundum ea, quæ dicemus infra num.142. & seqq. Ita scribunt Soc Sen.in d. l.1 num.32.vers. quartus casus & ibi Alc.num.110.ff.de vulg. Trentac dict.cap.9.numer.*29. Itaque, si se putet grauatum, conficiat inuentarium, & hoc modo ius suum collocet in tu-
140 to, † *secundum §. fiat igitur inuentarium, Auth. de hæred. & Falc. coll.*1.

Hinc infertur, si filio instituto prohibita sit alienatio vsq; ad vigesimum quintum, aut trigesimum annum, quo casu
141 valet prohibitio etiam in legitima, † *vt scripserunt Castrens. cons.77 n.2.versic.Breuiter, vol.1. Ias.in l.filiusf.117.§. Diui 2. in prima lect num.116.& in 2.n.17.& ibi Crott.n.16. Ambr.de Opizo.n.44 Fern.Loaz.num.22.Soc.Iun nu.35 Rip.nu.28. Alc. num.13.ff.de leg.1 Pic.in l.in quartam 90.numer.122.ff.ad l. Falc.Boer.decis.87.num.4 Soc Iun.consil.87.num.5.vol.3. Dec. consil.442.num.28.vbi testatur hanc esse communem à qua non est recedendum, Roll.consil.31.num.30.vol.1 Nat.cons.528.n.1. & 2. Alcia.consil.67.numer.1.lib.9. vbi ait, hanc conclusionem nullum habere contradicentem & de præs.reg.1.præs.2.nu.3.vbi testatur, hanc esse communem opinionem, licet ipse dicat contrarium posse sustineri, Bec.cōs.100.n.2. & 20, vers. Postremò. Men. cons.57.num.7. & 15. vers. Non obstat,* non posse eum repudiare hæreditatem, vt legitimam alienet, nisi habeat substitu-
142 tum, aut cohæredem, † *secundum ea, quæ dicemus infra num. 155 & seqq. ita scribunt Ias.in d.l filiusf.117.§. Diui 2.in 2.lect. n.18. Puteus in add.ad Bart.in d.l.quia poterat.4.in lit. D.ff.ad Treb.& nos dicemus infra num.*162.

Quartò procedunt, etiamsi filio datus sit vulgariter substitutus: Adhuc enim non poterit omittere hæreditatem, & capere legitimam, nisi in proprijs etiam grauatus sit † *Ita* 143
enim scripserunt Bald.in d l.hæres instituta.3.nu.2.C. de impub. & al.subst. Ang.in l.Papinianus.8.§.si conditioni nu 6.ff. de inoff. Castr.consil.222.num.7 lib.2. Alex.in d.l.quia poterat 4. num. 12. vers. Et volunt ff. ad Treb & in add. ad Bart. in d l gerit 88 in lit. K. ff.de acq.hæred. Soc.Sen.in d.l.1.numer.32. versic. Tertius casus ff.de vulg Gul.Ben. in d.cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2.in tit.de vulg.num.48.vers. Idem, si capere, & nu.50. Trentac d.cap.9.nu.29. Men.d.præs.101.nu. 66. Itaque duo copulatiuè requiruntur ad hoc, vt filius possit omissa hæreditate capere legitimam, vt scilicet sit grauatus in rebus propriis, & habeat substitutum, † *vt declarant* 144
*Castr in l quoniam in prioribus.32.n.10 C.de inoff.test. Soc. Sen. in d.l.1.num.32.versic. Tertius casus ff.de vulg. Trentac.d.cap. 9.num,*29. quod probatur

Primò *l.si libertus patrono 41.ff.de bon.lib.* vbi, licet patronus hæres a liberto institutus haberet substitutum, non tamē potuisset omittere hæreditatem, & debitam portionem retinere, nisi fuisset etiam in proprijs rebus grauatus. Ergo idem dicendum est in filio, cum ab vno ad alterum valeat argumentum *l fin.C.de inoff.test.am.*

Secundò probatur *l.si solus.79.in prin ff.de acq. hæred.* vbi Paulus scribit eum, qui solus ex pluribus partibus institutus est, non posse vnam ex ijs omittere, etiamsi in ea substitutum habeat, *sicuti etiam nos ostendemus in hoc cap.qu.25 nu.3.* Ergo ex hoc patet, dationem substituti non operari, vt hæres possit diuidere, quòd ea cessante separare non poterat, *vt in his terminis considerant Bald.in d.l.hæres instituta.3.num. 2.C de impub.& al.subst.& Gul.Ben.in d tit.de vulga.num.48. versic.idem, si capere.*

Et licet plerique, contrariam sententiam amplectendam existimantes, posse filium omissa hæreditate capere legitimam, si habeat substitutum, etiamsi non fuerit in proprijs rebus grauatus † *Quæ fuit opinio Bald.in d.l.vn.num. 14. vers.* 145
Sol.dico,& ibi Alex.num.13.vbi testatur hanc esse communem C.quand.non pet.part. Ang.in l.si pater 4.num.6.Cod.de inst.& subst. Ias.in Auth.vnde si parens,num.5.Cod.de inoff.test. Non est tamen a superiore sententia, quæ verior est, & receptior vllatenus recedendum, † per ea, quæ supra diximus. 146

Nec obstat quod sola cohæredis existentia operetur, vt filius possit accepta legitima dimittere hæreditatem, licet non fuerit in proprijs rebus grauatus † vt videntur sensisse, *quos* 147
*referemus infra num.*161. Ideoque idem debeat operari existentia substituti, cum cohæres dicatur quasi substitutus † *in* 148
l.si Titio 63.§.fin.ff.de leg.2.& nos diximus in 2 cap.quæst.2.numer.70.& seqq. & eadem sit vtriusque ratio, scilicet, quia ita per substitutum, vt per cohæredem testamentum sustineretur † *l.3.§ vlt.ff.de lib & posth l si filius 75.ff.de hæred.inst.* Imò 149
magis substituti, quam cohæredis existentia debet operari, cum potentius sit expressum tacito *l.cum ex filio.39.§.filio ff. de vulg.* Quia respondeo negando solam cohæredis existentiam ad hoc sufficere, nisi concurrat etiam grauamen rei propriæ † *vt patet ex d.l.si libertus patrono 41. in prin. ff. de* 150
bon.liberis.

Minùs obstat, quod filius, cui datus est cohæres, aut substitutus, possit omissa hæreditate capere legatum † *l.filio pa-* 151
ter.89.ff.de leg.1.& dixi supra num.97 & 98.

Ideoque multo magis videatur posse capere legitimam, quæ magis ei debetur quam legatum, quia respondeo diuersam esse rationem legati, & legitimæ. Nam pater qui legat filio hæredi instituto censetur in eius arbitrium ponere aditionem *vt diximus supra num.97.98.* quæ res cessat quoties eum principaliter hæredem instituit. Nec obstat, quod legitima magis ei, quam legatum debeatur, quia hoc procedit in ijs casibus, in quibus legitima consideratur, vt ab hæreditate separata. Cœterum quoties in hæreditate continetur, nec ab ea distinguitur, vt euenit, cum filius institutus sit hæres vniuersalis, non potest censeri debita, nisi cum ipsa hæreditate.

Quinto, & vltimò procedunt, etiā si filius ab intestato succedat;

cedat; Nam, siuè solus sit, & hoc modo vocetur ad totam hæreditatem, siue fratres habeat, & ita vocetur ad partem hæreditatis, non potest accepta legitima hæreditatem, aut
152 eam partem omittere, quæ ab intestato contingit. † *Ita enim scripserunt Abb. in d. cap. Raynutius, num. 28, & ibi Gul Ben. in verb. si absque liberis moreretur 2. in tit de vulg. num. 48. versic Adeò quod, & num. 53. vers. Tamen, & Couar. §. 11 numer. 11. De test. 1. Alex. in d. l. quia poterat 4. nu. 12. vers. Tertiò fallit ff. ad Treb. & in add. ad Bart. in dict. l. gerit. 88 in lit. K. ff. de acq. hared. & cons. 75. num. 6. vol. 1 Soc. Sen. sub dubio in d. l. 1. nu. 32 vers. Septimus, & ultimus casus, & ibi Rip. num. 158. vers. Non discedas, Alc. num. 108. vers. Sed quid in successione ff. de vulg. Boer. d. decis. 204. num. 43. vers. Et hoc, non solum Trentac dict. cap. 9. num. 26. Men d. præs. 101. num. 67. Caual. in suis commu contra comm. d. q. 711. num. 4.* quia, etiam ab intestato prohibetur quis eiusdem hæreditatis partem agnoscere, & partem
153 respuere, † *vt ostendimus in q. præced. num. 15.* Sed quoties tota hæreditas, aut virilis portio ab intestato defertur, legitima, tamquam in ea confusa pars eius intelligitur. Non potest igitur ea capi, & respui residuum. *Ita arguit Trentac iq. dict. cap. 9. num 26.*

Nec est contrarium, quod ab intestato non debeatur legitima iure institutionis, ideò cesset fundamentum, quo mouentur Doctores ad negandam filio hæredi instituto separationem, *vt retulimus supra n. 33.* Qua ratione *Alex. in d. l. vnica n. 13. in fin. Cod quand. non pet part. & alij* plerique moti
154 contrariam opinionem sunt amplexi, † quia respondeo, negando, hoc esse verum prohibitionis fundamentum, quod, præter ea, quæ diximus *supra numer 34. & seqq.* patet etiam ex eo, quia, licet patrono legitima non debeatur iure institutionis *l. 3. §. si debita, ff. de bon. lib.* Non tamen, si fuerit institutus hæres vniuersalis, poterit eam consequi omissa hæreditate *dict. l. si libertus patrono 41. ff. de bon. lib.* Ergo ex hoc patet, fundamentum prohibitionis non consistere in titulo Institutionis, *vt animaduertit Alex. in addit. ad Bart. in dict. l. gerit 88. in lit. K ff. de acq. hared. & post eum Soc. Sen. in dict. l. 1. num. 32. vers. Septimus, & vltimus casus, ff. de vulg.* Sed in natura hæreditatis, quæ quoties vni defertur, non potest pro parte acceptari, & pro parte respui, *vt ostendimus supra n. 37. & seqq.* quæ ratio, ita locum habet ab intestato, vt ex testamento, scilicet, quia, licet ab intestato legitima non deferatur iure institutionis, defertur tamen iure hæreditario, & sic consideratur, vt par hæreditatis, *vt rectè animaduertit Alexand. consil 142. num. 13. vol. 2.* ideòque non potest à residuo separari.

Planè interdum etiam facto testamento separatio permittitur; Primùm enim, si filius hæres institutus habeat substitutum, & sit grauatus in rebus proprijs, receptum est, posse
155 eum omissa hæreditate capere legitimam, † *vti videre est apud Bart in dict. l. 1. num. 27. & ibi Soc. Sen. numer. 32. versic. Sextus casus Alc. nu. 110. vers. Quod si substitutum. ff. de vulg. Bart. in l pro hærede 20. §. seruos, & in d l gerit. 88. num. 23. & ibi Alex. in addit. in lit K. ff de acq. hæred. Bald. in l. unic. nu 14 & ibi Alex. nu. 13. Purp. num. 101. vers. Prima Cod. quand non pet. part. Bald. in l. quandiù 3. vers. in ea gl. ff. de acq. hær. Castr. in l. 1. num. 3. & ibi Ias. nu. 13. ff eod. Alex. in d. l quia poterat 4. nu. 12 vers. Quæ conclusio, ff. ad Treb. Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in tit. de vulg. nu. 49. & 50. Trent. d. cap. 9. num 27.* Ideòque procedere, siue grauamen efficiat, vt filius non habeat integram legitimam siue habeat, *vt declarat Gul. Ben. d. tract. vulg. num. 50. Soc. Sen. in d. l. 1. n. 32. vers. Sextus, & vlt. casus, & ff. de vulg.* quia, cum hoc patrono permittatur *d. l. libertus patrono*, ne alioquin cogatur carere re propria, ad quam fortassis habet affectum, *contra l. lex quæ tutores 22. C. de adm. tuto & l. si in emptionem 35. ff. de minor. Et in proposito considerat Soc. Sen. in d. l. 1. n. 32. vers. Sextus, & vltimus casus, & ff. de vulg.* Consequens est, vt multo magis debeat permitti filio, quippe, qui plus iuris habet, quam patronus *l. si quis legatum 6. § fin. ff. ad l. Corn. de fals. iuncta l. 1. § inter filium, & l filius emancipatus 14. in princ. ff. eod. Ita arguunt Bald. in l. quandiù, vers. in ea gl. ff. de acq hæred. Alex. in addit. ad Bart. in d. l. gerit 88 in lit. K. ff. eod. Soc. Sen. in d. l. 1. n. 32. vers Quintus casus est, ff de vulg. Gul. Ben in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis moreretur 2. in titulo de vulg. n. 50. Trentac. d. cap. 9. n. 27.*

Non obstat, quod diuersa videatur ratio patroni, & filij,
† cum titulus institutionis, in quo fundatur prohibitio, sit 156
necessarius in filio, non etiam in patrono, *vt diximus supra n. 33.* ideòque, licet huic habenti substitutum, & grauato in proprijs rebus permittatur separatio, non tamen debeat illi permitti, *vt considerat Andr. Fach. lib 6. contron capit. 57. qui post Salyc. & Pet. de Anchar. contrariam est amplexus sententiam*, quia respondeo, in hoc non esse inspiciendum titulum institutionis, sed hæreditarium, vtpote, in quo solo fundatur separationis prohibitio, *vt latè ostendimus supra numer. 32. & seqq.*

Minùs obstat, quod hæc hodie non videantur procedere, propterea, quòd, aut filius ideò grauatus est, quia non habet integram legitimã ex dispositione testatoris, & ea debet suppleri ex beneficio *l. omnimodo 30. in princip. Cod. de inoff. test.* aut ideò grauatus est, quia onus fuit impositum legitimæ, &
id debet reiici ex beneficio, † *l. quoniam in prioribus 32. C. eod.* 157
vt argum Andr. Fach. d. lib. 6. controu cap. 57. quia respondeo, prædicta beneficia non procedere in terminis de quibus loquimur, nempè, quando filius fuit hæres vniuersalis institutus, & habet substitutum: Nam tunc, nec de supplemento tractandum est, cum habeat totam hæreditatem, nec de oneris reiectione, quippe, quod non legitimæ, sed alijs rebus pro-
prijs supponitur iniunctum: † *Ita respondent Alex. in add. ad* 158
Bart. in d. l. gerit. 88 in lit. K. ff de acq. hæred. & Trentac. dict. cap. 9. n 27. vers. Nec etiam obstat.

Planè, si filius, qui substitutum habet, non in proprijs rebus grauatus sit, sed in rebus hæreditarijs, seu soluendis de substantia defuncti censent nostri communiter separationẽ
non permitti, † *vti videre est apud Soc. Sen. in d. l. 1. num. 32.* 159
vers. Sextus casus, ff. de vulg. Trentac. d. cap. 9 num. 28. Saltem quia, *l. si libertus patrono 41. ff. de bon. lib.* in qua permissio separationis fundatur, duo copulatiuè requiri, vt scilicet patronus habeat substitutum, & sit grauatus in rebus proprijs, *vt etiam retulimus supra num. 144.* Ideò si alterutrum deficiat, non poterit esse locus separationis, *vt arguit Trentac. d. cap. 9. num 28.* Præterea ratio dictæ legis cessat, quoties filius grauatus est alijs legatis: Nam ratio est, quia alioquin filius cogeretur carere re propria, ad quam fortassis affectionem habet, *vt supra dictum est*. At hæc ratio cessat, quoties aliæ res legatæ sunt. Debet igitur etiam cessare eius legis dispositio, *vt considerat Soc. Sen. in d l. 1, n. 32. vers. Sextus casus est, ff. de vulg. Trentac. d. cap. 9. num. 28.*

Sanè, si legata talia sint, vt ijs solutis non sit filius integram legitimam habiturus, fatentur posse eum capere legitimam, & residuum repudiare, etiamsi in proprijs rebus
grauatus non sit. † *Ita enim censuerunt Bart in d. l. gerit. 88.* 160
num 23. & ibi Alex in addit. in lit k. ff de acq. hæred. Ang. in d. l. Papinianus 8. §. si conditioni, num. 6. ff. de inoff. Castr. in l. quoniam in prioribus 32 num 10. C. eod. & consil. 222 num. 7. vol. 2. Gul. Ben in d cap. Raynutius. in verb si absque liberis moreretur 2. in tit. de vulg. num. 50 Soc. Sen. in d. l. 1 nu. 22. vers. Quintus casus est ff. de vulg. Boer. d. decis. 204. num. 44. versic. Dic primum, Couar in dict. cap. Raynutius, §. 11. num. 11. Crass. in §. legitima q. 1 nu. 6. vbi testatur, hanc esse communem opinionem, Men d præs. 101. num. 69. licet enim in hac specie cesset ratio priuationis rei propriæ, militat tamen ratio similis, ne scilicet filius effectu priuetur sua legitima, quod esset absurdissimum.

Secundo verò, si filius ita grauatus non habet substitutũ, sed cohæredem, per quem testamentum sustineri possit, re-
ceptum etiam est, posse eum omissa hæreditate suam capere
legitimam. † *vti videre est apud Ang. in l. si pater 4. num. 6. C.* 161
de inst. & subst. Dec in d. l. hæres instituta 3. num 5. vers. vltimo, C. de impub. & al. subst. Soc. Sen. in d l. 1 numer. 32. vers. Secundus casus ff de vulg. Nam, si potest consequi legatum, *vt dicemus infra num 163.* quanto magis debet posse capere legitimam, quæ magis ei debetur, *vt considerat Soc. Sen. in d. l. 1. num. 32. vers. Secundus casus*, Denique si hoc permittitur patrono, *d. l. si libertus patrono 41. vers. Sed parte*, multo magis debet permitti filio, qui plus iuris, quam patronus habet, *vt diximus supra num. 155.*

Hinc infertur, cautelam illam, quæ datur filio instituto, & prohibito alienare vsque ad vigesimum quintum, aut trigesimum annum, vt repudiet hæreditatem, & alienet solam legiti-

162 legitimam, † *ficuti videre est apud Ang. in l. quoties 11 Cod. de fideic. vbi dixit, se ita sapiùs prædicasse, & sequitur Capoll. caut. 212. & Iaf. in l. filiusf. 117. §. Diui 2 in 2. lect. nu. 18.* esse intelligendam, si filius habeat substitutum, aut cohæredem, alias non procederet, *vt declarat ibi Iaf.*

Denique, si filio, qui cohæredem habet, fuerit relictum prælegatum, siuè (vt aiunt Hispani) fuerit filius melioratus, poterit omissa hæreditate, & verò etiã legitima capere præ-
163 legatum, seù meliorationem, † *l. filio pater 89. ff. de legat. 1. l. cum responso. 12. C. de legat. Et scribunt Soc. Sen. in d. l. 1. nu. 32. vers. Secundus casus, & ibi Alc. nu. 109. vers. Si tamen pater ff. de vulg. Did. Spin. d. gl. 33. num. 61. secundo, Canall. d. q. 711. n. 6* ne alioquin deterioris sit conditionis filius quam extraneus, quippè cui permissum est, omissa hæreditate capere legatũ,
164 si cohæredem habeat † *l. apud Celsum 4. §. si quis ex vncia, ff. de dol. excep. l. qui filiabus 17. §. vlt. cum l. seq. ff. de leg. 1.* Idque multò magis procederet, si legatum esset pro legitima reli-
165 ctum, † *in quibus terminis loquitur Soc. Sen. in d. l. 1. num. 32 vers. secundus casus.*

Tertiò, si filius institutus in vna re certa, quæ legitimam excedat, sit grauatus aliquo onere, poterit haud dubiè
166 rem illam omittere, & capere legitimam, † *ut censuerunt Bald. in l. scimus 36. in princip. num. 10. versic. Quinto quæro, Cod. de inoff. test. Angel. in dict. l. hæres 30. de impub. & al. subst.* Quod intelligo, si habeat cohæredem vniuersalem, alias procederent ea, quæ diximus *supra numer. 138. Ita declarant Gul. Ben. in dict. capit. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. tit. de uulgar. nu. 53. uersic. Quarto.* Idem est, & si relictum sit ei legatum, & simus in casibus, in quibus valet testamentum, non obstante, quòd filius non sit institutus, vt eueniebat olim in filio exhæredato, *secundum ea. quæ diximus supra numer. 80.* vel hodie stante statuto, quod legitima possit relinqui quoquo titulo, Nam poterit
167 filius omittere legatum, & petere legitimam. † *Ita uidetur sensisse Bald. in dict. l. scimus 36. in prin. n. 10. uers. Quinto quæro, C. de inoff. test. prout ita eum intelligit & probat Soc. Sen. in d. l. 1. n. 32. uers. secundus casus, ff. de uulg. & sequuntur ibi Rip. n. 157 uers. Hinc est, & Alc. n. 108. uers. idem, si eam Gul. Ben. in d. tit. de uulg. num. 53. uers. Quarto, & Trentac. d. cap. 9. num. 25.*

Quarto, & vltimo, si filius habeat legitimam, seù aliquid pro ea titulo contractus, puta donationis inter viuos, pote
168 rit haud dubiè eo retento repudiare hæreditatem † *§. 1. Auth. de imm. don. coll. 8. Auth. unde si parens, & ibi not. Iaf. numer. 5. C. de inoff. testam. Gul. Ben. in dict. tit. de uulg. num. 54. Tiraq. de iure primog. quæst. 35. num. 9. Rip. in d. l. 1. nu. 158. uers. Secundo limita, & ibi Alc. num. 108. ff. de uulg.* Nam cum eius respectu filius sit verè creditor, Consequens est, vt possit eo retento hæreditatem omittere, *secundum ea, quæ diximus supra num. 103. & 26.*

Hinc infertur, filiam, cui à patre viuente fuit dos data, vel promissa, posse dotem retinere, & hæreditatem respuere,
169 † *ut rectè scripserunt Gul. Ben. in d. tit. de uulg. num. 60. Rip. in d. l. 1. num. 158. uers. secundo limita, & ibi Alc. nu. 108. ff. de uulg. Men. d. lib. 4. præs. 101. num. 68.*

His casibus exceptis procedit id, quod initio diximus, non posse filium ex asse institutum, hæreditatem scindere, idest, pro parte adire, & pro parte repudiare, etiamsi sub prætextu legitimæ partem bonorum retinere velit. Et hæc de eo, qui ex asse institutus est, & sic integraliter vocatur ad eamdem hæreditatem.

SVMMARIVM.

1 *Institutus ex pluribus partibus purè, vel etiam ex aliqua sub conditione, quæ iam fuerit purificata, non potest vnam adire, & alteram repudiare, etiamsi in aliqua habeat cohæredem, num. 2. aut substitutum num. 3. & ratio num. 4. & seqq. & quid si vna sit sub conditione, quæ nondum sit purificata, num. 30.*

4 *Voluntas testatoris est indiuidua, & pro parte acceptari non potest num 5.*

8 *Testator instituendo aliquem in pluribus partibus, non facit animo diuidendæ voluntatis, sed gratia cuiusdam demonstrationis, num. 19.*

9 *Diuisio fundi interdum fit gratia facilioris culturæ, non vt fiant duo fundi,*

10 *Mensura vnius non diuiditur in canna, seu raso, licet in ea sint plura signa diuersas mensuras, puta diuersos palmos, demonstrantia.*

11 *Vulgaris substitutio facit, vt instituto sit data facultas omittendi id in quo substitutum habet. Sed hoc procedit si idem sibi ipsi substitutus sit nu. 13. aut etiam alius, sed in toto, non vero si substitutus esset tantùm in parte.*

14 *Verba si hæres non erit in vulgari substitutione, continent tantùm casum impotentiæ, quando substitutus est aliquis in parte tantùm.*

15 *Defunctus potest pro parte repræsentari, & pro alia stare in pendenti, quando sunt diuersi vocati, quorum vnus adit, & alter deliberat, aut conditionis euentum expectat.*

16 *Testator non censetur ius accrescendi prohibere nisi de ipsius voluntate manifestissimè constet.*

17 *Defunctus debet repræsentari ab eodem gradu verè, vel fictè, & num. 18.*

20 *Legatarius potest vnã partem agnoscere alteram repudiare, quando testator eiusdem fundi partes separatim vni, eidemque legatario reliquit, & ratio, num. 21.*

22 *Legatarius, cui sunt plures res relictæ, potest vnam acceptare, alteram omittere.*

23 *Legatum differt ab hæreditate.*

24 *Legatarius non repræsentat personam defuncti.*

25 *Legata plura, quando sunt vni relicta quorum vnum habet onus alterum non, legatarius potest vnum agnoscere, & aliud repudiare, sed si agnouerit illud. quod onus non habet. subibit nihilominus onus alteri legato iniunctum, & num. 26. 27. & ratio, num. 28. 29.*

An, & quando hæres ex pluribus partibus institutus possit vnam adire, & alteram repudiare.

QVÆSTIO XXV.

NVnc videamus de eo, qui non integraliter, sed distinctis partibus institutus est, & dispiciamus, an possit vnam ex iis adire, & alias repudiare. Constat autem multùm referre, vtrùm omnes iam sint delatæ, an verò quædam ex iis nondum delatæ sint: Nam si omnes iam sint delatæ, vt quia purè fuerit ex omnibus institutus, vel etiam ex aliqua sub conditione, quæ iam fuerit purificata, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. q. 19. n. 1.* certi iuris est, non posse, † *l. 2.* 1
& l. si solus 79. in prin. & ibi Ang. ff. de acq. hæred. l. quidam elogio. 20. & ibi Iaf. in prin. & n. 1. C. de iur. delib. Et scribunt Bart. in l. 1. nu. 1. vers. sequitur, & ibi Bald. & Castr. nu. 1. & vers. in gl. eadem, & num 4. Alex. num. 1. ff. de acq. hæred. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. si absque liberis moreretur 2. in tit. de vulg. nu. 47. Donell. lib. 7. comm. cap. 12. vers. ualet. Idque procedere, non tantùm, si solus ex pluribus partibus institutus sit, *in quibus terminis loquuntur DD. scilicet relati,* sed etiam, si mixtos habeat cohæredes, † *d. l. si solus 79. in princip. &* 2
ibi Bald. uers. in text. Nec interest, & Castr. num. 1. & 2. uersic. adducitur, ff. de acq. hæred. d. l. quidam elogio 20 ibi, & tertio, Cod. de delib. Et scribunt Bart. in l. ult num. 1. uersic. si primo modo, ff. de acq. hæred. Iaf. in d. l. 1. num. 8. uers. istam rationem, ff. eod. & in dict. l. re communi, num 156. in fin. Imo, etiamsi in aliqua substitutum habeat, † *d. l. si solus 79. in princ. & ibi Bart.* 3
uers. sed, quando in aliqua, Bald. uers. in text. nec interest, Ang. & Castr. num. 1. & 2. uers. adducitur, & Imol. num 1. ff de acqu. hæred. Bart in d. l. ult numer. 1. uers. si primo modo, ff. eod. Imol. in d. l. 1. nu. 2. vers. in gl. 1. vol. ait, hoc mirum uideri, & ibi Alex. num. 1. vers. in gl. in verb. potest, & Iaf. num. 8. vers. istam rationem, vbi pariter ait, hoc esse mirabile, ff. eod. Iaf. in l. vn. num. 11. & ibi Alc. nu. 11. vers. tertio Cagn. nu. 10. C. quand. non pet. part. Iaf. in d. l. quidam elogio, 20. num. 1. vers. contra tamen, C. de iur. de lib. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num. 104 vers. præterea est hoc & in verb. si absque liberis moreretur 2. in tit. de vulg. num. 47. vers. plus dico, Mantic. de con. vlt. vol. lib. 4 tit. 11. num. 22. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 10. n. 20 Craff. in §. ius accrescendi q. 21. num. 6. Donell. dict. lib. 7. comm. cap. 12. vers. valet.

Cuius rei, si quæramus rationem, † non est ea ducenda à genera-

generalibus illis regulis, quas *retulimus in hoc capit. quæſt.* 23. *num.* 3. *& ſeqq.* & in propoſito pro ratione conſiderant, *Bart in d.l.* 1 *nu.* 1. *verſ ſequitur & ibi Bald. uerſ & ratio, Caſt. num.* 1. *in fi. Imol. num.* 1. *Iaſ num.* 9. *verſ ſed ad hoc ff. de acq. hæred. Caſtr. in d l. ſi ſolus.* 79 *in prin. num.* 2. *verſic. in gl.* 1. *ff. eod. Iaſ. in d.l. quidam elogio.* 20 *num.* 1 *uerſic. pulchrum, & verſic. aliam rationem C. de Iur. delib Gul. Ben. in d cap. Raynutius in verb. & uxorem nomine Adelaſiam num.* 104. *in fi.* ne ſcilicet teſtator pro parte tantùm repræſentetur, aut decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quia datio ſubſtituti, quem ſupponimus aditurum partem repudiatam vtrunque abſurdum excludit, minùs ducenda eſt ab eo quod abſurdũ ſit repræſentationem defuncti pro parte ſtare in ſuſpenſo, quia cùm deliberante cohærede vtrùm adire, vel repudiare velit, ſtat pro eius parte in pendenti repræſentatio teſtatoris, intelligimus pendentiam repræſentationis non haberi pro abſurdo, *vt conſiderat Alciat. in d.l. vn. num.* 11. *verſ. nec ſolutio, C. quand. non pet part.* ratio eſt ducenda à voluntate eſt defuncti, quæ tamquàm indiuidua non poteſt pro parte agnoſci, & pro parte reſpui, *vt diximus in ead. quæſt.* 23 *num.* 9. *Et in his terminis conſiderant Caſtr in d.l.* 1 *num* 2 *& in d.l. ſi ſolus* 79. *in prin. num.* 2. *verſic. iudic. ff. de acqu. hæred. Alc. in d.l. vn. num.* 11. *verſic. quare potes verſic. alij verò C. quand. non pet. part.* Ad quod etiam videtur reſpexiſſe, *Bald. quem referunt & ſequuntur Iaſ. in d.l. quidam elogio.* 20. *num.* 1. *verſic. & idem in effectu C. de iur. de lib. & Cagnol. in d l. vn. num.* 10. *Cod. quand. non pet. part.* dum cenſent hoc procedere ratione indiuiduæ confirmationis teſtamenti, & ratione indiuiſibilis acquiſitionis.

Nec obſtat, ſi dicatur, potuiſſe contingere, vt etiam ſubſtitutus illam partem repudiaret, aut alio modo deficeret, quo caſu, ſi inſtitutus potuiſſet aliam partem adire, ſequeretur prædictum inconueniens, quòd teſtator, aut pro parte tantùm repræſentaretur, aut decederet pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ideoque voluiſſe legem initio prouidere diſponendo, vt pro parte tantùm adiri nequeat, ne prædictũ
5 inconueniens ſequatur, † *vt defendendo generalem rationem conſiderat Iaſ in d.l.* 1. *num.* 9 *verſic. ſed ad hoc ff. de acq. hæred. & in d.l. quidam elogio,* 20. *num.* 1. *verſic. tamen reſpondeo C. de iur. delib. Soc. Sen. in l. ſi mihi, & tibi* 12. *in prin. num.* 4. *verſic. niſi diceres ff. de leg.* 1. Quia ſi hæc fuiſſet vera diuiſionis prohibitæ ratio, facilè potuiſſet inconueniens euitari, ſi ſubſtitutus cauiſſet ſe illam hæreditatis partem, in qua ſubſtitutus eſt, aditurum, *vt conſiderat Alc. in d.l. vn. nu.* 11. *verſic. ſed iſta reſponſio C. quand. non pet part.* vel lex diſpoſuiſſet, vt pars repudiata pertineret ad ſubſtitutum, aliàs eo deficiente accre-
6 ſceret inſtituto, † *vt in ſpecie, & reprobando prædictam rationem conſiderat Gomez. d. cap.* 10. *num.* 20. *verſ.* 3. *ratio.* Et tamen certum eſt volente etiam ſubſtituto adire partem noluiſſe legem inſtitutum poſſe ſcindere, Non eſt igitur ratio ab euitandis prædictis abſurditatibus deducenda, ſed à voluntate teſtatoris, quæ ſui natura diuiſionem non patitur, *iuxta ea quæ ſupra diximus.*

Nec obſtat, quòd, cum teſtator diuiſerit hæreditatem, non videatur hæres contra eius voluntatem facere, ſi, & ipſe diui-
7 dat partem agnoſcendo, & partem non; † *vt pro ratione dubitandi conſiderant Imol. in d.l.* 1. *nu.* 1. *& ibi Iaſ in prin. ff. de acq. hæred.* quia reſpondeo, teſtatorem non cenſeri diuiſiſſe, quòd haberet animum faciendæ veræ diuiſionis, ſed gratia cuiuſ-
8 dam demonſtrationis, † vt dicimus de fundi diuiſione, quæ
9 interdum fit cauſa facilioris culturæ, † *l. Caius Seius.* 88. *§. Titius, ff. de leg.* 2. *ita reſpondent Bart. in d.l. ſi ſolus* 79. *verſ. ſed quando, & ibi Caſtr. num.* 2 *uerſ. reſpondetur ff de acqu. hæred. Imol. in d.l.* 1 *num.* 1. *& ibi Iaſ. in prin ff. eod. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxor. nom. Adela. num.* 104. *verſ nec cenſetur.* Et videmus etiam in ea menſura, quæ vulgo canna, ſeu raſus nuncupatur: nam, licet in ea plura ſint ſigna diuerſas menſuras, puta diuerſos palmos demonſtrantia, non
10 tamen propter hoc diuiditur vnitas illius menſuræ † *vt conſiderant Bart in d.l. ſi ſolus.* 79. *verſ. ſicut videmus, & ibi Caſtr. num.* 2. *verſ reſpondetur, Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num.* 104. *verſ. prout etiam.*

Denique non obſtat, quòd teſtator dando alicui ſubſtitutum, cenſeatur illi concedere facultatem omittendi id, in quo
11 ſubſtitutum habet † *l.* 1. *§. ſi proponatur ff. ſi quis om. cauſ. teſt. l. iam dubitari.* 86. *ff. de hæred. inſt. Et pro dubitandi ratione ſcripſit Ang in d.l. ſi ſolus verſ. in text. ibi,* ſcilicet, quia † vulgaris 12
ſubſtitutio fit ſub conditione. ſi primus hæres non erit, *l.* 1. *in prin. l. iam hoc iure.* 4. *l. ſi in teſtamento* 5. *l. quidam teſtamento.* 30 *l. ſi mater.* 33 *l. poteſt.* 36 *l. ſeruum* 40. *in prin ff. de vulg. tit. de vulg. in prin. tit. inſt. de pupill. in prin.* ſub qua non ſolùm impotentiæ, ſed etiam uoluntatis caſus continetur, *l. cum proponas.* 3. *Cod. de hæred. inſt.* Quamobrem dicimus teſtatorem his uerbis, ſi hæres non erit, ponere in facultate hæredis, utrum adire uelit, *l. debitor* 59. *in prin. verſic. vbi quidem ff. ad Treb.* Qua ratione, *Gomez. d. cap.* 10 *num.* 20. *verſ. ſed certè, & alij* plerique moti ſupradictam rationem improbarunt, quia reſpondeo, diſtinguendo, † Aut idem ſibi ipſi ſubſtitutus eſt, Et tunc uerum eſt, per talem ſubſtitutionem cenſeri datam omittendi facultatem *Et in his terminis procedit d.l.* 1. *§. ſi proponatur. ff. ſi quis om. cauſ. teſt. vt in ſpecie declarat Caſt. in d.l. ſi ſolus.* 79 *in prin. num.* 2. *verſic. item extra glo.* Aut verò ſubſtitutus eſt unus alteri, Et tunc, ſi quidem ſit ſubſtitutus in toto eo, quod inſtituto datum eſt, procedit etiam contrarium. Cęterum, ſi ſit ſubſtitutus in parte tantùm, verius eſt, non procedere, *vt declarant Imol. in d.l. ſi ſolus numer.* 1. *verſ. & ex hoc habes & verſ. & habes, Iaſ. in l vnic. num.* 11. *C. quand. non pet part. & in dict. l.* 1. *num* 10. *ff. de acq. hæred. Gul. Ben. in dict. cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur* 2. *tit. de vulg num.* 47. *verſ plus dico,* quia tunc illa verba, ſi hæres non erit, continent quidem caſum impotentiæ; ſed non caſum voluntatis, † *vt ſcribunt Caſtr. in dict. l. ſi ſolus* 79. *in princ. n.* 2. *verſic. item extra glo. & ibi Imol. nu* 1. *verſ. & habes,* 14
niſi inſtitutus totum repudiet. Itaque ſi teſtator hæredi ex aſſe, vel duabus, aut pluribus partibus inſtituto vulgariter aliquem in parte ſubſtituat, ſi quidem inſtitutus totam hæreditatem repudiet, locum habebit vulgaris ſubſtitutio, quia per talem repudiationem purificantur illa conditionis verba, ſi hæres non erit, & ad huiuſmodi ſubſtitutum, non ſolùm illa pars, in qua facta eſt ſubſtitutio, ſed etiam alia pertinebit, non quidem iure ſubſtitutionis, ſed iure accreſcendi, ne ſcilicet teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, *ſecundum ea, quæ diximus in* 7. *cap. quæſt.* 5. *num.* 5. Cœterùm, ſi adeat hæreditatem, pro ea parte, in qua ſubſtitutum non habet, non poterit ampliùs ſubſtitutio in alia parte facta habere locum, quia defecit conditio: Nec enim intelligitur, ſi non erit hæres in ea parte, in qua ſubſtitutum habet; ſed, ſimpliciter, ſi hæres non erit, quæ res dici non poteſt, cùm pro parte hæreditatem adiuit, *vt declarant Ang. in d.l. ſi ſolus, verſ in text. ibi, & Gul. Ben. in d. cap Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adel. num.* 104 *verſ Præterea eſt hoc Alc. in d.l vn nu.* 11 *verſ. Alij verò, C. quand.* Itaque per ſubſtitutionem in parte factam non cenſetur data facultas omittendæ partis, niſi etiam totum omittatur.

Cuius rei, ſi quæramus rationem, hanc conſtat communiter afferri, ne perſona repræſentata diù ſtet in pendenti. † *vti* 15
videre eſt apud Bart in dict. l. ſi ſolus, verſic. ſed, quando in aliqua, & ibi Imol. numer. 1. *verſic. & eſt ratio.* Sed malè, meo iudicio, quia abſurdum non eſt, defunctum pro vna parte, quæ ſit adita, repræſentari, pro alia verò nondum adita non repræſentari, ſed ſtare in ſuſpenſo: nam hoc euenit in omnibus caſibus; in quibus vna portio, vel adiri non poteſt, quòd nondum ſit delata, vt, quia conditio pendeat cohærede, aut ſubſtituto dato, *ſecundum terminos tertij, & quarti caſus,* vel, licet adiri poſſit, non tamen à cohærede aditur, ſed differtur acquiſitio, *vt plerumque euenire oſtendimus in* 7. *cap. q.* 37 *num.* 21.

Quamobrem alii cenſent rationem eſſe, quia teſtator non cenſetur velle ius accreſcendi prohibere, niſi de ipſius voluntate manifeſtiſſimè conſtet, † *l. quoties* 9. *§. ſi duo ff. de* 16
hæred. inſt. ſecundum communem intellectum, de quo tamen late dicemus in 10. *cap quæſt.* 17. *num.* 44. *Ita ſcribit Imol. in dict. l. ſi ſolus, num.* 1. *verſic. vel poteſt eſſe ratio,* Sed, quia pars, in qua datus eſt ſubſtitutus, non iure accreſcendi, ſed iure inſtitutionis ad eum pertinet, qui pro alia parte adiuit, *vt oſtendimus ſupra num.* 14. ideò intelligimus rationem hanc ad id, de quo quæritur, non pertinere. Quo fit, vt iidem ipſi cogantur fateri, rationem neceſſariam non poſſe afferri, ſed tùm perſuaſiuam, *vti videre eſt apud eundem Imol. in d.l. ſi ſolus, num.* 1. *verſ. in gl.* 1.

Sed alij censent, rationem esse, quia defunctus debet vniformiter repræsentari, etiam quo ad gradum, ne per fictionē inducatur id, quòd naturaliter esse nequit, vt idem homo recipiat in se diuersas qualitates, *contra regulam l. eum qui ades 23. ff. de vsucap et l. 1. vers. nec ratio patitur ff. de rer. perm.*
17 † *Ita censuit Gomez. d. cap 10 n. 20. vers. vnde ad illum, vbi ait hanc esse suam nouam, & subtilem rationem*. Sed hæc ratio mihi non probatur, quia, licet propositio in se vera sit, *eamque nos in hoc cap. q. 14. n 39. probauerimus*, non tamen rectè ad speciem propositam adaptatur, scilicet, quia repræsentatio, quæ fit à substituto, tamquàm subrogato in locum instituti, non censetur difformis ei, quæ ab instituto fit, nec cum
18 ea est incompatibilis, † quod patet ex eo, quia, si testator instituat duos hæredes Primum, & Secundum, & Secūdo substituat Tertium, si Primus adeat, & Secundus repudiet, haud dubiè illius portio, non ad Primum, sed ad Tertium pertinebit, quo adeunte quis neget defunctum à diuersis gradibus repræsentari? cum institutus dimidiam habeat ex primo gradu, substitutus verò aliam dimidiam ex secundo Et tamē hæc difformitas est compatibilis, & permittitur, quia, licet Secundus re vera veniat ex secundo gradu, repræsentatiuè tamen censetur venire ex primo quia succedit in locum Instituti, qui ex primo gradu vocabatur, quæ res sufficit ad hoc, ne videatur in successione difformitas aliqua subesse; Nam sufficit defunctum ab eodem gradu referri verè, vel repræsentatiuè, *vt diximus in hoc cap. quæst. 14. nu. 46*. Quamobrem, & in legitimis successionibus diuersorum graduum concursus toleratur, si, qui veniunt ex secundo, succedant in locum eorum, qui veniebant ex primo, & eos repræsentent, *vt diximus in num. 45*. Quòd, & ipsi animaduertentes, *ibi nu. 20 vers. nec obstat*, vt argumenti vim effugerent, coacti sunt fateri rationem suam, non, nisi ad eum pertinere, qui ex pluribus partibus institutus est, & in vna substitutum habet; nam hic, si vnam adeat, cęteras etiam inuitus habere cogitur, *quia*, inquit, *in omnibus fuit institutus, & honoratus, vnde meritò per legem grauatur, vt etiam habeat alias partes defectas, & repudiatas propter vniformem repræsentationem*, quibus verbis ostendit, se confugere ad eam rationem, quam priùs improbarat: Nam ideò censet, in proposita specie non esse locum diuisioni, quia, qui vnam adiuit, fuit in omnibus institutus, & honoratus. Itaque effectu vim rationis ab institutione, seu dispositione, & voluntate testatoris deducit;

Quamobrem verius est, ideò hæredem non posse pro parte adire, & pro parte non, etiamsi in vna substitutū habeat,
19 quia, † cum testator hæredem ex pluribus partibus instituit, perinde habetur, atque, si vnica dispositione scripsisset eum hæredem in eo toto, quòd ex illis partibus conficitur *dict. l. in ratione 11. §. quæsitum vers. & aliam causam ff. ad l. Falc* cùm partium distinctio in eadem persona, non diuisionis, sed demonstrationis gratia à testatore facta intelligatur, *vt diximus sup. n. 8*. Vnde, quemadmodum, si ex asse eum hæredem instituisset, non posset is scindere hæreditatem, etiamsi in parte haberet substitutum, ob vnitatem Vocationis, seu voluntatis testatoris, quæ diuisionem non patitur, *vt diximus in hoc cap. quæst. 23. num. 11*. Ita etiam scindere non potest, quoties ex pluribus partibus institutus est, etiamsi in vna substitutum à testatore acceperit, *secundum ea, quæ diximus supra num 3*.

Planè in legatis, & fideicommissis aliud est dicendum: nam, si testator eiusdem fundi partes separatim vni, eidemq; legatario reliquerit, poterit is, vnam partem agnoscere, alte-
20 ram verò repudiare, † *vt scribunt Bart in d. l necessarium 4.*
21 *num. 3. ff. de leg. 2. Gomez. d. cap. 10 num. 42*. quia, † quoties diuersæ partes disiunctim legantur, perinde est ac, si res diuersæ fuissent relictæ *l. huiusmodi 86. §. quibus ff. de leg. primo*. Quo fit, vt, quemadmodum, si res diuersæ fuissent relictæ tot essent legata, quot res, ita etiam plura legata censeri debeant, quoties eiusdem rei partes distinctæ vni, eidemque legatario relinquuntur. Atqui, vbi plura sunt legata, potest quis vnū
22 agnoscere, & alterum respuere, † *l. sed duobus 5. ff. de leg. 2 & scribunt gl in d l. 1 in verb. non potest & ibi Bart num. 5. vers. sequitur, ff. de acq hered. Bart. in d l. necessarium 4. in princip. & n. 3. Marescot. lib. 2. variar resolut. cap. 96. num. 3*. Ergo, & cùm distinctæ eiusdem rei partes legatæ sunt. In quo quidem differt hæreditas à legato, † scilicet, quia, non, vt in hæredi- 23
tate, ita, & in legato considerari potest repræsentationis difformitas, cum legatarius defunctum non repræsentet. † *vt* 24
in his terminis ait Bart. in d. l. 1 num. 5. vers. sequitur. ff de acq. hæred. Minùs potest considerari absurditas illa, quòd testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, cum pars repudiata maneat apud hæredem, qui sustinet causam testamenti, *vt diximus in 3. cap. quæst. 2. num. 11*. Sanè, si vni legato testator onus adiecerit, & legatarius agnouerit illud, quòd non habet onus, subibit nihilominus onus alteri legato iniunctum. Itaque non cogetur quidem vtrumque legatum agnoscere, sed vnum agnoscēdo perinde ad oneris prę-
stationem tenebitur, atque si vtrumque agnouisset, † *d. l. sed* 25
duobus 5. versic. sed, si vnum, ff. de leg. 2. Et scribit Bart in dict. l. necessarium 4. in princip. numer. 3. ff. de leg. 2. Ex quo intelligimus, malè veteres de hac specie loquentes scripsisse, legatarium non posse vnum legatum agnoscere, alterum verò repudiare, quòd eadem sit ratio, quæ in hæreditate, vt scilicet onus in totum subeatur † *vt videre est apud gl. in dict. l. 1.* 26
in verb. non potest. & ibi Bart. num. 5. vers. sequitur ff. de acq hæred. quia verius est, imò posse repudiare legatum, cui onus iniunctum est, & per repudiationem ab eo excludi, sed propter hoc non posse recusare præstationem oneris, si aliud legatum agnouerit, *vt supra dictum est*, Hoc enim apertè,
† probant illa Pauli Verba. *Igitur repudiato seruo non exitabitur onus deductionis*, quæ leguntur *in dict. l sed duobus*. Et 27
ratio est, quia, † aut legatum, quòd non habet onus, est pin- 28
guius altero, & verisimile est, testatorem onus etiam eius respectu tacitè repetijsse, quia, si voluit grauare legatarium ratione minoris legati, multò magis censeri debet voluisse eum grauare ratione maioris. Aut verò contra pinguius est legatum, quod habet onus, & sibi debet imputare legatarius, cur illud repudiauerit, vt in similibus terminis dicimus
de onere, quòd vni ex alternatiuis adiectum est. † *l. planè 97.* 29
§ si cui Stichus, & ibi Bart. Bald. Castr. & Imol. ff. de leg. pri.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties omnes partes sunt delatæ, quo tempore institutus vnam adire, & alteram repudiare vult. Cęterum, si non omnes sint delatæ, vt euenit, cum quis ex parte purè, ex parte verò sub conditione insti-
tutus est, & huius adhuc conditio pendet, † Et tunc adhibi- 30
ta distinctione res erit terminanda. Aut enim vult prius adire puram, & post euentum conditionis repudiare conditionalem, Et hoc facere non potest, aut verò contra vult prius repudiare puram, & post euentum conditionis adire conditionalem, Et hoc facere potest, non, vt omnimodo puram omittat, sed, vt faciat iuri accrescendi locum, *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 29. nu. 5. & seqq. vnde erunt petenda, quæ ad plenorem huiusce rei intellectum facere videbuntur*. Et hæc, cum per nosmetipsos nobis hæreditas acquiritur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæredis instituti, in quem est trāsmissum ius adeundi, non potest pro parte adire & pro parte non, contra nu. 9. sed male num 10.*

2 *Hæres legatarij, si vnus tantum sit, non potest legatum ad se transmissum pro parte acceptare, & pro parte non, sed si plures hæredes sunt, vnus potest suam partem acceptare, alter repudiare, n 3. & ratio, n. 4. 5.*

6 *Legatum, aut legati pars repudiata remanet apud hæredem.*

7 *Hæres non potest, quod non potuit defunctus, quod procedit pro parte pro qua est hæres num. 8.*

11 *Seruus ex asse institutus non potest iubente Domino partem adire, partem repudiare, & quid si ex pluribus partibus institutus fuerit purè, nu. 12, & quid si ex parte purè, ex parte sub conditione, num 13.*

14 *Serui duo instituti vbi sunt, tunc in vtrisque est necessaria aditio iussu domini.*

15 *Seruus communis duorum, uel plurium institutus, debet adire iussu omnium dominorum, alioqui si iussu vnius tantùm, adeat, eum solum faciet hæredem pro portione dominica.*

16 *Seruus communis pro duobus seruis reputatur.*

17 *Legatum factum seruo communi potest ab vno ex dominis agnosci, & ab alio repudiari.*

An,

An, & quando institutio possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, si per alium nobis hæreditas acquiratur.

QVÆSTIO XXVI.

TRanseamus nunc ad secundam quæstionem, & videamus, an, si per alium nobis hæreditas acquiratur, possimus eam pro parte agnoscere, & pro parte respuere. Et, si quidem nobis acquiratur per eos, quibus successimus, & sic acquisitio fiat iure transmissionis, certum est, non posse nos hæreditatem pro parte acquirere, & pro parte repudiare, quia, cum ius nostrum pendeat à iure, & potestate defuncti, ex cuius persona vocamur, (vt diximus in hoc cap. q. 1. n. 1.) Consequens est, vt, quod defunctus facere non poterat, nec nos facere possimus, & per consequentias, vt, quemadmodũ defunctus nõ poterat hæreditatem pro parte acquirere, & pro parte repudiare, *vt latè ostendimus in q. 23. n. 9. & seqq.* ita etiam
1 non possimus nos, qui ex persona illius admittimur. †

Idque procedit non solùm in hærede hæredis, sed etiam in hærede legatarij, si sit solus: Nam, nec is poterit eiusdem legati ad se transmissi partem agnoscere, & partem respue-
2 re, † *vt rectè docuerunt Bald. in l. 1. vers. in gl. idem, & ibi Ias. num. 16. ff. de acq. hæred.* ne alioquin melioris sit conditionis, quàm fuerit defunctus contra ea, quæ supra diximus.

Hinc intelligimus, quod ait *glo. in dict. l. 1. in verb. non potest*, in hærede legatarij secus esse, debere intelligi, si sint plures hæredes, *secundum ea, quæ mox dicemus*; alias perperam ita scripsisset, *vt Bald. & Ias. ibi animaduerterunt*.

Planè, si duo sint, aut plures hæredes, & legatum in eos trãsmissum non fuerit agnitum à defuncto, quin ex ijs vnus partem suam agnoscere, alius verò repudiare, & hoc modo
3 scindere legatum possit, nulla est dubitatio † *dict. l. legatarius 38. in princ. vbi Bart. Bald. Castr. Imol. Alexand. Ias. ff. de leg. 1. Petr. de Bella. in l. si plures num. 8. versic. Responde, Cod. de cond. ins. Bart. in d. l. 1. num. 5. & ibi Bald. versic. in gloss. idem, Ias. num. 16. ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. necessarium 4. num. 3. ff. de leg. 2. Gomez. d. cap. 10. nu. 42. versic. secundo limita, Crass. in dict. §. ius accrescendi q. 29. nu. 4. Duar. dict. lib. 1. de iure accr.*
4 *cap. 3. Cuiac. in l. si duobus 16. quæst. 6. ff. de leg. 1.* quia, † cum actio legati exemplo aliarum omnium actionum hæreditariarum ipso iure diuidatur inter hæredes, ita, vt vnicuique
5 non, nisi pro sua portione hæreditaria competat † *l. 1. Cod. si cert. pet. l. 2. Cod. de hæred. actio.* fit, vt is, qui suam partem repudiat, non dicatur legatum diuidere, sed totum, & integrũ ius suum remittere. *Ita docuerunt Bart. in dict. l. legatarius 38. in princ. & ibi Bald. & Castr. num. 1. Imol. num. 2. Ias. nu. 2. ff. de leg. 1. Bart. in dict. l. 1. num. 5. & ibi Ias. num. 16 ff. de acq. hæred. dixi in cap. 6. q. 28. num. 45. Gomez. d. cap. 10. nu. 2. versic. Secundo limita.* Quod maximè dicendum est, stante, quod in legatis cessat absurditas illa, propter quam alias dicimus, non posse diuidi hæreditatem, ne scilicet idem pro parte repræsentetur, & pro parte non, *vt diximus supra.* nam legatarius, neque in totum, neque pro parte defunctum repræsentat, *vt ostendimus in cap. q. 25. num. 24.* ideòque nil refert, vtrùm in totum, an pro parte res legata acquiratur, cum pars, quæ non acquiritur, maneat apud hæredem,
6 qui in totum defuncti personam repræsentat, † *vt considerant Bart. in d. l. 1. numer. 5. & ibi Ias. numer. 16. versicul. in fin. gloss. ff. de acquir. hæred.* Nec in persona legatarij diuisio prohibetur absurditatis illius euitandæ causa, sed alia ratione, ne scilicet voluntas, & dispositio testatoris, quę est vna, diuidatur, *vt diximus in hoc cap. q. 23. nu. 9.*

Nec est contrarium, quod hæres non possit plus, quàm
7 defunctus † cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quàm ipse habeat *l. nemo plus iuris 55. ff. de reg. iur. l. traditio*
8 *20. ff. de acquir. rer. dom.* quia hoc intelligitur † respectu partis, in qua quis defuncto successit: nam, quia pro illa parte defunctum repræsentat, ideò illius respectu non poterit, quod defuncto non licebat. Quamobrem pro illa parte non poterit venire contra factum defuncti *l. cum à matre. 14. C. de rei vind.* Denique pro illa non poterit legatum ad se trãsmissum diuidere, idest pro parte agnoscere, & pro parte repudiare, *vt declarant Castr. in dict. l. legatarius, num. 1. & ibi Imol. numer. 2.* At respectu aliarum partium, in quibus non successit, & per consequentias non repræsentat defunctum, cessat talis consideratio potestatis, scilicet, quia earum respectu non est hæres, ideòque facere interdum potest etiam ea, quæ defunctus non poterat. Quamobrem pro ijs poterit facto defuncti contrauenire, *d. l. cum à matre*, scindere legatum, & id genus alia facere.

Hæc autem, quæ de hæredibus legatarij dicta sunt, an etiam in hæredibus hæredis locum habeant, si in eos hæreditas non adita fuerit aliquam ob causam, vt propter ius deliberandi, transmissa, quæri potest. Et idem quoque statuendum plerique censuerunt, † *vt Bart. in l. vlt. numer. 1. versic. si verò adeunt, ff. de acqu. hæred.* Quod, si verum est, habebit defunctus pro parte hæredem, & pro parte non, aut decedet pro parte testatus, & pro parte intestatus, contra ea, quæ supra diximus. Sed est verius, non idem esse dicendum, sed, si vnus partem suam adierit, cæteris posteà repudiantibus totum illi accrescere, † Quod mihi videtur Bartolus sibi in hoc contrarius sensisse, dùm scripsit, hæredibus legatarij permissam esse diuisionem, non solùm ea ratione, quam retulimus *supra numer. 3.* Sed etiam, quia cessat in ijs absurditas illa, quòd defunctus pro parte tantum repræsentetur, quæ in hæreditate diuisionem impedit, *sicuti retulimus supra nu. 5.* Nam his verbis non obscurè denotat, se in ijs casibus, in quibus talis absurditas considerari potest, contrarium sentire, quod & probabilius est. 9 10

At, si acquisitio, non per eum fiat, cui successimus, sed per eum, quem habemus in potestate, puta per seruum, & quæramus, an pro parte fieri possit, constat varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est; quando vnius seruus ex asse, & sic integraliter institutus est, Et tunc certi iuris est, non posse dominum hæreditatem scindere, idest, seruo iubere, vt eam pro parte adeat. † *Ita enim scribit Bart. in dict. l. vltim. numer. 1. versic. Si verò relinquatur, ff. de acquir. hæred.* quia, cum serui institutio ex ipsius domini persona valeat *l. non minus 31. ff. de hæred. instit.* Consequens est, vt perinde sit, ac, si dominus ipse fuisset institutus. Quemadmodum igitur dominus, si per se fuisset ad totum hæreditatis assem vocatus, non potuisset pro parte adire, *vt latè ostendimus in hoc capite qu. 23. nu. 3. & seqq.* Ita etiam non poterit, cum ad totum per seruum vocatur. Quamobrem, si seruus iussu ipsius partem adeat, cogetur dominus etiam inuitus totum suscipere. 11

Secundus verò casus est, quando vnius seruus fuit institutus ex pluribus partibus purè, Et tunc similiter certum est, non posse dominum ei iubere, vt vnam tantùm partẽ adeat, & hoc modo diuidere hæreditatem, † *vt scribunt Bart. in d. l. si solus 79. vers. Ex præmissis, & est Castr. in §. 1. num. 1. vers. in text. ex parte. ff. de acq. hæred.* Quia, cum in eius potestate sit omnes partes habere, eum omnes eo tempore delatæ sint, Consequens est, vt omnes etiam habere debeat, *per ea quæ diximus supra n. 11. & in q. 20. num. 3. Ita Castr. in d. l. si solus 79. §. 1. num. 1. vers. in text. ex parte. ff. de acq. hæred.* Quamobrem & in hac specie, vna adita cogetur dominus etiam inuitus omnes suscipere, *vt scribit Duar. libr. 2. de iure accrescendi, cap. 1.* 12

Tertius casus est, quando vnius seruus fuit institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione, Et tunc, licet iussu domini adeat ex pura, & tempore aduenientis conditionis sit adhuc in eiusdem potestate, quia nouo iussu, & noua aditione opus est, † *d. l. si solus 79. §. 1. vers. Ego quidem, ff. de acq. hæred. & diximus in hoc cap. q. 20. nu. 33.* Ideò inuito domino pars conditionalis non acquiritur: Potest enim dominus non iubere, vel etiam, si iubeat, potest seruus nolle adire, & mori, quo casu conditionalis institutio fiet irrita, Quamobrem in hac specie voluntas, & dispositio testatoris diuisionem recipiet, *contra ea, quæ diximus in hoc capit. quæst. 20. num 34.* 13

Sanè hoc ita intelligendum est, vt procedat respectu iuris, seu causæ, & tituli, sed non respectu ipsius acquisitionis: Non enim consequetur dominus partem cõditionalem, iure institutionis, quippe, quæ non facta à seruo aditione censetur ad irritum reducta, sed eam consequetur iure accrescendi, statim, atque per serui mortem certum esse cęperit, non posse hæreditatem ex institutione adiri, ne alioquin

quin testator decedat pro parte testatus,& pro parte intestatus, *secundum ea,quæ diximus in 5 cap.q.20.n.29.*

Quartus casus est, quando testator instituit duos eiusdem
14 seruos, Et tunc,quia vtriusque est necessaria aditio † *l.si quis hæres 35.§.fin.ff.de acq.hæred.& diximus in hoc cap.q.20.n.38* Ideo licet vnus iussu ipsius partem adeat, non tamen cogetur dominus alterius partem suscipere, quippe quæ, nisi interueniat alius iussus, & alterius serui aditio non potest censeri acquisita. Quamobrem & in hac specie fiet voluntatis diuisio.

Sed hoc etiam intelligo respectu causæ, seu tituli acquisitionis,non etiam respectu ipsius acquisitionis: Non enim habebit dominus illam partem iure institutionis, quippe, quæ non adita à seruo hæreditate facta irrita, sed eam habebit iure accrescendi,cum primùm certum esse cœperit,non posse ampliùs ex institutione adiri, quod mortuo demum seruo euenire intelligetur, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Quintus denique casus est,quando testator instituit seruum duorum,aut plurium, vel ex asse, vel distinctis partibus.Et tunc dubium non est, quin iussu vnius ex dominis
15 partem adire possit † *l.seruus duorum 63 l.seruus communis.66 & l.cũ solus 67 ff de acq.hæred. Et scribit Bart.in l.vlt.n.1. vers.Aut est seruus est.eod.* Nam, quia seruus non ex persona sua,sed ex persona domini censetur esse capax *l.non minus 31 ff.de hæred inst.* &.si plurium seruus sit,eius capacitas à persona singulorum debet æstimari, *d.l.cum solus*,& perinde haberi, ac, si singuli fuissent instituti in ea portione, quã in seruo habent. Qua ratione dicimus seruum communẽ pro duo-
16 bus seruis reputari † *l.si fundum sub conditione 83.§.1.ff. de leg.1.Et diximus in 5 c q.20.n.41.* Ideò fit,vt,quemadmodum, si singuli fuissent instituti posset vnusquisque suam portionem adire, ita etiam instituto seruo communi possit vnusquisque separatim ei iubere, vt adeat portionem sibi compe-
11 tentem *d.l.cum solus*,quo casu valebit aditio,& dominum faciet hæredem pro portione tantùm dominica, *vt diximus in hoc cap q.20.n.41.* Adeò,ut,licet posteà condominus repudiet aliam partem,aut patiatur mori seruum ante aditam hæreditatem, non tamen pro ea censebitur is, qui iussit hæres extitisse. Quamobrem,& in hac specie diuidetur institutio, & pro parte tantùm habebit effectum: quia, licet illa pars pertineat ad condominum,qui pro alia factus est hæres,non tamen pertinet iure institutionis, sed iure accrescendi *d. l.seruus communis 66.ff.de acq.hæred.& diximus in 5.cap.qu.47.num.3.& in hoc cap q.20.num.40.* Itaque re vera institutio, quæ in vnam tantùm personam fuit collata,scinditur,& pro parte tantùm sustinetur.

Sanè, si communi seruo res legata sit, quamuis vnus ex dominis possit agnoscere legatũ,alter verò repudiare, quòd etiam in hac causa seruus cõmunis pro duobus seruis repu-
17 tetur, *d.l.si fundum sub conditione 83.§.1.ff.de leg.1.* Non tamen pars repudiantis accrescit agnoscenti,scilicet, quia inter eos,tamquam coniunctos cõiunctione legali,siue (vt nos veriùs profitemur) omnimodò disiunctos non potest in legatis ius accrescendi habere locum *l.& Proculo 20.ff.de leg.2. & nos latè ostendimus in d.5.cap.q.27 n.6.& seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Transmissarius cohæredis si partem, in qua erat institutus repudiet et transmissam adeat etiam partem repudiatam iure accrescendi habebit; Sed qui ad vtramque partem vocatur iure transmissionis, non potest hoc facere, idest vnam partem repudiare,& alteram adire,num.2.& ratio diuersitatis num.3.*

4 *Institutio an possit pro parte acceptari,& pro parte repudiari quando dominus pro parte est institutus in propria persona, & pro parte in persona serui.*

5 *Legatum factum pro parte domino,& pro parte eius seruo, potest à domino pro parte agnosci, & pro parte repudiari; Nec repudiatio vnius partis trahitur ad alteram n.6.nec distinguitur vtrùm priùs dominus acceptet suam partem, & posteà repudiet partem serui,an verò contra. prout fit in hæreditate num.7.& ratio diuersitatis num.8.*

9 *Pars legati repudiata, an accrescat alteri parti,quando dominus agnoscit partem suam, & partem serui repudiat, vel contra.*

An, & quando institutio possit pro parte acceptari, & pro parte repudiari, si hæreditas partim per nos, partim per alium nobis acquiratur.

QVÆSTIO XXVII.

SVperest, vt explicemus tertiam quæstionem, & videamus,an,si hæreditas partim per nos,partim per alios nobis acquiratur, possimus eam pro parte agnoscere, & pro parte respuere.

Et,si quidem pars nobis acquiratur per eum, cui successimus,& sic iure transmissionis, certum est, posse nos institutionem diuidere: Nam,si testator,me, & Titium scribat hæredes, & Titius post aditam illius hæreditatem me hærede relicto moriatur,egoque Titij hæreditatem adeam, licet ex eius persona consequar.dimidiam hæreditatis testatoris iure institutionis, quasi hæres hæredis, possum tamen aliã dimidiam,quam iure meæ institutionis habere possem,omittere, & facere locum iuri accrescendi. Itaque habebo quidem totam hæreditatem testatoris, sed ex persona Titij, & diuerso iure: nam dimidiam,quam Titius adijt, habebo iure institutionis,meam verò, quam repudiaui, habebo iure accrescendi † *l.liber homo 59.§.fin.ff.de hæred.inst.* & nos diximus in hoc 1 cap. quæst.21.num.5.

Hinc intelligimus,differre hæredem,qui ad vtramq; partem vocatur iure transmissionis, ab eo, qui partim iure trãsmissionis,partim iure proprio: Nam ille non potest scindere voluntatem testatoris,sed omnes partes debet habere eodem iure, & modo, quo testator voluit, † *vt diximus in quæst. præced.numer.8.* hic verò potest diuidere, & partem ad se 2 transmissam habere iure institutionis, partem verò sibi delatam omittere ex causa institutionis, & habere iure accrescendi, *dict.l.liber homo 59.versic.Aufulcinij, vel adire. Et ibi declarat, & scribit Imol.in l.si solus 89.in fin.ff. de acq.hæred.*

Cuius diuersitatis ratio est, † quia primo casu ius,& pote- 3 stas hæredis æstimatur ex iure,& potestate defuncti,ex cuius persona venit, ideòque non potest facere, quod defuncto facere non licebat. Cum igitur defunctus non potuerit scindere voluntatem, & dispositionem testatoris, sed debuerit omnes partes habere eo iure,& modo,quo testator voluit, *vt ostendimus in hoc cap.q.26.num.1.* Consequens est,vt nec scindere possit hæres. At secundo casu ius, & potestas partim æstimatur ex persona defuncti,partim ex persona propria, quia,quoties duorum iura concurrunt in persona vnius, idẽ de eo iudicatur,quod de duabus personis *l.tutorum 22.& ibi Bart.ff.de his quib.vt ind.* Ergo, quemadmodum, si duæ essent personæ,posset institutus suam portionem repudiare,& illam relinquere cohæredi,cui debet accrescere,ita etiam poterit is,qui suo cohæredi successit, ex persona sua institutionem omittere,& partem consequi ex persona defuncti,& sic iure accrescendi,non iure institutionis. Hoc autem non solùm in hæreditatibus,sed etiam in legatis, ac fideicommissis, obtinere certum est: Nam si pars legati, vel fideicommissi deferatur alicui iure proprio,pars verò iure hæreditario potest is suo arbitrio ex vna causa legatum agnoscere,ex altera verò repudiare, Et ita facere iuri accrescendi locum *l.si mihi & tibi 12.in princ.ff.de leg.1. Et nos latè diximus in 7.capit. q.41.num 59.& seqq.*

At si non iure transmissionis,sed iure potestatis per alium nobis fiat acquisitio, & quæramus, an institutio pro parte acceptari,& pro parte repudiari possit, † res erit adhibita 4 distinctione, *quam retulimus in hoc cap.qu.21 num,3.* terminanda: Nam, aut priùs acquirimus partem, quæ per alium nobis defertur, & non possumus partem nostram omittere, sed cogimur eam habere eo modo, & iure, quo testator voluit, & sic iure institutionis. Aut verò priùs acquirimus partem,quæ per nosmetipsos nobis defertur, & tunc possumus eam,quæ defertur per seruum omittere,ita, vt non cogamur eam habere iure institutionis. Sanè iure accrescendi, necessariò eam consequemur, cum primum certum esse cœperit,hæreditatem à seruo ampliùs adiri non posse, quod tunc demum eueniet, cum seruus diem suum obierit: Nam ante

ante spes est, institutionem posse habere effectum, quia seruus potest alienari, vel manumitti, & hæreditatem, vel nouo domino, vel sibi ex institutione acquirere, & hoc modo ius accrescendi excludere, *secundum ea, quæ diximus in hoc capit. quæst. 16. num. 5. & seqq.* Rationem autem diuersitatis attulimus *in qu. 21. num.* 10. vt proinde non sit necesse, hic iterum ea repetere.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties plures hæreditatis partes nobis deferuntur partim per nos, & partim per eum, quem in potestate habemus. Ceterum quoties eo modo deferuntur plures partes legati, certum est posse nos partem nostram ac-
5 ceptare, & partem filij, vel serui repudiare, vel contra † *Castrens. in l. si mihi, & Titio 57. in fin princ. ff. de leg. 2. Imol in l. si mihi parte 61. ff. eod.* Nec repudiatio vnius partis trahetur ad
6 aliam † *Castr. in l. si mihi, & Titio 57. in fin princ. ff. de leg. 2.* Et in his terminis accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, quando iure plures partes deferuntur posse vnam acceptari, & alteram repudiari, *vt Castr. in dict. l. si mihi, & Titio 57. in princ. num. 3. ff. de leg. 2.* vt scilicet loquantur de partibus legati nobis delatis partim per nos, partim per eos, quos habemus in potestate. Non distinguitur autem in legatis, vtrùm priùs quis acceptet suam partem, & posteà repudiet
7 partem filij, vel serui, an verò contrà; † prout fit in hæreditate *sicut apparet ex ijs, quæ diximus supra n. 4.* quia proce-
8 dit hoc indistinctè. Cuius diuersitatis ratio est † quia in hæreditatibus considerantur absurditates illæ, *quas retulimus in hoc cap. quæst. 23. num. 3.* quæ alioquin in legato cessant, *vt ostendimus in tertio cap. q. 2. num. 1.* An autem pars illa repu-
9 diata parti acceptatæ accrescat, si quæramus † constat rem ex his pendere, *quæ diximus in 5. cap. quæst. 36. num 1. & q 38. num. 26.* Nam aut pater, & filius, vel seruus omnimodo sunt in legato disiuncti, & cessabit ius accrescendi, ideòque pars repudiata in hæreditate remanebit, *secundum ea, quæ diximus in d. q 23. num. 18.*

Aut vero sunt coniuncti re, & verbis, aut re tantum, & sine dubio locum habebit ius accrescendi. Itaque si repudiem partem meam, & acceptem partem filij, vel serui, habebo etiã meam, vel contra, si partem filij, vel serui repudiem, & meã acceptem, habebo etiam partem filij, vel serui *l. si seruo meo 104. in princ. ff. de leg. 1.* non quidem ex dispositione testatoris expressa, sed ex iure accrescendi. Aut denique sunt coniuncti verbis tantùm, & tunc si sequamur eam opinionem, quam nos profitendo diximus esse veriorem, scilicet inter verbis tantum coniunctos non habere in legatis, & fideicommissis ius accrescendi locum, *vt ostendimus in 5. cap. quæst. 38. num. 26.* Cessabit etiam in hac specie; Si verò sequamur opinionem communem, à qua nefas est in iudicijs recedere, magis est, vt etiam in hac specie, pars repudiata parti acceptatæ accrescat. Et hæc de prima inspectatione.

S V M M A R I V M.

1 *Aditio in parte facta trahitur ad totum, & 2. 9. 10. & seqq.*
3 *Vnica aditio sufficit.*
4 *Qui partem indiuidui vult, censetur totum velle.*
5 *Quod semel acquisitum est ampliùs repudiari non potest.*
6 *Aditio facta pro parte trahitur ad alias, non per ius accrescendi, sed iure institutionis.*
7 *Dispositio testatoris, tamquam indiuidua, pro parte acceptari, & pro parte repudiari nequit.*
8 *Institutus ex asse, vel ex pluribus partibus, si vnam adeat, cogitur omnes habere eo iure, & modo, quo testator voluit, & 46.*
14 *Aditio partis facta sub conditione, si alia pars non accrescat, nullius momenti est.*
18 *Protestatio facta de re, quæ de iure sit impossibilis, vitiat dispositionem, si facta sit sub conditione, secus verò si sub modo.*
19 *Donatio inter viuos potest pro parte acceptari, pro parte non.*
21 *Legati, & donationis differentia.*
22 *Repudiatio facta pro parte trahitur ad totum. Sed contra, num. 24. & seqq.*
23 *Qui dominium habet pro derelicto, censetur etiam pro derelicta habere possessionem.*
25 *Intellectus l. si solus 79 in princ. ff. de acq. hæred.*
27 *Exhæredatio pro parte facta non trahitur ad totum.*
28 *Aditionis, & repudiationis differentia.*
30 *Habitus recipit incrementum priuatio non, declara nu. 37.*
31 *Qui vult vnum, censetur, velle etiam aliud, sine quo illud esse non potest; & qualiter hoc procedat num. seqq.*
33 *Repudiato iure institutionis, censetur etiam repudiatum ius accrescendi.*
34 *Repudiatione nulla existente, potest repudians iterum adire.*
38 *Repudiatio partis in legatis, & fideicommissis an trahatur ad totum.*
39 *Aditio an valeat quando hæres adit pro parte, & pro parte repudiat. & seqq.*
40 *Contrarietas, & repugnantia quando vitiet, et quando actus continens contrarietatem vitietur, num. seqq. vsque ad finem.*
43 *Fauorabilius præualet in actibus incompatibilibus.*
47 *Intellectus l. si tu ex parte 75. ff. de acq. hæred.*
48 *Repugnare dicuntur ea, quæ simul esse non possunt, tametsi diuersas partes respiciant.*

An, & quando aditio, vel repudiatio partis facta ab instituto trahatur ad alias, quæ iam delatæ sunt.

Q V Æ S T I O XXVIII.

NVnc transeamus ad secundam, & videamus, an, licet institutus non possit hæreditatem scindere, si tamen eam de facto scindat: idest, adeat, aut repudiet pro parte, vitietur aditio, vel repudiatio, an uerò potiùs ualeat, & ad totum trahatur. In hac autem quæstione separatim nobis erit dispiciendum, Primo quid si tempore aditionis, uel repudiationis erant etiam aliæ partes delatæ, Secundo uero quid, si nondum erant delatæ. Et, si quidem iam erant delatæ, constat tres esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando hæres institutus unam partem hæreditatis adit, & de alijs nihil dicit, Et in hoc casu certum est, ualere aditionem, & ita adeuntem censeri etiam ex alijs partibus, & sic ex asse hæredem extitisse, † *l. si ex asse 10. ff. de acq. hæred. & scribunt gl. in d. l. si solus 79. §. 1. in verb in eiusdem persona ff. eod. gl. in l. 1. in verb. qui totam, & ibi Bart. Bald. Ang. & Imol. ff. eod. Bart. in d. l. si solus 79. vers. rationem, & in l. vlt. num. 1. ff. eod. Ias. in d. l. quidam elogio 20. num. 1. vers. & idem in effectu & vers. 2. limita C. de iur. delib. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 21. num. 4. Donel. lib. 7. comm. cap. 12. vers. valet. 2. Rot. Luc. decis. 93. in princ.* quia aditio in parte facta trahitur ad totum, † *vt scribunt Ang. in d l. 1. in prin. & ibi Castr. num. 4. vers. in primo, Imol. num. 1. Ias. in princ. & num. 15. ff. de acq. her. Alex. in l. cum quidam 19. nu. 3. & ibi Ias. num. 3.* quamobrem dicimus unam aditionem sufficere, † ut uidere est apud, *gl. in l. si solus 79. §. 1 in versic. in eiusdem persona, & ibi Ang. vers. in textu ibi semel, & Castr. num. 4. versic. primus, & vers. secundus, ff. de acquir. hæred.* Et eum, qui partem indiuidui uult, totum uelle censeri, † ut uidere est apud *Gul. à Montfer. de success. reg. in 2. sub num. 17. versic. benè facit ff. de lib. & posth. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxor nom. Adel. num. 102. Gomez d. cap. 10. nu. 17.* Idque procedit non solùm, si ex asse, & sic integraliter fuerit institutus, *in quibus terminis loquuntur DD. supra relati*, sed etiam, si distinctis partibus; Nam, si omnes delatæ sint, ut quia purè facta sit omnium institutio, uel etiamsi quarumdam sub conditione, fuerit tamen illa iam purificata, *secundum ea, quæ diximus in hoc c. qu. 19. 5.* & institutus unam adeat, & de alijs nihil dicat, censebitur etiam ex alijs hæres extitisse, *d. l. quidam elogio, & ibi Bart. num. 1. vers. reassume, Alex. num. 1 in princip. & versic. Ideò dicit, & vers. ad oppositionem Ias. numer. 1. d. l. si solus 76. in princ. & ibi Bart. Ang. Castr. & Imol. Et scribunt gl. in d. l. 2. in verb. agnoscere, & in d l. si solus 79. §. 1. in verb. in eiusdem persona ff. de acq. her Bart in d. l. 1. num. 1. & ibi Ang. Imol. & Ias. ff. eod Bart. in l. vlt. nu. 1. vers. si primo modo ff. eod. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nomine Adel. num. 104. versic. quæ omnia, Gomez tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 17. versic. quod notabiliter extende, & Crass in §. ius accrescendi, quæst. 21. nu. 4.* quia unius aditio trahetur ad alias, *vt scribunt Bald. in*

d.l. si solus, vers. not. quod sapiùs, & Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adel n. 104. *vers. quæ omnia.*

Quamobrem, si posteà velit alias repudiare, hoc facere non poterit, *vt scribunt Bald. in dict. l.* 1. *vers. item not. ex ista gl. & ibi Imol. num.* 3. *ff. de acq. hæred.* &, si repudiet nullius erit momenti repudiatio, *vt docet Bald. in d.l.* 1. *in fin. ff. de acq. hær.* quia, cum per aditionem vnius partis censeantur omnes acquisitæ, *vt supra dictum est*, Consequens est, vt posteà repudiari nequeant, quia, quod semel acquisitũ est, ampliùs

5 repudiari non potest, *l.* 1. *§. decretalis ff. de succ. edict.*

Sanè de illo dubitari potest, an aliarum partium acquisitio per ius accrescendi fiat, an verò alio iure. Et nonnullis quidem visum est fieri per ius accrescendi, *vt Donell lib.* 7. *comm. cap.* 12. *vers. valet, Et videntur etiam sensisse, qui vnam adeunti dicunt alias partes accrescere, vt Ias. in l. vn. nu.* 11. *& ibi Dec. in* 2. *lect. num.* 1. *C. quand. non pet. part. Ias. in d.l. quidam elogio* 20 *n.* 1. *C. de iur. delib. Gul. Ben. in d.c. Raynutius in Verb. si absque liberis moreretur* 2. *in tit. de Vulg. nu* 47. *Gomez. tom.* 1. *variar. resol. capitul.* 10. *numer.* 17. *Vers. quod notabiliter extende.*

Sed est verius, & receptius non fieri per ius accrescendi,

6 quippe, quod in hac specie considerari nequit, † *vt ostendimus in hoc cap. quæst.* 17. *num.* 5. *& seqq.* sed iure institutionis, & sic voluntatis, & dispositionis testatoris, *vt scribit Cagn in d.l. vn num.* 10. *C. quand. non pet part.* quæ, tamquam indiui-

7 dua pro parte acceptari, & pro parte repudiari nequit, † *vt ostendimus in hoc ipso cap. q.* 25. *num.* 4. quamobrem dicimus, institutum ex asse vel ex pluribus partibus, si vnam adeat,

8 cogi omnes habere eo iure, & modo, quo testator uoluit, † *vt referemus infra nu.* 8. *& seqq.*

Et sanè non fieri hoc per ius accrescendi patet ex eo quia, si ita esset sequeretur, in ijs casibus, in quibus tale ius locum habere nequit, posse institutum vnam partem adire, & alteram relinquere substituto, quia tunc cessaret necessitatis vtriusque partis amplectendæ causa, tamquam ea, quæ à iuris accrescendi natura duceretur. Atqui hoc facere non potest, quia, qui ex asse, vel pluribus partibus institutus est, non potest vnam adire, & alias repudiare, etiamsi in aliqua substitutum habeat, sed vnam adeundo censetur omnes agnouisse,

9 † *d l si solus* 79. *prin ff. de acq. hæred. & diximus in hoc c. qu.* 25. *num.* 3. non obstante, quod respectu illius partis, in qua substitutum habet, cesset ius accrescendi, vtpotè, quod per substitutionem sublatum est, *vt dicemus in* 10. *cap. quæst.* 20. *num.* 4. simili modo non potest quasdam partes agnoscere, quasdam repudiare, sed vnam agnoscendo consequitur omnes, etiamsi mixtos habeat cohæredes, *d.l. si solus* 79. *in princ. & diximus in d. quæst.* 25. *num.* 2. quo casu ius accrescendi cessat pro rata illius portionis, quæ amota institutione deberet alijs cohęredibus accrescere, Ergo, vt omnes partes habere cogatur, non fit iure accrescendi, sed iure institutionis, Hæc autem adeò vera sunt, vt procedant,

Primò, etiamsi institutus non acceptet partem hæreditatis, sed vnam tantùm rem particularem etiam minimam; nam, si eam agnoscat, vt hæres censebitur totam hæredita-

10 tem adijsse, † *vt scribunt Gomez. d. cap.* 10. *num.* 17. *& Crass in d §. ius accrescendi q.* 21 *num.* 4. Quamobrem dicimus ex possessione vnius rei hæreditarię probari hęreditatis aditionem, *vt videre est apud Ludov. decis.* 98. *n.* 1. *& decis.* 136. *n.* 1. *Bart. in l. ita autem* 5 *§. gessisse n.* 2. *ff. de adm. tut.*

Secundo procedunt etiamsi aditio partis fiat cum expressa protestatione, quod alias partes acquirere non intendit; nam, quia talis protestatio fit de re quę non pendet à voluntate protestantis, sed à iuris dispositione, cui renunciari nequit, ideò nullius est momenti, & per consequentias non impedit, quominùs hæres censeatur totam hæreditatem adiuis-

11 se, † *Ita scripserunt Castr. in d.l.* 1. *num.* 4. *vers. & intellige, ff. de acq. hæred. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxo. nomine Adelasiam, num.* 103.

Tertio procedunt, etiamsi fiat sub modo, puta, quia dicat hæres, adeo pro dimidia ita tamen, ut pro alia dimidia non

12 censeat adijsse: Adhuc enim in totum fit hæres, † *vt docent Bart. in d.l.* 1. *num.* 2. *vers. Item dico, ff. de acq. hæred. Ruin. in l.*

13 *non solum* 8. *§. morte num.* 371. *ff. de op. non. nunt.* quia, † cum modus non suspendat actum, & per consequentias non impedit, quominùs aditio pro parte facta sit ualida, Consequens est, ut eius adiectio, tamquàm repugnans naturæ actus validi debeat vitiari, non vitiare, *vt in similibus terminis, considerans Imol. in d.l.* 1. *num.* 3. *& ibi Ias. num.* 18. *ff. de acqu. hæred.*

Planè, si sit facta sub conditione, puta, quia dixerit institutus, adeo pro dimidia, si alia dimidia mihi non accrescat, Verius est, aditionem nullius esse momenti, † *scribunt Bart. in d. l.* 1. *nu.* 2. *vers. sed si dicta & ibi Ang. in prin. vers. hoc fallit Cast. num.* 4. *versic. & intellige Imol. num.* 1. *versic. fallit in vno, & Ias. num.* 19. *ff. de acq. hæred. Rub. in d.l. non solùm,* 8. *§. morte, num.* 371. *ff. de op. non nunt.* non solùm, quia aditio, tamquam actus legitimus per conditionis adiectionem vitiatur, † *l. eum qui.* 51. *§. fin. ff. de acq. hær. l. actus legitimi* 78 *ff. de reg. iur.* sed etiam quia † talis conditio fuit in præsens concepta, cum accretio aliarum partium statim fiat, ideoque non suspendit actum, sed eum protinus vitiat, eo ipso, quod illico verificatur, † *l. cum ad præsens,* 37 *ff si cert. pet. l. si ita stipulatus fuero.* 120. *ff. de verb. oblig. §. conditiones inst. eod.* Quamobrem dicimus protestationem factam de re, quæ de iure sit impossibilis vitiare dispositionem, si sit facta sub conditione, secus verò, si sub modo † *vt videre est apud Bart in Auth. ingressi num.* 12. *& ibi Ias num.* 36. *vers.* 2 *C. de Sacr. Eccl. Imol. in l. vbi ita donatur* 27. *nu.* 4 *uers. vel* 3 *ff. de mort. caus. donat. Rub. in l. non solùm,* 8. *§. morte num.* 368. *ff. de oper. non. nunt.* 14 15 16 17 18

Quintò denique procedunt etiam in legatis: Nam, si legatarius vnam legati partem agnouerit, censebitur totum legatum agnouisse, *l si cui res.* 60. *& ibi Imol ff. de leg.* 2. *Bart. in d.l. neminem.* 4 *num.* 2 *ff de leg.* 2. *Castr. in l si mihi, & Titio* 57. *in prin. nu.* 1. *ff. de leg.* 2. Quamobrem, & totum inuitus habere compelletur, *vt scribit Cuiac. in l. si duobus.* 16. *quæst* 6. *ff. de leg pri.* Planè in donationibus inter viuos nunquid locum habeant, quæri solet; Nam, si coram te magnam pecuniarum quantitatem posuerim, & dixerim, me tibi donare totum, tu verò partem tantùm acceptaueris, deinde vterque pœnitentia ductus, tu quidem petas residuum, eo prætextu, quod partem agnoscendo videaris agnouisse totum, ego verò contra repetam datum, eo, quod non potueris donationem pro parte acceptare, & pro parte respuere, quæritur, vter obtinere debeat. Et est verius neutrum obtinere debere, quia certum est, donationem fuisse validam pro parte acceptata, ideòque pro ea non esse locum repetitioni, pro parte verò non acceptata non valuisse, ideoque non posse peti residuum, † *Ita enim censuerunt Bart. in d.l.* 1 *num.* 6. *& ibi Bald. vers. extra quærunt, Castr num.* 5. *Alex. num.* 4. *Ias. num.* 28. *&* 29. *ff. de acq. hæred.* Nam, † cum in contractum fuerit deducta res diuidua, Consequens est, vt, licet in parte dissenserint contrahentes, valuerit tamen in ea, in qua consenserunt, *l.* 1. *§ si stipulanti ff. de verb. oblig.* 19 20

Nec obstat, quod legatum quod est quædam donatio, *§.* 1. *inst. de legat. l. legatum* 37. *ff de leg.* 2. non possit pro parte acceptari, & pro parte non, *vt diximus in hoc cap. quæst.* 23. *num.* 18. quia respondeo diuersam esse rationem legati, & donationis inter viuos; Nam, † legatum est dispositio perfecta à testatore, quæ post eius mortem non potest amplius mutari, scilicet, quia tunc temporis non adest is, qui solus eam mutare, & reformare potest, ideoque nil mirum, si debeat ad effectum perduci eo modo, quo testator voluit. At donatio est contractus, qui perficitur duorum consensu ideoque non dicitur perfectus, nisi in eo, in quo voluntas vtriusque contrahentis concurrit. Vnde, cum in proposita donatio ne voluntas vtriusque concurrerit in parte acceptata, donatarij scilicet eo ipso, quod acceptauit, donantis verò non solum, quia maiorem summam offerendo, sine dubio obtulit, & minorem, *l. qui quartam.* 15 *in prin ff. de leg pri l. cum furti.* 9. *ff. de in lit. iur.* sed etiam, quia cum fuerit præsens acceptationi partis, & non contradixerit, censetur tacitè consensisse, & eo modo effecisse, vt partis donatio fuerit vtriusque voluntate perfecta, donantis scilicet tacita, donatarij verò expressa, *vt post Aret. considerat Ias. in d.l.* 1. *num.* 30. *ff. de acq. hær.* ideò fit, vt talis donatio, tamquàm in ea parte perfecta non possit ampliùs reuocari, licet respectu partis initio non acceptatæ non possit peti, quia in ea, nec initio, nec ex post facto voluntas vtriusque concurrit, non initio, quia tunc volebat donans, sed non donatarius, neque ex post facto, quia voluit donatarius, sed non donans, ideoque tamquam imperfecta 21

cta non potest aliquam donatario actionem parere. *Ita eleganter ratiocinati sunt Bart. in d. l. 1. nu. 6. versic. non obstat, & ibi Bald. versic. extra quæstionem, Castr. nu. 5. Ias. num. 29. & 30. ff. de acq hered.*

Secundus verò casus est, quando institutus, vnam partem repudiat, & de alijs nihil dicit. Et in hoc casu valdè controuersum est, an censeatur totam hæreditatem repudiasse, ita, vt, etiamsi posteà adire velit, non tamen possit. Et hoc ple-
22 rique verius arbitrantur. † *vt Ang. in d. l. 1. num. 2. vers. tu dic, & ibi Imol. num. 3. vers. Sed opinio, Alex. num. 2. vers. Responsio Ias. nu. 24. in fi. ff. de acq. hered. Imol. in l. ult. num. 2. ff. eod. Alex. in l. cum quidam. 19. num. 3. ff. de lib. & posth. vbi ait gl. & Bart. qui tenent contrarium, nec lege, nec ratione moueri, & Cæuall. in tract. comm. contra commu. quæst. 712. vbi ait, hanc esse veritatem*, quia, qui vult vnum, censetur velle, & aliud, sine quo illud esse non potest, *l. nec is. 17. §. 1. l. illud. 76. ff. de acq hered.* Sed repudiatio partis non potest esse sine alterius repudiatione. Ergo, qui partem repudiat, censetur etiam alias partes velle repudiare.

Nec dicas maiorem procedere in eo, qui vult acquirendo, non etiam in eo, qui vult repudiando, *Quomodo respondet Bart. in d. l. 1. num. 3. ff. de acq hered.* quia hæc responsio directò repugnat ijs locis, quos supra retulimus, vtpotè in quibus tractatur de repudiatione vnius iuris, & dicitur, per necessarium antecedens præsupponere repudiationem alterius, sine quo talis repudiatio consistere non potest. *ut animaduerterunt Alex. in d. l. 1. num. 2. vers. adde, quod secunda, & ibi Ias. num. 24. versic. ista secunda ff. de acq. hered.* Quamobrem, & in simili dicimus eum, qui dominium habet pro derelicto, censeri etiam pro derelicta habere possessionem, vtpotè sine
23 qua non posset censeri dominium perdidisse, † *uti videre est apud glo. in l. si quis vi. 17. §. differentia, in verb. non vult. vers. Qualiter ergo, & ibi communiter omnes ff. de acq. poss. Et in his terminis considerat Ias. in d. l. 1. num. 24. versic. item in contrarium ff. de acq. hered.*

Sanè, si is, qui vnam partem repudiat, expressim dicat, se pro alijs velle deliberare, quia ex hoc constat, eum nondum velle alias partes repudiare, non poterit repudiatio sustineri, *secundùm Ang. in d. l. 1. nu. 2. versic. Tu dic, & ibi Imol. num. 3. versic. Sed opinio. ff. de acq. hared.* de cuius tamen rei veritate dubitat Alexander, *ibi nu. 2. versic Sed in uno*, quia, quoties facio aliquem actum, deinde adijcio clausulam, quæ sit contra naturam illius actus, tunc talis adiectio vitiatur, & non vitiat, *d. l. cum precario. 12. de preca. & d. l. si quis ita hæres institutus fuerit. 74. ff. de hered. inst. & diximus etiam supra nu. 14. & 18.* Sed, cum repudio partem, & posteà reseruo in alijs partibus, talis reseruatio est contraria repudiationi priùs factæ, quippè, quæ in parte sustineri non potest, *ut dictum est*. Debet igitur vitiari.

Præditis tamen non obstantibus, veriorem esse puto sententiam existimantium, repudiationem non valere, & ea non obstante posse institutum posteà adire, & totum conse-
24 qui, † *Quæ fuit sententia gl. in l. 2. in verb. agnoscere, versic. Itē quid ff. de acq. hered. Bart. in d. l. 1. nu. 3. & 4. versic. Quæris glo. & ibi Bald. vers. item not. ex ista gl. & Cast. n. 4. versic. in 3. casu, ff. eod. Bart. in l. quidam elogio 20. numer. 1. versic. Contra istud opp. & versic. Reassume, & est Alex. num. 2. versic. Ideo dicit, C. de iur. delib. Castr. in d. l. si solus. 79. in prin. nu. 1. & 3. versic. in 2. casu ff. de acq. hær. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num. 103. Did. Spin. in suo Spec. testa. gl. 33. nu. 63. & seqq. vbi ait, hanc esse communem, & tenendam.* Probatur autem hæc sententia.

Primò *l. si solus 79. in prin. ff. de acq. hær.* Vbi Paulus, *Si solus hæres ex pluribus partibus fuero institutus*, inquit, *vnam par-*
25 *tem omittere non possum*, quibus verbis significat, † repudiationem vnius partis non valere, Deinde subijcit, *& hic adeundo vnam portionem omnes acquiro*. Vult igitur vnius partis repudiationem non impedire, quominus institutus adhuc adire possit.

Nec dicas, Paulum loqui de eo, qui vnam partem adit, & alteram repudiat, *secundùm terminos secundi casus*, cum alioquin nos loquamur de eo, qui vnam partem repudiat, de altera verò nihil dicit, *Quomodo respondet Imol. in d. l. vlt. nu. 2. ff. de acq. hær.* quia hoc non obest: nam non dicit Paulus, partis aditionem esse factam eo tempore, quo facta est repudiatio, quo casu excluderet terminos quæstionis à nobis propositæ, sed dicit simpliciter, institutum, adeundo vnam partem omnes acquirere. Itaque potest intelligi de adeunte ex post facto, de quo nos loquimur, scilicet, quia supponimus, eum, qui partem repudiauit, & de alijs nihil dixit, velle posteà adire, & dicimus repudiationem præcedentem illi non obesse, quominùs adire possit, & adeundo totum consequi.

Secundò probatur, quia, aut supponimus repudiationem sustineri in ea tantùm parte, quæ fuit repudiata, & hoc sine dubio dicere non possumus, quia repudiatio pro parte tantùm fieri nequit *l. 2. & d. l. si solus. 79. in prin. ff. de acqu. hæred.* Aut verò supponimus, censeri etiam alias partes repudiatas, Et hoc similiter dicere non possumus, quia, cum repudiatio non fuerit facta, nisi in parte, non potest aliarum partium induci repudiatio, nisi per tacitum quoddam incrementum, vt dicimus de aditione, quæ, licet in parte facta sit, nihilominùs recipit aliarum partium incrementum eo ipso, quod ad totum trahitur, *l. si ex asse. 10. ff. de acq. hered. & diximus supra num. 2.* Atqui repudiatio tale incrementum recipere non potest: Non enim, vt aditio in parte facta trahitur ad totum, ita, & ad totum trahitur repudiatio, † *ut scribunt Bart. in d. l. 1. num. 3. & 4. & ibi Bald. in fi. Castr. num. 4 versic. in 3 casu ff. de acq. hær. Bart. in d. l. quidam elogio 20. num. 1. versic Contra istud opp. & versic. Reassume, & ibi Ias. num. 1. versic. 2. limita C. de iur. delib. Castr. in d. l. si solus. 79. in prin. num. 2. ff. de acq. hær. Ias. in d. l. cum quidam 19. nu. 3. versic Bene facit ff. de lib. & posth. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela n. 103. & in verb. si absque liberis moreretur 2. tit. de vulg. n. 47. versic. Aduertatis.* Ergo non potest aliquo modo sustineri. Minor autem illa dupliciter probatur, & 26

Primo, quia, licet ea, quæ fauorabilia sunt, in parte facta trahantur ad totum, non tamen eodem modo trahuntur ea, quæ sunt odiosa, † vt patet ex institutione, & exhæredatione: Nam, licet institutio in parte facta trahatur ad totum, non tamen ad totum trahitur exhæredatio, scilicet, quia institutio fauorabilis est, ideoque interpretatione adiuuanda, exhæredatio verò est odiosa, ideòque strictè interpretanda *l. cum quidam. 19. ff. de lib. & posth. & nos diximus in sexto cap. q. 25. nu. 4. & seqq. & in cap. septimo qu. 10. nu. 47.* Atqui aditio fauorabilis est, repudiatio verò odiosa † *ut scribunt omnes quos referemus infra nu. 48. Et simpliciter de repudiatione scribit Alc. in d. l. un. num. 25. versic Quia C. quand. non pet. part. De vtroque verò scribit Ias. in l. nec is. 17. § fin. nu. 25. ff. de acq. hær. & in d. l. re commun. num. 25.* Per illam enim efficitur, vt quis habeat hæredem, quæ res defuncto est fauorabilis, per hanc verò, vt non habeat, quæ res odiosa est defuncto, quippè cuius interest habere successorem, ne iniuria afficiatur *§. 1. inst. quib. ex caus. man. non lic. l. si pupillus paterna 42. versic. Impugnat ff. de acq. hared.* Denique per illam fit, vt testamentum sustineatur, per hanc verò, vt infirmetur, quæ res, non solùm defuncti, sed etiam Reipublicæ vtilitati repugnat, cum publicè intersit, testamentum suum sortiri effectum *l. uel negare. 5. ff. quemad. test. aper.* Ergo, licet aditio in parte facta trahatur ad totum, non tamen ad totum debet trahi repudiatio. † *Ita ratiocinati sunt Bart. in d. l. quidam elogio 20. num. 1. versic. Contra istud opp. & ibi Ias. num. 1. versic. Secundo limita C. de iur. delib. Bald. in l. 1. uersic. in gl. imò, & ibi Castr. num. 4. uersic. in tertio casu, Ias. nu. 25 & 26. uersic. Sed caue ff. de acq. hered. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxo. nom. Adela. n. 104 & in uerb. si absque liberis moreretur 2. tit. de vulg. n 47. uersic. Aduertatis. Et faciunt etiam, quæ diximus supra n. 27.*

27 (beside "quæ sunt odiosa") · 28 (beside "fauorabilis est, repudiatio verò odiosa") · 29 (beside "repudiatio. † Ita ratiocinati")

Secundò probatur minor, quia licet habitus, tamquam id, quod est, possit recipere incrementum, non tamen illud recipere potest priuatio † *l. adeò 7. §. quod si toto ff. de acq. rer. dom. & scribunt omnes, quos proximè referemus, Et in terminis exhæredationis diximus in eodem sexto cap. 9. qu. 25. nu. 5. & cap. septimo qu. 1. num. 24.* Sed aditio est habitus, cum per eam aliquid acquiratur, repudiatio verò est priuatio, quæ nihil ponit in esse. Ergo licet aditio partis recipiat totius incrementum, non tamen id recipere debet, & partis repudiatio. *Ita etiam ratiocinati sunt Bart. in d. l. 1. nu 4. & ibi Bald. uersic in gl. imò Castr. num 4. uersic. in tertio casu ff. de acq. hered. Ias. in d. l. quidam elogio. 20. nu. 1. uersic. Secundo limita C. de iur delib. Ias. in d. l. cum quidam. 19 num. 3. uersic. Benè facit ff. de lib. & posth. Gul. Ben. cap. Raynutius, in verb. & vxo. nom. Adela. num. 104. vers.* 30

uersic. Prætereà, & in verb. si absque liberis moreretur 2. tit. de uulgari, nu.47. uersic. Aduertatis. Alc. in d.l. un. num. 35. uersic. Secundo in contrarium C. quand. non pet. par.

Nec obstat, quod repudiatio in parte facta non ideò sustineatur, quòd recipiat incrementum, sed, quia per necessarium antecedens inducitur repudiatio totius, scilicet, quia, partem repudiat, censetur velle id omne, sine quo talis repu-
31 diatio valere non posset † *d. l. nec is 17. §. 1. ff. de acq. hæred. diximus supra num.* 22. Sed repudiatio facta non posset valere, nisi intelligerentur etiam aliæ partes repudiatæ, Ergo, qui vnam repudiauit per necessarium antecedens censetur, & alias repudiasse, nec dicetur id fieri iure incrementi, sed ex quadam vi attractiua necessariæ consequentiæ, *ut declarant Ang. in d. l. 1. num. 2 versic. Tu dic & ibi Imol. nu. 3. versic. Nec obstat dictum, & Ias. num. 26. uersic. Sed caue, per d. l. nec is 17. §. 1 per quem text. putat ibi Ias supradictam diuersitatis rationē confundi*, quia respondent *Bart. in d. l. 1. n. 3* regulam *d. l. nec is*,
32 procedere † in eo, qui nullo alio iure venire poterat ad rem, quàm eo, cui renunciauit, secùs verò in eo, qui alio iure venire potest, vt in casu nostro, vtpotè, in quo licet hæres repudiet partem vno iure, nempè iure institutionis, potest tamen ad eam venire alio iure, nempè iure accrescendi.

Verùm hæc responsio mihi non probatur, non, quia, qui repudiat iure institutionis, censetur etiam repudiare iure ac-
33 crescendi, † *ut considerant Alex. ibi. n. 2. vers. & pro hoc etiam facit, & Ias. nu.* 24. sed, quia supponit Bart. repudiationem valere in parte repudiata, & operari suum effectum, quoad hoc, ne repudians possit ampliùs illam partem consequi iure institutionis, quòd tamen est contrarium ipsimet sententiæ, quam nos *cum gl. & Bart. in hoc sibi contrario*, sustinemus: Dicimus enim repudiationem non valere, & ea non obstante, posse institutum adire, & totum consequi, quo posito sequitur, posse adire eo iure, quo potuisset, si facta non fuisset repudiatio, & sic iure institutionis, quia hoc est generale in om-
34 nibus casibus, in quibus repudiatio facta non valet, † *d. l. nec is 17. §. fin. & l. qui superstitis. 93. ff. de acq. hæred.* Denique, cum tractemus de hærede, qui eodem institutionis iure ad totum vocatur, intelligimus eum non posse scindere dispositionem testatoris, & partem habere iure institutionis, partem verò iure accrescendi, sed totum debere consequi eo iure, quo testator voluit, *secundum ea quæ diximus supra nu.* 8.

Quamobrem ego pro solutione contrarij puto distinguē-
35 dum, † Aut id sine quo actus, qui geritur, non potest sustineri, respicit eandem rem, ad quam quis duplici iure venire potest, vt, cum is, qui in gradu legitimæ successionis est proximior, fuit etiam à testatore hæres institutus, quo casu potest, & ex testamento, & ab intestato eandem consequi hæreditatem. Et in hoc casu verum est, eum, qui repudiat vno iure, nempè ab intestato, censeri quoque per necessarium antecedens repudiare ex alio, nempè ex testamento, sine quo non potuisset ab intestato hæreditas deferri. & per consequentias nec repudiari, *Et in his terminis procedunt in contrarium allegata*, Aut verò non respicit eandem rem, sed diuersam, puta diuersam partem, Et tunc verius est, eum, qui repudiat vnam partem non censeri aliā repudiasse, etiāsi absq; illius repudiatione nō posset ea, quę facta est, sustineri, *ut latè sup. ostēdimus.*

36 Diuersitatis ratio est, quia † primo casu repudiatio non operatur respectu alterius per modum incrementi, sed tantū per modum antecedentis, scilicet, quia supponit actum præābulum, quę suppositio non est priuationi contraria: Nō enim nouum est, remisso, & sublato consequente censeri etiam remissum, & sublatum id quod est antecedens necessarium. At secundo casu repudiatio non posset operari respectu partis non repudiatæ nisi per modum incrementi, scilicet quia repudiatio aliarum partium non posset considerari, ut antecedens, cum ad repudiationis validitatem debeant omnes partes, quæ delatæ sunt vno, & eodem tempore repudiari, sed deberet considerari, tamquam accedens repudiationi partis, quæ res, vt priuationis naturæ refragatur, ita, & ipsius repudiationis inualiditatem operatur.

Hinc intelligimus, id, quod *Ang. & qui eum sequuntur*, aiunt, per vnius priuationem induci etiam priuationem alte-
37 rius, ex vi necessariæ consequentiæ, † verum esse, sed non rectè ad speciem propositam adaptari, quia procedit, quoties priuatio alterius inducitur per modum antecedentis necessarij, vt euenit, cum tractatur de priuatione alterius iuris respicientis eandem rem, seu partem. Cæterùm, quoties priuatio alterius debet induci per modum incrementi, ut euenit, cum tractatur de priuatione alterius rei, seu partis, tunc verius est, non procedere, *secundum ea, quæ supra diximus ante vers. Tertiò denique qu.27. cap.9.*

Sanè in legatis, & fideicommissis † quorum diuersæ partes 38
vni, atque eidem legatario, vel fideicommissario deferuntur, si quæramus an valeat repudiatio vnius partis, & ad alias trahatur, refert vtrùm omnes eidem deferantur ex vno, & eodem iure an verò ex diuersis iuribus, & causis: Nam si ex vno iure, puta, quia tota res, vel plures rei partes eidem purè legatæ sint, & vna repudiatur, Nō valebit repudiatio, nec ad alias trahetur, sed adhuc poterit totā rē, vel omnes partes sibi datas agnoscere, Et si vnā partem acceptat, & alteram repudiat, nec acceptatio valet, nec repudiatio secundùm ea, quę de hæreditate diximus, *ita in specie legati scribit Cast. in l. si mihi, & Titio. 57 in prin. n. 1 ff. de leg. 2.* Scilicet, quia eadem in hoc casu est ratio legati, quæ est hæreditatis. At si deferantur ex diuersis causis, puta vna pars ex iure proprio, altera verò ex iure hæreditario, vel una ex persona propria, altera verò ex persona filij, vel serui, quem habet in potestate, certum est valere repudiationem vnius partis; nec tamen ad alias trahi *Castr. in d. l. si mihi, & Titio 57 in prin. nu.* 1. Quamobrem poterit adhuc alias agnoscere, & ita partem etiam repudiatam consequi per ius accrescendi, *secundùm ea, quæ diximus in septimo cap. q. 41. num.* 59.

Tertius denique casus est, quando hæres institutus vno, & eodem tempore partem hæreditatis adit, & partem repudiat; Et tunc plerique censuerunt, aditionem non valere † *vt Iac.* 39
de Aret quem refert Bart. in d. l. 1. num. 1. vers. Quæro vtrùm, ff. de acq. hæred & sequuntur Ias. in d. l. quidam elogio. 20. *nu.* 1. *versic. Limita nunc C. de iur. delib. Gul. Ben in d. cap. Raynutius; in verb. si absque liberis moreretur 2. tit. de vulg. num 47. versic. Plùs dico*, quia, quoties actus continet in se repugnantiam, & contrarietatem, vitiatur † *l. si Titius, 16. ff. de cond.* 40
inst. l. vbi repugnantia 149. *ff. de reg. iur.* Sed, cum hæres vno, & eodem tempore partem adit, & partem repudiat, actus in se continet contrarietatem, & repugnantiam, quia hoc modo vult, & non vult esse hæres: Debet igitur vitiari.

Sed hoc non obstante verius, & receptius est, valere aditionem, & vitiata repudiatione ad totum trahi, & per consequentias adeuntem fieri hæredem, non solùm pro parte, quā acceptauit, sed etiam pro ea, quam repudiauit. † *Ita censuerunt gl. in l. 2. in verb. agnoscere, vers. sed, cum partem. ff. de acq.* 41
hæred. Bart. in d. l. 1 num. 1. vers. Quæro, vtrùm, & vers. Si verò, & ibi Bald. in fin. Ang. n. 1. Castr num. 4. vers. in secundo casu, Imol num. 2. vers. not. diligenter, Alex num. 1. vers. item, Bart. & Ias. n. 17. ff. eod. Alex. cons. vlt. nu. 8 vol. 5. Soc. Sen in l. 1. nu. 31. vers. Ad tertiam, ff. de vulg. Gul. Ben. in dict. cap. Raynutius in verb et vxo. nom. Adel. num. 103 Gomez. d. tom. 1. variar. resol. cap. 10. n. 19. Crass. in d. §. ius accrescendi q. 21 num. 5. Rot. Luc. decis. 93. in princ. Quæ sententia probatur

Primò, quia, quoties id, quod adijcitur, repugnat naturæ actus præambuli, non vitiat actum, sed vitiatur † *l. cum precario. 12. ff. de preca l. si quis ita hæres institutus fuerit. 74. ff. de* 42
hæred. inst. Sed, cum hæres partem adit, & partem repudiat, quatenus repudiat, dicitur adijcere qualitatem repugnantē naturæ actus præambuli, scilicet, quia aditio, quæ præcedit, hanc habet à iure naturam, vt, etiamsi fiat in parte, valeat, & ad totum trahatur *l. si ex asse 10. ff. de acq. hæred.* Non debet igitur talis adiectio vitiare aditionem, sed potius vitiari. *Ita arguunt Imol in d. l. 1. num. 3. & ibi Alex. num. 1 in fin. Ias. num. 18. ff de acq. hæred.*

Secundo probatur, quia ex duobus incompatibilibus, id, quod est fauorabilius præualet alteri, & eo vitiato sustinetur † *d. l. si quis ita hæres institutus fuerit 47. ff. de hær. inst.* Sed aditio est fauorabilior repudiatione *per ea, quæ dicimus infra nu.* 50. Debet igitur repudiationi præualere, & ea vitiata sustineri. *Ita gl. in d. l. 2. in verb. agnoscere, versic. Sed, cum partem. ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. 1 num. 4. & ibi Bald. vers. in gl. imò & vers. item not ex ista gl. & in fin. & Castr. num. 4. vers. in secundo casu ff. eod. Alex. d. cons vlt. nu. 8. vol. 5. Et tradunt etiam ij, quos referemus infra num* 50.

Neq; obstat contrariū, quia negat Bartolus, hic adesse repugnan-

44 pugnantiam,† quod ea ratione probat,quia posito,quod valeret repudiatio, nihilominus adiens in totum succederet per ius accrescendi, nec continet repugnantiam, si quis ex institutione repudiet, quod iure accrescendi est postea habiturus, quia hoc fit etiam in specie *l.si ita ex parte.75.vers. item, si ita ff.de acq. hered.* Quinimò, licet expressim diceret, se,nec iure institutionis, nec iure accrescendi velle partem repudiatam, adhuc tamen totum habere cogeretur, quia, cum ius accrescendi non personæ sit,sed portionis *l.si totam.82.ff. de acqu. her.* Consequens est,vt ei persona renuntiare nequeat. *Ita respondendo declarant Bart in d.l.1.num.1.vers. Puto & num. 2, ff.de acq.her.Gomez.d.cap.10.num.19.*

Verùm hæc responsio fuit ab alijs communiter improba-
45 ta, *vti videre est apud Alex.in d.l.1.num.1.vers. Et si teneremus,& ibi Ias.num.20.ff.de acq hered* non solùm,quia non est generalis, cum non possit ad eum referri, qui cohæredem, aut substitutum habet, *vt considerat Ias.in d.l.1.num.20.vers. item ratio,* sed etiam, quia supponit Bartolus repudiationem valere, & partes repudiatas ad institutum per ius accrescendi pertinere, quod perspicuè falsum est, quia institutus, qui totum habere potest iure institutionis, non potest scindere dispositionem, & partem capere iure institutionis, partem verò iure accrescendi, sed totum habere debet eo iure, & ti-
46 tulo, quo testator voluit, & sic iure institutionis, *vt declarat Bart. (secundùm eos) in hoc sibi contrarius in l.vlt num.1. vers. Aut in parte, quem ibi probat Imol.num.1.ff.eod. Et in proposito considerant Imol.in d.l.1.num.3.vers. item non est verum,& ibi Alex.num.1.vers. Adde, & Ias.num.20.ff. eod.* Quod est verissimum,& probatur *l.si quis heres.35.in prin ff.de acq hered.* Nam, si cogitur, eodem habere modo, quo testator disposuit, cum ad plures hæreditatis partes diuerso iure vocatur, idest partim iure institutionis, & partim iure substitutionis, multò magis eodem debet habere modo, cum vocatur eodem titulo, cum maior in hac,quam in illa specie, sit vnitatis ratio, *vt arguunt Alex.in d.l.1.vers. Potest etiam dici, & ibi Ias. num.20.ff.eod.*

Nec est contrarium, quòd in specie *l.si ita ex parte*, possit quis vnam partem omittere ex causa institutionis,& eandem
47 habere ex iure accrescendi, quia id verum est † duobus concurrentibus. Primò, quod diuerso,non eodem iure ad vtramque partem vocetur, puta ad vnam iure institutionis, ad alteram verò iure substitutionis. Secundò, quod vocatus non incipiat ab aditione, sed à repudiatione, *vt ostendemus in hoc cap.qu.29.num.12.vbi de hac replenius differemus.* Vnde,cum in casu proposito vtrumque deficiat, scilicet, quia supponimus eodem,non diuerso iure partes esse delatas,& institutum ab aditione incæpisse. Consequens est, vt eius loci dispositio non possit ad speciem propositam adaptari.

Sanè, quamquam hæc vera sint, non propterea tamen rectè Bartolus, quasi parum sibi constans notatur, quia non dixit simpliciter, repudiationem valere, & partem repudiatam ad institutum per ius accrescendi pertinere; sed posito, quod valeret,nihilominùs rem eundem effectũ habituram. Itaque hoc modo loquendo supponit, dubium esse,an valeat repudiatio, circa quod nihil determinat, sed hoc solùm ait, posito, quod valeret,adhuc tamen institutum consequi totum per ius accrescendi.

Crediderim tamen alia ratione Bartoli responsionem non posse sustineri, quia scilicet, negat subesse repugnantiam, cum hæres eiusdem hæreditatis partem adit,& partem repudiat, quod tamen re vera negari non potest, cum repugnare
48 dicantur ea, † quæ simul esse non possunt, tametsi diuersas partes respiciant, vt patet *ex l.ius nostrum.7.ff de reg.iur.* vbi pugnare dicitur, quod quis possit pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere, licet hoc diuersas respiciat hæreditatis partes.

Nec obstat, quod vitiata repudiatione sustineatur aditio, & ad totum trahatur, quia,cum hoc sit, de quo quæritur,an valeat aditio, stante,quod in se continet repugnantiam, & contrarietatem,non rectè ab eo ducitur contrarij argumenti resolutio.

Quamobrem alij respondent, repugnantiam, & contra-
49 rietatem tunc vitiare,† cum verba repugnant totali dispositioni, vt, cum dicitur, adeo, & nõ adeo,quo casu repugnantia excludit, & remouet consensum in totum, secùs verò, cũ eum excludit tantùm in parte: Nam tunc non vitiat actum, imò illa pars, in qua est consensus trahit ad se aliam,& remanet tota dispositio valida, & tollitur, ac vitiatur dissensus adhibitus in parte, tamquàm appositus contra substantiam actus *d l.cum precario.12.ff.de precar. Ita respondeat Bald.in d. l.1.in fin & ibi Ias.num.21.ff.de acq.hæred.Gomez.d.cap.10.nu. 19.vers. Nec obstat. Et est etiam de mente eorum, quos retulimus supra num.25.* Quæ responsio,licet in se vera sit,non tamen (meo iudicio) rem explicat, vt oportet. Ita enim facilliùs responderi potest,† Aut contrarietas, & repugnantia 50
versatur circa eandem rem, vt, cum quis eandem hæreditatem, aut hæreditatis partem simul adit,& repudiat. Et tunc, quia repugnantia est naturalis,cum per rerum naturam fieri non possit, vt vna, & eadem res eodem tempore, & respectu eiusdem personæ sit, & non sit,ideò,tamquàm naturæ repugnans remanet indissolubilis, & per consequens vitiat actũ. Aut verò contrarietas, & repugnantia versatur circa res,seù partes diuersas, vt, cum quis vult decedere pro parte testatus & pro parte intestatus, vel pro vna parte vult esse hæres,pro alia non, Et tunc, quia repugnantia est ciuilis, non naturalis, cùm natura non repugnet, sed iuris tantùm regula,ideò fit, vt, tamquàm dissolubilis, & resolubilis non vitiet actum. Resoluitur autem,& dissoluitur vitiato vno ex ijs,quæ simul esse non possunt. Vtrum autem ex repugnantibus sustineri, aut vitiari debeat, spectandum est, quod est potentius, & fauorabilius; Nam illud præualet, ac sustinetur, & ad se minus potens, & fauorabile trahit. Vndè, cum in proposito aditio sit fauorabilior repudiatione *per ea, quæ dicemus infra num 50.* fit, vt debeat repudiationi præualere, & per consequentias,non solùm sustineri, sed etiam ad se trahere partem repudiatam, *vt scribunt omnes, quos retulimus supra numer.41.*

Nec obstat, si dicatur, quoties testator instituit hæredem ex parte, vel re certa & in residuo prohibet ius accrescendi, contrarietatem,& repugnantiam,non circa eandem rem,seù partem versari, sed circa partes diuersas, & nihilominùs vitiare testamentum, † *secundum opinionem Bart. & aliorum, quos referemus in decimo cap qu.17 num.6.* quia (*vt Gomez.d. cap.10.num.19. vers Aduertendum,* & aliorum solutiones omittam) respondeo,hoc non officere, sed confirmare superiorem responsionem; Nam, quia contrarietas, & repugnãtia non versatur circa eandem rem, ideò fit, vt non vitiet testamentum, secundùm veriorem opinionem, *quam ibi defendemus num.6.& seqq.* scilicet,quia talis repugnantia est ciuilis non naturalis ideòque per vitiationem eius, quod est minus fauorabile sustinetur. Vndè, quia minus fauorabilis est illa pars, quæ ius accrescendi prohibet, tamquàm ea,quæ tendit ad infirmationem testamenti, ideò fit, vt uitietur prohibitio, & perinde fit, ac si testator simpliciter,& sine illa adiectione hæredem instituisset, *d.l.si quis ita hæres institutus fuerit.74.ff. de hered.inst & nos ibi late ostendemus.* Et hæc dicuntur,quoties aliæ partes iam delatæ sunt. 51

SVMMARIVM.

1 *Institutus pro parte purè,& pro parte sub conditione si adeat puram, aditio trahitur ad aliam partem, & quid si adsit cohæres, vel substitutus num.2.& 22.*

3 *Repudiatio partis delata, non trahitur ad partem conditionalem. quoties is, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, incipit à repudiatione pura, & num. seqq.*

12 *Vbi, quis eodem iure vocatur ad plures eiusdem hæreditatis partes, debet omnes consequi eo iure,& modo, quo testator voluit; Declara vt hic,& num.17.*

14 *Delata dicitur hæreditas, quam quis adeundo consequi potest. Declara vt num.14.*

15 *Pars hæreditatis potest dici delata duobus modis, principaliter, & accessoriè: Et quæ vtilitas numer. 15. & seq.*

19 *Id, quod habetur iure accrescendi, censetur haberi iure institutionis, Declara,vt num.seqq.*

An,

An, & quando aditio, vel repudiatio partis facta ab instituto trahatur ad alias, quæ nondum erant delatæ.

QVÆSTIO XXIX.

SVperest, vt videamus, an, si quo tempore, hæres institutus vnam partem adit, aut repudiat, nondum erant aliæ delatæ, vt, quia fuerint relictæ sub conditione, quæ tunc temporis nondum erat purificata, vltietur aditio, vel repudiatio, an verò potiùs valeat, & ad alias trahatur. Constat autem in hac re duos esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando is, qui ex parte purè, & ex parte, seu partibus sub cōditione fuit institutus, incipit ab aditione puræ, Et tunc certum est, valere aditionem, & trahi etiam ad
1 alias, † ita, vt existente conditione cogatur institutus etiā eas habere eodem iure, & modo, quo testator voluit, & sic iure institutionis, siue solus institutus sit, nec in conditionali substitutum habeat, siue datus ei sit cohæres, aut substitutus, *vt ostendimus in hoc cap. q. 19 num. 6. & seqq.*

Sanè, si cohæredem, aut substitutum habeat, hoc ita de-
2 mùm verum est, si, † conditio extiterit viuo instituto: Nam, si post eius mortem, vel ad substitutum pars conditionalis pertinebit, vel ad cohæredem, pro ea scilicet portione, quam amota institutione non fuisset habiturus, pro alia verò, pertinebit quidem ad hæredem, sed iure accrescendi non iure institutionis, *vt latè ostendemus in quæst. seq. vbi de trāsmissione partis conditionalis disputabimus.*

Secundus verò casus est, quando institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione incipit à repudiatione puræ; Et tunc plerique censent idem esse dicendum, quod de eo diximus, qui ex duabus partibus purè fuit institutus, & sic non valere repudiationem, & institutum posse ea non obstante
3 adire, & totum consequi, † *Ita enim censuit Castr. in d. l. si solus 79 in prin. num. 3. vers. in 2. casu ff. de acq. hær.*

Sed mihi videtur verius, valere repudiationem, & exclu-
4 dere repudiantem à parte pura, † quia, cum ea fuerit ex dispositione testatoris delata, Consequens est, vt repudiari potuerit. *l. in. qui hæres. 13. in prin. ff. de acq. hæred.*

5 An autem excludat etiam à conditionali, † si quæramus, puto multùm referre, vtrùm consideremus conditionalem, quatenus debet ad institutum per ius accrescendi pertinere, an verò, quatenus iure institutionis: nā, si primo effectu, cer-
6 tum est, etiam ab ea excludere, † quia, cum excludat à pura, quæ consideratur, vt principalis, consequens est, vt censeatur etiam excludere à conditionali, quæ consideratur, vt accessoria, cum portio portioni accrescat, & per consequentias nō accrescat ei, qui portionem non habet, *l. si totam 82. ff. de acq. hæred.*

Hinc fit, vt, si posteà conditio, sub qua fuit in alia institutus, deficiat, nullam ampliùs hæreditatis consequendæ spem
7 habeat, † cum ab ea remaneat omni iure exclusus, siue ius
8 institutionis spectemus, siue ius accrescendi: nam, † si ius institutionis, remanet exclusus partim repudiatione, partim conditionis defectu, si verò ius accrescendi, ideò remanet exclusus, quia, cum nullam habeat portionem principalem, cōsequens est, vt nullam etiam habere possit accrescentem. *secundùm ea, quæ supra diximus*. Et simili modo excluditur
9 etiam à conditionali, quandiù conditio pendet, † quia, cum ea non possit instituto acquiri, nisi iure accrescendi, *vt diximus supra nu. 2.* sequitur interim non posse ad eum pertinere stante repudiatione, quæ, vt à pura, ita etiam à conditionali, tamquam accrescente excludit. Denique, si pendente conditione moriatur, excludetur hæres à tota hæreditate, etiamsi
10 posteà conditio extiterit, † quia, nec puram habere potest, tamquam à defuncto repudiatam, *l. vn. C de his, qui ant. aper. tab.* nec conditionalem, tamquam eam, quæ mortuo pendente conditione instituto non potuit ad hæredes transferri, *d. l. liber homo 59. §. si ita scriptum, ff de hær. inst.*

Cœterùm, si consideremus partem conditionalem, quatenus ad institutum debet pertinere iure institutionis, verius
11 crediderim, † repudiationem ei non nocere, sed ea non obstāte posse adire conditionalem, si posteà conditio extiterit eo viuo, & ita adeundo consequi etiam partem puram, quę fuerat repudiata, quippe, quæ conditionali accreuit, sed consequi iure accrescendi, non iure institutionis, cui stante repudiatione locus esse nequit: Nam, cum hoc seruetur in eo, qui ex parte institutus, & ex parte cohæredi substitutus est, si ex institutione repudiet, *l. si tu ex parte 75. ff. de acq. hæred. & dicemus in hoc cap. qu. 34. n. 22.* Consequens est, vt debeat etiam seruari in eo, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione fuit institutus, si puram repudiet, cum ille huic dicatur esse similis, *l. 1. §. id. quod ff. ad l. Falc.*

Hinc intelligimus nos in duobus à cæteris dissentire, & primò in eo, quia censent repudiationem partis purę non valere, cū alioquin ipsi validam esse arbitremur, Cuius rei magna est vtilitas, quia, si non valet, poterit institutus etiam nō existente conditione adire, & totam consequi hæreditatem, Contra verò, si valet, necessariò erit expectandus conditionis euentus, quia, si extiterit conditio, poterit adire, & totum consequi, si verò defecerit, omnimodo remanebit exclusus. Secundò in eo dissentimus, quia censent ad institutum pertinere etiam partem puram iure institutionis, cū alioquin nos arbitremur, non, nisi iure accrescendi pertinere, quod repudiatio, tamquam valida operetur, vt institutio respectu partis repudiatæ, nunquam possit habere locum.

Nec obstat quod, vbi quis eodem iure vocatur ad plures eiusdem hæreditatis partes, debet omnes consequi eo iure, & modo, quo testator voluit, *vt diximus in hoc cap. quæst. 28. nu. 8 & supra num. 1. & dicemus etiam in quæst. seqq.* quia respondeo distinguendo † Aut institutus incipit ab aditione, Et tūc 12
procedit contrarium, quia non potest, vnam partem habere iure institutionis, sed omnes habere debet eo modo, quo testator voluit. *Et ita procedunt ea, quæ diximus in locis supra legatis, & in specie declarat Imol. in d. l. si solus 79 n. 1. vers. in eadem gl. ff. de acq. hær.* Aut verò incipit à repudiatione, & tunc subdistinguendum est, aut tempore, quo repudiat, omnes partes erant delatæ, puta, quia omnes erant purè relictæ, aut etiā sub conditione, quæ iam erat purificata, Et tūc similiter procedit contrarium quia non potest institutus vnam partem ex institutione repudiare, & alias agnoscere, sed vnam adeundo, consequitur iure institutionis omnes *d. l. si solus. 79. in prin. Et in his terminis procedunt ea, quæ diximus in q. 24. n. 132.* Aut verò tempore repudiationis non erant omnes delatæ, sed vna tantùm, Et tūc verius est, partem repudiatam non posse ampliùs haberi iure institutionis, sed ad institutum, qui alias posteà partes adit, debere per ius accrescēdi pertinere *d. l. si tu ex parte, Et ita intelligo Imol. in d. l. si solus nu. 1. vers. in eadem gl. Et procedunt; quæ supra diximus.*

Nec est, quod aliquis obijciat, in specie proposita censeri etiam partem conditionalem delatam, quo tempore defertur pura, cum conditio sub qua data est, non attendatur, nec expectetur, tamquam frustratoria, *vt diximus supra n. 11.* ideòq; nos versari in ijs terminis, in quibus non potest institutus vnā partem consequi iure institutionis, alteram verò iure accrescendi, sed necessariò debet omnes habere eo modo quo testator voluit. *secundùm ea, quæ supra diximus*, quia respondeo; Primò, negando, † partem conditionalem censeri delatam 13
eo tempore, quo defertur pura: nam, quia testator eam sub conditione reliquit, ideò fieri non potest, vt secundùm voluntatem, & dispositionem testatoris deferatur priùs, quam extiterit conditio.

Nec obstat, quod delata dicatur hæreditas, quam quis adeundo consequi potest *l. delata 151. ff. de verb. sign.* & quo tempore defertur pura, possit etiam acquiri conditionalis, *vt diximus supra nu. 12.* quia respondeo distinguendo, † aut po- 14
test acquiri principaliter, & per se, vt euenit, cum testator eā purè reliquit, aut etiam sub conditione, quæ est purificata, Et tunc dicetur delata, Aut verò potest acquiri non principaliter, & per se, sed accessoriè ad aliam, vt in casu proposito, Et tunc verius est, non censeri delatam, quia, nec ex dispositione testatoris defertur quippe, qui eam sub conditione reliquit, nec ex dispositione legis, quæ ita demùm vult eam ad institutum pertinere, si is partem puram adierit, quo casu etiam conditionalis accrescet. Antequam igitur puram adeat, non poterit conditionalis dici delata.

Et sanè magna est differentia, vtrùm pars deferatur principaliter, an verò accessoriè: Nam, si principaliter, & adiri 15
per se, & repudiare poterit, si verò accessoriè, non poterit.

Ita-

Itaque respectu aditionis, aut repudiationis, solùm erit pars principalis attendenda, quia, si adeatur principalis, censebitur etiam accrescens acquisita, si verò illa repudietur, censebitur etiam hæc repudiata, non per modum incrementi, sed per necessariam quandam consequentiam, scilicet quia sublato principali censetur etiam sublatum accessorium *l. cum principalis 139. ff. de reg. iur.* Nec dicas videri hæc ijs contra-
16 ria, quæ diximus *in hoc cap qu* 28 *nu* 30. quia verius est, † non esse contraria, sed multùm diuersa: nam ibi tractatur de partibus, quæ æquè principaliter deferuntur, & dicitur, vnius repudiationem non valere, quia cum ad alias non possit trahi, nisi per modum incrementi, quod repudiatio tamquàm priuatio recipere non potest, fit, vt, tamquàm de vna tantùm parte facta, non valeat. At hic nos loquimur de duabus partibus, quarum vna est principalis, altera verò accessoria, & dicimus, pro validitate repudiationis spectandam tantùm esse partem principalem, quoniam ea repudiata censebitur etiam repudiata accessoria, tamquàm ea, quæ sine principali consistere non potest, *ut dictum est*.

Hinc intelligimus in specie proposita, si is, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, puram repudiet, valere repudiationem, & eum excludere, non solùm à parte pura, sed etiam à conditionali, à pura, quatenus iure institutionis deferabatur, à conditionali verò, quatenus ei poterat accrescere, sed non excludere à conditionali, quatenus deferri potest iure institutionis, vt euenit, cum postea exitit conditio, quia tunc non consideratur ampliùs, vt accessoria, sed, vt principalis, quo respectu, nec vnquam fuit repudiata, nec repudiari potuit, Imò non excludere etiam à parte pura, quatenus consideratur, vt accessoria ad partem conditionalem, quia adeundo ex conditionali purificata, consequetur etiam puram quæ iam ei accreuit, *vt dictum est*.

Secundò respondeo, quod dicimus, eum, qui ad plures hæreditatis partes vocatur, debere omnes habere eo modo, quo testator voluit procedere, † si ad omnes vocetur eodem iure,
17 idest, iure institutionis, *vt est de mente omnium, quos retulimus supra num.* 12 *& in hoc cap qu.* 9. *nu.* 18. In casu autem proposito non vocari ad omnes eodem iure, quia priùs, quam conditio exsisteret, vocabatur ad puram iure institutionis, ad conditionalem verò iure accrescendi, postea verò quam puram repudiauit, & alterius exitit conditio vocatur iure institutionis ad conditionalem, ad puram verò iure accrescendi, *secundùm ea, quæ diximus*, ideòque non procedere.

Denique non obstat, quòd institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione non dato cohærede, aut substituto, non differat ab eo, qui ex duabus partibus purè institutus est, *ut docuerunt ij quos retulimus supra nu.* 3. & is, qui purè institutus est, si vnam repudiet, & postea aliam adeat (quod secundùm veriorem, & receptiorem sententiam facere potest, *ut ostendimus in hoc cap. q.* 28 *nu.* 14.) consequitur etiam partem repudiatam iure institutionis, *ut ibi diximus nu.* 12. quia res-
18 pondeo, comparationem fieri, † respectu acquisitionis, non etiam respectu iuris, & causæ: Nam respectu acquisitionis pari passu ambulant, scilicet, quia, vt ex omnibus purè institutus vnam adeundo consequitur omnes, *ut diximus supra nu.* 1. Ita &, qui ex parte purè & ex parte sub conditione institutus est, si puram adeat, fit hæres etiam ex conditionali, *ut diximus supra nu.* 3. Et, quemadmodum priore casu, qui vnam repudiat, potest nihilominùs ex post facto aliam adire, & adeundo totum consequi, *ut diximus supra nu* 5. ita etiam in posteriore, si postea conditio extiterit. *ut supra dictum est* At respectu causæ, seu iuris acquirendi, magna est inter huiusmodi species differentia, quia, qui ex vtraque purè institutus est, vtramque potest, & debet eodem iure consequi, nempè iure institutionis, nec potest scindere, propterea quod vno, & eodem tempore vtraque defertur, & quidem principaliter, ac eodem iure institutionis: At, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, licet statim vtramque consequi possit, non tamen potest consequi eodem iure, quia conditionalem iure institutionis consequi nequit priùs, quam conditio extiterit, sed potest consequi iure accrescendi, & sic non principaliter, sed accessoriè, ideòque, si repudiet puram, valet repudiatio respectu puræ, & verò etiam respectu conditionalis, quatenus puræ poterat accrescere, sed non respectu conditionalis, quatenus iure institutionis deferri potest; Quo fit, vt, si postea extiterit conditio, non impediatur institutus, quominùs eam adire possit, & adeundo consequi etiam puram, quam priùs repudiauerat, non quidem iure institutionis, vtpote à qua fuit per validam repudiationem exclusus, sed per ius accrescendi. *secundum ea quæ supra diximus*.

Nec est, quod aliquis obijciat, id, quod habetur iure accrescendi, censeri etiam haberi iure institutionis, † *ex ijs quæ dicemus in hoc cap. q.* 45. *num.* 4. cum pars accrescens habeatur eodem iure, & titulo, quo pars principalis, *ut dicemus ibi nu.* 2. ideòque perperam nos videri ea, quæ capiuntur iure accrescendi ab ijs, quæ capiuntur iure institutionis distinguere, quia respondeo, Primò, nos hic tractare de ijs, quæ capiuntur titulo institutionis verè, cum alioquin ea quæ capiuntur iure accrescendi, non verè, sed fictè iure institutionis haberi intelligantur: † nam, quia institutio in parte conditionali facta locum non habuit ob defectum conditionis, ideò dicere non possumus, eam re vera pertinere ad institutum, aut eius hæredem iure institutionis, quippe, quæ locum non habuit. Sed, quia pars illa eo ipso, quod alteri parti accreuit, ita est cum ea coniuncta, ut censeatur una, & eadem res cum illa, *sicuti dicemus in hoc ipso cap. qu.* 44. *nu.* 6. ideò fit, ut eodem quo illa censeatur haberi iure, & sic iure institutionis, sed ficte, non verè. Secundò respondeo, haberi iure Institutionis, non, quatenus facta est in ipsa parte accrescente, sed quatenus est facta in parte principali: † nam iure institutionis factæ in parte pura habet quis, non solùm partem puram, quæ est principalis sed etiam conditionalem, quæ illi accreuit. Itaque habet eam iure institutionis, non propriæ, sed alienæ. Et ita res est declaranda in tota hac materia, cum de eo loquimur, qui ex pluribus partibus institutus est, & dicimus aliquo casu partem ad eum, uel hæredem eius, non iure institutionis, sed iure accrescendi pertinere.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties is, qui substitutum habet incipit ab aditione puræ partis. Cæterùm, quoties incipit à repudiatione, & quærimus, quid iuris sit, puto eadem hic esse dicenda, quæ diximus *supra nu* 3. *& seqq.* de eo qui solus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est: Nam, † & repudiatio valet, *vt fatetur Castr. in d. l. si solus. 79. in prin. num. 3. vers. in 2. casu*, & excludit repudiantem, non solum à parte pura, sed etiam à conditionali, quatenus puræ poterat accrescere, sed non, quatenus ad eam venire potest iure institutionis, quoniam hoc respectu pars illa, nec fuit repudiata, nec repudiari potuit, *ut diximus hi nu.* 6. Quamobrem, si postea extiterit eius conditio, poterit institutus non obstante repudiatione adire partem conditionalem. & ita adeundo consequi etiam partem puram, quam priùs repudiauerat, non quidem iure institutionis; quippe, cui stante repudiatione locus ampliùs esse nequit, *tametsi Bart. in d. l. vlt num. 1. versic. aut in parte ff de acq. hæred contrarium censuerit*, sed iure accrescendi, quia pars repudiata accreuit parti non repudiatæ, & per consequentias transit in eos, qui partem non repudiatam postea consequentur. Quod, si uel conditio non extiterit, uel extiterit quidem, sed post mortem instituti, tunc tota hæreditas ad substitutum pertinebit, quia adeundo partem, in qua fuerat substitutus, consequetur etiam partem repudiatam, quæ illi accreuit *ut declarat Cast. in d. l. si solus 79. in prin. num. 3. vers. in 3. casu*, Sed hoc ita demùm verum est, si substitutio in omnem euentum facta sit. Cæterùm, si sit facta in casum tantum deficientis conditionis, & post mortem instituti extiterit conditio, magis est, vt tota hæreditas debeat ad venientes ab intestato pertinere, quia in hoc casu, nec hæres instituti, admitti potest, nec substitutus: non hæres instituti, quia in eum, nec pars pura fuit transmissa, tamquàm repudiata, nec pars conditionalis, tamquàm ea, quæ, vt simplex non potuit mortuo pendente conditione instituto ad hæredem transferri. Neque potest admitti substitutus, quia propter conditionis euentum, qui respectu ipsius substituti, defectus conditionis est, remanet exclusus. Omnimodo igitur, tamquàm nullo existente, qui ex testamento hæreditatem obtinere possit debet illa ad venientes ab intestato pertinere. Et hæc de secundo effectu.

19 20 21 22

SVMMARIVM.

1 *Institutio conditionalis non transmittitur ad hæredes nu.* 8. *nisi sit coniuncta cùm iure accrescendi nu.* 3. 5.

2 *Ins*

2 *Ius accrescendi transmittitur ad hæredes, etiamsi coniunctus nondum parte defecta decesserit.*

4 *Institutus ex parte purè, & ex parte sub conditione, si ex pura adierit, & pendente conditione decesserit, etiam partem conditionalem ad suos hæredes transmittit. Sed an iure accrescendi, an iure institutionis, nu.5.*

6 *Intellectus l. qui ex duabus.53 in prin.ff de acq.hæred.latissimè.*

12 *Institutus in duabus partibus dicitur etiam, qui solus institutus est.*

20 *Responsiones, quæ dantur legibus supplendo aliquod verbum, quod in lege non est, dicuntur emplastra.*

25 *Intellectus l un §.& cum triplici, C.de cad.toll.& seqq.*

26 *Caducariæ leges non ius institutionis, aut substitutionis, quæ veniunt ex dispositione defuncti, sustulerant, sed solum ius accrescendi, quod ex dispositione legis proficiscitur.*

27 *Substitutiones vulgares inducta ad euitanda caduca, & ad excludendum fiscum.*

28 *Institutus ex parte pure, & ex parte conditionali, non solus, sed dato coherede, si ex pura adeat, & pendente conditione pereat, transmittit ad hæredes suos etiam partem conditionalem, sed pro ea quota tantùm, quam etiam deficiente conditione fuisset habiturus, sed quo iure, an iure institutionis, an iure accrescendi disputatur num. 29.*

30 *Institutus solus ex parte purè, & ex parte sub conditione, sed in conditionali substitutum habens, si ex pura adeat, & posteà pendente conditione pereat, non transmittit conditionalem ad suos hæredes, nisi deficiat substitutio num. 31. Nam tunc transmittitur, & an iure accrescendi, an iure institutionis conditionalis num.32.*

An, & quando institutio coniuncta in iure accrescendi transmittatur ad hæredes.

QVÆSTIO XXX.

Tertius huius vnionis, & coniunctionis effectus est, quia, licet institutio conditionalis regulariter non transmittatur ad hæredes, si institutus pendente conditione decesserit
1 † *l.liber homo.59.§.si ita scriptum ff.de hæred inst.* & in hoc differat institutio à iure accrescendi † *d. l. liber homo. 59. §. si ita*
2 *scriptum, & ibi Bald.vers.Et iste §. & Ang. vers. in text. ibi, Imol.in prin & in fi.Castr in l.qui ex duabus 53. in prin. num.2. ff.de acq.hæred* quippè, quod transfertur ad hæredes, etiamsi coniunctus nondum parte defecta decesserit, *ut diximus in septimo cap.q.62.nu 19.* tamen, si institutio sit coniuncta cum iure accrescendi, transmittitur † *ut scribunt glo. in d l.qui ex*
3 *duabus.53 in princ.in verb. Ea quoque pars, & ibi Bart.in fin. Castr num.2.vers.Et est casu, Imol.vers.Aduerte tamen ff de acq.hæred.Bald.in d.l.liber homo.59.§.si ita scriptum vers. Not. quod licet, & ibi Imol.nu.8.vers Item not.ff.de hæred.inst. Alex. cons 20.num.7.uol.1.Ias.in l.qui plures. 23. num. 2. ff. de vulg. Soc.Sen consil.153.nu 10.uol.2.Ant.Gabr.lib.4.Comm.op.tit.de hæred inst.concl.2.nu.14.* Nam, cum etiam pars conditionalis censeatur acquisita, *ut ostendimus in hoc cap. qu. 19, num.6.* Consequens est, vt ad hæredes transmittatur, *secundùm regulam l.un §.in nouissimo C. de cad.toll.*

Hinc infertur primò, eum, qui solus ex parte purè, & ex parte sub conditione fuit institutus, & in conditionali non habuit substitutum, si ex pura adierit, & pendente conditione decesserit, censeri etiam partem conditionalem ad suos hæredes transmisisse, † *Men cons.105. num.19. & 20.* quia,
4 cum adeundo ex pura statim etiam ex conditionali fuerit, factus hæres, *ut ostendimus in hoc cap.q.21.nu.5.* Consequens est, vt etiam, tamquam acquisitam censeri debeat in suos hęredes transtulisse.

Quo autem iure pars illa pertineat ad hæredes, iurenè accrescendi, an verò iure institutionis, † si quæramus, constat
5 referre, vtrùm post instituti mortem conditio defecerit, an verò extiterit: Nam, si defecit, certum est, non, nisi iure accrescendi pertinere, quia, cum institutio ob defectum conditionis, ne in persona quidem defuncti potuerit habere locum, *vt ostendimus in d.qu.21.num. 5. & seqq.* Consequens est, vt multò minùs possit habere locum in persona hæredum, quippè, qui minus in hoc iuris habent, quam defunctus *d.l. liber homo.59.§ si ita scriptum ff.de hær.inst.*

Quod, si conditio extiterit, licet plerique censuerint, non nisi iure accrescendi pertinere, *ut Ang.in d.l. qui ex duabus. 53.in prin.vers.Ideò Hugo ff.de acq.hæred.* quod spes conditionalis institutionis non potuerit ad hæredes transferri *d. §. ita scriptum*, Verius tamen, & receptius est pertinere iure institutionis. *Ita enim scripserunt Bart. in d.l.qui ex duabus, versic. Vel clariùs, & ibi Imol.vers.Aduerte tamen*, quia, cum institutio fuerit cum iure accrescendi coniuncta, *ut diximus in hoc cap.q.16.nu.* 3. Consequens est, vt ex eius vi potuerit ad hæredes transferri, *secundum ea quæ diximus supra num.3.*

Verùm his, quæ diximus, grauiter aduersari videtur *d.l. qui ex duabus.53 in prin.ff.de acq.hæred.* † vbi Caius, *Qui ex* 6
duabus partibus hæres institutus fuerit, inquit, *ex alia purè, ex alia sub conditione, & ex pura institutione adierit, & decesserit, posteàque conditio extiterit, ea quoque pars ad hæredem eius pertinet.* Nam diligenter ponderanda sunt illa verba, *posteàque conditio extiterit*, quippè, quæ significant, partem conditionalem ita demùm ad hæredem instituti, qui pendente conditione decessit pertinere, si posteà extiterit conditio. Ergo à contrario sensu supponunt, si non extiterit, non pertinere, quod est contrarium ijs, quæ supra diximus, scilicet pertinere, sed iure accrescendi, non iure institutionis.

Pro huius difficultatis, quæ alioquin antiquorum ingenia mirum in modum torsit, de duobus nobis erit dispiciendum; Primò, an in huius legis specie fuerit quis solus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus, an verò cohæredem, ad substitutum habuerit. Secundò verò posito, quod neutrum habuerit, cur requirat Caius conditionis existentiam ad hoc, vt pars conditionalis pertineat ad hæredem instituti contra ea, quæ supra diximus.

Et in prima quidem quæstione censent nonnulli loqui Caium de eo, qui cohæredem habet, ideòque non obstare ijs, quæ supra diximus, vtpotè, quæ pertinent ad eum, qui solus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est: † *Ita* 7
enim censuerunt Rog.& Azo, quos refert glo.in d.l. qui ex duabus, & sequitur ibi Bald.versic.Sed secundùm alium, quorum sentētia videtur probari illis verbis, *ex duabus partibus*, quippè, quæ significare videntur, testatorem plures fecisse partes, sed ex ijs duas tantùm hæredi, de quo tractabatur, reliquisse, ideòque necessariò supponunt, alias partes alicui cohęredi datas esse.

Sed hæc opinio non est vera, meritòque reprobatur † *a gl.* 8
in d.l.liber homo.59.§.si ita scriptum, in verb. non Titij hæredi ff. de hæred inst.& à Bart.in d l qui ex duabus, in prin.vers. Hæc non videtur bona, & ibi Ang.vers.Sed hæc secunda, Castr.n.1. vers.Mihi videtur, & Imol.vers.Sequens, Polit.de subst.in materia uulg.part 6.nu 19. Pimò, quia, si in specie dictæ legis, is, qui ex duabus partibus institutus est, haberet cohæredem, non potuisset moriens pendente conditione transmittere totam partem conditionalem ad hæredem, etiamsi posteà conditio extitisset, sed tantùm eam partem, quæ deficiente conditione debuisset illi accrescere *d.l.liber homo.59.§. si ita scriptum, & dicemus in casu sequenti num. 28.* Atqui vult Caius, † totam partem conditionalem transmitti, vt patet ex illis 9
verbis, *ea quoque pars ad hæredem eius pertinet*, quæ denotant totam partem, non partis partem, *ut diximus in 5.cap.q.7.n.5.* Ergo non habuit cohæredem. *Ita Bart.in d.l.qui ex duabus, uers.Hæc non videtur bona, & ibi Ang.vers.Sed hæc secunda*, Secundò verò dato etiam, quod illa verba, *ea quoque pars*, deberent intelligi de parte partis, nempè de ea parte, quam omnimodò etiam deficiente conditione esset habiturus, adhuc tamen subesset eadem dubitatio, respectu illius partis: Nam † partem, quam fatetur transmitti, ita demùm transferri vult, 10
si posteà conditio extiterit, & tamen certum est eam transmitti, siuè extiterit conditio, siuè non, *d §.si ita scriptum, & dicemus infra nu.28.& in proposito considerat Bart in d.l.qui ex duabus, vers. hæc non videtur bona*, Non tollit igitur hęc opinio dubitationem, quia, aut intelligitur de tota parte conditionali, & sic etiam de parte, quæ deberet accrescere cohęredi, & falsum est, eam transmitti, aut verò intelligitur de ea parte, quæ deficiente conditione deberet accrescere ipsi instituto, Et falsum est, eam ita demùm transmitti, si extiterit conditio, quia transmittitur, etiamsi defecerit.

Nec

Nec est, quod respondeas, id, quod supponit Caius, ita demum transmitti partem conditionalem, si conditio extiterit, esse intelligendum inspecto iure institutionis, non etiam iure accrescendi, quasi transmittat quidem illam partem, sed iure accrescendi, non etiam iure institutionis, etiamsi posteà
11 ea conditio extiterit, † *Quomodo respondent Rog. & Azo quos refert gl. in d. l. qui ex duabus in verb qui ex duabus, & sequitur ibi Bald. vers. Nisi dicatur, ubi ait, hunc intellectum esse singularem, & subtilem*, quia hæc responsio non potest vllo modo sustineri, *meritòque reprobatur à Castr. ibi num 1 vers. Certè si hoc esset*, Nam Caius ibi non respicit ad ius, & causam transmissionis, sed ad ipsam transmissionem: dum ait, *posteaque cõditio extiterit, ea quoque pars ad hæredem eius pertinet*, significat enim à contrario sensu, si posteà non extiterit conditio, partem illam non transmitti, *ut ibi declarat Castr. num. 1.* quod perperam dixisset, si transmitteretur iure accrescendi: Perinde enim est, ac, si interrogatus ab hærede, nunquid illa pars ad se pertineat, non existente conditione, simpliciter respondisset, non pertinere, & replicanti, nonne pertinet, eo ipso, quod accreuit, iterum respondisset, fateor, pertinere iure accrescendi, sed, quod dixi, non pertinere intelligo iure institutionis, quo casu ridiculus fuisset, vt, qui simpliciter de transmissione interrogatus simpliciter respondisset negando, quod ad effectum respiciens debuisset affirmare.

Nec obstant illa verba, *qui ex duabus partibus*, quia falsũ
12 est, ea supponere, † testatorem diuisisse hæreditatem in plures partes, quam duas: nam genus est loquendi Iurisconsultis familiare, vt ex duabus partibus institutum dicant eum, qui solus institutus est, & sic effectu est institutus ex asse si modo institutio non sit facta integraliter, siuè vno nomine, sed distinctis partibus, puta, ex vna purè, ex altera verò sub conditione, vel etiam ex vtraque purè, *vti videre est in d. l. cum hæres 52. §. vlt. & d. l. si solus. 79. in prin. ff. de acq. hæred.* Duas enim dicunt partes non ad differentiam plurium, sed ad differentiam totius integralis, scilicet, quia testator non instituit hæredem ex asse, sed ex duobus semissibus.

Quamobrem alij, & secundò putant, Caium ibi esse intel-
13 ligendum de eo, † qui solus quidem institutus est, ex parte purè, & ex parte sub conditione, sed in conditionali substitutum habet. *Ita enim intelligunt ijdem Rog. & Azo quos refert gl. in d. l. qui ex duabus in prin. in verb. qui ex duabus, & probant ibi Bald. vers. Et intellige, & vers. Pone. & Ang. & Castr. num 1. vers. Mihi videtur Castr. in d. l. si solus. 79. in prin. num. 2. versic. Si autem in vna, ubi ait ita illum text. debere intelligi, & Gomez. d. cap. 10. nu. 18. ubi testatur, ita communiter omnes illum text. intelligere*. Sed, quia huic responsioni obstat illud, quia, si in parte conditionali haberet substitutum, & pendente conditione moreretur, non transmitteret eam ad hæredem, etiamsi posteà conditio extiterit, *ut diximus infra nu. 30.* Et tamen
14 Caius ibi † contrarium apertè scribit, illius verbis, *& decesserit, posteaque conditio extiterit, ea quoque pars ad hæredem eius pertinet*, Qua ratione *Bart. ibi, vers. Hoc non videtur verum, & alij* plerique moti supradictum intellectum improbarunt, ideò, vt huiusmodi scopulum effugiant, declarant, in eius
15 legis specie, † datum esse substitutum, non simpliciter, siuè in omnem euentum (nam hoc casu cessaret transmissio, & procederet contrarium) sed tantùm in defectum conditionis, puta dixisse testatorem, Instituo Titium ex semisse, &, si nauis ex Asia venerit, instituo eum ex alio semisse, quod, si non venerit, substituo in eo semisse Caium: Nam tunc, si post mortem instituti conditio extiterit, quia substitutus ob defectum conditionis excluditur, ideò pars conditionalis pertinet ad hæredem instituti. *Ita enim dici posse scribit Bart. in d. l. qui ex duabus vers. Hoc non videtur verum, Et absolutè ita locum illum esse intelligendum censuerunt Bald. ibi, vers. respondeo & Ang. & Castr. nu. 2. Imol. vers. hæc prima.*

Sed hæc opinio, licet in re vera sit, non tamen est proban-
16 da, † *prout eam rectè reprobat Pol. de subst. de vulg. part. 6. nu. 19. vers. Ego verò*, quia continet manifestam diuinationem: supponit enim duo, de quibus, ne verbum quidem in textu legitur: Primum enim supponit, datum esse substitutum, cuius ibi nulla mentio fit. Secundò supponit, substitutum, nõ simpliciter, sed in defectum conditionis nominatim datum esse, quæ res, vt raro fit, cum regulariter substitutio fiat sub conditione, si primus hæres non erit, & sic in omnem casum, quo hæres esse nequeat, ideò, & multo minus præsumenda: Denique, si diligenter ponderetur, effectu reincidit in sequentem: nam, licet supponat datum esse substitutum, vult tamen esse datum sine effectu, quo casu perinde est, ac, si datus non esset, cum paria sint, non esse datum substitutum, vel datum deficere, *ut dicemus in decimo cap. q. 23. num. 10.* Quamobrem procederet etiam dato in omnem casum substituto, si posteà
repudiaret † *vt dici posse scribit Bart. in d. l. qui ex duabus, vers. Hoc non videtur verum*, aut alio modo deficeret, puta decederet viuo testatore, aut etiam post, sed ante aditã hæreditatẽ. 17

Veriùs igitur est, loqui Caium de eo, qui nec cohæredem,
nec substitutũ habet. † *vt rectè censuerunt Hugo, quem refert, & sequitur gl. in d. l. qui ex duabus, in verb. qui ex duabus, vers. Sed Hugo, & ibi Bart. in fin. Ang. vers. Ideò Hugo, Imol. versic. Tertia vero lect. & glo. in d. l. liber homo 59. §. si ita scriptum, in verb non Titij hæredi ff de hær. inst. Cuiac. lib. 12. obs. c. 11.* Quo stante succedit secunda dubitatio, cur Caius ita demum velit, partem cõditionalẽ ad hæredem pertinere, si posteà conditio extiterit, cum certum sit, pertinere, etiamsi non extiterit? 18

Vulgo receptum est supplendam esse dictionem, maximè,
quasi dicat Caius, † licet decesserit, pertinebit tamen etiam pars conditionalis ad hæredem, sed maximè, si posteà conditio extiterit, licet idem sit, si non extiterit. *Ita declarant Hugo, quem refert & sequitur gl. in d. l. qui ex duabus in verb. qui ex duabus vers. Sed Hugo, & ibi Bart. vers. Vnde, & Ang. vers. Ideò Hugo.* 19

Sed hæc responsio est ex genere earum quæ emplastra rectè nuncupãtur: † Nam, cum illa verba *posteaque conditio extiterit*, importent conditionem tamquam adiecta verbis illis, *& decesserit*, quæ, secundùm naturam relatiui adiecti verbo futuri temporis conditionem important *l. Stichum qui meus, 6. ff. de leg. 1.* intelligimus, hoc sensisse Caium, si posteà non extiterit conditio, partem illam ad hæredem non pertinere. Quamobrem hæc responsio non immeritò fuit *à Pol. in d. tit. de vulg part. 6. nu. 20. vers. Sed has importunas.* 20

Hinc igitur alij respondent, quod scribit Caius, partem conditionalem ad hæredem pertinere, si posteà conditio extiterit, sentiens à contrario sensu non pertinere si non extiterit,
esse intelligendum, † si spectemus ius institutionis non etiam, si ius accrescendi: Nam interim pertinet quidem, sed iure accrescendi, non iure institutionis. At si posteà conditio extiterit, tunc iure institutionis pertinebit. *secundùm ea, quæ diximus supra nu. Ita respondent Bart. in d. l. qui ex duabus, vers. Vel clarius & ibi Imol. vers. Aduerte tamen.* 21

Sed neque hæc responsio tollit vim argumenti, quia, cum
Caius † simpliciter dicat, ad hæredem pertinere, si posteà cõditio extiterit, & hoc modo non ad titulum acquisitionis, sed ad ipsam acquisitionem respicit, *ut ostendimus supra num. 6.* intelligimus, hoc eum sensisse, si non extiterit conditio, non pertinere, & sic hæredem effectu non habiturum illam partẽ. 22

Alij demũ putant textum esse corruptum, † & vbi legitur,
posteaque conditio extiterit legendum *posteaquam conditio extiterit*, vt sensus sit, quoties is, qui ex duabus partibus institutus est, ex vna purè, ex altera sub conditione, ex pura adierit, & postea eo viuo extitit conditio alterius partis, etiamsi moriatur non facta aliqua declaratione, nihilominùs eam quoque partem censeri ad hæredes transmissam, quia, cum ipso iure censeatur ei quæsita, nec opus fuerit noua aditione, Consequens est, vt tamquam acquisita censeatur ad hæredes trãsmissa, *ita censent Pol. d. tract de vulg part. 9. nu. 20. vers. igitur quando.* Sed hæc sententia mihi non probatur quia repugnat omnium Codicum, & verò etiam Pandectarum Florentinarum lectioni, quæ habet, *& decesserit, posteaque conditio extiterit* Tùm etiam, quia posita hac lectione res nullam prorsus dubitationem habuisset, cum existente viuo instituto conditione partis, statim, & ipso iure censeatur eidem acquisita, qui iam alteram portionem adiuerat, itaut non sit opus noua aditione, siuè cohæredem habeat, siuè substitutum; Ideòque tamquàm acquisitam censeri ad hæredes transmissam. 23

Quamobrem veriùs est, ideò Caium in specie à se disposita
dixisse, † partem conditionalem ad hæredem instituti pertinere, si posteà conditio extiterit, quia, si non extiterit, non pertinebit non obstante, quod institutus, nec cohæredem, nec substitutum habeat. Sed hoc ideò fit, quia Caius ibi respexit 24

ad

ad illud Ius, quod tunc temporis obtinebat, nempè ad ius, quod seruabatur, quo tempore erant in vsu leges caducariç, Iulia scilicet, & Papia, quas ibi Caius interpretabatur, *vt ex inscriptione constat:* Nam eo tempore, qui ex duabus partibus institutus erat, ex vna pure, ex altera verò sub conditione, licet, nec cohæredem, nec substitutum haberet, non tamen adeundo ex pura efficiebatur hæres ex conditionali priùs, quam conditio extitisset, quia cessabat tunc temporis ratio, propter quam dicimus, non esse expectandam conditionem: nam hoc ideò fit, quia cum omnimodo sit partem conditionalem habiturus, siuè extiterit, siuè non extiterit conditio, cum etiam deficiente conditione pars illa debeat ad eundem institutum per ius accrescendi, pertinere, frustrà expectatur conditio cuius euentus nihil operatur, *vt diximus supra n.21.* At hæc ratio tùnc temporis cessabat, quia institutus, etiamsi solus esset, non tamen erat illam partem in omnem euentum habiturus, cum deficiente conditione pars illa non accresceret instituto, sed, tamquàm facta caduca ad fiscum pertineret. Sed, si conditio extitisset, ad institutum secundùm voluntatem testatoris pertinebat. Quamobrem necessariò erat expectandus conditionis euentus, quippè qui tunc temporis non poterat dici frustratorius, cum operaretur, aut fauore instituti, si conditio extitisset, aut fauore fisci, si defecisset, vt hodie dicimus de substituto, cui in hac parte fiscus assimilabatur, quippè, qui lege Iulia vocabatur, quasi substitutus, & subrogatus in locum deficientis, *vt dicemus in 10.capit. qu. 8.num.5.* Hinc fit, vt, si pendente conditione decessisset institutus, pars conditionalis ita demùm ad eius hæredem pertineret, si posteà conditio extitisset, *vt ibi Caius ait.* Nam ea deficiente fiscus, vt defunctum, ita & eius hæredem exclusisset.

At verò, dixeris, fiebat etiam caduca portio, quoties institutus pendẽte conditione moriebatur *l. vn §. & , cum triplici,*
25 *C. de cad. toll.* ideòque, si Caius ibi † respexit ad leges caducarias, non rectè videtur dixisse, transmissam esse partem conditionalem ad hæredem, si posteà conditio extiterit, cum videatur verius, eam, quasi factam per mortem instituti caducam, debuisse a fisco vindicari. Sed respondeo fiscum non vindicasse, nisi eas partes, quæ ad institutum, vel eius hæredẽ per ius accrescendi debuissent pertinere, scilicet, quia leges caducariæ, non ius institutionis, aut substitutionis, quæ veniunt ex dispositione defuncti, sustulerunt, sed solùm ius ac-
26 crescendi, quod ex dispositione legis proficiscitur, † *vt declarat Cuiac. d. lib. 12. obs. c. 11 in prin.* Itaque quòd amotis legibus caducarijs iure communi, siue antiquo, Idest, iure accrescendi spectasset ad coniunctum, id ex prædictis legibus caducarijs deferebatur fisco, quòd verò ijs legibus amotis ex dispositione testatoris spectasset ad institutum aut eius hæredem, aut etiam ad substitutum, non auferebat fiscus, sed ei relinquebat, cui testator dederat. Ad quod respiciens Iustinianus *in l. vn. §. 1 C. de cad toll.* scribit, testatores ad euitanda caduca, & fiscum excludendum substitutiones induxisse, si-
27 gnificans, † eos scientes excludi fiscum, vbi de parte vacante fuisset ab ipsis dispositum, induxisse, & frequentasse in suis testamentis vulgares substitutiones. Cum igitur in proposito pars conditionalis interdùm ad institutum, hæredemue eius pertineat iure institutionis, interdùm verò iure accrescẽdi, Iure institutionis, si conditio extiterit, quo casu intelligitur iam vsque ab initio etiam pro ea hæres extitisse, iure verò accrescendi, si conditio defecerit, *vt supra dictum est*, ideò conditione existente fiscus excludebatur, quia locum habebat institutio, quæ fisco præualebat. At conditione deficiente fiscus, & institutũ, & eius hæredem excludebat: quia debebãt ij venire per ius accrescendi, quod à prædictis legibus sublatũ erat fisco in deficientis locum subrogato. Hic, meo iudicio, verus est eiusce legis sensus, non, quẽ alij cõminiscuntur. Ex quo intelligimus, hodie, quia sublatis legibus caducarijs vtimur iure antiquo *d. l. vn. C. de cad. toll. & dicemus in eodem c. 10. q. 8. n 43.* ideò dispositionem eius legis, quatenus cõditionis existentiã requirit, non procedere, sed in omnibus habere locum ea, quę ex iuris cõmunis dispositione *supra diximus n. 4. & seq.*

Secundò infertur, eum qui ex parte purè, & ex parte sub conditione fuit institutus non solus, sed dato cohærede, si ex pura adierit, & pendente conditione decesserit, transmittere ad hæredes suos etiam partem conditionalem, sed pro ea tantùm parte, quàm etiam deficiente conditione fuisset habiturus: † Nam alia cohæredi accrescet, non solùm, si conditio 28
posteà defecerit, sed etiam, si extiterit *d. l. liber homo. 59. §. si ita scriptum, vers. Sed, si decesserit, & ibi Bald. Ang & Imol. in prin. & num. 10 vers. Sed istud, Bart. in d. l. liber homo §. Titius, & ibi Bald. uers. in text. ibi, ex semisse. & Imol. Bart. in d. l. qui ex duabus. 53 in prin. vers. Non videtur bona, & ibi Bald. vers. Sed ille casus. & Imol uers. Sequens ff de acq. hæred.* quia, cum institutio respectu eius partis non fuerit coniuncta cum iure accrescendi, *ut ostendimus in hoc cap. q. 19 num. 52.* Consequens est, vt tamquàm simplex non potuerit ad hæredes transferri *d. l. liber homo. 59 §. si ita scriptum, & ibi Bald. uers. Not. quod licet.*

Sanè pars illa, quam institutus omnimodo fuisset habiturus, quo iure transeat ad hæredes, iure ne institutionis, an verò iure accrescendi, † si quæramus, constat referre, vtrũ post 29
instituti mortem conditio defecerit, an verò extiterit: Nam si defecit, certum est, non pertinere iure institutionis, sed tãtùm iure accrescendi *per ea, quæ diximus in præcedenti casu nu. 28.*

Cœterùm, si extiterit, videtur ea pars iure institutionis ad hæredes pertinere. *Et ita censuit Bald in d. l. liber homo. 59. §. si ita scriptum, vers. Not quod licet ff. de hær. instit.* quia, cum pro ea fuerit institutio coniuncta cum Iure accrescendi, *vt diximus in hoc c. q. 19. n. 27.* Consequens videtur, vt eius vi potuerit ad hæredes transferri, *secundùm ea, quæ diximus supra nu. 32. & seqq.*

Sed est veriùs, non, nisi iure accrescendi pertinere, quia, cũ institutio partis conditionalis sit indiuidua, & per consequẽtias non possit pro parte sustineri, & pro parte non, Consequens est, vt eo ipso, quòd non transit institutio pro ea parte, quæ cohæredi deberet accrescere, si deficeret conditio, nec etiam existente conditione transire debeat pro ea, quam institutus omnimodo esset habiturus. Quamobrem illam partem habebunt eius hæredes solo iure accrescendi, non etiam iure institutionis, *vt in simili de substitutione cum iure accrescendi coniuncta dicemus in hoc cap. q. 35. num. 5. & seqq.*

Nec obstat, quòd pro ea parte censeatur institutio coniuncta cum iure accrescendi, ideoque debeat transmitti, quia id verum est, si tota transmitti posset, vt euenit in specie, qua solus quis institutus est, partim purè, & partim sub conditione, *secundùm ea, quæ diximus in casu præcedenti num. 4.* Cœterùm, si non tota transmitti possit, magis est, vt cesset etiam eius partis transmissio, ne alioquin diuidatur testatoris dispositio, quæ sui natura diuisionẽ nõ recipit, *vt supra dictum est.*

Tertiò infertur, eum, qui solus quidem ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, sed in conditionali substitutum habet, si ex pura adierit, & pendente conditione decesserit, non transmittere conditionalem ad suos hæredes, etiamsi posteà conditio extiterit. † *Ita enim censuerunt Bar.* 30
in d. l. qui ex duabus. 53 in prin. vers Hoc non videtur verum, & ibi Imol. vers Hæc prima. Et est de mente eorum, quos referemus nu. 30. Et quamquàm plerique contrarium censuerint, *vt Castr. in d. l. cum hæres. 52. § ult. num 1. uers. Et isto casu, & in d. l. si solus. 79 in prin. nu. 2. uers sic. Si autem in una ff. de acqu. hære. Gomez tom. 1. var. resol. cap. 10 num. 18. Cuiac. lib. 12. obs. cap. 11.* existimantes, etiam in hac specie transmitti partem conditionalem, si posteà conditio extiterit *per d. l. qui ex duabus. 53 in prin ff. de acq. hæred.* Contrarium tamen verius est, & receptius, quia, cum in proposita specie non fuerit institutio cum iure accrescendi coniuncta, *ut ostendimus in hoc cap. qu. 17. num. 22.* Consequens est, vt eius spes non potuerit ad hæredes transferri. Et sanè, si transmitteretur dato substituto deberet etiam transmitti dato cohærede pro ea parte, quæ deficiente conditione deberet ipsimet cohæredi accrescere, quoniam is, quasi substitutus est *l. si Titio. 63. § Iulianus ff. de leg. 2.* Atqui non transmittitur dato cohærede *d. l. liber homo 59. § si ita scriptum in fin. ff. de hær. inst. Et diximus supra nu. 29.*

Nec obstat *l. qui ex duabus*, quia loquitur de eo, qui solus institutus est, nec habet in parte conditionali substitutum, *ut latè ostendimus supra num. 6 & seqq.*

Sanè hoc ità demùm verum est, si locum habeat substitutio. Cœterùm, si non habeat, verius est, partem illam ad instituti hæredem pertinere, † quia paria sunt, non esse datum 31
substitutum, vel datum, sed sine effectu *ut dicemus in 10. cap. q. 20. num. 58.* Exemplum sit, si substitutus post instituti mortem

tem

rem repudiet partem conditionalem: Nam tunc illa pars ad instituti hæredem pertinebit *secũdùm Bart.in d.l.qui ex duabus,53 in prin.verſ.Hoc non videtur verum.* Idem eſt,&c,ſi ſubſtitutio non in omnem caſum, facta ſit, ſed tantùm in defectum conditionis: Nam,ſi poſt instituti mortem conditio extiterit,quia ſubſtitutus admitti non poteſt,cum defecerit conditio,ſub qua vocatus eſt, ideò neceſſariò debet illa portio ad instituti hęredem pertinere,*vt ſcribunt Bart in d l.qui ex duabus,53.in prin.verſ.Hoc non videtur,verum,& ibi Bald.verſic. Reſpondeo, Ang.& Caſtr.num.2.Imol.verſ.Hæc prima,Caſtr.in d.l.ſi ſolus.79.in prin.nu.2.verſ.Si autem in vna, qui omnes ferè ita intelligunt d.l. qui ex duabus.* Et, *quamquam nos eorum ſententiam non probamus, quatenus ad ſpeciem eius legis applicatur, per ſe tamen accepta vera eſt.*

32 Sed quo iure pertineat ad hæredem, dubium eſt: † Nam plerique cenſent, iure tantum accreſcendi pertinere, quod ſpes conditionalis institutionis non potuerit ad eum transferri. *Ita enim cenſuerunt Bald.in d.l.qui ex duabus.53.in princ. verſ.Et intellige,& ibi Ang.*

Sed eſt verius, pertinere iure institutionis, ſi conditio extiterit, & ſubſtitutus,vel repudiatione,vel morte,vel defectu conditionis excludatur, *vt rectè cenſuerunt Bart.in d.l. qui ex duabus.53.in fin prin.& Caſtr.in d.l.ſi ſolus,79.in prin.num.2. verſ.Si autem in vna,* quia,cum deficiente ſubſt ituto perinde res habeatur,ac,ſi datus non eſſet, & institutio conditionalis non dato ſubſtituto t anſmittatur ad hæredes, tamquàm coniuncta cum iure accreſcendi, *ut diximus ſupra num.4.& ſeqq.* Conſequens eſt, vt debeat etiam transferri, ſi datus ſit, ſed ſine effectu.

At, ſi non extiterit conditio, & ſubſtitutus ad portionem non admittatur,vel morte præuentus, vel repudiatione exclusus,tunc illa portio, non iure institutionis, ſed iure accreſcendi ad instituti hæredem pertinebit; Nam, quia defecit conditio, ideò non poteſt iure institutionis pertinere,ſed,quia nullus alius ſupereſt, qui portionem illam ex teſtamento habere poſſit, ideò neceſſariò debet iis accreſcere, qui alias hæreditatis partes habent, ne alioquin teſtator, aut pro parte habeat hæredem, ſiue repræſentetur, aut decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus contra ea, quæ ſæpiùs dicta ſunt. Et hæc de iure accreſcendi institutione.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi dicitur cum ſubſtitutione coniunctum quando teſtator cohæredem cohæredi vulgariter ſubſtituit, & rationum ſeqq amplia num.9.& ſeqq.& 21. limita n.12. & ſeqq.*

5 *Subſtitutio vulgaris excludit ius accreſcendi, niſi ſit cum ipſa ſubſtitutione coniunctum, & ratio nu.6.*

7 *Ius accreſcendi eſt remedium ſubſidiarium, quod habet locum ſi de parte vacante non ſit à teſtatore diſpoſitum. Declara, vt procedat ſi diſpoſitio fiat in perſona diuerſa ſecùs ſi in eadem nu.8.& 18.*

11 *Subſtitutio poteſt fieri etiam legatis,& fideicommiſſis.*

15 *Subſtitutio coniuncta cum iure accreſcendi tranſmittitur ad hæredes.*

16 *Subſtitutio tunc dicitur coniuncta cum iure accreſcendi quando pars deficientis etiam amota ſubſtitutione, eſſet omni caſu ad cohæredem peruentura.*

17 *Portio deficientis omni caſu ad cohæredem eſſet peruentura, quando aliter poſito iure decederet teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*

20 *Subſtitutio eſt indiuidua, & ideò non poteſt pro parte tranſmitti.*

23 *Ius accreſcendi non competit niſi ei, qui ſuam portionem habet.*

24 *Cohæres, idemque cohæredi ſubſtitutus, ſi ſuam partem repudiauerit,poteſt adhùc admitti ad partem cohæredis deficientis, ſed per ſubſtitutionem tantùm.*

25 *Vt ſubſtitutio dicatur coniuncta cum iure accreſcendi,neceſſarium eſt,vt ſubſtitutus ſuam portionem adierit; vel ſpem aliquam eius adeundæ adhùc habeat num.27.*

26 *Portio portioni accreſcere dicitur, etiamſi una deferatur iure institutionis, altera verò iure ſubſtitutionis.*

An, & quando ius accreſcendi cenſeatur coniunctum cum ſubſtitutione vulgari.

Q V Æ S T I O XXXI.

Sequitur, vt videamus de eo, quod eſt coniunctum cum ſubſtitutione vulgari. Dicitur autem cum ea coniunctũ quando teſtator cohæredem cohæredi vulgariter ſubſtituit, 1
† *l.ſi quis hæres 35 in prin.ff.de acq.hær.l teſtamento 6 C.de imp. l.ſi cohæredi 4.in prin ff.quis ord.in bon.poſſ.& in ſpecie declarant Papienſ.in for.lib quo ag.ex ſubſt.in verſ.breuiloce n.23.Iaſ.l.qui plures 23.nu.2.ff.de vulg.Soc.Sen.l.1.nu.48.verſ.Baldus verò, ff.eod.* Nam quia, † cohæres etiam ceſſante ſubſtitutione par- 2
tem alterius deficientis omnimodò eſſet per ius accreſcendi habiturus, *l.un.§ his ita definitis C. de cad. toll.* ideò ſi teſtator eumdemmet expreſsè ſubſtituat dicitur talis ſubſtitutio coniuncta cum iure accreſcendi, † vt eſt in confeſſo apud *Angel.* 3
in d.l.ſi quis hæres in prin.verſ.in tex ibi Papienſ.vbi ſupra n.23. Iaſ in l.qui plures 23.nu.2.ff.de vulg.Polit.in d.l.re coniuncti nu. 73.ff.de leg.3.& de ſubſt part.6.de effect.vulgar.ſubſt n.53 Seb. Sap.in d.l.teſtamento nu.12.Ruin conſ.168.nu 12.verſ.verùm illud & conſ.181.n.8.verſ.& iſtud vol.2. Et eſt de mente eorum omnium,quos referemus in hoc cap.qu.40.nu.8.& q.41.num.2. dùm aiunt, ſubſtitutionem fideicommiſſariam tranſmitti ad hæredes etiamſi ſubſtitutus pendente conditione deceſſerit ſi talis ſubſtitutio ab initio, & ante aditam hæreditatem erat coniuncta cum iure accreſcendi.Loquuntur enim de compendioſa,quæ antè aditionem continet vulgarem, ſcilicet,quia, † in eamdem perſo- 4
nã vtrumque ius concurrit,nempè ius coniunctionis,ſiuè ius accreſcendi,& ius ſubſtitutionis,vt eſt de mente, *gl.in l.nec is 17.§.hæres in verb.non amittit,& ibi Iaſ num.29.ff.de acq. hær. gl.in d.l.ſi quis hæres 35 in verb.ex cauſa, verb.imò certè & ibi Angel.num.1.& 2.ff.eod.Bart l.pater filium 14. numer.14.ff de inoff.& in d.l.teſtamento nu.5.Caſtr.in l 1.num.1.verſ.in gl 1.ff. de acq.hæred.Papienſ.vbi ſupra nu.19.Iaſ.d.l.re coniuncti n.162, & ibi Polit.nu.73.& idem Polit.de ſubſt part.6 nu.53.verſ.ego.* Nec alterum ab altero excluditur, quia quod dicimus,ſubſtitutionem vulgarem excludere ius accreſcendi,*l.2.§.ſi duo ff.de Bon poſ.ſec.tab.& latè referemus in 10.c.q.20.nu.5.& ſeqq.* procedit;quando ſubſtituitur perſona diuerſa ab ea cui ius accreſcendi competeret,ſecùs verò, quãdo ſubſtituitur eadem perſona; Nam tùnc illud non excluditur. † *Ita in ſpecie declarãt* 5
Bart.in d l.teſtamento num.3 & ibi Bald.num.1.Ang nu.3.Seb. Sap.num.7.10.& 11.C.de impub.& al Bart.in l.pen.in princ.& ibi Imol.num.3.Caſtr.num.1.ff.de iniuſt.rupt.Bart.in d.l.re coniuncti nu.37.& ibi Iaſ.num,162.Crott.nu.65.Rip.nu.130.Alcia. num 46.Bart.d l.ſi pater filium num.14.& conſ.156.num.2.& conſil.177.nu.3.lib.1.Bald.l.vn.num.26.C. quand.non pet. part. Rip l.1.num.182 ff.de vulg.Zanch.in l.hæredes mei 57.§.cum ita part.4.nu.274.ff.ad treb.Mantica de coniect.lib.4.tit.11.n.24. Pereg.de fideic.art 21.num.36.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ. 87.num.8.& præſumpt.201.num.93. † ſcilicet, quia cum ſub- 6
ſtitutio non fiat ad tollendum ius coniuncti, ſed potius ad illud augendum, Conſequens eſt, vt non debeat eius excluſionem operari, quia inducta ad vnum finem non debent operari contrarium effectum, & inducta ad augumentum non debent operari diminutionem, *l. legata inutiliter 14.ff.de adim leg.l legata inutiliter 19.in prin.ff.de leg.1. Et ita, in his terminis ratiocinantur Bald.in d l teſtamento,6.nu.2.C.de imp. & al ſubſt.Alex conſ.109.nu.3.vol.2.Alcia.in d.l.re coniuncti, num 46.verſ. hùc pertinet.*

Hinc intelligimus, quòd vulgò dici ſolet, ius accreſcendi eſſe remedium ſubſidiarium, † & ita demum locum habere 7
ſi de parte vacante non ſit à teſtatore diſpoſitum, *uti referemus in 10.cap q.20.nu.24.& 25.* procedere, ſi diſpoſitio fiat in perſona diuerſa, ſecùs ſi in eadem, † Nam tunc ceſſat ius 8
accreſcendi, etiamſi teſtator de parte vacante diſpoſuerit,vt ſuprà diximus.

Hoc autem adeò verum eſt, vt procedat, non ſolùm, ſi vulgaris ſubſtitutio ſit expreſſa in ſpecie, vel in indiuiduo, puta,quia teſtator dixerit,ſi Titius hæres nõ erit,vel,ſi Titius hæres eſſe noluerit aut non potuerit,ſubſtituo cohæredẽ,vel,

quia

quia dixerit, Titio Caium cohæredem vulgariter substituo,
9 sed etiam si sit expressa in genere, † sed tacita in specie, puta, quia testator inuicem cohæredes substituat: Nam, & in hoc casu vulgaris, quæ sub reciproca continetur dicitur coniuncta cum Iure accrescendi. *d.l.testamento 6.& ibi Bart.Cod.de impub.& al.subst.* Idem est,& in vulgari quæ continetur sub compendiosa,cum scilicet testator cohæredem cohæredi substituit sub conditione mortis. *nam de hac loquuntur omnes, quos referemus in hoc c.q.41.n.2.dicentes fideicommissariam ab initio coniunctam cum iure accrescendi retinere etiam post aditam suam naturam,vt sit trāsmissibilis.* Denique procedit hoc
10 etiam in legatis, & fideicommissis, † in quibus si testator cō iunctum coniuncto Vulgariter,aut etiam Compendiosè substituat,quod fieri posse dubium non est. † *l.un.§.sin autem aliquid sub conditione,C.de cad.toll.l.vt hæredibus 51 in prin.ff.de leg.2.*dicetur substitutio coniuncta cum iure accrescendi, *vt est in confesso apud Rum conf.181.nu.8.verf.& istud confirmo, vol.2.*quia cessante etiam substitutione portio deficientis esset ad coniunctū per ius accrescendi,vel non decrescendi peruētura.*d.l.un.§.vbi autem legatarij,C.de cad.toll.§.eadē inst.de leg.*
11

Planè non semper vulgaris substitutio censetur cum iure accrescendi coniuncta etiamsi cohæres cohæredi substitutus
12 sit † Nam in hac re varij sunt distinguendi casus, quorum

Primus est,quandò duo tantùm fuerunt hæredes instituti, & inuicem substituti,vel etiam vnus tantùm alteri substitutus est, & is suam portionem adiuit, Et tunc procedunt ea, quæ supra diximus, scilicet vulgarem substitutionem censeri coniunctam cum iure accrescendi, quia etiam amota substitutione pars cohæredis deficientis fuisset ad eum per ius ac-
13 crescendi peruentura † *Et in his terminis procedit l.si quis hæres 35.in prin.ff.de acq hæred.& loquitur Iasan d.l.qui plures 23.n.2 ff.de vulg.*

Secundus verò casus est, quando plures fuerunt hæredes instituti,& omnes inuicem substituti,& ex ijs quidam adierūt suam portionem, Et in hoc casu, licet substitutio dici possit coniuncta cum iure accrescendi, si respiciamus ad modum acquisitionis scilicet, quia deficientium partes acquiruntur alijs ipso iure,& sine noua aditione,ac etiā inuitis,qua ratione dicuntur eis accrescere, *in l.testamento 6.C.de imp.& al.subst.* Et substitutio dicitur coniuncta cum iure accrescendi, *Iasan d.l.qui plures 23.n.2 ff.de vulg.* non tamen ita dici potest alijs
14 respectibus †quia,aut consideramus illam partem, quàm alij non essent per ius accrescendi habituri,si substitutio facta nō esset,Et res caret dubio: Nam eius respectu non potest substitutio dici coniuncta cum iure accrescendi, quod eis nō competeret, Aut verò consideramus eam, quàm ipsimet amota substitutione essent per ius accrescendi habituri,Et nec huius quidem respectu dici potest cum iure accrescendi coniuncta, quod patet ex eo, quia, si esset coniuncta transmitteretur ad
15 hæredes, si interim moriatur substitutus, † *vt ostendemus in hoc c.q.35 n.8.* Atqui non transmittitur, *d.l.qui plures.23.& l.Lucius 45.§ Paulus ff de vulg.& ostendemus in d.q.35.nu.18.* Non est igitur coniuncta cum iure accrescendi. Quod etiam
16 probatur ratione;Nam substitutio tunc, † dicitur in persona cohæredis substituti coniuncta cum Iure accrescendi, cum pars deficientis omni casu debuisset illi accrescere, etiā si substitutus non esset,quod tunc euenire censetur,cum aliter posito iure decederet testator pro parte testatus,& pro parte in-
17 testatus †Atqui in proposito, si prædefunctus nō fuisset substitutus,stantibus alijs substitutis. per quos testati causa sustineri potest, pars deficientis non debuisset illi accrescere, quia substitutio cœterorum cohæredum ius accrescendi in illius persona exclusisset, *vt scribit Mantic.de con. ult. vol.lib.4. tit. 11.nu.26.* Non potest igitur in illius persona substitutio censeri cum iure accrescendi coniuncta.

Nec obstat,quòd, si facta non fuisset substitutio,pars deficientis debuisset illi simul cum alijs cohæredibus accrescere, quia hoc esset verum,si alij cohæredes non fuissent substituti. Cæterùm stante eorum substitutione verū est,non potuisse prædefuncto accrescere,quia eorum substitutio, tamquàm collata in personā diuersā ab ea, quæ ius habuisset accrescēdi
18 cēsetur illud exclusisse,†*secundū ea,quæ diximus sup.n.7.& 8.*

Tertius casus est,quando plures fuerunt hæredes instituti, sed ex ijs duo tantùm fuerunt inuicem substituti,quorū vnus simul cum alijs non substitutis hęreditatem adiuit,& sumus in casibus, in quibus omnes instituti respectu coniunctionis aut disiunctionis erant pares, puta erant omnes re, & verbis, aut re tantùm,aut verbis tantùm coniuncti,aut etiam omnimodo disiuncti,quo casu non poterat inter eos esse prælationi locus,Et in hoc casu licet substitutio possit etiam dici coniuncta cum Iure accrescendi si respiciamus ad acquisitionis modum secundum *ea,quæ diximus in præcedenti casu,*non tamen ita dici potest alijs respectibus, †quia si is qui adiuit,non 19
fuisset substitutus,& alterius portio defecisset,non illi soli,sed alijs etiam omnibus non substitutis pro hæreditarijs partibus accreuisset, *vt ostendimus in 5 cap q.41.nu.1.& seqq. Et in specie declarat glo.in d.l.si quis hæres 35. in verb. ex causa quoque versic.sed quid si vult.*

Sanè pro ea portione quæ illi accreuisset,dici poterit coniuncta,sed inutiliter, quia non poterit operari transmissionē, si substitutus pendente conditione decesserit,propterea quod substitutio tamquàm indiuidua, † vel tota debet, vel nulla 20
pars transmitti, *vt ostendimus in hoc cap.q.35.nu.19.*

Quartus casus est, quando plures fuerunt hæredes instituti non omnes; sed duo tantùm inuicem substituti, quorum vnus simul cum alijs non substitutis hæreditatem adiuit, Et sumus in casibus, in quibus inuicem substituti erant inter se magis quam cum alijs non substitutis coniuncti, puta erant coniuncti re,& verbis,cum alioquin alij essent disiuncti, quo casu debuisset superstes alijs omnibus in iure accrescendi præferri,*l.re coniuncti 87.ff.de leg.3.l.un.§.his ita definitis C. de cad. toll.& nos late diximus in 5.cap.q.46.num.2.* Et tunc verius est, substitutionem omni respectu censeri cō iunctam,†cum Iure 21
accrescendi. quia etiam amota substitutione pars deficientis omnimodo fuisset ad illum peruentura per ius accrescendi, siue superuixisset,siue fuisset prędefūctus *d.§.his ita definitis,*

Quintus, & Vltimus casus est, quando cohæres cohæredi substitutus suam portionem non adiuit, Et tunc indistinctè verū est, substitutionē non posse dici coniunctam cum iure accrescendi,†quia,cum hoc ius,tamquàm reale, non compe- 22
tat,nisi ei,qui portionem habet, † *vt diximus in 7 ca q.70.n.4.* 23
Consequens est,vt ei,qui suam portionem non adiuit,nō potuerit pars alterius deficientis accrescere & per consequentias, vt in eius persona substitutio non possit dici coniuncta cum iure accrescendi, quippè,quod ei non competeret.

Hinc fit, vt si is à sua portione sit omnino exclusus, puta, quia repudiauerit; possit quidem adhuc admitti ad partem deficientis ex substitutione. † *secundùm ea,quæ dicemus in hoc* 24
ipso cap.q.34.nu.22.in 2.casu quippe, quæ non requirit aliam portionem, vt requirit ius accrescendi *sicuti declarat Bald. in l.vn.nu.33.C. quand. non pet part.* sed non dicatur substitutio coniuncta cum iure accrescendi,quia respectu illius partis tale Ius non competit, *vt supra dictum est.*

Ex quo intelligimus ad hoc,vt substitutio dici possit coniuncta cum iure accrescendi, necessarium esse vt substitutus suam portionem adierit,† *d l.testamento C.de impub.& al sub.* 25
d.l.si quis hæres.35.in prin.ff.de acq hæred. Quamobrem dicimus, portionem portioni accrescere etiamsi vna deferatur Iure institutionis,altera verò Iure substitutionis, † *vt videre* 26
est apud Cor.u.conf.324.nu.10.vers.Ad prædicta,vol.4.

Sanè,si substitutus, qui suam portionem non adiuit, non sit ab ea totaliter exclusus, sed adhuc eius acquirendæ spem habeat, magis est, vt quibus casibus facta aditione substitutio diceretur coniuncta cum iure accrescendi, dicatur antè coniuncta non re sed spe, †*secundùm ea quæ de institutione di-* 27
ximus in hoc cap. q. 17. nu. 29. Idque in omnibus supradictis speciebus locum obtinebit.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi coniunctum cum substitutione vulgari, operatur, vt substitutio sumat naturam iuris accrescendi, & secundùm eam reguletur.*
2 *Substitutio mutat gradum,nisi sit coniuncta cum iure accrescendi,sed contra num 4.*
3 *Posthumus ab vno gradu exhæredatus, ab alio verò præteritus rumpit testamentum,si fiat locus ei gradui, à quo præteritus est; declara nu.7.*
5 *Idē cohæres nō potest vocari ad eādē portionē ex diuersis gradibus,nēpe ex primo quatenùs venit per ius accrescendi, & ex secūdo quatenus venit per substitutionē Declara ut n.6,*

8 Partes

8 *Partes data in institutione censentur etiam repetita in substitutione, licet ea non sit cum iure accrescendi coniuncta.*
9 *Coniuncti sicut praferuntur disiunctis in iure accrescendi, ita etiam in substitutione qua cum iure accrescendi coniuncta est; Declara num.* 10.

Quid operetur ius accrescendi, quando est coniunctum cum substitutione vulgari.

QVÆSTIO XXXII.

QVid autem hæc vnio, siuè coniunctio iuris accrescendi cum vulgari substitutione operetur, si quæramus, constat illud generaliter operari, vt substitutio sumat naturam iuris accrescendi, & secundum eam reguletur. *Ita enim scripserunt Bald in l cohæredi 41.§.qui discretas, ff.de uulg. Ang.in l.liber homo.59.§ cum quis ff.de hæred.inst. Rmn.cons.*168.*n.*12. *& cons.*181.*num.*8.*vers.& istud confirmo, vol.* 2. *Polit.in d.l.re coniuncti, nu.*73.*vers.Ego sustinere, & de subst partic.*6.*de effectu vulg subst.num* 53.*vers.Ego sustinere, Cephal.cons.*16.*n.*45. *Men.de præs.lib.*4.*præs* 75.*nu.*20.*& cons.*198.*num.*25.*cons.*376. *num* 31.*cons.*686.*nu.*18.*& cons.*841.*num.*16. Hinc specialiter multi sequuntur effectus, quorum

Primus est, quia, licet substitutio sui natura mutet gradũ, cum substitutus dicatur ex secundo, vel vlteriori gradu suc-
1 cedere, † *l.*1 *in prin.l.potest.*36 *l.ex facto* 43.*§.Lucius Titius, ff. de vulg.& inst.eod.in princ.l.*3.*§.fin. cum* 2.*ll. seqq.ff.de iniust. rupt l.si posthumus.*14.*in prin.& §.*1 *ff.de lib & posth.* & in hoc differat à iure accrescendi, quippè, quod gradum non mutat, *ut diximus in hoc cap.qu.*14 *num.*44. *& dicemus in eodem cap. q.*45.*nu.*84. Tamen, si substitutio sit coniuncta cum iure ac-
2 crescendi non videtur mutare gradum, †quia alioquin rumperetur testamentum, quoties duo fuerunt hæredes instituti exhæredato posthumo, & inuicem substituti posthumo præterito, si alteruter repudiet. Nam posthumus ab vno gradu exhæredatus, ab alio verò præteritus rumpit testamentum si
3 fiat locus ei gradui à quo præteritus est, † & gradus tamquã diuersus mutetur, *d.l.si posthumus.*14.*in prin.& §.*1.*ff de lib.& posth. d. l.* 3. *§.fin cum* 2 *ll seqq.& l.pen.in prin.ff.de iniust rupt.* Atqui non rumpit testamentum, quoties cohæres cohæredi substitutus est, *d.l.pen.vers.sed si ego.* Ergo per talem substitutionem non mutatur gradus, & sic substitutio in hoc sequitur naturam iuris accrescendi, *Et ita nonnullis visum est, quos referemus in* 10.*cap. q.* 23.*nu.*108.

Sed hæc sententia non est vera, quia substitutio etiamsi cum iu re accrescendi sit coniuncta semper mutat gradum,
4 † quod patet ex eo quia non potest esse substitutio, nisi sit secundi, aut vlterioris hæredis institutio, *d.l.ex facto.*43.*§.Lucius ff.de vulg.& post gl.sr adunt omnes in rub.ff.eo* & per consequentias nisi substitutus veniat, vt vocatus secundo, aut vlteriori loco, seu gradu, non primo.

Nec obstat, quod inde sequatur, eundem cohæredem vo-
5 cari ad eandem portionem ex diuersis gradibus, † nempè ex primo quatenus venit per ius accrescendi, ex secundo verò, quatenus venit per substitutionem, quod absurdum est, *ut animaduertit Bald.in d.l.testamento.*6.*nu.*3.*C. de impub. & al. subst.* quia id procederet, si vtrumque ius consideraretur, ut causa. Cęterùm in proposito ius accrescendi non considera-
6 tur, vt causa, sed vt modus acquirendi, † *ut ostendemus in hoc cap.q.*16.*n.*12. scilicet, quia cohæres re vera capit partem vacantem, vt substitutus, & sic, vt veniens ex secundo gradu, sed eam acquirit ipso Iure, etiam inuitus, & sic per modum accretionis, *ut ostendimus in hoc cap.q* 16.*nu.* 17. ideòque non procedit contrarium.

Minùs obstat, quod dictum est, de posthumo præterito,
7 quia verius est, † eo casu substitutionem, tamquàm inutilem non posse censeri coniunctam cum Iure accrescendi, *ut ostendemus in d.cap.*10 *q.*23.*n.*96 *& seqq.* ideòque cohæredem cohæredi substitutum non capere partem deficientis Iure substitutionis, quippè quæ nulla est, sed Iure tantum accrescendi, quòd gradum non mutat, *ut ibi latiùs ostendemus.*

Secundus verò effectus, qui ab illo generali prouenit (secundum nonnullos) est, quia, quemadmodum pars vacans accrescit cohæredi pro portione hæreditaria, *d.l.un.§. his ita definitis C.de cad.toll.& latè ostendimus in* 8.*ca.q* 10.*nu.*2. ita etiam pro eadem portione acquiritur ex substitutione, quę cum Iure accrescendi coniuncta est.

Sed est verius, non esse hunc vnionis, & coniunctionis effectum, quia partes datæ in institutione censentur etiam repetitæ in substitutione, quamuis ea non sit cum iure accrescendi coniuncta, † *ut ostendimus in d.q.*10 *n.* 9. Itaque 8
non prouenit hoc ab vnione substitutionis cum Iure accrescendi, sed à præsumpta voluntate testatoris. qui sub hæredum nomine plures vocauit, *ut ibi ostendimus num.*7.*& seqq.*

Tertius effectus est, quia quemadmodum in iure accrescẽdi coniuncti disiunctis præferuntur, *d l.vn.§ his ita definitis C. de cad.toll.& diximus in* 5.*c.q.*44 *n.*2 ita etiam pręferuntur in ea substitutione, quę cum iure accrescendi est coniuncta, † *l.* 9
cohæredi 41.*§.qui discretas ff. de vulg. de qua latè diximus in eodem* 5.*cap.q.*50.*n.* 2.*& seqq.*

Sed nec hic quidem verus est huius vnionis, & coniũctionis effectus, quia vt coniuncti disiunctis in substitutione pręferantur procedit etiam in ijs substitutionibus, in quibus ius accrescendi considerari nequit, † *ut ostendimus in* 5.*cap.q.*50. 10
*num.*6.*& q.*53 *num* 4. Itaque non prouenit hoc ab vnione, & coniunctione substitutionis cum iure accrescendi sed à præsumpta voluntate testatoris, qui, quos in institutione coniunxit, & eo modo prædilexit, censetur etiam in substitutione prædilexisse, *ut latè ostendemus in d.q.*53. *nu.*4.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vulgaris coniuncta cum iure accrescendi operatur, vt portio cohæredis deficientis acquiratur ipso iure sine noua aditione, Declara n.*3 *& seqq. Et quid si nõ Dominus sed eius seruus sit institutus, & cohæredi substitutus n.* 10.
2 *Aditio vna sufficit.*
5 *Cohæres cohæredi vulgariter substitutus, si repudiet suam portionẽ, & mox purificetur conditio substitutionis, debet ex substitutione adire, si succedere vult & ita adeundo consequitur etiã partem suã repudiatã iure accrescendi, sed pro portione tantùm hæreditaria si adsint cohæredes, etiã si non fuerint pariter substituti n.* 1. *Aliud est si non repudiet suã partem, & adeat ex substitutione partem cohæredis deficientis, nam tùnc etiam partem suam in totum habebit licet adsint cohæredes num.*7. *& ratio diuersitatis num.* 8.
9 *Intellectus l.si tu ex parte* 75.*vers.sextans.ff.de acq.hæred.*
11 *L.si quis hæres* 35 *vers.idem dico, ff de acq hæred.declaratur vsque ad finem.*

An ex vulgari substitutione coniuncta cum iure accrescendi portio hæreditatis ipso iure, & sine noua aditione acquiratur.

QVÆSTIO XXXIII.

QVartus igitur, & verus huius coniunctionis effectus est, quia, licet ex substitutione regulariter non acquiratur hæreditatis ipso iure, sed sit opus aditione, *l si tu ex parte* 75. *ff.de acq.hær.* & in hoc differat substitutio à iure accrescendi quippe quòd ipso iure defert partem vacantem, *d l.nu.§.his ita definitis C.de cad toll & dix.in* 8.*c.q.*1.*nu* 2. tamen, quando substitutio est coniuncta cum iure accrescendi portio cohæredis deficientis acquiritur substituto ipso iure, & sine noua aditione. † *d.l.si tu ex parte.*75.*vers.respondit ff.de acq hæred.* 1
l.si cohæredi 4.*in prin.ff.quis ord.in bon.poss.seru. Et scribunt gl.in d.l.si quis hæres.*35.*in verb.ex causa quoque vers & dic, ff.de acq.hæred Bart.in l.vlt.num.*1.*vers.*2.*casu ff.de acq.hæred. Polit. in d l re coniuncti nu.*73.*vers. Ego sustinere & de subst.partic.*6. *de effectu vulg sub n.*53.*vers. Ego sustinere Zanch.in d.l. hæredes mei.*57.*§ cum ita part* 4.*n.*264.*ff.ad treb.Cuiac.ad tit.Cod. quand non pet.part & in l.testamento* 6.*C.de impub.& al. subst.* quia, quando est coniuncta, supponimus, substitutum iam adijsse suam partem, *d.l.si quis hæres* 35.*in prin ff.de acq hær. d. l.testamẽto.*6.*C de impub & al.sub.& ostendimus in hoc c. q.*31. *nu.*25. Alioquin enim non haberet locum ius accrescendi, *ut diximus in* 7.*c q.*70.*n.*2 *cũ per id portio non personæ, sed portioni accrescat, l.si Titio.*39.*§.fi.ff.de vsufr.&c,* vbi quis semel adiuit, non est ampliùs ei opus noua aditione, cum semel adeundum sit. † *d.l.si tu ex parte.*75.*vers.respondit, & l.si solus.*79. 2
§.fin.vers.Ego quidem ff.de acq.hæred.

Planè non statim ei acquiritur ex substitutione hæreditas
3 sed tunc demum, cum fuerit delata, † *vt declarat gl. in d. l. si quis hæres 35. in versic. ex causa quoque, versic. & dic ff. de acq. hæred.* idest, cum is, cui facta est substitutio defecerit, vel morte, vel repudiatione. In quo quidem differt institutus, & cohæredi substitutus ab eo, qui solus ex parte pure, & ex parte sub conditione institutus est; Nam hic statim fit hæres ex cõditionali etiamsi non extiterit conditio, *vt diximus in hoc ca. q. 19. nu. 6.* ille verò non, nisi purificata conditione, *Ita scribit Bart. in l. quidam elogio 20. n. 1 vers. Venio ad 2. C. de iure delib.*

Cuius diuersitatis ratio est, quia priore casu certũ est partem conditionalem omnimodo debere ad institutum pertinere cum nullus alius sit cui possit acquiri, ideoque frustrà illius acquisitio differretur, *vt diximus in d. qu. 10 nu. 7.* At posteriore casu non est certum partem illam omnimodò esse peruenturam ad substitutum, quia substitutio supponit institutum, cui primùm acquiri potest, ideoque eius respectu differtur acquisitio; quandiù enim spes est institutum posse admitti tamdiù substitutus non admittitur, *l. quandiu. 3. ff. de acq. hær. ita ratiocinatur Bart. in d. l. quidam elogio 20. numer. 1. vers. Venio ad secundum.*

Ex his intelligimus, si ex duobus hæredibus institutis, Caio puta, & Titio, & inuicem substitutis Caius adeat partem suam, deinde Titius repudiet, aut aliter deficiat & sic veniat conditio substitutionis, non esse Caio necesse iterùm adire, vt
4 Titij partem acquirat, sed eam ipso iure accrescere. † *d. l. si tu ex parte, & scribunt omnes quos retulimus supra n. 1.* Cæterùm si repudiet suam portionem & mox purificetur cõditio substitutionis, necessariò debebit (si succedere vult) adire ex sub-
5 stitutione. † *d. l. si tu ex parte 75. vers. Item si tu.* sed ita adeundo consequitur etiam partem, quàm priùs repudiauerat non quidem iure institutionis, sed iure accrescendi. quoniã ea iam accreuerat portioni Titij, quam ipse ex substitutione posteà fuit consecutus, *d. l. si tu ex parte. 75 vers. Institutus si tu, & dicemus in quæst. seq. num. 14.* quinimo si partem suam non re-
6 pudiauerit, † sed nec adierit, fortè quia sub conditione fuerit relicta, & hac ratione non potuerit eam adire priùs, quã conditio extiterit, & post Titij defectum ex substitutione adierit, mox conditio suæ institutionis extiterit, erit etiam hæres ex parte sua, & sic iure suæ institutionis, & sine noua aditione, *d. l. si tu ex parte. 75 vers. Respondit.*

Illud sanè interest, vtrum partem, in qua fuit institutus repudiet Caius nec ne, quia, si repudiet, licet adeundo ex substitutione nihilominùs eam consequatur, non tamen conse-
7 quetur insolidum, † sed pro portione tantùm hæreditaria si habeat cohæredes etiamsi non fuerint eidem substituti. *Ita*
8 *enim scripserunt omnes, quos referemus in quæst. seq. n. 23.* quia, † cum eam consequatur non ex dispositione testatoris quippè quam repudiauit, sed ex iure accrescendi, & sic ex dispositione legis, Consequens est, vt non nisi pro portione hæreditaria, idest pro ea portione in qua Titius fuerat institutus eã habere possit, *secundum ea, quæ diximus in 8. cap. qu. 10. nu. 2.*

Denique, cum veniat, tamquàm substitutus, & subrogatus in locum Titij deficientis, non potest plùs habere, quàm habuisset Titius, si ad suam portionem fuisset admissus. Atqui is non potuisset habere partem à Caio repudiatam, nisi pro sua portione hæreditaria, propterea, quòd ea omnibus cohæredibus pro hæreditaria portione accrescit, *vt dictũ est.* Debet igitur etiam pro huiusmodi portione eam habere Caius substitutus. At verò si non repudiet suam portionem, sed post aditam ex substitutione hæreditatem extiterit suæ institutionis conditio, Cõsequetur totam eam portionem, in qua fuerat institutus, etiamsi cohæredes habeat *d. l. si tu ex parte. 75. vers. sextans.* Et hoc ideò, quia eam consequitur ex dispositione testatoris, non ex iure accrescendi, ideoque eo non repudiante non possunt alij cohæredes ius aliquod in ea prætendere, cum ius accrescendi cesset, quoties is, qui à testatore fuit vocatus, ad suam portionem admittitur, *vt diximus in 7. cap. qu. 21, num. 11.* Et hoc est, quod voluit significare Iabolenus, *in d. l. si tu ex parte. 75. vers. sextans,* in illis verbis. *Sextãs itaque, qui sub conditione datus mihi est ad me solum pertinet.*
9 † Solum enim dixit, ad exclusionem aliorum cohæredum, *vt ibi declarat gl. in verb. ad me solum.*

Sed hæc quidem procedunt si per semetipsum quis ex substitutione sit hæres. Cœterùm si per alium puta seruum, magis est, vt licet ipsius iussu seruus ex institutione adierit, & hæreditatis partem ei quæsierit non tamen cohæredis posteà deficientis partem cēseri ei ex substitutione quæsiisse, nisi nouus iussus, & noua aditio interuenerit, † *vt scribit gl. in d. l. si* 10
quis hæres 35. in verb. ex causa quoque vers. & dic, ff. de acq. hæred. Nam quemadmodum seruus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus licet iussu Domini puram adeat non tamen post euentum conditionis censetur ei conditionalem acquisiuisse, nisi iterum iussu ipsius adierit, *l. si solus. 79. §. 1. ff. de acqu. hæred. & diximus in hoc cap. qu. 20. num. 23.* ita etiam seruus pro parte institutus, & cohæredis substitutus licet iussu Domini adeat ex institutione, non tamen sine nouo iussu, & noua aditione censetur ei partem ex substitutione quæsiuisse, quia institutus, & cohæredis substitutus est similis ei, qui ex parte pure, & ex parte sub conditione institutus est. *l. 1. §. id quod ex substitutione ff. ad l. Falcid. cum substitutio sit conditionalis institutio, ut diximus in hoc cap. q. 17. num. 4.*

Hinc intelligimus eum qui per semetipsum ex institutione & substitutione vocatur differre ab eo qui vocatur per alium in duobus, & primo in eo quia cum per semetipsum vocatur vna sufficit aditio, cum verò per alium iterum adeundum est *d. l. si solus 79. §. 1.* secundò verò quia cũ per semetipsum, pars ex substitutione acquiritur ei, qui ex institutione hęres est, *d. l. si quis hæres 35 in princ. ff. de acq. hæred.* at cum per alium non acquiritur veteri Domino, qui ex institutione factus est hęres sed nouo Domino si medio tempore seruus fuerit alienatus, aut ipsimet seruo si interim manumissus fuerit *d. l. si solus 79. §. 1. & diximus in hoc cap. qu. 20. num. 21.*

Quæ cum ita sint non immeritò quæri potest quid senserit, *Vlpianus in d. l. si quis hæres 35. vers. idem dico ff. de acq. hær.* † dum vtrumque purificat, eo ipso quod posteà quàm dixit 11
eũ qui fuit institutus ex parte, & per se substitutus si pro hærede gesserit antequam ex causa substitutionis ei deferatur hæreditas, esse hæredem ex causa quoque substitutionis quoniam inuito quoque ei accrescit portio, subijcit, *idem dico & si filiusfamilias, vel seruus iussu Domini, vel Patris adierit hæreditatem mox emãcipatus, vel manumissus ex causa substitutionis adeat erunt namque hæredes; sunt enim appendices præcedentis institutionis.* Nam ex his verbis duplex oritur dubitatio vna, quia cum huiusmodi species differant in hac iuris parte vt supradictum est, non rectè videtur subiecisse idem dici de vna, quòd de alia. Sequens verò dubitatio est in interpretatione illorum verborum *erunt namque hæredes; sunt enim appendices præcedentis institutionis,* quippè quę inter se contraria. Nam aut illa verba *erunt namque hæredes* referuntur ad Patrem, & Dominum, & significant eos esse hæredes ex substitutione quia iam ex institutione hæredes facti sunt, & tunc ratio quæ subijcitur est probabilis, & vera; Ideò enim ex substitutione fiunt hæredes pater, ac Dominus, quia huiusmodi acquisitio pendet ab acquisitione facta ex institutione, & sic est appendix præcedentis institutionis, sed dictum est falsum, quia certum est ex substitutione nõ acquiri hæreditatem Patri, & Domino, sed ipsimet filio, & seruo, qui post emancipationem, & manumissionem adeunt; Aut verò referuntur ad seruum, & filium, & significant eos fieri, hæredes, & tunc dictum quidem verum est, sed ratio quæ subijcitur inepta; Non enim ideò sunt ex substitutione hæredes filius, & seruus quia ex institutione iam priùs adierint, sed quia tempore aditionis non sunt in potestate Patris, aut Domini, sed sunt sui iuris, ideoque non eis, sed sibi hæreditatem acquirunt. Quamobrem non rectè videtur subiecisse, ideò eos fieri hæredes, quia huiusmodi acquisitiones sunt appendices præcedentis institutionis.

Mirum est quàm valde se torqueant nostri pro hisce difficultatibus resoluendis; Primùm enim censent nonnulli Vlpianum dum subijcit idem esse non respexisse ad dictum expressum, sed ad illud quod à contrario sensu tacite subintelligitur, nam ex eo quod supradictum est eũ qui adiuit ex institutione fieri etiã hæredẽ ex substitutione colligitur à contrario sensu aliud dictum, nẽpe si non adiuit ex institutione nec per consequentias fieri posse hæredem ex substitutione: Quamobrem subijcit idem dici, & in filio, vel seruo, nam si ex institutione non adeũt quãdiù sũt in potestate Patris, aut Domini, sed adierint postea quam facti sunt sui iuris, fiunt etiam hæredes ex substitutione, quoniam hæ, sunt appendices proceden-

cedentis aditionis. *Ita explicat glos. in d. l. si quis hæres 35. in princ. in verb. erunt namque hæredes vers. dic ergo.*

Verùm hæc interpretatio, vt expressis Vlpiani verbis repugnat, ità, & meritò fuit ab omnibus improbata, quia certum est loqui Vlpianum de filio, & seruo, qui iussu Patris, & Domini adierunt ex institutione, dum adhuc essent in eorũ potestate cõstituti, & post emancipationem, & manumissionem adierunt ex substitutione vt patet ex illis verbis, *idem dico, & si filius familias, vel seruus iussu Domini, vel Patris adierit hæreditatẽ mox emancipatus, vel manumissus ex causa substitutionis adeat*, quamobrẽ ad eius speciẽ non potest glossę interpretatio accõmodari, maximè cũ Vlpianus bis factã aditionẽ supponat, & vbi iussu Patris, aut Domini non esset facta ex institutione aditio, satis esset eos ex institutione semel adire vt ipsimet cẽserẽtur posteà facti hæredes ex substitutione.

Hinc igitur alij putant Vlpianum loqui de filio, & seruo, qui post emancipationem, vel manumissionem non adierunt, & dicere eo casu Patrem, & Dominum fieri hæredes ex substitutione, quod hæc acquisitio pendeat à præcedente institutione, *ita Angel. in d. l. si quis hæres 35. nu. 1. vers. in tex. ibi.*

Sed, & hæc interpretatio peccat eodem morbo, quo superior: nam apertis Vlpiani verbis refragatur, scilicet, quia Vlp. manifestè loquitur de filio, & seruo qui post emancipationem, vel manumissionem adierunt ex substitutione, vt patet ex illis verbis, *mox emancipatus. & manumissus ex causa substitutionis adeat.* Deinde etiamsi non adierint, non tamen Pater, & Dominus fierẽt hæredes ex substitutione prout supponit *Angel. quippè quæ ad eos non transit l. qui liberis 8. §. hæc verba ff. de vulg. sed fierent hæredes ex iure accrescendi secundùm ea, quæ diximus in hoc capite q. 26. nu. 13.* cum alioquin Vlpianus velit fieri hæredes ex substitutione, vt patet ex illis verbis *ex causa quoque substitutionis*, & ex illis *ex causa substitutionis adeat*, nam in hoc videtur vtriusq. speciei paritatẽ cõstituisse.

Quamobrem ego, vt liberè dicam quod sentio, puto Vlp. licet vtatur illis verbis *idem dico*, non tamen paritatem denotare voluisse, sed quandam consequentiam, quæ locum habet in opposito, nam postea quàm dixit eum, qui adiuit ex institutione fieri etiam hæredem ex substitutione, quoniam ipso iure ei etiam inuito accrescit portio, subijcit idem, dico, scilicet è contrario, quia vbi ipso iure etiam inuito pars non accrescit, non fiet hæres ex substitutione, qui factus est hæres ex institutione, nam si filiusfamilias, vel seruus iussu Patris, vel Domini adierit hæreditatem, quoniam alia pars sub conditione delata non acquiritur ipso iure, neque inuito, sed opus est noua aditione, ideò si emancipatus, vel manumissus ex causa substitutionis adeat, erunt ipsi hęredes non verò Pater, & Dominus; sunt enim appendices præcedentis institutionis, idest sunt consequentiæ quæ à præcedenti aditione facta ex causa institutionis ducuntur, tàm negatiuè, quã affirmatiuè. Nã quibus casibus inuito fit acquisitio, pars ex substitutione acquiritur ei, qui factus est hæres ex institutione, quibus verò non fit inuitò, nec ijs, qui ex institutione facti sunt hæredes censetur ex substitutione facta acquisitio; Ita meo iudicio locus hic intelligendus est, ne alioquin fateri cogamur Vlpianum ineptè, & contra recepta iuris principia locutum esse.

S V M M A R I V M.

1 *Ex substitutione non acquiritur hæreditas inuito, sed ex iure accrescendi acquiritur num. 2. & 3.*

4 *Si substitutio sit coniuncta cum iure accrescendi, portio deficientis substituto acquiritur etiam inuito, & ignoranti, absque noua aditione, & num. seqq.*

8 *Institutus pro parte, & pro alia cohæredi substitutus æquiparatur ei qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est; & in quo differant num. 33.*

10 *Institutus pro parte & pro alia cohæredi substitutus, si incipit ab aditione suæ partis, fit etiam hæres in parte, in qua est substitutus. Amplia ut num. seqq. & an ex iure accrescendi an ex substitutione num. 14.*

11 *L. cum hæreditate 55. ff. de acquir. hæred. declaratur.*

12 *Cohæres, cui post aditam hæreditatem, alterius cohæredis portio defertur, non cogitur partem vacantem suscipere, si velit totum dimittere; sed hoc procedit in eo, qui simplici iure accrescendi vocatur non in eo, qui etiam vocatur ex substitutione expressa n. 13. & ibi triplex ratio diuersitatis.*

15 *Ius accrescendi, & substitutio An & quando sint compatibilia, & nu. seqq.*

17 *Actiones utiles non possunt stare simul cum directis & quare num. 19.*

20 *Institutus pro parte, & pro alia cohæredi substitutus, an possit portionem cohæredis deficientis consequi, vel iure accrescendi, vel iure substitutionis ad arbitrium. Et An teneatur tùnc præstare legata, ut coniunctus, an ut substitutus num. 21. & nu. 31.*

22 *Institutus pro parte & pro alia cohæredi substitutus, si repudiet suam partem, & posteà partem cohæredis adeat habebit etiam partem suam iure accrescendi. Et an in totum, an tantùm pro portione hæreditaria illius, cui fuerat substitutus? distingue, ut num. 23.*

24 *L. si is ex parte. 75. vers. item si is ff. de acq. hær. declaratur.*

25 *Verba debent referri ad id, de quo est quæstio.*

26 *Institutus pro parte & pro alia cohæredi substitutus, si incipiat ab aditione partis cohæredis, illam habebit iure substitutionis non vero iure accrescendi, & partem suam habebit quandoque iure institutionis, quandoque iure accrescendi, iuxta distinctionem, de qua nu. 27. Et quid si in ea habeat cohæredem, vel substitutum nu. 28.*

29 *Institutus pro parte, & pro alia cohæredi substitutus si incipiat à repudiatione partis sibi ex substitutione delata; & posteà adeat aliam partem, in qua fuit institutus, habebit etiam partem repudiatam iure accrescendi.*

30 *Cohæres cohæredi substitutus potest arbitrio suo portionem cohæredis deficientis habere, vel ex substitutione vel ex iure accrescendi, quamdiù res est integra, & quæ vtilitas n. 31. Cæterum vbi res desinit esse integra, distinguitur, vt nu. 31.*

31 *Repudiato vno iure superest aliud.*

32 *Pars est habenda eo iure, quo testator voluit, & num. 27. & qualiter procedat, & nu. 32. & 33.*

An, & quando ex vulgari substitutione coniuncta cum iure accrescendi portio hæreditatis inuito acquiratur.

Q V Æ S T I O XXXIV.

QVintus effectus est, quia, licet ex substitutione nemini in-
uito acquiratur hæreditas, cum iniquum sit, aliquem
inuitum oneribus hæreditarijs adstringi † *l. qui in aliena. 6. in* 1
prin. ff. de acq. hæred. Et in hoc differat substitutio à iure accre-
scendi, † *vt scribunt Ias. in l. 1. in prin. vers. in prima parte C. de* 2
Impub. & al. subst. Bald. in §. & plures, num. 10. inst. de vulga.
Cuiac. ad tit. C. quand. non pet. part. & ad l. testamento C. de im-
pub. & al. subst. quippè, quod etiam inuito defert partem va-
cantem, † *ut diximus in 8. cap. q. 5. nu. 8.* si tamen cohæres co- 3
hæredi substitutus sit, & sic substitutio sit coniuncta cum
iure accrescendi, portio deficientis etiam inuito substituto
acquiretur, † *d. l. si quis hæres. 35. in prin. Et ibi Ang. nu. 1. vers.* 4
in text. ibi ff. de acq. hæred. d. l. testamento 6. Et ibi Seb. Sap. num.
12. & Cuiac. C. de impub. & al. subst. Et scribunt Polit. in d. l. re
coniunctis num. 73. vers. Ego sustinere & de subst. par. sic. 6 de effe-
ctu vulg. subst. nu. 53. vers. Ego sustinere, Duar. lib. 2. de iur. accr.
cap. 1. Cuiac. ad tit. C. quando non pet. part. Et hoc ideò, quia pars
illa iam censetur acquisita, cum is, qui partem adit, totam hę-
reditatem adire censeatur cęteris deficientibus, † *l. si duo. 38.* 5
ff. de acq. hæred. Quo fit, vt eam ampliùs repudiare non possit,
cum id, quod acquisitum est, repudiari nequeat, † *l. 1. §. decre-* 6
talis ff. de success. edict. Et hoc est, quod plerique sentiunt di-
centes, ideò inuito accrescere, quia hoc est appendix præce-
dentis aditionis, † *d. l. si quis hæres 35. in prin. vers. Sunt enim ff.* 7
de acq. hæred. Et in specie declarat Cuiac. ad tit. C. quand. non pet.
part. & in d. l. testamento 6. C. de impub. & al. subst. & nos etiam
diximus in 8. cap. qu. 1. nu. 11. Et verò, cum is, qui ex parte
purè & ex parte sub conditione solus institutus est, adeundo
ex pura cogatur etiam inuitus conditionalem suscipere *l. si so-*
lus. 79. in prin. ff. de acq. hæred. & nos latè ostendimus in hoc cap.
q. 25. nu. 30. Consequens est, vt etiam inuitus debeat partem
ex substitutione delatam suscipere institutus, & cohæredi
substitutus, qui suam portionem adiuit, quippè qui similis ei
dicitur, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione insti-

8 tutus est, † *l.coheredi.41.§.cohares ff.de vulg.& diximus in hoc cap q.16.nu.6. Ita ratiocinatur Duar.d. lib.2.de iur accr.cap.1.*

9 Hinc fit, vt etiam ignorans fiat hæres ex substitutione.† *ut scribit gl.in d.l.si quis heres. 35. in prin in verb.ex causa quoque versic.Vel dic ff.de acq.har.* quia,quæ inuitis nobis fiunt,multo magis fiunt, & nobis ignorantibus, *l. qui potest inuitus. 27. ff.de reg iur.§.sui autem inst.de hared qua ab Int.def.*

Sed hæc generaliter dicuntur. Specialiter autem, si quæramus; quando cohæres cohæredi substitutus cogatur inuitus partem, vel ex institutione,vel ex substitutione suscipere, constat quatuor esse distinguendos casus, quorum,

Primus est,quando substitutus incipit ab aditione suæ partis, Et tunc certum est, illum etiam inuitum fieri hæredem

10 etiam ex substitutione,† *d l.si quis heres.35 in prin.Et ibi Ang. n.1.vers & hoc tenet ff.de acq har.d.l testamento 6. Et ibi Bart. nu.5.Bald.nu.2.C.de Impub.& al subst.Castr.in l. 1. nu.1.vers in gl.1 ff.de acq.hared.Ias.in d l Nec is 17.§.hares, num.30.ff de acq.hared. Alcia.in d.l.re coniuncti, nu 58.versic.Item procedit, & versic. Quod maximè:* Nam in his potissimum terminis procedunt ea, quæ supra diximus. Quamobrem pars cohęredis dicitur ei etiam inuito accrescere, *in d.l.si quis hæres 35. & in d.l.testamento 6.*

11 Idque adeò verum est,vt procedat, non solùm,si tempore aditionis delata iam erat ex substitutione portio, vt quia cohæres iam defecerat, puta repudiauerat, aut ante aditam decesserat,sed etiam si delata sit posteà; Adhuc enim cogetur eam suscipere, etiamsi dicat, se velle parte suam omittere; Nam,quod dicitur,cohæredem,cui post aditam hęreditatem alterius cohæredis portio defertur, non cogi partem vacantē suscipere, si velit partem suam omittere, sed habere facultatem totius hæreditatis aut amplectendæ,aut omittendæ, se-

12 cundùm dispositionē *l.cum hareditate.55.ff de acq.har.*† quā nostri communiter ad omnem cohęredem,etiam extraneum trahunt,*ut retulimus in 8.cap q.6.n.3.* tametsi nos disputando contrariam opinionem veriorem esse dixerimus, *ibi nu.7.&*

13 *seqq.* procedit,†in eo,qui solo,& simplici iure accrescendi vocatur ad partem deficientis,non etiam in eo,qui vocatur substitutione,& sic expressa testatoris dispositione; Nam hic ex veriore, & receptiore sententia cogetur omnimodo partem vacantem suscipere,etiamsi posteà deferatur,nec poterit partem suam repudiare, *Ita enim distinguendo declarant Bart.in d.l.re coniuncti nu.53.& ibi Rip.nu. 186. Alcia.n.58.vers. Quod maximè, Bart.in l.ult.in prin,versic.Sol.ibi ff.de acq. har. Bart. in d.l.testamento 6.nu.4.& ibi Ang.nu.2.& ibi Seb.Sap.n 12.C. de Impub & al.subst. Ang.in d.l cum hareditate 55.versic.& limito,& ibi Cast.n.3.Imol.nu.3 versic.vltimo ff.de acq har Imol. in l si solus.79 num.1 versic.in ea gl.16.ff de acq.har.Cast.in l.1. nu 3.& ibi Imol.nu.1.versic.in ea gl ibi ff eo. Zanch.in d.l.haredes mei 57.§.cum ita, parte 4 nu.267.ff ad Trebell* Cuius diuersitatis triplicem nostri rationem afferret solent, Primùm, quia,quoties ius accrescendi est simplex, cohæres vocatur ad partem vacantem ex sola dispositione legis,*vt patet ex ijs qua diximus in secundo cap.qu 2.num.23.* At, quoties est vnitum cum substitutione, vocatur ex dispositione hominis, & mitiùs agitur cum lege, quam cum homine. *Ita ratiocinatur Seb.Sap.in d.l.si testamento 6 nu.12.* Secundam verò rationem afferunt, quia,magis est, quod imputetur ei, qui substitutus est,si non cogitauit, substitutioni locum esse posse, & cohęrede repudiante sibi totum accrescere,quam si non sit substitutus, *vt considerant Seb.Sap.in d l testamento.6 numer.12.& Alciat.in d l re coniuncti num.58. vers. Quod maximè.* Tertiam denique rationem afferunt, quia duo vincula magis ligant, quam vnum, *vt diximus in quinto cap.qu.46.num.5. Ita Seb.Sap.in d.l testamento 6.nu. 12.*

Hinc intelligimus errasse *gl.in d.l.testamento 6.in verb. Accrescit, C.de impub.& al.subst.* dum interpretatur id,quod ibi dicitur partes repudiantium accrescere cohæredibus substitutis,qui suas portiones agnouerunt etiam inuitis, procedere, si suam partem velint, sentiens beneficium *d l cum hareditate.55.ff.de acq hered.* etiam in hac specie locum habere, quia contrarium verius est, & receptius, *vti videre est apud eos, quos retulimus supra num. 11.* Quamobrem illa gl. non immeritò fuit improbata *à Bart.in d.l.testamento.6.nu.4.*

Planè de illo dubitari potest, an in hac specie cohæres censeatur consequi partem cohæredis deficientis iure accrescendi,an verò etiam iure substitutionis.† Et in hoc variant 14
nostri: Nam quidam censent non nisi iure accrescendi eam obtinere, *vt Cuiac.in d.l.testamento.6.C.de impub.& in d.tit C. quand. non pet. part.* tùm quia pars illa simpliciter dicitur ei accrescere *in d.l testamento.6.& in d.l.si quis hares,* Tùm etiam quia frustrà per substitutionem consequeretur, quod per ius accrescendi haberet primùm, *vt fatetur Bald. in d. l. testamento.6 num.12.*

Sed est verius habere eam vtroque iure,idest,& iure accrescendi, & iure substitutionis, *vt censuerunt Bart.in d.l testamento.6.num.5.& ibi Bald.num.3.C.de impub.& al.subst Ang. in d l si quis hares.35 num.1.uers.in text.ibi,& num. 2. Castr.in d.l.1.nu.1.vers in gl.1 ff.de acq.hared.& Polit.in d. l. re coniuncti num.73.versic. Ego sustinere, & de subst partic. 6 num. 53. vers. Ego sustinere.* Nam de iure accrescendi res caret dubio, quia, vt dictum est, pars dicitur ei accrescere, de iure verò substitutionis patet *d.l si hares,* ibi *erit hares, ex causa quoque substitutionis;* Et ita etiam sensisse videntur omnes,qui in propria specie scripserunt, debere substitutum esse hæredem eo iure, quo testator voluit, *quos referemus infra nu.27.* Et sanè, cum hæc iura sint inter se compatibilia, † *vt scribit Angel.in* 15
d.l.si quis hares.35 in prin.nu 1.vers.in tex.ibi,& nu.2 ff.de acq. hared. scilicet,quia non repugnat,quem esse hęredem ex substitutione, & ipso iure, ac sine noua aditione, & sic per modum accretionis partem acquirere. Consequens est,vt simul esse possint *vt declarat Ang.in d.l.si quis hares num. 2.*

Nec obstat,si dicatur, imò hæc esse incompatibilia, quia cum expressum faciat cessare tacitum † *l cum ex filio.39.§.filio ff.de vulg.* & ius accrescendi sit tacita substitutio *l.si Titio.63.§.si.ff de leg.2 & nos diximus in 2.cap.q.2.n.42.* Consequens 16
videtur,vt cessare debeat, vbi facta est expressa *ut opponendo considerat Bald.in d.l.testamento.6 nu.2. C.de impub. & al.sub.* Denique cum actiones vtiles simul stare non possint cum directis † *l si hares institutus.70.ff.ad treb.* Consequens etiam videtur,vt simul stare non possit ius accrescendi cum substitutione expressa,scilicet,quia par videtur omnium ratio, cum & actiones directæ videantur posse dici expressæ tamquam venientes ex verbis legis, aut edicti, vtiles verò tacitæ, tamquàm venientes ex sententia *ut obijciendo considerat Ang.in d. l.si quis hares 35.nu.2.* quia 17

Ad primum respondet Baldus, substitutionem expressam facere cessare ius accrescendi, quando est substitutio tacita quoad titulum nominis, scilicet, quia non dicetur ampliùs tacita,sed expressa substitutio, sed non quoad ius,& acquisitionis effectum,quia,cum substitutio facta sit ad augendum, Consequens est, vt non debeat operari diminutionem *secundùm ea,qua diximus in hoc cap.qu 31.nu.6. Ita respondet Bald. in d.l.testamento.6.nu.2.C.de impub.& al.subst.*

Verùm hæc responsio, meo iudicio, non tollit dubitationem,quia licet effectus sit idem, non tamen sequitur eum ex vtroque iure prouenire. Est enim effectus substitutionis non iuris accrescendi tamquàm ab illa exclusi.

Quamobrem verius est,hæc esse incompatibilia, †& simul stare non posse,si ius accrescendi consideretur, vt causa acquisitionis,secus verò si consideretur,vt acquisitionis modus; Nam,quoties consideratur, vt causa acquisitionis, ideò non potest simul esse cum substitutione,quia substitutio continet prouisionem hominis, ius verò accrescendi continet prouisionem legis, *vt ostendimus in secundo cap. qu. 2. num 23.* & hæc ab illa excluditur, etiamsi in eamdem personam conferatur,& ad eumdem finem,& effectum dirigatur. At in proposito ius accrescendi non consideratur, vt causa acquisitionis,sed, vt acquisitionis modus, quia substitutus fit hæres ex causa substitutionis,& sic dispositionis hominis, non verò ex causa iuris accrescendi, & sic dispositionis legis, sed fit hæres ipso iure, & sine noua aditione,ac inuitus, & sic per modum accretionis, *ut latè ostendimus in hoc cap q.16. num. 13.* Ergo non sunt incompatibilia, & per consequens simul stare possunt, nec alterum ab altero excluditur. 18

Ad secundum verò respondet Ang. diuersam esse rationem iurium directorum,& vtilium,†& substitutionis,ac iuris accrescendi. Nam illa, siuè sint directa, siuè vtilia,conferuntur in vnam, eandemque personam ex expressa dispositione testatoris, qui vtroque modo disponendo censetur electionē vocato dedisse; At substitutio, & ius accrescendi non ve- 19
niunt

niunt ex eadem dispositione, sed diuersis, quoniam illa venit ex dispositione hominis, & sic ex voluntate testatoris expressa, hæc verò ex dispositione legis cum qua conuenit præsumpta voluntas testatoris, ideoque simul stare possunt. *Ita respondet Ang. in d. l. si quis hæres. 35. in prin. nu. 2 ff. de acq. hered.*

Sed neque hæc responsio tollit vim contrarij: Nam hoc ipso, quòd substitutio venit ex voluntate expressa, & ius accrescendi ex præsumpta, fit, vt simul stare non possit, *per ea, quæ supra diximus.*

Quamobrem verius est, longè aliam esse rationem illorũ, & horum iurium. Nam iura directa, & vtilia, ideò sunt incompatibilia, quia in eorum distinctione non consideramus effectũ, vtpotè, qui idem esse dicitur *in l. actio. 49. ff. de neg. gest.* sed consideramus solam originem, quæ, quia est incompatibilis, scilicet, quia directa perueniunt ex verbis, vtilia verò ex interpretatione, quæ cessat, vbi verba clara sunt, ideò fit, vt nullo respectu simul stare possint. At in distinctione substitutionis, & iuris accrescendi, non solùm consideramus originem, & causam, sed etiam modum acquirendi, ideoque licet hæc iura essent incompatibilia, si vno, & eodem respectu considerentur, puta respectu causæ, vel respectu modi, non tamen sunt incompatibilia, si considerentur diuersis respectibus, vt considerantur in proposito, scilicet, quia substitutio consideratur, vt causa, ius verò accrescendi, vt modus possunt enim hæc simul stare, vt substitutus fiat hæres ex causa substitutionis, & fiat per modum accretionis, idest ipso iure, & sine noua aditione, ac inuitus, *secundùm ea, quæ supra diximus. Et ita uidetur sensisse Polit. in d. l. re coniuncti nu. 73. uersic. Ego sustinere, & d. tract. de subst. partic. 6. de effectu uulg. subst. nu. 53. uers. Ego substinere, tametsi non ita rem explicet.*

Sed hæc procedunt, si substitutus vtroque iure velit consequi partem deficientis. Cæterùm si altero tantùm iure velit eam obtinere, an hoc facere possit, dubitari solet. † Et
20 quamquàm plerique *ueteres, quorum opinionem refert gl. in d. l. si quis hæres. 35 in uerb ex causa quoque, uersic. Sed quid si nolit ff. de acq. hered. & post eos Oldr. quem refert Bald. in d. l. testamento. 6 nu. 3. uersic. Sed D. Oldr. C. de impub. & al. subst.* censuerint posse, *per ea, quæ diximus infra num. 30.* Verius tamen, & receptius est, non posse, sed cogi eum habere partem deficientis, & iure substitutionis, & iure accrescendi. *Ita enim censuerunt gl. in d. l. si quis hæres, in uerb. ex causa quoque, uers. Imò certè, & ibi Ang. n. 1 uers. in text. ibi & nu. 2. Bald. in d. l. testamento 6 nu. 3. Polit. in d. l. re coniuncti nu. 73 uersic. Ego sustinere, & in d. tract. de subst. par. 6. n. 53 uersic. Ego sustinere.* iure substitutionis tamquam causa acquisitionis. Iure verò accrescendi tamquam acquisitionis modo, *secundum ea, quæ supra diximus.* tametsi veteres sentiant cogi debere vtroque iure, tamquàm causa quod nos à veritate alienum esse diximus in hoc *cap. q. 16. nu.* 8. Nec obstant ea, quæ dicemus *infra nu. 28. & seqq.* quia procedunt, quandiù res est integra. Cæterùm, vbi semel adiuit suam portionem, verius est, cogi eum habere vtramque eo iure, quo testator voluit, *ut ibi latiùs ostendimus.* Hinc fit, vt in hoc casu teneatur substitutus præstare legata, & vti coniunctus & vti substitutus. & sic vtroque iure *secundùm Bald. in d. l. testamento n. 3.* Sed est verius, † non teneri nisi
21 vti substitutum, quia cum non fiat hæres ex causa iuris accrescendi, sed tantum ex causa substitutionis, licet acquisitio fiat per modum accretionis, *ut supra dictum est.* Consequens est, vt in his, quæ ab acquisitionis causa pendent, debeat censeri, vt substitutus, non vt coniunctus.

Secundus verò casus est, quando cohæres cohæredi substitutus incipit a repudiatione suæ partis, † Et tunc, si posteà
22 cohæredis partem adeat, quod facere potest, siue tempore repudiationis iam erat delata, siue delata sit posteà, *ut declarat Castr. in l. 1. nu. 4. uers. Sed contra ipsum ff de acq. hær.* habebit etiam partem suam, quam priùs repudiauerat, non quidem iure institutionis, sed iure accrescendi, scilicet, quia pars illa iam accreuerat parti hæredis, quam ipse ex substitutione est posteà consecutus *l. si tu ex parte. 75. uersic. item si tu ff. de acq. hered. Et in specie declarant gl. ibi in verb. at si tantum, & Angel. num. 2. Bart. in d. l. testamento. 6. num. 5. Cod. de impub. & al. subst. in l. fin. num. 1. versic si verò primo ff. de acq. hered. Castr. in l. 1 num. 4. uers. Sed contra ipsum ff. eod. Imol. in l. si solus 79. in prin. num. 1. uers. in eadem gl. ff. eo. & ibi Castr. num. 3. Ias. in d. l. nec is. 17. §. hæres num. 30. ff. eod.* Sed hoc ita intelligendum est,

vt, si quidem sit solus, eam consequatur in totum, † si verò 23
non sit solus, sed habeat alios cohæredes, etiam non substitutos, sed eodem secum modo coniunctos, aut disiunctos, quo is, cui fuerat substitutus non in totum eam consequatur, sed pro hæreditaria tantum portione illius, cui fuerat substitutus scilicet, quia pars illa, tamquàm repudiata, & sic facta caduca accreuit omnibus cohæredibus, qui suas portiones agnouerunt, *ut diximus in octauo cap. quæst. 10. num. 1. Ita Angel. in d. l. si quis hæres. 35. num. 2. uersic. Et hoc tenet, Castr. in d. l. si solus. 79. num. 3.*

Ex quibus inferri potest ad declarationem eius, *quod scribit Iabolenus † in d. l. si tu ex parte. 75. versic. item, si tu,* cuius alioquin dubius est, & ambiguus sensus: Nam dum ait, *item, si tu* 24
sextantis ex quo institutus esses hæres, omiseris aditionẽ nunquid dubitas, quin ex substitutione adeundo, Titianæ partis habiturus partem esses? & hoc modo supponit, Caium Titio cohæredi substitutum, si priùs repudiauerit ex institutione, & posteà adierit ex substitutione non totam Titij partem habiturum, sed tantum partem partis, præbuit causam dubitandi, & inquirendi, quæ nam sit pars Titianæ partis, quæ ad eum non pertinet, & quamobrem non pertineat? Et veteres quidem putauerunt esse semissem illius sextantis, quem Caius repudiauerat, quippè, qui non potuit ad eundem Caium, vt Titio substitutum pertinere, sed omnimodo debuit pertinere ad alium cohæredem, qui non fuerat substitutus. Itaque supponunt in specie Iaboleni tres fuisse hæredes institutos Caium in sextante. Titium in quincunce, & Seium in alio quincunce; Ex his Caium, qui Titio fuerat substitutus suum sextantẽ repudiasse. & ideò eum accreuisse non solum parti Titij, sed etiam parti Sei pro portione hæreditaria, & hoc modo factũ esse, vt in parte Titij non totus sextans reperiatur, sed tãtùm pars sextantis, idest, dimidia, quoniam alia dimidia accreuit parti Sei. Vndè, licet Caius adeat posteà partem Titij ex substitutione, non tamen integrum sextantem consequetur, sed tantum eius partem. Et ita accipiendum putant Iabolenum in illis verbis *habiturus partem esses,* quasi partem intelligat sextantis, non totum sextantem; *Ita declarant gl. in d. l. si tu ex parte. 75 in verb. partem, vers. Tu dic, & alij veteres frequẽtius.* Hæc interpretatio, licet in se vera sit, & id ipsum contineat, quod supra diximus, nõ tamen rectè videtur ad Iaboleni speciem adaptari, scilicet, quia Iabolenus videtur loqui de parte Titianæ partis, & significare alteram partem eiusdem partis Titianæ non pertinere ad substitutum. quæ res nõ potest intelligi de ea parte sextantis, quę alteri cohęredi accreuit, quoniam ea non potest dici pars Titianæ partis, vtpotè in qua nunquàm fuit.

Sed est verius, prædicta Iaboleni verba, *habiturus partem esses,* debere intelligi de parte Cai, idest, de sextante, quem Caius repudiauerat, *ut & ipsi rectè putant,* non de parte Titij, sed eorum sensum non ita esse concipiendum. *Nunquid dubitas, quin adeundo ex substitutione habiturus esses partem Titianæ partis?* sed ita, *Nũquid dubitas quin adeũdo ex substitutione Titianæ partis habiturus esses partẽ* hoc est illum sextantem, quẽ ex institutione omiseras? Itaq; pũctus, qui ponitur post verbum *adeundo* debet poni post verba *Titianæ partis,* quia verba debent ad id referri, de quo erat quæstio, † & in specie ibi 25
proposita non poterat esse quæstio de parte Titij, quin tota debuerit ad Caium substitutum pertinere, sed tantũ de parte Cai, quæ priùs fuerat repudiata, vt scilicet ad eundem Caium ex substitutione Titianæ partis adeuntem deberet pertinere. Hoc autem sensu posito, non est necessarium supponere, tres *in specie d. vers. Item si tu,* fuisse hæredes institutos, sed potest Iabolenus intelligi, siuè duo tantùm instituti sint, siue plures, quia, si duo tantùm sint instituti, totus sextans ad eum pertinebit, si verò plures, non pertinebit, nisi pro portione hæreditaria Titij, cui Caius fuerat substitutus, *secũdùm ea, quæ supra diximus, habiturus partem esses,* intelliguntur de tota parte, idest de toto sextante, posteriore verò de parte partis, seu sextantis.

Tertius casus est, quando cohęres cohæredi substitutus incipit ab aditione partis cohæredis, Et tunc certum est, partem illam ad eum pertinere iure substitutionis, non iure accrescendi, † *ut scribit Bald. in d. l. testamento, 6 n. 3. C. de impub. & al. subst.* quippè, quod in propria specie cõsiderari nequit, Quamobrem, eius respectu tenebitur ad legata, & fideicommissa,

missa, non vti coniunctus, sed vti substitutus,& sic non secundùm naturam iuris accrescendi, sed secundùm naturam substitutionis, *vt declarat Bald.in d.l.testamento.6.nu.3.*

Partem autem suam, an cogatur etiam habere, & quo iu-
27 re, si quæramus † constat multùm referre vtrùm eo tempore, quo adit ex substitutione, iam fuerit delata, necne: Nam si iã erat delata, certum est, cogi eam habere, non iure accrescendi, sed iure institutionis, & sic eo iure, quo testator voluit, *secundùm ea quæ dicemus infrà n* 30. Cęterùm, si nondum erat delata, vt quia sub conditione fuerit relicta, si quidem posteà conditio extiterit, cogetur similiter eam habere non iure accrescendi, sed iure institutionis, *secundum ea, quæ dicemus infrà nu.*32. & quidem totum, licet habeat cohæredes *d.l. si tu ex parte.* 75. *versic Sextans. ff de acqu. hæred prout diximus in quest præced num.*7. Quod si non extiterit, cogetur eam habere iure accrescendi, non iure institutionis, *secundùm ea quæ diximus in hoc cap.qu.*30 *nu.*5. quippè, cui ob defectum conditionis locus esse nequit.

28 Planè, si in conditionali substitutum habeat, † & conditio deficiat, non ad eum pars illa pertinebit, sed ad substitutum, quippè, qui ius accrescendi censetur exclusisse, *ut diximus in d.qu.*30.*num* 30. Denique si habeat cohæredem, & conditio deficiat, non tota ad eum pertinebit, sed tantùm pro portione hæreditaria, quam ex substitutione est consecutus, *ut diximus in d.qu* 30.*num.*29. quia pars illa, tamquàm facta caduca ob defectum conditionis accreuit omnibus cohæredibus pro portione hæreditaria, *l.vn.§.his ita definit. C. de cad.toll.*

Quintus denique casus est, quando cohæres cohæredi substitutus incipit à repudiatione partis sibi ex substitutione delatæ, & tunc, si posteà partem suam adeat (quod facere poterit si posteà delata sit, vt quia cõditio sub qua fuerat relicta posteà extiterit *d.l.si tu ex parte.*75.*vers.hĩc si tu ff.de acq.hær.*) Consequetur etiam partem cohæredis, quam priùs repudiauerat, *d.l.si tu ex parte.*75. *vers.Item si tu.* Non quidem iure
29 substitutionis, sed iure accrescendi. † Et in his terminis procedit, quod diximus, institutum, & cohæredi substitutum, venire iure accrescendi ad partem cohæredis etiamsi locum non habeat substitutio, *ut videre est apud Alex. cons.* 109. *nu.*2.*& 3 vol.*2.

Hinc intelligimus, quod vulgò dici solet, cohæredem cohæredi substitutum posse arbitrio suo eligere, vtrùm velit partem deficientis ex substitutione, an verò ex iure accre-
40 scendi † *vt videre est apud Bart.in d l pater filium.*14.*num.*14. *ff de inoff. Ang.in d.l.si tu ex parte.*75 *num.* 2. *ff de acq. hæred. Castr.cons* 52.*num.*1.*vers.Et, si hoc erit vol.* 1. *Papien. in form. lib.quo ag.ex subst.in verb.breuiloce, num.*19.*Iasan d.l re coniunctis nu.*162.*& ibi Alc.num* 46.*vers.Huc pertinet*, procedere quamdiù res est integra, idest, quandiù nondum adiuit, aut repudiauit, *ut declarant Bald in d l.testamento.* 6. *num.*2. *versic.Et ita intelligitur Cod de impub.& al subst.Ias.in l. nec is* 17.*§.hæres n.*30.*ff.de acq.hær.* Nam tunc verum est posse eum vno iure partem repudiare & alio amplecti *d.l. si tu ex parte.* 75.*in fi ff.de acq.hæred.& scribunt gl.in dd nec is.*17.*§.hæres. in verb.non amittit. & ibi Ias.num.* 29.*ff.de acq.hæred.* & sic repudiare ex substitutione & consequi ex iure accrescendi, *secundùm Ang.in l.in testamento.*6.*n.*7.*C.de test.mil.* vel contra omittere ex iure accrescendi, & consequi ex substitutione; Nec enim ex vnius iuris repudiatione censebitur ab altero
31 exclusus † *ut scribit Io. Gaud in d l.re coniunctis num* 83.quia, quoties quis duplici iure ad rem venire potest, si vnum repudiet, non censetur alteri renuntiasse *l. nec is* 17.*§. hæres, ff.de acq. hæred* Cuius rei vtilitas in sola præstatione legatorum cõsistit, scilicet, quia interdùm veniens vno iure tenetur præstare legata, ad quæ non teneretur si veniret alio iure, *ut declarat Ias.in d.l.nec is.*17.*§.hæres nu.*29.*C de acq. hær. & in d l. re coniun.nu.*162. Cęterùm, vbi res desinit esse integra, tunc adhibita distinctione res est terminanda. Aut enim incidit à repudiatione vnius partis, Et aliam postea adeundo consequetur etiam repudiatam non ex iure, quo testator voluit,
32 † & sic iure institutionis, aut substitutionis, sed iure accrescẽdi. *secundùm ea quæ diximus in* 1. 2. *&* 3 *casu Ita Bart. in d.l. quidam elogio.*20.*nu* 1.*vers Venio ad secundum & vers.Secũdo casu C.de iur.delib* Aut verò incipit ab aditione vnius partis, Et tunc verius est, cogi eum habere vtramq; eo iure, quo testator voluit, & sic suam iure institutionis, cohæredis verò iure substitutionis, quia partis aditio trahit ad se totum *secundùm ea quæ diximus in* 1.*&* 2.*casu. Ita Bart.in d.l.quidam elogio.*20 *n.*1.*vers.Venio ad secundum,& vers.Secundo casu. Imol. in d.l.si solus* 79.*in prin.nu.*1.*vers.in eadem gl ff.de acq.hæred.*

Hinc etiam intelligimus, cohæredem cohæredi substitutum, licet assimiletur ei, qui ex parte purè, & ex parte sub cõditione institutus est *l cohæredi* 41.*§.cohæres ff.de vulg.* differre
† tamen in eo, quia in hærede ex parte purè, & ex parte sub 33
conditione instituto non distinguitur, vtrum incipiat ab aditione, non verò à repudiatione, sed omni casu cogitur vtramque partem habere eo iure, quo testator voluit, *ut multi frequentiùs tradiderunt, sicuti retulimus in hoc cap.q.*29.*num.*1.*licet nos ibi contrarium certis casibus verius esse docuerimus n.*5. *& seqq.* Atqui in instituto, & cohæredi substituto distinguitur, vtrùm inceperit ab aditione, an verò à repudiatione, *secundùm ea quæ diximus supra. Ita Bart in l. vlt. num.*1. *vers.Nec obstat ff.de acq hæred.& ibi Imol.num.* 1. *Alex.in d.l.* 1.*nu.*1.*vers.Potest etiam dici ff.de acq.hæred.*

Cuius diuersitatis ratio est, quia, quando institutus venit ad partem deficientis, vt substitutus, haud dubiè venit, vt persona diuersa, scilicet, quia venit, vt subrogatus in eius locum *l.vlt.C.de hær.inst.& diximus in hoc cap.q.*1.*n.*8. Et sic vt persona diuersa, cum, vbi plurium iura concurrunt in persona vnius perinde sit, ac, si concurrerent in persona diuersorum *l.tutorem* 22.*& ibi Bart ff. de his quib. vt ind.* Ergo quemadmodum ille potuisset suam partem repudiare, ita etiam poterit ipsemet substitutus. *Ita Bart.in d.l quidam elogio.*20.*n.*1. *vers.Venio ad secundum. Alex.in d.l.*1.*nu.*1.*vers. Potest etiam dici ff de acq.hær.* Et simili modo quemadmodum ipse potuisset repudiare suam partem, & facere, vt ea accresceret cohæredi, cui substitutus erat, ita etiam poterit, ex substitutione partem illius consequi. At hæc ratio cessat, quoties qui solus ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est, quoniam semper venit vt institutus, & sic vt eadem persona. Non debet igitur ei permitti voluntatem testatoris diuidere, *per ea, quæ diximus in hoc cap qu.*25 *num.* 4. *& seqq.* Denique, cum personæ censeantur diuersæ, vbi quis vocatur ex diuersis gradibus, consequens est, vt ius accrescendi locum habere possit *per l.testamento.* 6. *C. de impub.& al subst.& ea, quæ diximus in quarto cap qu.*4.*num.*19. At, vbi vocatur ex eodem gradu, persona non censetur diuersa, sed eadem; Non potest igitur in ea locum habere ius accrescendi, *per ea quæ diximus in d.qu.*4.*nu* 19 *ita Ias.in d.l.*1.*num.*21. *vers.Et tanto magis ff.de acq.hær.*

S V M M A R I V M.

1 *Vulgaris substitutionis spes non transmittitur ad hæredes. At spes iuris accrescendi transmittitur, num.* 2. *Et ratio diuersitatis nu.*3.*&* 4.

5 *Vulgaris substitutio an transmittatur ad hæredes, si sit coniuncta cum iure accrescendi, & num.* 8. *& seqq. Declara vt num.*15.*& seqq.vsque ad finem.*

6 *Intellectus l.si ex pluribus* 9.*vers.alia ff.de suis, & legit. & num.* 14.

7 *Intellectus l toties* 80.*ff.de acq hær & nu.*14.

10 *Vales argumentum a substitutione pupillari ad vulgarem.*

An, & quando vulgaris substitutio coniuncta cum iure accrescendi transmittatur ad hæredes.

Q V Æ S T I O XXXV.

Sextus huius vnionis, & coniunctionis effectus respicit eam differentiam, quæ circa transmissionem consistit inter ius accrescendi, & substitutionem vulgarem, Differunt enim, quia spes vulgaris substitutionis non transmittitur ad hæredes, si substitutus interim præmoriatur † *l.quiplures* 23. 1
*ff.de vulg.l.si ex pluribus.*9.*vers. Alia ff.de suis & legit.* At spes iuris accrescendi transmittitur † *l.hæc scriptura.*26 *§.ult.ff.de* 2
cond & dem.§.ult.inst. de Orphic. & nos late diximus in 7. *cap. qu.*62 *num.*29. *Hoc discrimen probat d. l si ex pluribus.* 9. *vbi Bart. ff. de suis, & leg. & Paul. lib.*4. *sent. tit.* 8. *§. ult. ubi Cuiac. Et tradunt glo. in l. qui plures,* 23. *in verb. ad superstites tamùm, & ibi Ias.numer.*1.*ff de vulg.glo.in l. Lucius.* 45.*§.*

Paulus

Paulus in verb. solùm, ff. eod. Azor. in summ. C. de cad. tollend. num.18. Bart in l. vn. §. his ita definitis, num.2. & ibi Castr. nu.5. C. eod. Bart. in l. si totam 82. num.2. & ibi Bald. ff. de acq. hæred. Bald. in l. vn. num.26. C. quand. non pet. part. & in l. toties 80. ff. de acq. hæred. Alex. in l. qui patris 59. num.3. ff. eod. Port. ad tu. inst. de Orphic. num.5. Iaf. in l. more 5. num.4. versf. Tertio, ff. de Iurisd. in l. sed, si plures 10. in princ. num.1. ff. de vulg. in l. quoties 13. numer.7. versic. aduerte etiam, Cod. de hæred. instit. & in l. 1. in princip. versic. in prima, C. de impub. & al. subst. Papiens. in form. lib. quo ag. ex subst. in verb. breuiloce. num.23. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 95. & in verb. in eodem testamento relinquens primo, num.266. Hieron. Verr. in l. ex facto 43. §. Iulius num.28. ff. de vulg. Cagn. in rub. C. quand. non pet. part. num.39. Io. Gand. in d. l. re coniuncti, num.83. & 84. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.4. tit.11. num.16. Balduin. in §. vlt. num.18. inst. de Orphic. & in §. & plures nu.10. inst. de vulg. Cuiac. in l. vn. in verb. autem legatariis, Cod. de cad. toll. & lib.12. obseruat. cap.11. Cuius diuersitatis duplex solet afferri ratio.

3 Prima, quia † iura realia transmittuntur, personalia verò non item *l. non solùm 9. §. tale legatum ff. de lib. leg. l. 1. §. permittitur ff. de acq. quot. & actiu. Et scribit Ceph. consil.321. n.35* Sed ius accrescendi est reale, *vt diximus in 4. cap. q.1. nu.2. & in cap.7. q.62. num.2.* Ius verò substitutionis personale, scilicet, quia personæ defertur *l. qui liberis 8. §. hac verba, ff. de vulg.* cùm alioquin portio portioni non persona accrescat *l. si Titio 39. §. 1. ff. de vsufr.* Nil mirùm igitur, si ius accrescendi, nō etiam ius substitutionis ad hæredes transmittatur. *Ita ratiocinantur gl. in d. l. si ex pluribus 9. in verb. alia causa, versic. Et est ratio, & ibi Bart. ff. de suis & legit. Bart. in dict. l. si totam 82. & ibi Bald. ff. de acq. hæred. Bart. in d. l. vn. §. is ita definitis, num.2. & ibi Castr. num.5. C. de cad. toll. Iaf. in d. l. sed si plures 10. in princ. num.1. ff. de vulg. & in d. l. quoties 13. num.7. versic. Aduerte etiam C. de hæred. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam num.95. & in verb. in eod. testamento relinquens primò, num.266. Hier. Verr. in d. l. ex facto 43. § Iulius num.28. ff. de vulg. Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num.39. & 50. vers. Et pariter Balduin. in d. § vlt. n.10 & ibi Cuiac. in poster. not. num.8 inst. de Orphic. Cuiac. in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, C. de cad. toll. & in not. ad dict. lib.4. sent. Paul. tit.8. §. vlt.*

4 Secunda ratio affertur, quia † ius quæsitum transmittitur ad hæredes, ius verò quærendum non transmittitur *l. vn. §. in nouissimo, C. de cad. toll.* Sed ius accrescendi respicit ius quæsitum, *vt ostendimus in 7. cap. q.62. n.10.* Substitutio verò respicit ius quærendum *l. substitutio 42. ff. de acq. rer. dom.* Ergo ius accrescendi, non etiam ius substitutionis debet ad hæredes transmitti. *Ita ratiocinatur Cuiac. in d. l. vnic. §. vbi autem legatarij, C. de cad. toll.*

Sed, si vulgaris substitutio sit cum iure accrescendi coniuncta, an in hoc sumat eius naturam, vt & ipsa ad hæredes transmittatur, si pendente conditione substitutus decesserit, dubitari solet. Fuerunt autem de hac re duæ nostrorum Interpretum sententiæ, Prima existimantium. non transmitti
5 substitutionem, sed solum ius accrescendi. † *Quæ fuit sententia gl. in l. toties 80 in verb. mortuus esset, vers. cæterùm, & in verb. substitutionem, vers. Et quod dicit hic & ibi Bart. ff. de acq. hæred. gl. in d. l. si ex pluribus 9. in verb. alia causa ff. de suis, & legit. Bald. in l. testamento 6. num.4 C. de impub. & al. subst. & in l. quidam elogio 20. num.18. vers. Et hæc vera Cod. de iur. de lib. Ang. in l. si quis hæres 35. in fin. princ. ff. de acq. hæred. Io. Gand. in d. l. re coniuncti num.83. vers. Et qui ex substitutione, Cuiac. d. lib.12. obs. cap.11. & in not. ad Paul. dict. lib.4. sent. tit.8. vlt. Eiusdem opinionis fuerunt etiam ij, quos referemus inf. n.15 & in hoc cap. quæst.39. vers. Ad secundum existimantes. in hoc differre vulgarem à pupillari.* Mouētur autem, vt ita sentiant.

Primò *l. si ex pluribus 9. vers. Alia, ff. de suis, & leg.* vbi Martianus, *Alia causa est,* inquit, *instituti heredis, & cohæredis substituti: Huic enim viuo defertur ex substitutione hæreditas, non etiam, si decesserit, heredem eius sequitur.* Itaque, li-
6 cet loquatur † de substitutione coniuncta cum iure accrescendi, scilicet, quia in eius specie fuerat cohæres cohæredi substitutus, negat tamen substitutionem transmitti ad hæredes, si priùs, quàm cohæres deficiat, moriatur substitutus. Habet igitur in confesso, non transmitti substitutionem, etiamsi sit coniuncta cum iure accrescendi.

Nec dicas loqui eum de substituto, qui decessit priùs, quā suam adierit portionem, cum alioquin nos supponamus, eū post aditam suam portionem decessisse eo ipso, quod loquimur de substitutione coniuncta cum iure accrescendi, quæ res dici non posset, ante, quam institutus suam partem adierit, *vt ostendimus in hoc cap. q.31. num.25.* quia verius est, imò loqui Martianum de substituto, qui post agnitam suam portionem decessit: Nam, cum in superiore parte supponat aditam esse propriam portionem ab eo, qui ius accrescēdi transmittit, vt patet ex illis verbis, *reliquis qui adierint,* Consequēs est, vt hoc etiam debeat intelligi in posteriore parte, vbi substitutum in hoc ait à coniuncto differre, quia discrimen debet in iisdem terminis consistere. Alioquin enim nulla esset inter ius accrescendi, & substitutionem differentia, scilicet, quia nec ius accrescendi transmittitur ad hæredes, nisi defunctus suam portionem agnouerit, *vt ostendimus in 7. capit. quæst.62. num.15.* cum tamen Martianus ibi supponat differre.

Secundo mouentur, *l. toties 80. ff. de acq. hæred.* vbi Vlpianus, *Toties,* inquit, *videtur institutus etiam ex causa substitutionis adijsse, quoties acquirere sibi potuit: nam, si mortuus esset, ad hæredem non transferret substitutionem:* Nam, & hic † sub- 7
stitutio erat coniuncta cū iure accrescendi, scilicet, quia hæres institutus fuerat cohæredi substitutus, Et tamen secundùm Vlpianum non transmittitur ad hæredes, si substitutus interim decesserit. Ergo substitutio etiam coniuncta cum iure accrescendi non transit ad hæredes.

Nec dicas, esse quoque Vlpianum intelligendum de substituto, qui decessit ante aditam suam portionem, quo casū certum est, vt portionem quidem hæreditatis, in qua fuit institutus, transmittere, & multò minùs partem cohæredis, quę in proposito non potest dici coniuncta cum iure accrescendi. *Quomodo legem hanc esse intelligendam censuit ibi glo. in verb. Mortuus esset,* Quia verius est, Imò loqui Vlpianum de substituto, qui suam portionem adiuit, vt patet ex illis verbis, *Toties videtur hæres institutus etiam in causa substitutionis adijsse,* Nam illa dictio, etiam, quæ est implicatiua, significat, eum adijsse ex institutione, & quæri, an etiam ex substitutione adijsse videatur, ad quod respondet Vlpianus, toties videre etiam ex causa substitutionis adijsse, quoties ex eadem causa sibi potuit acquirere, quod tunc euenire intelligitur, cum substitutionis conditio purificata est viuo substituto: Nam, si post eius mortem, non transferret substitutionem ad suos hæredes.

His tamen non obstantibus verior est, & receptior sententia existimantium, substitutionem vulgarem cum iure accrescendi coniunctam transmitti ad hæredes, si post agnitam suam portionem, & ante delatam portionem cohæredis eum decedere contigerit. † *Fuit hæc opinio eorum omnium, qui de* 8
substitutione vulgari loquentes simpliciter scripserunt, substitutionem cum iure accrescendi coniunctam ad hæredes transmitti, vt Papiens. in form. lib. quo ag. ex subst. in verb. breuiloce n.23. Iaf. in l. qui plures 23. num.2. & in l. cohæredi 41. § qui disc. etas, num.3. ff. de vulg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam num.95. Rup. in l. pater filium 14. n.184 ff. de inoff. Alciat. in d. l. re coniuncti, num.41. Decian. consil.56. num.14 vol.3. Ceph. cons.16. num.45. cons.114. num.12. & cons. 283 num.26. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.4. Tit.11. n.16. Coras. in l. in ratione 11. § quod vulgo, in princ. nu.7 ff. ad l. Falc. Supponunt enim haud dubiè transmitti ipsammet substitutionem. Probatur autem hæc sententia.

Primo *l. si quis hæres 35. in princ. ff. de acq. hæred.* iuncta *l. qui patris 59. vers. Nam, si ipsum ff. eod.* Nam ibi Vlpianus, *Si quis hæres institutus ex parte* inquit, *mox Titio substitutus, antequam ex causa substitutionis ei deferatur hæreditas, pro hærede gesserit erit hæres ex causa quoque substitutionis, quoniam inuito quoque ei accrescit portio,* Hic verò Neratius, *Nam, si ipsum inuitum obligat,* inquit, *coniungi eam paterna hæreditati, & accrescendi iure acquiri cuicumque hæredi existimandum est,* Ex quibus verbis † ita duci potest argumentum. Vbi 9
substitutus ipso iure fit hæres, quod ei etiam inuito accrescat portio, ibi substitutio transit ad hæredem, etiamsi pendente conditione decesserit substitutus, *d. l. qui patris vers. Nam, si ipsum.* Atqui institutus, & cohæredi vulgariter substitutus, si adeat

si adeat ex institutione, fit hęres ipso iure etiam ex causa substitutionis, quoniam inuito quoque ei accrescit portio *d. l. si quis heres*. Ergo, licet decesserit ante euentum conditionis, debet tamen ad suos hæredes substitutionem transferre.

Nec est, quod respondeas, maiorem procedere in pupillari, de qua loquitur Neratius, nos verò loqui de vulgari, cuius longè alia videtur esse ratio, *vt ex quorumdam sententia referemus in secundo fundamento.* quia, licet Neratius loquatur de pupillari, ratio tamen, in qua se fundat, tamquàm generalis potest etiam ad vulgarem adaptari: Diligenter enim ponderanda sunt illa verba, *Nam si ipsum inuitum obligat*, quæ significant, ideò pupilli hæreditatem accrescendi iure acquiri cuicumque patris hæredi, quia substitutum ipsum inuitum obligaret, si viueret, *vt ostendemus in hoc cap. qu. 38. num. 11.* At hæc ratio militat etiam in vulgari, quia, si quo tempore purificatur conditio substitutionis, viueret substitutus, & inuitus ex substitutione obligaretur, *d. l si quis heres*. Ergo etiam in ea militare debet eadem iuris dispositio.

Secundò probatur argumēto ducto à substitutione pupil-
10 lari: † Nam, licet spes substitutionis pupillaris regulariter non transmittatur ad hæredes, tamen transmittitur, si fuerit coniuncta cum iure accrescendi *d. l. qui patris, & ostendemus in hoc cap. q. 34. num. 2.* Ergo arguendo à substitutione pupillari ad vulgarem idem est, & in ea dicendum, vt scilicet, quamuis regulariter non transmittatur ad hæredes, nihilominùs transmittatur si fuerit cũ iure accrescendi coniuncta.

Nec est, quod respondeas, Imò in hoc deferre vulgarem à pupillari, *vt censuit gl in d. l. toties. 30. in uerb. substitutionem, versic. Sed secundùm ff de acq. hæred. & in d. si ex pluribus. 9. in verb alia causa, versic. Item hic ff de suis, & leg.* quod diuersa sit earum ratio, scilicet, quia. nisi pupillaris substitutio transiret ad hæredes substituti, corrueret ipsamet substitutio, & sic pupillus decederet intestatus, quæ res, non solùm vergeret in præiudicium legatariorum, quibus in secundis tabulis legata sunt relicta. quippè, quæ perirent, si pupillaris substitutio corrueret, sed etiam vergeret in præiudicium pupilli, cuius interest habere hæredem ex testamento *l. si pupillus paterna. 42. versic. Impugnat ff. de acq. hered.* quæ ratio cessat in vulgari, scilicet, quia, neque defunctus dici potest intestatus decedere, pro ea parte, in qua facta est substitutio, etiamsi non transmittatur, cum ea virtute iuris accrescendi transeat ad eosdem instituti hæredes, qui sustinent causam testamenti, neque per consequentias nocet legatarijs, quorum legata sustinentur, ex eiusdem iuris accrescendi vi, scilicet, quia per id portio accrescit portioni cum onere *l. vn. §. is ita definitis C. de cad. toll & nos diximus in 8. cap. qu. 17. numer. 36. Et in his terminis considerat Bald. in l. testamento. 6. num. 4. C. de impub. & al sub.* quia verius est, Imò eandem esse rationē: Nam ratio transmissionis non deducitur ab utilitate pupilli, sed à necessitate partis suscipiendæ, quæ ita subest in uulgari, ut in pupillari, *sicuti supra demonstratum est* Et, quamuis utilitas fecerit necessitati locum, *vt ostendemus in hoc ipso cap qu. 39. num. 34. & seqq.* non tamen ex hoc sequitur, excludi transmissionem, si ea cesset: quia satis est, necessitatem acquisitionis subesse, ut fiat transmissioni locus. Vtilitatis enim consideratio non fuit in uulgari necesaria ad hoc, ut substitutus etiam inuitus cogatur suscipere partem cohæredis. quia, cum in ea uerè, & sine ulla fictione tractetur de partibus eiusdem hæreditatis, in quibus ius accrescendi sui natura etiam inuito cohærede locum habere solet, non fuit ad hoc aliqua utilitatis ratio necessaria; prout fuit necesaria in pupillari, utpotè in qua uerè tractatur de diuersis hæreditatibus, ideoque ius accrescendi non potuisset habere locum, nisi pupilli utilitas fecisset locum fictioni, qua patris, & filij hæreditatem pro una. eademque hæreditate reputamus, ad hoc, ut inter eas, quasi inter eiusdem hæreditatis partes possit habere locum ius accrescendi, ex quo necessitas acquisitionis proficiscitur, *sicuti demonstrabimus in eadem qu. 39. num. 4. & seqq.*

Tertiò probatur, quia institutio coniuncta cum iure accrescendi transmittitur ad hæredes, etiamsi pendente condi-
11 tione decesserit institutus † *l qui ex duabus. 53. in pr. ff de acq. hæred. & latè ostendimus in hoc cap qu. 30. numer. 4. & seqq.* Sed uulgaris substitutio utique institutio est, *l. ex facto 43. §. Lucius, in fin ff. de vulg.* Ergo, si fuerit cum iure accrescendi coniuncta, debet ad hæredes transmitti, quamuis substitutus pendente conditione decesserit.

Quartò probatur, quia hæres institutus, & cohæredi vulgariter substitutus assimilatur ei, qui ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus est † *l. 1. §. id, quod ex substitutione ff. ad l. Falc.* Sed hic transmittit partem conditionalem, si post aditam ex pura pendente alterius conditione decesserit, *d. l. qui ex duabus. 53.* Ergo, & vulgariter substitutus. 12

Quinto denique probatur, quia, nisi transmitteretur substitutio, nihil ea traheret à iure accrescendi, cum quo est coniuncta, & sic vnio esset prorsus inutilis: Nã, vt ipso iure, & sine noua aditione fiat acquisitio, non prouenit specialiter ex vi huius vnionis, & coniunctionis, quia locum habet etiam in ijs casibus, & respectu illarum partium, in quibus substitutio non censetur cum iure accrescendi coniuncta, † *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap q. 32. num. 8. & seqq. & qu 34. nu. 22. & seqq.* Itaque, nisi fieret ipsamet substitutio transmissibilis, vt est ius accrescendi, nihil ab hoc illa traheret. Atqui trahit, quia sumit eius naturam, & secundùm eam regulatur, *vt diximus in hoc ipso cap. quæst. 32. num. 1.* Ergo debet ipsamet substitutio transmitti. 13

Nec obstant leges in contrarium adductæ, † nempè *l si ex pluribus, & l. toties.* quia sunt referendæ ad illud ius, quod obtinebat tempore legis Papiæ, *vt rectè animaduertit Cuiac. lib. 12. obs. cap. 11.* Nam, quia lex illa sublato iure accrescendi faciebat partes deficientium caducas, idest, fisco deferebat, *vt ostendemus in 10. cap. qu. 8. num. 4. & seqq.* ideò tunc temporis substitutio non poterat dici coniuncta cum iure accrescendi, quod nullum erat, & per consequentias non poterat eius vi transferri ad hæredes. Cæterùm hodie, quo tempore sublata lege Papia res est ad ius antiquum redacta, & in testamentis ius accrescendi locum habet, *vt ibidem ostendemus nu. 44.* magis est, vt si cum eo coniuncta substitutio. ex eius vi trãsferatur ad hæredes, *vt supra dictum est.* Esse autem leges illas ad legem Papiam referēdas patet ex inscriptione, *l. toties*, quę est *Vlp. lib. 13. ad l. Iul & Pap.* Et, quamquam *l. si ex pluribus*, sit desumpta *ex lib. 6. Inst. Martiani*, debet tamen ex alia declarari. 14

Et, si dixeris, non videri ad legem Papiam referendam, propterea, quod in ea supponit Martianus, locum habere posse ius accrescendi, quæ res non potuisset esse vera, si ad legē Papiam respexisset, quippè, qua sublatum erat ius accrescēdi, *vt dicemus in eod. cap. 10. q. 8. nu. 4.* respondeo. hoc non obstante, quominùs debeat ad illam legem referri: Nam lex Papia pertinebat ad testamentarias dispositiones, non verò ad successiones legitimas, in quibus ius antiquum seruabatur, *vt dicemus in eadem q. 8. n. 43.* Quamobrem ad hæc respiciens Martianus proponit ibi differentiam, quæ tunc temporis obtinebat inter hæredes legitimos, & cohæredes testamentarios: Nam inter hæredes legitimos erat locus iuri accrescēdi, quod poterat ad hæredes transmitti. At inter cohæredes testamentarios, etiam substitutos non erat locus iuri accrescendi, ideoque, si quis ex ijs pendente conditione decessisset, non poterat aliquod ius ad hæredes suos transferre. *Ita explicat Cuiac. d. lib. 12. obs cap. 11.* Vndè, quia ius illud hodie correctum est, ideò intelligimus, discrimen, quod ibi proponitur, hodie non obtinere, quia, vt transmittitur pars hæreditatis legitimæ, quæ vacat post mortem eius, qui suam portionem adiuit, ita etiam transmittitur substitutio, quæ cum iure accrescendi est coniuncta, cum scilicet cohæres cohæredi substitutus post aditam suam portionem, pendente conditione decessit, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Planè non semper transmittitur substitutio, quoties institutus est suo cohæredi substitutus. Sunt enim in hac re varij distinguendi casus, quorum

Primus est, quando duo, vel plures fuerunt instituti, & vel inuicem omnes. vel vnus tantùm alteri, non vice mutua substitutus, & is moritur ante, quam suam portionem adierit, Et tùnc certi iuris est, non transmittere eum spem vulgaris substitutionis, quippè. quæ non potest in proposito censeri coniuncta cum iure accrescendi, cum talis coniunctio non consideretur, nisi in eo, qui suam portionem adiuit, *vt ostēdimus in hoc c. q. 32 n. 23 & seqq.* Quamobrem, vt simplex nō potest ad hęredes transferri *secundùm ea, quæ diximus supra n. 1.* Denique, cum substitutus in hac specie nō transmittat suã, quæ est

est principalis *ex regula l.vn.§.in nouissimo,C.de cad.soll.* Consequens est,vt nec debeat transmittere accrescentem,quæ est accessoria,& non,nisi partem habenti accrescit *l. si Titio 39. §.1. ff.de vsufr.& diximus in 7.cap.q.62.n.11.*

Secundus verò casus est,quando duo,vel etiam plures fuerunt instituti,& is,qui deficienti substitutus est, siue solus, siue etiam cum alijs,moritur post aditam suam portionem, &
16 post purificatam conditionem substitutionis, Et tunc nemo dubitat,quin censeatur portionem cohæredis ex causa substitutionis ad suos hæredes transmisisse *d. l.toties 80.ff.de acq. hæred.* Nam, quoties delata est ex substitutione pars hæreditatis,statim,& ipso iure,ac sine alia aditione censetur ei quęsita,qui iam ex institutione factus est hæres *l. si quis hæres 35. in princ. ff.de acq.hæred. & diximus in hoc cap.q.33.n.1. Et in his terminis considerat Bald.in d.l.toties,* Quo fit,vt tamquàm acquisita non possit non ad hæredes transire ex regula, quā retulimus supra Et hoc est , quod significat Vlpianus *in d.l.toties 80,ff.de acq. hæred.* dùm, *Toties* , inquit, *videtur hæres institutus etiam in causa substitutionis adijsse quoties acquirere sibi possit: nam,si mortuus esset, ad hæredem non transferret substitutionem:* Significat enim toties eum censeri ex substitutione partem quæsijsse,& per consequentias ad hæredes transmisisse, quoties ei viuo delata est ex eadem substitutione hæreditas, *vt rectè declarat ibi gl. in verb possit.* Vtilitas autem in eo consistit,quia transmissa substitutione censetur in hæredem translata tota portio cohæredis, cui facta est substitutio, licet ex pluribus cohæredibus is tantùm , qui decessit,fuerit deficienti substitutus: Non enim cum eo concurrent alij cohæredes, qui tamen concurrerent, si solùm ius accrescendi censeretur transmisisse. *Ita Bald.in d l.toties 80, ff.de acq.hæred.*

Tertius casus est,quando duo tantùm fuerunt instituti, & is, qui cohæredi substitutus est, vel riprocè, vel simpliciter, moritur post aditam suam portionem, & ante delatam par-
17 tem cohæredis, † Et tunc procedunt ea,quæ supra diximus, scilicet transmitti substitutionem , tamquàm coniunctam cum iure accrescendi: Nam in his potissimum terminis procedit quæstio quam supra exposuimus *n.8.& seqq.*

Quartus casus est,quando tres, vel plures instituti sunt, & inuicem omnes substituti , & ex ijs vnus post aditam suam portionem moritur,deinde deficit alius, & quæritur, an hæres primi simul cum alijs substitutis vocetur ad partem defi-
18 cientis, † Et est verius non venire , sed solos superstites vocari, *l. qui plures 23. & ibi Iaf n.2. ff. de vulg. Et scribunt gl.in d. l.toties 80.in verb. substitutionem, vers. Sed non nego . & ibi Castr.num.1. licet malè putent in his terminis procedere l.toties, cum sit verius procedere in terminis casus præcedentis , & ex alia causa cessare transmissionem , prout ostendimus supra num.16.*

Quintus casus est,quando tres, vt plures sunt instituti, & non omnes,sed duo tantùm inuicem substituti,& ex ijs vnus post aditam suam portionem, ante; quam deficeret portio cohæredis, cui facta est substitutio,decessit,& sumus in casibus, in quibus omnes cohæredes erant eodem genere coniuncti re,& verbis,aut verbis tantùm,aut etiam disiuncti,ita, vt inter eos non potuerit esse locus prælationi, *secundum ea, quæ diximus in 5.cap.q.45.num.1.& seqq.* Et tunc censebitur is,qui decessit, transmisisse ad suos hæredes ius accrescendi ,
19 sed non ius substitutionis . † Quamobrem portio deficientis, cui facta est substitutio,non solùm accrescet hæredi illius,qui fuerat substitutus , sed etiam alijs cohæredibus non substitutis. *Ita Bald.in l.toties,* & ratio est,quia substitutio nō potuit dici coniuncta cum iure accrescendi , cum cessante substitutione portio deficientis non debuerit accrescere ei soli,qui substitutus est, sed omnibus cohæredibus *vt ostendimus in hoc ipso cap.q.31.num.19.* At, dices, nonnè saltem pro ea parte, quæ ei accreuisset, censebitur substitutio cum iure accrescendi coniuncta? Cur igitur saltem pro ea non transmittitur substitutio? Verùm respondeo substitutionem nō posse,vt coniunctam cum iure accrescendi transmitti ad hæredes, nisi tota transmittatur, quia, cum sit indiuidua, consequens est,vt,vel tota transmitti debeat,vel tota extingui, ne alioquin diuisio voluntatis inducatur, *contra ea,quæ diximus in hoc cap.q.42.num.9.*

Sextus,& vltimus casus est, quando retento themate præcedentis speciei sumus in casibus , in quibus cohæredes non sunt omnes eodem genere coniunctionis iuncti , sed ij , qui fuerunt inuicem substituti , cœteris in iure accrescendi debuissent præferri, vt,quia erant coniuncti re, & verbis, cum alioquin alii,vel essent omnimodo disiuncti, vel alio genere coniunctionis iuncti, *secundum ea , quæ diximus in eodem 5. cap.q.46.num.2.& seqq.* Et tunc † quia etiam cessante substi- 20
tutione portio cohæredis deficientis deberet ad hæredes substituti per ius accrescendi pertinere, ideò fit, vt substitutio , tamquàm coniuncta cum iure accrescendi ad hæredes transmittatur. Quamobrem & in hac specie procedent ea, quæ diximus , *supra num 4 & seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Vulgaris substitutio coniuncta cum iure accrescendi transmittitur ad substitutum cohæredis substituti iure substitutionis num 2. Fallit num.5.*

3 *Vulgaris substitutio cum iure accrescend. coniuncta transmittitur ad eos , ad quos & ipsum ius accrescendi transfertur .*

4 *Ius accrescendi transit in substitutum .*

An, & quando vulgaris substitutio coniuncta cum iure accrescendi transmittatur in substitutum .

Q V Æ S T I O XXXVI.

HÆc autem, quæ diximus, procedunt etiam in ea transmissione,quę fit in vulgarem substitutum: Nam si testator Titium cohæredi Caio vulgariter substituat , Titioq; substituat Sempronium extraneum , si Titius ante aditam suam portionem hæreditatis moriatur,& hoc modo fiat locus substitutioni ei factæ de extraneo, deinde Caius repudiet suam portionem , vocabitur Sempronius ad vtramque partem, † *l. si Titius 27 & l cohæredi 41. in princ. ff de vulg.§. sed si instituto,inst. eod. Ruin cons.94.num 1. vers Tertius casus vol.2.* Et quidem iure substitutionis : Nam de parte , in qua 1
Titius fuerat institutus,non est dubitandum, quia substitutio secundum verba testatoris in ea tantùm parte facta legitur. De parte verò Cai, licet maior videatur esse dubitatio , quod plerique censeant ad eam non vocari Sempronium iure substitutionis sed iure tantùm accrescendi, *vt Din. in d. l.cohæredi 41.in pric ff de vulg.12.* Verius tamen & receptius est, vocari etiam iure substitutionis, *vti videre est apud Ruin.cons. 94.num.2. & vers. Hæc dicatur, vbi testatur Din.sententiam communiter esse reprobatam , & n 10. vers. Secundo ista conclusio vol.2.* Quæ sententia probatur.

Primo *d.l. si Titius 27. ff.de vulg.* vbi Iulianus, *Si Titius cohæredi suo substitutus fuerit,* inquit, *deinde ei Sempronius, verius puto in vtraque partem Sempronium substitutum esse.* Diligenter enim ponderanda sunt illa verba, *in vtramque partem Sempronium substitutum esse,* quippe quę significant etiā in parte Cai censeri eum substitutum, Ergo etiam ad eam,vti substitutus,& sic iure substitutionis vocabitur .

Secundo probatur,quia substitutio vulgaris cum iure accrescendi coniuncta transmittitur in eos, in quos , & ipsum ius accrescendi transfertur, † *vt ostendimus in q.præced.nu.8. & seqq.* Sed in persona Titij substitutio erat coniuncta cum 3
iure accrescendi, quia cohæres cohæredi fuerat substitutus , *vt demonstrauimus in hoc cap.q.16.num.5. & q.31.num.1.* Et , quemadmodum Titius in suum substitutum transmisit ius accrescendi, *vt diximus in 7.cap.q.68.n.2.* ita etiam censebitur spem vulgaris substitutionis transmisisse . *Ita arguit Ruin.d.cons.94.n.2 & 10.vers. Et si dicatur vol.2.*

Tertio probatur, quia Sempronius, qui Titio substitutus est, tamquam in illius locum subrogatus censetur substitutus,& vocatus ad id omne, ad quod vocabatur Titius † *l.fin. C.de hæred.instit.* Sed Titius iure substitutionis vocabatur ad 4
partem Cai cohæredis,cui fuerat expressim substitutus. Ergo,& ad eam, quasi substitutus vocabitur Sempronius , qui Titio substitutus est. *Ita arguit Ruin.d.cons.94. num.10.vers. Ad ista respondetur,vol.2.* Quamobrem diximus, substitutū substituto censeri quoque substitutum primo.

Quarto demùm probatur, quia, quando pars, de qua tractatur

ctatur etiam non transmissa substitutione esset ad eum peruentura, in quem debet fieri transmissio, lex transmissionem permittit, etiamsi alias ei locus esse non possit, *vt patet ex ijs, quæ diximus q. praced. nu. 8. & seqq. & in simili diximus in q. 30 nu. 5. & seqq.* Sed ad Sempronium Titio substitutum, etiamsi diceremus, non esse in eam transmissam spem substitutionis de parte Cai factæ, nihilominus illa pars spectaret iure accrescendi, *vt est in confesso, & in specie scilicet Ruin. d. consil. 94. num. 2. in fin. vol. 2.* propterea, quod alioquin testator decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, *contra regulam l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur.* Ergo debet etiam in eum censeri transmissa spes vulgaris substitutionis. *Ita arguit Ruin. d. cons. 94. num. 3. vol. 2.*

Planè, si ante aditam partem Titij, repudiet ex substitutione partem Cai, & posteà Titij partem adeat, magis erit, vt consequatur etiam partem Cai à se repudiatam, nō iure substitutionis, sed iure accrescendi, † *vt declarat Ruin. d. cons. 94.*
5 *n. 2. & versic. Nec dicatur vol. 2.* Hoc enim generaliter obseruatur, quoties substitutus incipit ab vnius partis repudiatione, *vt diximus in hoc cap. q. 33. nu. 5.* Et hæc de iure accrescendi coniuncto cum substitutione vulgari.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi dicitur coniunctum cum pupillari substitutione, quādo cohæres fuit cohæredi pupillariter substitutus.*
2 *Ius accrescendi non potest esse cōiunctum cum pupillari substitutione num. 2. & seqq. sed contra n. 11. & seqq. Et quando, & quando non, n. 46. vsque ad finem.*
3 *Dispositio testatoris tunc dicitur cum iure accrescendi coniuncta, cùm etiam ea amota, ius accrescendi locum habere potest.*
4 *Ius accrescendi est partis non totius; Declara nu. 43.*
5 *In duobus testamentis ius coniunctionis, & per consequens ius accrescendi, non consideratur, Declara, nu. 45.*
6 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum filij, & ob id testamentum patris. & substitutio pupillaris censentur duo testamenta, Declara, vt numer. 45. Et quando substitutio pupillaris censeatur testamentum filij, & quando Patris, num. 14 & seqq.*
7 *Ius accrescendi in diuersis hæreditatibus locum habere non potest.*
8 *Testamentum Patris, in quo adest pupillaris substituto, est testamentum duarum hæreditatum, Patris scilicet, & filij.*
12 *Ius accrescendi inter hæreditatem patris, & hæreditatem filij considerari potest, Declara, num. 62.*
15 *Dies legatorum, & fideicommissorum, quæ secundis tabulis, idest à pupillariter substituto relinquuntur, cedit à morte testatoris, non pupilli.*
18 *Pater potest pupillariter substituere filio eo modo, quo potest sibi hæredem facere; Vnde miles potest ex die, vel ad diem, vel pro parte bonorum, pupillariter substituere filio, num. 19. & 20.*
24 *Substitutio pupillaris effectu, consideratur testamentum patris, quoties tractatur de ea sustinenda & de operando, vt omnimodò habeat hæredem ex testamento.*
25 *Pupillo expedit habere hæredem ex pupillari substitutione.*
26 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum, vel patris, vel filij, prout pupilli suggerit vtilitas; Et quare, num. 27.*
28 *Substitutio pupillaris ad repellendam matrem est testamentum Patris, ad repellendum fratrem, est testamentum filij num. 29. & 30.*
31 *Substitutio pupillaris, cùm agitur de detrahenda falcidia censetur testamentum patris, quia fit tàm bonorum, quàm legatorum ex vtroque testamento relictorum, contributio, & vna tantùm falcidia detrahitur, & n. 32.*
33 *Relicta secundis tabulis, perinde habentur, ac si primis sub conditione fuissent relicta.*
34 *Hæres institutus, & pupillo substitutus perinde habetur, ac si ex eadem hæreditate partim purè, & partim sub conditione institutus esset, & num. 43.*
35 *Pater substituendo pupillariter potest facere necessario hæredes filio eos, quos sibi facere potest. Ratio, num. 36. fallit, num. 55.*
37 *Frater fratri pupillariter substitutus, quemadmodū transmittit hæreditatem paternam, in quoscunque hæredes ex potentia suitatis, ita etiam transmittit fraternam: Imò transmittit fraternam, & n. 38. & ratio, num. seqq.*
41 *Substitutus pupillo non potest hæreditatem pupilli respuere, & paternam agnoscere, sed hanc suscipiendo cogitur etiam pupillarem amplecti.*
42 *Pupilli hæreditas censetur, vt pars hæreditatis paternæ, & num. 43.*
38 *Pupillaris substitutio non potest censeri cum iure accrescendi coniuncta, quando non institutus fuit pupillo substitutus; Idem etiamsi substitutus pupillo, fuisset etiam ipse institutus, si patris hæres non extitit.*
52 *Dispositio vbi locum non habet, pro non facta habetur.*
53 *Declaratur l. qui patris 59. ff. de acq. hæred. & nu. 59.*
57 *Vbi hæres Patris est substitutus pupillo exhæredato, substitutio non dicitur cum iure accrescendi coniuncta.*
64 *Substitutio pupillaris non potest dici cum iure accrescendi coniuncta, vbi institutus, qui patris hæres extitit, fuit etiam substitutus pupillo pariter instituto, qui tamen se paterna hæreditate abstinuit.*
67 *Substitutio pupillaris, vt censeatur cum iure accrescendi coniuncta, duo necessario requiruntur. Primò, vt institutus instituto substitutus sit. Secundò, vt vterque patris hæres extiterit.*

An, & quando ius accrescendi censeatur coniunctum cum substitutione pupillari.

QVÆSTIO XXXVII.

NVnc dispiciamus, de iure accrescendi coniuncto cum substitutione pupillari. Dicitur autem cum ea coniunctum, quando cohęres cohæredi† fuit pupillariter substitutus, *vt declarant Bart. in d. l. re coniuncti, nu 58. Nat. cons. 68. n. 8. Crass. in §. ius accrescendi q. 15. nu. 3. & q. 31.* Quod, an secundum iuris regulas, & ea principia, quibus vtimur in materia iuris accrescendi, contingat, † valdè controuersum est: Multa enim sunt, quæ huic vnioni, & coniunctioni videntur refragari, & 1 2

Primùm illud, quia † dispositio testatoris tunc dicitur cū iure accrescendi coniuncta, Cum etiam ea amota ius accrescendi locum habere potest, vt patet ex vulgari: Nam hæc ideò dicitur cum iure accrescendi coniuncta, quia, etiamsi testator ex duobus hæredibus alterum alteri non substituisset, nihilominùs alterius deficientis portio esset ad alterum per ius accrescendi peruentura, *vt ostendimus in hoc cap. qu. 31. num. 1. & seqq.* Atqui patris hæres amota substitutione pupillari non esset impuberis hæreditatem per ius accrescendi habiturus, sed ea deberet ad legitimos ipsius pupilli successores pertinere *l. 2. & l. precibus 8. Cod. de impub. & al. subst. l. 2. §. impuberem, ff. ad Tertul.* Ergo, licet pupillo substituatur, non tamen poterit talis substitutio dici cum iure accrescendi coniuncta. 3

Secundo † ius accrescendi partis est, non totius: Non enim per id totum toti, sed pars parti applicatur, *vt ostendimus in 1. cap. q. 1. num. 20. & 28.* Sed in proposita specie tractatur de tota pupilli hæreditate hæredi applicanda. Non poterit igitur in ea ius accrescendi considerari. 4

Tertio † in duobus testamentis ius coniunctionis, & per consequentias ius accrescendi non consideratur, *l. si sub conditione 16. in fin. ff. quib. mod. vsufr. am.* Sed hic tractatur de duobus testamentis, patris nempè, & filij, patris, quatenus hæredem consideramus, vt institutum, filij verò, quatenus, vt substitutum, † *l. patris & filij 20. ff. de vulg. §. igitur, inst. de pupill. l. 1. §. 1. ff. si cui plus, quam per l. Falc.* Quamobrem huiusmodi testamenta dicuntur duplicia, *l. in duplicibus 78. ff. ad l. Falc.* Non poterit igitur ius accrescendi considerari. 5 6

Quarto licet patris, & filij testamentum pro vno reputetur, adhuc tamen idem videtur dicendum, quia † in diuersis hæreditatibus locum non habet ius accrescendi, siue deferantur ex diuersis testamentis, siue ex vno, *vt diximus in 5. cap. q. 42. n. 5.* Generaliter enim cessat ius accrescendi, quoties de diuersis rebus agitur, *l. huiusmodi 86. §. quibus ff. de leg. 1. & nos diximus in eadem quæst. 42. numer. 1.* scilicet, quia locum 7

non

non habet, nisi inter coniunctos, vt ostendimus in eadem 5.
cap.q.36.num.5. & seqq. & coniuncti non dicuntur, qui ad
res diuersas vocantur, vt diximus in eodem cap.5.q.4.num.2.
& seqq. At in proposito tractatur de diuersis hæreditatibus,
quia, licet patris, & filij testamentum vnũ sit, est tamen dua-
rum causarum, idest, duarum, & diuersarum hæreditatum,
8 † l.2.§.priùs, vers. qua sententia, ff. de vulg. §. igitur, inst. de pupill.
l.2.§ illud, ff. de hared. vel act. vend. Ergo in huiusmodi hæ-
reditatibus non poterit ius accrescendi considerari, & per
consequentias non poterit substitutio pupillaris dici coniun-
cta cum iure accrescendi, quod eius respectu locum habe-
re nequit. Ita ratiocinantur Bart. in l. qui patris 59. numer.2.
ff. de acq. hered.
9 Quinto demùm † post hæreditatem acquisitam ius accre-
scendi cessat, vt ostendimus in 7. cap. q.59. num.22. Sed pupil-
laris substitutio locum habet post hæreditatem acquisitam,
10 † vt dicemus in hoc cap.q.42.num.1. Ergo, vbi facta est pupil
laris substitutio, ibi ius accrescendi locum habere non pote-
rit. Ita etiam ratiocinantur Bart. in d. l. qui patris 59. n.3. & ibi
Bald. vers. in eadem gl. ibi, ff. de acq. hæred.
His tamen non obstantibus certi iuris est, pupillarem sub-
stitutionem posse cum iure accrescendi, censeri coniunctam
11 † in ijs scilicet casibus, quos referemus infra num.46. & seqq.
Hoc enim habent in confesso Bart. in d. l. qui patris 59 nu. 2.3. &
4. & ibi Bald. in princ. & vers. in eadem gl. ibi, ff. de acq. hared.
Bart. in d. l. re coniuncti, n. 38. & ibi Alciat. num.60. Sed quid. si,
Bald. in d. l. vn. num.26. Cod. quand. non pet. par. Ang. de Gamb.
de testam. gl.42. n.4. in fin. Alex. consil.20. n.7. vol.1. Iason. in l. sed si
plures 10. in princ. n.2. ff. de vulg. Soc. Sen. consil. num.14. col 3
Rum. cons.156. n.4. vol. Boer. cons.36. n.2. Gul. Ben. in d. cap. Ray
nutius, in verb. & vxorē nomine Adelasiam, n.113. & 140. Ant.
Fum. de coniect. cap 12. n 3. Crass. in d. §. ius accrescendi q.15. n.3
& q.31. Put. lib.1 decis.329. Bec. cons.143. n.10. vol.1. Coras. in
l. in ratione 11. §. quod vulgò, in princ. & nu.7. vers. Sed attende
ff. ad leg. Falc. Gratian. cap. 270. discept. forens. nu.58. Ex quo
sequitur, inter hæreditatem patris, & hæreditatem filij con-
12 siderari ius accrescendi † dict. l. qui patris, & ibi Bart. num.2.
Ang. num.3. Imol. num.3. Bald. in l.1. n.1. C. de testam. mil. Ang.
in l. vn. §. sin autem legatarij, nu.2. C. de cad. toll. Seb. Sap. in d. l.
vn. num.45. & 46. C. quand. non pet. part. Corn. consil.324. nu.10.
vers. Ad prædicta vol 4. Alciat. in d. l. re coniuncti, nu.56. Trent.
de subst. pars 1. cap.15. n.4. vers. secundo. & vltimo, Hoto. in §.
igitur. Enunt. 1. inst. de pupill. Hoc enim non obscurè probat
Neratij locus in dict. l. qui patris, quam ibi singularem appellat
Bart. vers. & secundum cuius hæc sunt verba. Qui patris hæ
res extitit, si idem filio impuberi substitutus est, non potest hære-
ditatem eius prætermittere. Quod sic recipiendum est, etiamsi
viuo pupillo mortuus erit deinde pupillus impubes decesserit: Nã
is, qui hæres extitit pupillo quoque hæres necessario erit: Nam si
ipsum inuitum obligat, coniungi eam paterna hæreditati, & ac
crescendi iure acquiri cuicunque patris hæredi existimandũ est.
13 Quam autem ob rem hoc contingat, † si quæramus, puto
rationem alius, & ab ipsis pupillaris substitutionis principijs
esse petendum. Sciendum igitur est, pupillarem substitutio
nem modo patris, modo filij testamentum censeri: Nam,
14 † si dispositionem spectemus, testamentum sine dubio patris
15 est, quia fit à patre, quippe, qui pro filio testatur † l.2. in princ.
& §. quisquis ff. de vulg. l.2. & §. impuberem ff. ad Tert. l. Pa
pinianus 8. § sed neque impuberis, ff. de inoff. §.1. inst. de pupill.
cap. si pater in fin. de test. in 6. Qua ratione factum est, vt dies
legatorum, & fideicommissorum, quæ secundis tabulis,
idest, à pupillariter substituto relinquuntur. non à morte
16 pupilli cedat, sed à morte patris † l.1. & l. hæredis aditio 7.
17 §. tantundem, ff. quando dies leg. ced. scilicet, quia † legato-
rum, & fideicommissorum dies cedit à morte testatoris l.
vn. §. cum igitur, C. de cad. toll. cuiusmodi in proposito pater
est, non filius, vt supra dictum est. Hinc etiam factum est, vt
forma testandi, quæ patri ex priuilegio permittitur in ipsius
bonis, censeatur etiam permissa in bonis filij, dum ei pupil
18 lariter substituit, † l. in fraudem 16. §. miles, ff. de mil. testam.
Et in specie declarat Ceph. in l. centurio 15. num.34. & 35. ff.
de vulg. Itaque, quemadmodum miles potest testari de par-
te bonorum suorum, ita etiam potest testari de parte bono-
rum filij, & ita efficere, vt is patris exemplo decedat pro
19 parte rei testatus, & pro parte intestatus † l. sed, si plures 10.
§. substitutos, & ibi gl. in verb. militem ff. de vulg. Denique mi-
les, vt de bonis suis testari potest ex die, vel ad diem. d. l.
in fraudem 16 §. miles, ff. de mil. testam. ita etiam potest de bo-
nis filij, † & hoc modo efficere, vt is decedat pro parte tempo- 20
ris testatus & pro parte intestatus, d §. miles.
At, si spectamus vim, & effectum, quia per huiusmodi sub-
stitutionem succeditur pupillo, non patri, † §.1 instit. de 21
pupil. l. pater filio 54. ff de hæred. inst. l. si filius, qui patri 12. l. ex
duobus 34. in princ. & l. Lucius 45 in princ. versic Aliter ff de
vulg l. filius, qui se paterna 42. vers. Impugnat ff. de acq. hered.
l. precibus 8. versic. Si vero Cod. de impub. & al. subst. & in ea
tractatur de hæreditate pupilli, non paterna, † l.2. §. mer- 22
dum, vers. Cæterùm l. sed si plures 10. §. filio vers. Idemque est,
l. si filius, qui patri 12. l. lex Cornelia 28. vers. Sed si pater & l.
qui duos 42. ff de vulg l. quæsitum 40. l. filius qui se paterna 41.
l. si pupillus 42 vers. Metu, & dict. l. qui patris 59. ff. de acq. hær.
ideò hoc respectu † dicitur testamentum filij d. l. patris, & 23
& filij 20. ff de vulg siuè, testamentum impuberis, & pupil-
lare, l.2. in princ. vers. Nam si principale, & § adeò & §. fin. & l.
ex pupillari 44 ff. de vulg. l. Papinianus 8. § sed neque impuberis
ff de inoff. perinde enim ex eo filius hæredem habet, ac, si ip-
semet sibi fecisset testamentum. §. igitur, inst de pupill.
Planè interdum etiam effectu consideratur, vt testamen-
tum patris, † & perinde habetur, ac, si pater de hæreditate 24
sua disposuisset: ita enim euenit, quoties tractatur de susti-
nenda pupillari substitutione, & operando, vt omnimodo
pupillus habeat hæredem ex testamento: Nam, quia expe-
dit pupillo habere hæredem ex pupillari substitutione † d l. 25
si pupillus paterna 42. vers. impugnat ff de acq. hær. ideò qui-
bus casibus efficitur, vt, vel habeat hæredem, vel faciliùs ha-
beat, si dicamus, pupillarem substitutionem censeri testa-
mentum patris etiam respectu hæreditatis: Contra verò,
vel non erit hæredem ex testamento habiturus, vel diffici-
liùs habiturus, si dicamus esse testamentum filij, censebitur,
vt patris, non vt filij testamentum. Itaque pupillaris sub-
stitutio, quoad effectum, dicitur testamentum. vel patris, vel
filij, † prout suggerit pupilli vtilitas: Nam, quia ad solum 26
pupilli commodum fuit introducta, vt scilicet ex prouiden-
tia patris habeat hæredem, quem alioquin ex propria proui-
dentia non posset habere ob ætatis defectum † l.2. in princ ff. 27
de vulg. §.1 inst. de pupill ideò debet eam interpretationem re-
cipere, quæ pupillo vtilis est, non, quæ damnosa, idest, quæ
faciliùs operatur, vt habeat hæredem, quam quæ difficiliùs,
d. l. si pupillus paterna 42. ff. de acq. hæred. l. si filius, qui patri,
12 ff de vulg. Hinc infertur
Primo, si tractetur de sustinenda pupillari substitutione
aduersus eos qui testamentum per querelam infirmare pos-
sunt, variè solere iudicari pro varietate personarũ, quæ que-
relam mouere volunt: Nam, si mater pupilli velit impugna-
re substitutionem, quasi filij testamentum, in quo debet ha-
bere legitimam, repelleretur eo prætextu, quod talis substi-
tutio sit testamentum patris, & sic mariti sui, contra quod
nullum vxori competit remedium, † d. l. Papinianus 8. §. sed, 28
neque impuberis ff. de inoff. cap. si pater de testam. in 6. cum ma-
ritus non cogatur aliquid relinquere vxori suæ, nisi ex dispo-
sitione Auth. præterea, C. vnd. vir. & vx. in casu inopiæ. Quã-
obrem dicimus, pupillarem substitutionem excludere ma-
trem, etiam à legitima alias ei debita in bonis filij † dict. cap. si 29
pater in fin. de testam. in 6. At, si pupilli frater velit eandem
substitutionem impugnare, quasi testamentum patris, con-
tra quod habet querelam, si in eo sit iniustè exhæredatus,
repelletur eo prætextu. quia talis substitutio effectu est testa-
mentum filij, & sic fratris, contra quod nullum fratri ius
competit † dict. l. Papinianus 8 § sed, neque impuberis ff. de 30
inoff. d. cap. si pater de testam. in 6. Itaque secundùm diuersi-
tatem personarum modo patris, modo filij testamentum cē-
setur, ad hoc, vt sustineatur, & eo modo pupillus habeat ex
testamento hæredem.
Secundo infertur, si tractetur de detrahenda Falcidia pu-
pillarem substitutionem censeri testamētum patris, &, quasi
tractetur de vna tantùm hæreditate, vnam tantùm Falci-
diam detrahi posse, † l. in ratione 11. §. quod vulgò ff ad l. Falc. 31
Pereg. cons.32. n.43. vol.2. fitque, tàm bonorum, quàm le-
gatorum, quę in vtroque testamēto relicta sunt contributio-
nem † dict. l. in ratione 11. § quod vulgò, & §. quæsitum, & l. in 32
dupli-

duplicibus.78.ff.ad leg.Falc.l coheredi 41.§.cohæres ff.de vulg. quia, quæ secundis tabulis relinquuntur, perinde habentur,
33 ac,si primis sub conditione fuissent relicta † *d.l.in ratione.* 11. *§.quod vulgò ff.ad leg.Falcid.* cum hæres institutus, & pupillo substitutus perinde habeatur, ac, si ex eadem hæreditate
34 partim purè & partim sub conditione institutus esset † *dict.l. coheredi 41 §.cohæres, ff de vulg.*

Tertio infertur, patrem substituendo pupillariter posse
35 facere necessarios hæredes eos,quos sibi facere posset. † *l.sed, si plures 10.§.quos possum,& l.si seruus communis 18.ff.de vulg. l.si pupillus paterna 42.in fin. princ.ff de acq hæred.l cum qui-*
36 *dam 4 C de necess.hæred.inst.* & hoc ideò,quia † disponit de hæreditate filij, vt de propria, *sicut supra dictum est.*

Ex quo sequitur, fratrem fratri pupillariter substitutum, quemadmodum transmittit hæreditatem paternam in quoscumque hæredes ex potentia suitatis, *vt diximus in 7.capit.*
37 *q.41.num.91.* ita etiam transmittere fraternam. † *Ita scribit Iass.in d.l. sed, si plures 10.in princ.num.3.ff.de vulg.* Quinimò, licet non posset transmittere paternam,vt, quia sit exhæredatus,aut institutus sub conditione potestatiua, aut alia ratione, & causa impeditus, nihilominùs transmittet fraternã,
38 si fratri fuerit pupillariter substitutus, † *vt scribit Ias. in d.l.*
39 *sed,si plures 10 in princ.num.5.ff.de vulg.* quia † non requiritur, filium esse necessarium hæredem patris, vt sit etiam, sed sufficit,eum potuisse esse necessarium, si simpliciter fuisset institutus, vt patet ex illis verbis, *Quos possum*, quibus vtitur Vlpianus *in d.l sed, si plures.10.§.quos possum*,quippè,quæ
40 denotant † potentiam, non actum. *Et ita in specie declarat Iass.in d.l sed, si plures.10.in prin.num.4.*

Quartò infertur si tractemus de adstringendo hærede ad suscipiendam filij hæreditatem, idem de hæreditate pupilli esse iudicandum, quod iudicaretur de parte hæreditatis pa-
41 ternæ † *d.l.qui patris.59.in prin.vers.Nam,si ipsum ff.de acq. hæred.& patebit ex ijs, quæ dicemus in qu.seq.* Vnde, quemadmodum, si quis fuisset ex diuersis eiusdem hæreditatis partibus institutus, ex altera purè, ex altera verò sub conditione, non posset puram agnoscere,& repuere conditionalem, sed puram agnoscendo censeretur etiam ex conditionali hæres extitisse *l.si quis ita scripserit.33.ff.de hær.inst.l.cum hæres. 52.§.vlt.ff de acq hæred.& nos diximus in hoc cap.q.25.nu. 30.* &, vel inuitus cogeretur vtramque partem amplecti,*vt diximus ibi num. 19.* ita etiam,qui fuit à patre institutus,& pupillo substitutus non potest hæreditatem pupilli respuere,& paternam agnoscere, sed hanc suscipiendo cogitur etiam pupillarem amplecti *d.l.qui patris,59.in prin ff.de acq. hær l.quidam elogio.20.C.de iur.delib.& nos latè dicemus in q.seq.* Denique, vt in priore casu spem conditionalis institutionis trãsmitteret ad hæredes, *vt ostendimus in hoc cap.q.30. num.3.* ita etiam in posteriore *d.l.qui patris,& dicemus in hoc cap.qu 38.*
42 *num.11.* Et hoc ideò, quia † tractatur de operando, vt pupillus habeat hæredem ex testamento, qui non haberet,si diceremus eius hæreditatem esse diuersam ab hæreditate patris *Quæ vera fuit huius vnionis,& fictionis introducendæ ratio, vt dicebat Ia.Ran.prout refert Bald.in d.l.qui patris.versic. In eadem gl ibi,& probat Gul.Ben.in d.cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam nu.113.* Vnde,quia pupilli hæreditas censetur, vt pars hæreditatis paternæ, licet re vera sit ab ea diuersa, ideò fit, vt inter hæreditatem patris, & hæreditatem filij,tamquam inter partes eiusdem hæreditatis consideretur ius accrescendi: Nam hæreditas pupilli accrescit ipso iure etiam inuito hæredi, non minùs, quam,si pars hæreditatis paternæ vacaret. Et ita intelligitur, quod dicimus, substitutionem pupillarem esse coniunctam cum iure accrescendi.

Neque obstant contraria: Nam ad primum respondeo,id procedere in substitutione vulgari, in qua vere tractatur de hæreditate patris. Cœterùm in pupillari, in qua vere tractatur de hæreditate filij, ad hoc, vt ius accrescendi considerari possit, necessariam esse substitutionem pupillarem, quoniam ea interueniente succedit consideratio vtilitatis pupilli,quæ operatur, vt hæreditatem filij consideremus, tamquã partem hæreditatis paternæ, quibus casibus aliter intellecta non posset sustineri pupillaris substitutio, ea verò amota talis consideratio locum habere nequit, cum omnimodo pupillus decesserit intestatus, ideoque nil mirum, si interueniente pupillari substitutione, ius accrescendi consideretur, ea verò cessante non consideretur, *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Ad secundùm verò respondeo dupliciter,& primo,id procedere, in iure accrescendi proprio, non etiam in improprio, cuiusmodi est id, de quo nos loquimur, *vt diximus in 4. cap. qu.4.nu.27.* Nam id plerumque totius est non partis, *vt patet ex ijs, quæ diximus ibi num.18.*

Secundò respondeo, etiam in proposito ius accrescendi esse partis, non totius, si respicimus ad fictionem, per quam ius accrescendi inducitur: Nam ideò ius accrescendi consideratur inter hæreditatem patris, & hæreditatem filij, quia huiusmodi hæreditates pro vna, eademque hæreditate reputantur, † *vt scribunt glo. in d.l.qui patris in verb.paterna,&* 43
ibi Bald.vers.in text.ibi obligat,& versic.item est alia ratio, & Imol.nu.4.versic. Nec obstat,& Pereg.d.consil.32.num.43.vol.2. Itaque hæreditas filij censetur pars hæreditatis paternæ, & perinde res habetur, ac, si testator eundem ex parte suæ hæreditatis purè, ex parte verò sub conditione hæredem instituisset, *d.l.coheredi 41.§.cohæres ff de vulg.* scilicet, quia
† pater, qui pro filio testatur, perinde accipitur, ac, si de bonis 44
suis disponeret,quoties hoc pupillo suadet vtilitas,*vt diximus supra num.24.& seqq.*

Ad tertium respondeo distinguendo, † aut testamenta ve- 45
rè duo sunt,non vnum, vt euenit cum duo sunt testatores, Et tunc procedit contrarium: nam in ijs ius coniunctionis, seu ius accrescendi considerari nequit. Et ita intelligitur *d. l.si sub conditione 16.in fin ff.quib.mod ususfr.amit.* Aut verò testamentum re vera vnum est,sed pro duobus testamentis reputatur,vt euenit, cum vnus tantùm est testator, Et tũc sub distinguendum est,aut indistinctè habetur pro duobus testamentis, vt, cum miles patrimonia distinxit, Et similiter procedit, quod dicimus, in diuersis testamentis ius coniunctionis non contingere, *vt nos latiùs ostendemus in 10.cap. qu. 24. num.44.& seqq.* Aut denique pro duplici testamento habetur, sed non indistinctè, puta, quia talis fictio cum aliqua limitatione fiat, prout euenit in proposito, in quo, licet patris, & filij testamentum re vera sit vnum, habetur tamen pro duplici respectu causarum,siue hæreditatum, non tamẽ absolutè,sed cum illa declaratione, nisi contrarium suadeat vtilitas pupilli, Et tunc verius est, & in diuersis testamẽtis ius coniunctionis,& accrescendi considerari posse. *d.l.qui patris. 59.ff de acq.hæred.& l.si duobus.16.§.si coniunctim, versic. Sed, si in pupillari ff. de legat.1.& patet ex ijs, quæ diximus supra num.24.& seqq. & in capit.5.qu.12.num.13. & qu.14.num.8.* Nam,vbi militat fauor pupilli, vt militat, cum tractatur de sustinenda pupillari substitutione, testamentum, etiam quoad effectum censetur vnum, non duplex, & pater, ac filius censentur, vt vnus testator, siue ad vnius instar rediguntur, *vt declarat Bald.in l.1.num.1.C.de testam.milit.* Quamobrem & vna tantùm Falcidia locum habet *d.l.in ratione.11.§.quod vulgò ff.ad leg.Falc.* & cœtera procedunt,quæ diximus *supra num.17.versic.1.& num.seqq.*

Ad quartum respondent nostri communiter, id procedere in iure accrescendi simplici, non verò in eo, quod cùm pupillari substitutione iunctum est: Nam id habet locum etiam in diuersis hæreditatibus. *Ita respondent Bald.in d.l.qui patris, versic Et ad euidentiam:* Trahit enim ab ea, vt etiam ad pupilli bona porrigatur, *vt dicemus in hoc cap.q.42.nu. 7. Et in specie respondet Bald.in d.l.qui patris num.2.* Et ratio est,quia, licet re vera hæreditates sint diuersæ, tamen ad finem sustinendæ pupillaris substitutionis habentur pro vna, & eadem hæreditate, quia pater,qui de bonis filij disponit,perinde habetur, ac, si de bonis proprijs disposuisset, *vt diximus supra num.24.& seqq.*

Ad quintum denique respondent, id similiter procedere in iure accrescendi simplici, non etiam in eo, quod cum pupillari substitutione coniunctum est: Nam id trahit ab ea, vt etiam post acquisitam hæreditatem locum habeat, *sicut ostendemus in hoc ipso cap.q.42. num.2. Et in specie respondet Bart.in d.l.qui patris num.3.ubi ait,hoc esse singulare.* Et ratio est, quia, licet re vera patris hæreditas fuerit quæsita filio, hoc tamen respectu habetur pro non acquisita, cum perinde sit, ac, si pater instituisset hæredem ex parte suæ hæreditatis purè, & ex parte sub conditione, si filius in pupillari ætate decess-

decesserit, *secundùm ea quæ supra diximus*.
Planè non semper pupillaris substitutio censetur coniun-
46 cta cum iure accrescendi, † sed in hac re varij casus distin-
guendi sunt, quorum
Primus est, quando institutus fuit etiam pupillo instituto,
& sic cohæredi suo substitutus, & vterque patris hæres exti-
tit, Et in hoc casu procedunt ea, quæ diximus, scilicet pupil-
larem substitutionem censeri coniunctam cum iure accre-
47 scendi. † *d. l. qui patris. 59. in prin ff de acq hæred & d. l. quidam*
elogio. 20. C. de iur. delib. Et in specie declarat Bald. in d. l. qui
patris. versic. item præmitte.
Secundus verò casus est, quando non institutus fuit pupil-
lo substitutus, Et tunc certi iuris est, non posse talem substi-
48 tutionem censeri coniunctam cum iure accrescendi, † siue
pupillus, cui facta est substitutio, fuerit a patre institutus, siue
exhæredatus, & siue patris hæres extiterit, siue non, quia,
49 † cum substitutus nullam paternæ hæreditatis partem ha-
beat, Consequens est, vt nihil ei possit accrescere. *secundùm*
ea, quæ diximus in 7. cap. q. 70. nu 2. Denique, cum hæreditates
patris & filij sint omnimodo diuersæ, sequitur, in ijs ius ac-
crescendi considerari non posse. *secundùm regulam, quam*
retulimus in 5. cap q. 42. num. 5.
Nec obstat, si dicatur, licet diuersæ sint hæreditates, de-
ferri tamen ex eodem testamento, ideoque non excludi ius
accrescendi, *Qua ratione motus Ant Fum de coniunct cap. 12.*
num. 3. contrariam est amplexus sententiam, quia verius est, in
diuersis hæreditatibus, etiamsi ex eodem testamento deferan-
tur, ius accrescendi non posse considerari, vt patet ex ijs, quę
de testamento militis patrimonia distinguentis dicemus *in 10*
c. q. 24. num. 14. & seqq.
Tertius casus est, quando institutus fuit etiam instituto, &
sic cohæredi suo substitutus, sed patris hæres, non extitit. pu-
ta repudiauit paternam hæreditatem, vel alia ratione fuit ab
ea exclusus, Et tùnc certi quoque iuris est, non censeri substi-
50 tutionem cum iure accrescendi coniunctam, † *vt scribunt gl.*
in d. l. qui patris. in verb. extitit & ibi Bald. in gl. cum filio, quia
51 † cum is nullam paternæ hæreditatis partem habeat, Con-
sequens est, vt nihil ei possit accrescere, *secundùm ea, quæ su-*
pra diximus. Denique, sicut non diceretur substitutio coniun-
cta cum iure accrescendi, si non institutus fuisset instituto
substitutus, *vt ostendimus in casu præcedenti*, ita etiam debet
excludi coniunctio, quando institutus fuit instituto substitu-
tus, sed patris hæres non extitit, quia paria sunt, quem insti-
tutum non esse, vel esse, sed sine effectu, *vt diximus in 7. cap.*
q. 9. num. 17. & seqq. cum, vbi dispositio locum non habet,
52 pro non facta habeatur † *l. pater filio. 54. in fin ff de hæred. inst.*
l. legatarius. 38. §. 1. ff. de legat. 1. Quamobrem non sine causa
Neratius *in d. l. qui patris*, loquens de substitutione pupillari
coniuncta cum iure accrescendi *Qui patris hæres extitit*, in-
quit, *si idem filio impuberi substitutus est. non potest hæreditatem*
53 *eius prætermittere* Itaque non dixit, † qui à patre hæres scri-
ptus est, sed *qui patris hæres extitit*, quia non sufficit institu-
tio, sed requiritur etiam aditio, vt ius accrescendi considera-
ri possit, *sicuti declarat Bald. in d. l. qui patris, versic. item*
præmitte, vbi ait, ita secundùm omnes locum illum intelligi. Et
simili modo Iustinianus *in l. quidam elogio 20 C. de iur. delib.*
de eadem materia loquens, *Si impuberem quis filium suum*
hæredem ex parte instituit, inquit, *& quendam extraneum in*
aliam partem quem pupillariter substituit, & postquam testa-
tor decessit, pupillus quidem patri suus hæres extitit, extraneus
autem hæreditatem adijt. Itaque non fuit contentus dicere,
54 † extraneum fuisse institutum & pupillo substitutum, sed
adiecit, eum patris hæreditatem adiisse, quia cessante adi-
tione necessitas pupillaris hæreditatis amplectenda ces-
saret.
Hinc fit, vt quoties institutus, & pupillo substitutus patris
hæres non est cessent omnes effectus ex coniunctione iuris
accrescendi, & pupillaris substitutionis prouenientes, *quos re-*
feremus in qu. seq. Itaque non cogetur pupilli hæreditatem
ex substitutione consequi, sed eam arbitrio suo poterit adire
55 † *l. quæsitum 40. in fin. ff. de acq. hær. Et in specie declarat Bart.*
in d. l. qui patris in prin. vers. Opp secundùm eod. Et, si ante adi-
tionem decesserit, non transmitteret spem substitutionis in hæ-
redes, quia, cum cesset ius accrescendi, coniunctio, quæ sola
transmissionem operatur, *vt ostendemus in qu. 39. numer. 19.*
Consequens est. vt & ipsa transmissio cessare debeat.
Quartus casus est, quando institutus, qui hæres extitit, fuit
substitutus pupillo, non instituto, sed exhæredato. Et tunc
videtur dicendum, † substitutionem nihilominus censeri 56
coniunctam cum iure accrescendi.
Primò. quia † ratio vtilitatis pupilli, quam considerauimus, 57
mus, *supra num. 24. & seqq.* ita procedit in hac specie, vt &
in alijs scilicet, quia pupilli interest habere hæredem ex te-
stamento, etiamsi fuerit à patre exhæredatus. Qua ra-
tione fit, vt etiam ei possit pater facere testamentum,
† *l. sed si plures. 10. §. ad substitutos ff. de vulg. & non solùm. Inst.* 58
de pupill. l. qui fundum. 86. §. qui filios ff. ad leg. Falcid. l. cum qui-
dam. 24. C. de legat. ad hoc vt habeat hæredem in ijs bonis,
quæ ex materna hæreditate, vel aliunde ad eum peruenerũt
d. l. sed, si plures. 10. §. ad substitutos, & d. § non solùm. Ergo etiã
in hac specie debet habere locum coniunctio iuris accrescen-
di cum pupillari substitutione.
Secundo. quia Neratius *in d. l. qui patris*, vbi † de hac iuris 59
accrescendi coniunctione loquitur requirit quidem substitu-
tum esse patris hæredem, sed non pupillum: Non enim sup-
ponit, eum fuisse à patre institutum sed simpliciter scribit,
eum, qui patris hæres extitit, fuisse quoque impuberi filio
substitutum. Ergo ostendit, non esse hoc necessarium quia
alioquin id expressisset, prout expressit respectu substituti,
ex regula l. vn. §. sin autem ad deficientis C. de caduc. toll.
Sed his non obstantibus verius est, non censeri † in propo- 60
sita specie substitutionem coniunctam cum iure accrescen-
di. Probatur autem
Primò *d. l. quidam elogio 20 C de iur. delib* vbi Iustinianus
loquens † de necessitate pupillaris hæreditatis amplectendæ, 61
quę ex vnione & coniunctione substitutionis pupillaris cum
iure accrescendi proficiscitur, non solùm requirit, substitu-
tum esse patris hæredem, sed etiam filium, cui facta est substi-
tutio. vt patet ex illis verbis *pupillus quidem patri eius hæres*
extitit. extraneus autem hæreditatem adijt. Itaque supponit
tunc eum à patre institutum, non exhæredatum, quia alio-
quin non posset hæres existere, & per consequentias ces-
saret necessitas suscipiendæ hæreditatis ex pupillari substitu-
tione.
Secundo probatur ratione: nam † ideò consideratur ius 62
accrescendi inter hæreditatem patris, & hæreditatem filij,
quia, licet patris hæreditas per acquisitionem factam à filio
verè desierit esse hæreditas patris, & facta sit proprium filij
patrimonium *d. l. sed, si plures. 10. §. filio ff. de vulg.* & hac ra-
tione non possit amplius considerari, vt hæreditas patris,
sed tantùm, vt hæreditas filij, *vt patet ex ijs locis, quos retu-*
limus supra num. 22. tamen, quia ab initio, & ante, quam fi-
lius hæres existeret, vna erat, & eadem hæreditas, fauore pu-
pilli, cui pater substituit, fingimus illam adhuc esse patris hę-
reditatem, quasi filius non videatur cum effectu hæres exti-
tisse, vbi in pupillari ætate moritur, nec potuit de ea testari.
Itaque perinde habemus ac, si pater de sua hæreditate dispo-
nendo instituisset extraneum pro parte purè, & pro parte
sub conditione, si filius in ætate pupillari decesserit *d. l. cohæ-*
redi 41. §. cohæres ff. de vulg. Vnde, quia tractatur de eadem
hæreditate, & de deferenda per ius accrescendi eius parte illi,
qui iam aliam partem habuit, ideò nil mirum, si tamquàm in
eadem hæreditate consideratur ius accrescendi. At hæc ra-
tio cessat in ea specie, qua pater exhæredauit filium, quia,
cum nullam ei suæ hæreditatis partem reliquerit, non potest
per consequentias ei dici accrescere, etiam posteà quam fue-
rit à pupillo acquisita, cum acquiri non potuerit. & non en-
tis nullæ sint qualitates *l. eius, qui. 41. ff. si cert. pet.* Omnimodò
igitur in hac specie cessat iuris accrescendi cum pupillari
substitutione coniunctio.
Neque obstant contraria: Ad primum enim respondeo,
negando rationem coniunctionis in hac specie subesse, quia
ratio vtilitatis pupilli non consideratur simpliciter & per se,
sed, quatenus est restricta ad eam hæreditatis partem, quæ
ante acquisitionem erat patris, sed propter vtilitatem pu-
pilli, ad hoc scilicet, vt habeat hæredem ex testamento, fin-
gimus eam, quasi nondum perfectè acquisitam adhuc pa-
tris esse, *vt supra dictum est*.
Ad secundum vero respondeo, licet Neratius hoc non
dicat, † id tamen supponere, aut saltem Neratium debere 63
sup-

suppleri ex loco Iustiniani *in d.l.quidam elogio.* qui hoc expressim requirit, *vt supra demonstrauimus*.

Quintus, & vltimus casus est, quando institutus, qui patris hæres extitit,fuit etiam substitutus pupillo instituto, qui tamen se paterna hæreditate abstinuit, Et tunc,si quæramus an substitutio censeatur coniuncta cum iure accrescendi, & sic,an procedat *l qui patris.* dispositio,constat, rem esse valdè controuersam:Nam,quia Neratius *in d.l.qui patris* supponit quidem institutum patris hæredem extitisse, sed non exprimit, vtrùm etiam pupillus hæreditatem paternam agnouerit, necne, ideò in controuersiam deductum est, vtrùm id sit necessarium. ad hoc, vt locum habeat prædicta dispositio. Et nonnulli quidem censuerunt, non esse necessarium, sed, siue pupillus hæres patris extiterit, siue non, sufficere, substitutum adijsse, vt fiat prædictæ dispositioni locus.

64 *Fuit hæc sententia Azon.* (*licet sub dubio*) *prout refert gl.in d. l.qui patris in verb.extitit in fi.& sequitur ibi Bald.versic Item præmitte,& post eum Trentac de subst part.1.cap.15.n.4.versic. Secundo,& vltimo.*

65 Sed est verius,imò hoc esse necessarium, † *vt rectè censuerunt gl.in d.l.qui patris in verb.extitit, & ibi Bart.nu.4.* quia

66 † filius,qui se abstinuit, non habetur pro hærede *l.si filius,qui abstinuit.13.in prin.ff.de inter act.* sed habetur perinde. ac, si non fuisset institutus, scilicet,quia idem dicitur de filio, qui se abstinuit, quod de extraneo,qui repudiauit,*l.nam,nec emācipatus.91.ff.de legat.1.* Quemadmodum igitur, si filius non fuisset à patre institutus, non posset substitutio pupillaris ei facta dici coniuncta cum iure accrescendi, *vt ostendimus in casu præcedenti*,ita etiam non debet censeri coniuncta, quando fuit institutus,sed hæres non extitit. Quamobrem, & Iustinianus *in d.l.quidam elogio.* non solùm requirit,filium fuisse institutum, sed etiam patris hæredem extitisse. Nec est contrarium, quod abstinente filio pars eius cohæredi accrescat *l.cum hæreditate 55.ff.de acq.hæred.* eaque ratione, & in proposita specie ius accrescendi consideretur, quia, non accrescit, vt hæreditas filij, sed, vt hæreditas patris,neque consideratur ius accrescendi, vt inter institutum, & pupillariter substitutum, de quo nos loquimur, sed, vt inter duos institutos, secundùm iuris ordinarij rationem. Itaque non pertinet ad ius accrescendi, de quo loquimur, scilicet ad ius accrescendi, quod est cum pupillari substitutione coniunctum.

Hinc intelligimus,ad hoc,vt substitutio pupillaris censeatur coniuncta cum iure accrescendi, duo necessariò requiri.

67 † Primò, vt institutus instituto substitutus sit. Secundò, vt vterque patris hæres extiterit: Alioquin enim vno ex ijs deficiente non poterit huiusmodi coniunctio considerari,*vt patet ex ijs quæ supra diximus, Et in specie declarat gl. in d. l. qui patris, in verb.extitit.*

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris coniuncta cum iure accrescendi sumit eius naturam,& secundùm illud regulatur.*

2 *Ex substitutione pupillari coniuncta cum iure accrescendi hæreditas pupilli acquiritur ipso iure,& transmittitur ad hæredes substituti,si post substituti mortem casus pupillaris purificetur nu.3.11 & seqq.*

4 *Ex substitutione pupillari acquiritur substituto inuito hæreditas pupilli,quando ipsa substitutio pupillaris est coniuncta cum iure accrescendi.*

5 *Qui ex diuersis testamentis vocatur ad diuersas hæreditates,potest vnam ex his adire, & alteram repudiare.*

6 *Qui ex testamento patris vocatur ad hæreditatem paternam, & ex testamento filij, idest ex pupillari substitutione vocatur ad hæreditatem filij ,si paternam agnouerit, fiet etiam filij hæres necessarius,si veniat casus pupillaris num. 7 ex præambula paterna hæreditatis aditione num.8.quia patris,& filij hæreditas pro vna reputatur & consequenter non poterit pro parte acceptari, & pro parte repudiari n.9. Amplia num.10.*

14 *Spes substitutionis pupillaris per eum transmittitur, qui si viueret, de necessitate pupillo succedere deberet.*

Quid operetur ius accrescendi, quando est coniunctum cum substitutione pupillari.

QVÆSTIO XXXVIII.

HVius autem vnionis, & coniunctionis effectus est, vt pupillaris substitutio cum iure accrescendi coniuncta sumat eius naturam, & secundùm eam reguletur,† *vt scribit* 1
Ant Gabr lib.4.comm.opin.tit.de hæred.inst.concl.2.num.44.& 45. Hinc specialiter varij proficiscuntur effectus, quorum

Primus est, quia,quemadmodum in iure accrescendi coniuncti disiunctis præferuntur, *vt latè ostendimus in 5. cap. qu. 46.nu.7.* ita etiam præferuntur in substitutione pupillari, *vt ostendimus in eodem 5.cap.q.52.num.3.*Sed magis est,vt hic nō sit proprius & verus coniunctionis effectus,quia non proficiscitur hoc ab vnione substitutionis cum iure accrescendi,sed à maiori testatoris affectione, quia quos in institutione prædilexit,censetur etiam substituendo prædilexisse, *vt demonstrauimus ibi num.3.*

Secundus effectus est, quia, quemadmodum per ius accrescendi portio acquiritur ipso iure, idest sine facto hominis, seu eius aditione, *vt diximus in 8.cap.q.1.nu.1.* ita etiam ipso iure quæritur hæreditas ex substitutione pupillari, quæ est cum iure accrescendi coniuncta, † *vt scribit gl.in l.apud Iulianum.11.§.idem Iulianus in verb. hæreditatem, ff. ad Trebell.* 2
Idque, nō solùm in ipsomet substituto locum habet,si eo superstite pupillaris substitutionis conditio purificetur, sed etiā in eius hærede: † Nam transmissio,quæ in eum fit, ita intelligitur, vt non sit opus agnitione, sed ipso iure censeatur ei pupilli hæreditas acquisita: Hoc enim est, quod significant ij, qui simpliciter dixerunt, dispositionem *l.qui patris*,locum habere etiam in hærede substituti, *quos referemus in hoc cap. q.42.num.8.* Et sanè,nisi ipso iure censeretur pupilli hæreditas acquisita, non posset in hæredem substituti transferri, quia hæres hæredis non potest adire, *vt ostendimus in 7. cap. q.41.nu.36.* sed ideò transmittitur, quia censetur iam ab initio quæsita instituto. & ius quæsitum ad hæredes transfertur, *l.vnica §.in nouissimo C.de cad.toll.* 3

Tertius effectus est, quia, licet regulariter, neque ex institutione, neque ex substitutione cuiquam inuito acquiratur hæreditas, *vt diximus in hoc cap qu.22 num.1.* tamen, si pupillaris substitutio sit coniuncta cum iure accrescendi, acquiritur substituto, etiam inuito † *d l. qui patris.59. versic.* 4
Nam,si ipsum, & ibi gl.in verb.patris hæredi, ideoque, licet is, qui ex diuersis testamentis vocatur ad diuersas hæreditates, possit vnam ex ijs adire,& alteram repudiare † *vt scribit Bar.* 5
in l.quidam elogio.20.in fi.C.de iur delib. tamen is, qui ex testamento patris vocatur ad hæreditatem paternam,& ex testamento filij, nempè ex pupillari substitutione vocatur ad hæreditatem filij, si illam agnouerit, non poterit hanc prætermittere, sed vtramque habere compelletur † *d.l.qui patris.* 6
59.in prin.& ibi Bald.vers c.in text.ibi obligat, & d l.quidam elogio.20.& ibi Bart.in prin.Cod.de iur.delib.Gul.Ben.in d. cap. Raynutius in verb.si absque liberis moreretur secundo in materia vulgaris nu.47.Gomez.tom.1.varia.resol.cap.10.num.20. vers.Quintò extende. Quamobrem dicitur hæres pupilli necessarius† *in d.l.qui patris,* quia velit,aut nolit,debet eius hæreditatem suscipere,licet non sit necessarius eo sensu,quo sumitur *in §.1.inst.de hæred.qual.& diff.* scilicet, quia necessitas hæc non prouenit à potestate, vt aliàs solet *l.conditionibus.5. ff de cond.& dem.* sed prouenit à præambula paternæ hæreditatis aditione, † *vt in specie declarat Bald. in d.l. qui patris,* 8
versic.in text.ibi, necessarius. Et sanè substitutus ideò cogitur hæreditatem pupilli suscipere,quia † cum patris, & filij 9
hæreditas pro vna, eademque hæreditate reputetur,*vt diximus in q.præced.num.42.* Consequens est, vt scindi non possit, & sic, vt non possit pro parte repudiari, *secundùm ea, quæ diximus in hoc cap.qu.25 num.4.* prout fieret, si post aditam paternam respueret filij hæreditatem, quæ illius pars intelligitur. *Ita ratiocinatur Bald.in d.l. qui patris versic. in text.ibi obligat.* Idque adeò verum est, vt procedat, etiamsi substitutus velit omittere hæreditatem paternam; Nam, beneficium *l.cum hæreditate 55.ff.de acq.hæred.* quo conditio

tio defertur hæredi totius hæreditatis, aut amplectendæ, aut omittendæ, si post aditam suam portionem cohæredis portio vacet, non procedit in eo, qui pupillariter fuit à testatore substitutus, & sic vocatur ex dispositione testatoris expressa: nam is omninò cogitur partem posteà delatam suscipere, nec suam dimittere potest, † *vt de substituto vulgariter diximus in hoc cap q.34.nu.11.& in specie de substituto pupillariter scribunt omnes in d.l.cum hæreditate. 55.ff. de acq. hæred.* 10

Non solùm autem ipsemet institutus, & pupillo substitutus cogitur pupilli hæreditatem amplecti, sed etiam eius hæres, in quem spes substitutionis pupillaris transmittitur: Nam, nec ipse poterit eam respuere, sed inuitus eam suscipere compelletur † *d.l.qui patris, & ibi gl in verb.patris hæredi, & Bart.in prin. Nat.consil.68.num.8.* quia † sicut inuitus cogi potuit defunctus, ita etiam eius hæres. *Ita gl. in d l.qui patris, in verb. extitit in fin.* Et hoc est, quod significant, † *in d.l. qui patris*, illa Neratij verba: *Nam, si ipsum inuitum obligat, coniungi eam paternæ hæreditati, & accrescendi iure acquiri cuicunque patris hæredi existimandum est.* Significant enim ideò transmissioni locum esse, quia, cum aditio paternæ hæreditatis facta ab instituto obligaret eum, vt etiam inuitus pupilli hæreditatem habere cogeretur, si viueret, Consequens est, vt obliget etiam eius hęredes, vt potè in quos defuncti obligationes transferuntur *Ita declarant Bart. in d l.qui patris, in prin.versic Quæro, & ibi Bald.versic.in text. ibi, obligat.* Quamobrem dicimus, spem substitutionis pupillaris per eum transmitti, qui, si viueret, de necessitate succederet. † *vti videre est apud Bald.in d.l.qui patris, versic. Et ad euidentiam, & Becc.consil.143.nu.103.* 11 12 13 14

SVMMARIVM.

1 *Spes substitutionis pupillaris non transmittitur ad hæredes, si viuo pupillo moriatur substitutus; Nisi sit coniuncta cum iure accrescendi, num.2.& seqq. Et quid si plures instituti fuerint filio impuberi substituti, aut etiam vnus tantùm, sed filio exhæredato, num.3.*

4 *Pupilli hæreditas, quando institutio pupillaris est coniuncta cum iure accrescendi, non consideratur ut hæreditas pupilli, sed ut hæreditas patris & qualiter num.29.*

5 *Pater, qui filio impuberi instituto cohæredē pupillariter substituit, perinde habetur, ac si insti. uisset substitutum solum ex parte hæreditatis purè & ex parte sub conditione, si filius in pupillari ætate decesserit.*

7 *L.qui liberis 8.§.hæc uerba, & l sed si plures 10 in prin ff. de uulg. Declarantur.*

8 *Cohæres qui filio impuberi cohæredi pupillariter substituitur, non refert an sub proprio, an sub appellatiuo nomine substituatur.*

10 *Spes substitutionis pupillaris coniuncta cum iure accrescendi transmittitur ad substitutis hæredes, & alios quoscumque successores tàm ciuiles, quàm prætorios.*

11 *Hæres cohæredis pupillariter substituti ad pupilli hæreditatem admittitur iure accrescendi, non iure substitutionis, sed imò utroque iure, nu.15.& seqq sed diuersimodè num.32.& seqq.*

12 *L.qui patris 59.ff.de acq.hæred. Declaratur, & seqq. & num.17.*

13 *L.si ex pluribus 9.uersic. Alia causa ff.de suis, & legit. Declaratur, & nu.24.& seqq.*

14 *Viuentis nulla est hæreditas.*

16 *Ius accrescendi coniunctum cum substitutione pupillari, an informetur à substitutione, an uerò substitutio ab ipso, & numer.11.*

18 *Relatiuum, quod, est repetitiuum ante expressorum.*

19 *Caducata pupillari substitutione etiam cadit ius accrescendi, quod reperitur cum ea coniunctum & seq.*

22 *Ius accrescendi coniunctum cum substitutione pupillari an trahatur ad bona pupilli, quæ aliundè habuit quàm à patre, & nu.14.in fin.*

25 *Substitutio uulgaris, & substitutio pupillaris coniuncta cum iure accrescendi, non differunt, quo ad ius transmissionis.*

30 *Hæreditas non adita non transmittitur, quando est necessaria aditio.*

31 *Substitutio pupillaris, coniuncta cum iure accrescendi non transmittitur ad hæredes substitutorum, quando plures fuerunt pupillo substituti, & vnus, aut etiam plures moriūtur viuo pupillo, non tamen omnes Et seqq. nisi superstites repudiarent hæreditatem paternam, aut extranei substitutionem recusarent, uel aliter deficerent nu 35.*

33 *Substitutio pupillaris non potest dici cum iure accrescendi coniuncta quando plures cohæredes sunt pupillo substituti.*

34 *Substitutio pupillaris tunc dicitur coniuncta cum iure accrescendi, quando aliter posito iure pupillus decederet intestatus.*

36 *Hæres particularis certæ rei qui filio impuberi est pupillariter substitutus, an etiam ipse transmittat spem pupillaris substitutionis si præmoriatur pupillo & deinde pupillus in pupillari ætate moriatur; Et an hoc casu substitutio ipsa sit cum iure accrescendi coniuncta num seq.*

38 *Coniunctio iuris accrescendi cum substitutione dari non potest, quando hæres particularis pupillo pupillariter substituitur.*

An, & quando substitutio pupillaris coniuncta cum iure accrescendi transmittatur ad hæredes.

QVÆSTIO XXXIX.

Qvartus, & vltimus huius vnionis, & coniunctionis effectus est, quia, licet spes substitutionis pupillaris regulariter non transmittatur ad hæredes, si viuo pupillo moriatur substitutus † *l.qui liberis.8.§.hæc verba, & l. sed si plures.10.in prin & ibi Iaso.num.1.ff.de vulg.Ias.in l.qui plures.23.numer.1 ff.eod.* tamen, si substitutio sit coniuncta cum iure accrescendi, transmittitur, † *d.l.qui patris 59. in prin. versic. Quod sic recipiendum, & ibi Bart.nu.4.Bald.in prin & versic. Et ad euidentiam ff.de acq.hæred.Bald in l.un n 26.C. quand. non pet.par. Ang.de Gamb.de testam gl.42 nu.4. Alex.consil.20.nu.7.vol 1.Ias.in d.l.sed si plures.10.in prin.nu.2 ff.de uulg. Gul. Ben in d cap.Raynutius, in uerb.& uxorem nomine Adelasiam nu.113 Soc.Sen consil 6 nu.14 uersic.Præterea uol.3.Ruin.cons.156.n 4.uol.1.Boer.consil.36 num 2. Bec consil 143.num.103.* Sumit enim † in hoc substitutio naturam iuris accrescendi, quod tamquam reale transmittitur ad hæredes, *ut diximus in 7 cap.q.62 nu,8.* Et sanè, cum in hac specie pupilli hæreditas non consideretur, vt hæreditas filij, sed, vt pars hæreditatis paternæ † *ut diximus in hoc ca q.38 num.9.* scilicet, quia perinde est, ac, si pater instituisset substitutum ex parte suæ hæreditatis purè, & ex parte sub conditione, si filius in pupillari ætate decesserit † *l.cohæredi.41.§.cohæres ff de uulg.l. in ratione 11.§.quæsitum ff.ad l.Falc.& scribit Cuiac.lib.12. obs. ca.11.* Consequens est, vt quemadmodum hæres ex parte purè, & ex parte sub conditione institutus pendente conditione moriens transmittit partem conditionalem ad hæredes, *ut diximus in hoc ca.q 30.num.28.* ita etiam cohæres cohæredi pupillo substitutus debeat transmittere pupilli hæreditatem, quasi partem hæreditatis paternæ, si pendente conditione decesserit. 1 2 3 4

Nec obstant *l.qui liberis.8.§.hæc uerba, & l.sed, si plures. 10. in prin.ff.de uulg.& alij* loci, † in quibus scribitur pupillarem substitutionem non transmitti ad hæredes etiamsi substitutus sit hæres patris, quia (secundùm nonnullos) procedunt, quando substitutio facta est, & sub nomine appellatiuo, secus verò quando sub nomine proprio. *ita enim respondet Rog. quē refert gl.in d l.qui patris, in uerb patris hæredi, uersic. Sed in eo, & probat gl.in l.toties.80.in uerb mortuus esset ff. de acq. hæred. & in d.l.qui liberis.8.§.hæc uerba, in uerb. neque hæredis hæres ff.de uulg.* 7

Sed hæc distinctio meritò fuit à *Bart.in d.l.qui patris nu. 1. Et ibi Bald. uersic in gl. ibi per appellatiuum, & alijs* communiter improbata: quia verius est † non referre vtrùm sub proprio, an sub appellatiuo nomine facta sit substitutio: Nam, &, cum proprium substituti nomen exprimitur, non transmitti spem conditionalis substitutionis, patet *ex l. qui habeat.47.ff.de uulg.* Quinimò, si quę differētia deberet in pro- 8

proposito constitui inter substitutionem, quæ fit sub nomine proprio, & eam, quæ sub appellatiuo deberet potiùs hęc quã illa transmitti, quia nomen appellatiuum est magis communicabile, quam nomen proprium, *vt ait Bald. in d. l. qui patris versic. in gl. ibi per appellatiuum*, & ideò faciliùs transit à persona ad personam id, quod sub appellatiuo nomine relictum est, quam id, quod sub proprio, cum hic certa persona demonstretur, ibi secus *l. cum ita datur. 93 ff. de cond. & demonst. Et ita in specie declarat Bald. in l. qui patris versic. in gl. ibi per appellatiuum*.

Quamobrem verius est, idcò in specie illarum legum cessare transmissionem, quia plures ibi fuerunt impuberi filio
9 substituti. † quo casu, si vnus decedat, non transmittit spem substitutionis ad suos hæredes, *vt ostendimus in num 21*. Cæterùm, si vnus tantùm sit substitutus, magis est, vt transmittat, si pendente conditione moriatur, *per ea, quæ supra diximus* quamquàm, & illud dici possit, locos illos procedere in paternis hæredibus, qui filio exhæredato substituti sunt, quo casu, quia substituto non potest censeri coniuncta cum iure accrescendi, *vt ostendimus in hoc cap q. 37. num. 57*, ideò cessat transmissio. At si cohæres pupillo cohæredi. Et sic Instituto non exhæredato substitutus sit, magis est, vt spem conditionalis substitutionis transferat ad hæredes, *secundùm ea, quæ diximus*.

Fit autem hæc transmissio non solùm in primos substituti
10 hæredes, sed etiam in vlteriores, † & vsque in infinitum: Omnes enim hæredis appellatione continentur *l. hæredis appellatio. 60. & l. sciendum. 70. ff. de verb. signif.* quod etiam significant illa Neratius verba, *cuicumque patris hæredi*, quæ leguntur *in d. l. qui patris. prout ibi declarat Bald. versic. in text. ibi cuicumque*, Et sit, siue succedant Iure ciuili, siue Iure prætorio, & siue Iure directo, siue per fideicommissum: Nam & bonorum possessores, & fideicommissarij, quibus ex Trebelliano restituta est hæreditas, & omnes vniuersales successores hæredum appellatione continentur, *l. hæredis. 170. ff. de verb. signif.*

Planè de illo dubitari solet, an hæres substituti ad pupilli hæreditatem admittatur iure substitutionis, an verò iure accrescendi. Fuerunt autem de hac re duæ veterum Interpretum sententiæ duos continentes eiusdem *l qui patris.* intellectus, Prima existimantium admitti iure accrescendi non iure
11 substitutionis † *quæ fuit opinio gl. in d. l. qui patris, in verb patris hæredi versic. Tu dic & ibi Bart num. . versic Vnde gl. & num. 3. versic. Dic ergo Bald. vers. in eadem gl ibi, vbi ait hanc esse veram, Bart. in d. l re coniunctis n 58. Ant. Firm. de commun. c. 12. n. 3. Bec. d. consil. 143. n. 1 2. Cuiac. 4. lib. 12. obs. cap 11.* Secundũ quam sententiam non substitutio informatur à iure accrescendi, sed ius accrescendi informatur à substitutione, quia, licet, quoad transmissionem retineat propriam naturam, vt scilicet transmittatur etiamsi nondum sit delatum, in cæteris tamen sumit naturam pupillaris substitutionis. Itaque est quoddam mixtum ex duabus naturis concurrentibus, *vt in specie declarat Bald. in d. l. qui patris, vers. Not. quod ius, & vers. Et conclude*. Quamobrem secundùm hanc sententiam ita est concipiendum summarium *d. l qui patris*, spes iuris accrescen-
12 di transmittitur ad hæredes, † *vt concipit Bald in d. l. qui patris in princ. & versic. Et ad euidentiam & versic. Not. quod ius*, Ad quod respexisse videntur dicentes ius accrescendi etiam conditionale transmitti, *vt Fabian. in Auth. nouissima numer. 272. C de inoff. testam Bec. d. consil. 143. num. 103*. Denique secundùm hanc sententiam multa in hoc concurrunt singularia, quæ ius accrescendi à substitutione trahit, *vt ait Bald. in d. l. qui patris. versic. Et secundùm istud*. Primum enim singulare est; vt ius accrescendi locum habeat etiam post aditam hæreditatem, quod propriæ ipsius iuris accrescendi naturæ refragatur, *vt ostendemus in hoc cap q. 37. nu. 9*. Secundùm verò, vt ad pupilli bona, & sic ad res diuersas porrigatur, quod iuxta sui naturam facere non possat, *vt ostendemus ibi num. 7*. Mouetur autem, vt ita sentiant.

Primò *d. l qui patris. 59. versic. Nam si ipsum*, vbi Neratius, *Nam si ipsum inuitum obligat*, inquit, *contingi eam paterna hæreditati, & accrescendi iure acquiri cuicumque patris hæredi existimandum est*. Nam his verbis apertè ostendit, hæredem substituti non iure substitutionis admitti, sed iure accrescendi, quippe, quo iure dicitur ei acquiri pupilli hæreditas.

Secundò mouentur, *l si ex pluribus 9. versic. Alia causa, ff. de suis, & leg.* vbi licet cohæres cohæredi vulgariter substitutus sit, & per consequentias substitutio sit coniuncta cum iure accrescendi, non tamen transmittitur ad hæredes, licet ius accrescendi transmittatur, *vt ibi in prin. dicitur*. Ergo, & in proposito arguendo à vulgari ad pupillarem, licet cohæres cohæredi pupillariter substitutus sit, & per consequentias pupillaris sit coniuncta cum iure accrescendi, non tamen debebit transmitti ius substitutionis, sed tantùm ius accrescendi.

Tertiò mouentur, quia, si iure substitutionis admitteretur, necessariò deberet venire non, vt ad eandem hæreditatem, sed, vt ad hæreditatem diuersam, nempè, vt ad hæreditatem filij, vtpotè de qua tractatur in substitutione pupillari, *vt diximus in hoc cap. q. 37. num. 21*. Atqui, si hoc modo veniret non posset esse locus trãsmissioni. quia, cum pupilli hęreditas non fuerit adita à substituto, imò nec adire potuerit cum viueret adhuc pupillus *l. 2. §. interdùm ff de vulg.* & viuentis † nulla hæreditas, *vt notat l. 1. ff. de hæred. vel act. vend.* 14
ita nec adiri, nec repudiari posset *l. qui superstitis. 93. ff. de acq. hæred.* Consequens est, vt non potuerit transmitti, *ex regula l. vn. §. in nouissimo C. de cad. toll.* Atqui fuit transmissa. Ergo ex hoc patet, hæredem substituti non fuisse admissum, tamquàm ad hæreditatem diuersam, & sic iure substitutionis, sed potiùs, tamquàm ad eandem hæreditatem, siue eiusdem hæreditatis partem, quæ ipso iure accrescit, quasi ab initio asse relicto, *vt in specie declarat Cuiac. d. lib. 12. obs. cap 11.*

Quartò, & vltimò mouentur, quia hæres substituti debet admitti eo iure, quod transmissionem sui natura recipit, non eo, quod illi repugnat. Atqui ius substitutionis repugnat transmissioni, quia, vt sæpè dictum est, spes substitutionis, tamquàm personalis, non transmittitur ad hæredes, Contra verò ius accrescendi non refragatur transmissioni, cum sit reale, & per consequentias ad hæredes transmissibile, *vt diximus in 7. cap. qu. 62. num. 8.* Ergo hæres substituti debet censeri admissus iure accrescendi, non iure substitutionis. *Ita sensit Bart. in d l re coniunctis, num. 58.*

Nec (secundùm eos) obstat, quod iure accrescendi non, nisi ad bona paterna, videatur pertinere, quia hoc procederet si ius accrescendi secundum propriam naturam regularetur, sed quia propter vnionem, quam habet cum substitutione pupillari sumit eius naturam, ideò trahit ab ea, vt etiam ad pupilli bona porrigatur; *Ita enim scribunt omnes quos referemus in hoc cap q 42. num. 2.* vel (secundum alios) hæres substituti consequitur bona paterna iure accrescendi, bona verò pupilli iure substitutionis, *vt declarant ij, quos referemus in d. q. 42 num. 2. & seqq.*

Verùm his non obstantibus mihi verior videtur sententia existimantium substituti hæredem admitti iure substitutionis ad se transmissæ ex vi iuris accrescendi, quòd cùm ea cõiunctum est & sic vtroque iure † *Quæ fuit opinio Ia. Ra. & Cy.* 15
dicentis se vsque ad illa tempora tenuisse cum Dino, sed tunc videri si opinionem Ia. Ra. veriorem prout refert Bald in d. l. qui patris, versic. interest accrescendi iure, & versic. in eadem gl. ibi. Eiusdem opinionis fuit Crass. in d. §. ius accrescendi quæst. 31. Idque mihi videntur frequentes interpretes sensisse, dum simpliciter scribunt pupillarem substitutionem coniunctam cum iure accrescẽdi transmitti ad hæredes *vti uidere est apud eos, quos retulimus supra num. 2.* Significant enim transmitti ius ipsum substitutionis non verò ius solum accrescendi. Et secundùm hanc sententiam non ius accrescendi informatur
à substitutione, † sed substitutio à iure accrescendi. quia sumit eius naturam quantum ad necessitatem successionis, & 16
per consequentiam etiam quantum ad ius transmissionis, quod ab illa proficiscitur, non quantum ad alias regulas iuris accrescendi, nam in cæteris retinet suam propriam naturam, *vt declarat Bald. in d. l. qui patris. uersic. interest. accrescendi iure & in versic. Sed secundum aliam & versic. Et conclude*, Denique secundum hanc opinionem non plura concurrunt singularia ex specie, *d. l qui patris.* sed vnum tamen, nempè Ius transmissionis ex necessitate acquisitionis proficiscens, *vt declarat ibi Bald. uersic. Et secundum istum.* Probatur autem hæc sententia.

Primò *d. l qui patris.* † vbi diligenter ponderanda sunt illa verba, *non potest hæreditatem eius*, idest hæreditatem pupilli 17

pra-

praetermittere, vt & illa, *pupillo quoque hæres necessario erit*, Denique illa, *Coniungi etiam paternæ hæreditati*. Nam hæc omnia ostendunt, Neratium tractare de hæreditate pupilli, quæ non potest ad aliquem ex testamento pertinere, nisi ex vi substitutionis pupillaris quippè quæ pupilli testamentum intelligitur, *vt diximus in hoc cap. quæst.37.num.7.* Ergo hoc vult Neratius, hæredem substituti, qui pendente conditione decessit, etiam inuitum cogi suscipere ex pupillari substitutione hæreditatem pupilli, & per consequentias pupillarem substitutionem ad eum censeri transmissam.

Secundò probatur apertiùs illis verbis, quod sic recipiendum est, etiamsi *Viuo pupillo mortuus erit*, *Deinde pupillus impubes decesserit*, quæ leguntur, *in d.l.qui patris*; Nam, quia
18 illud relatiuum, † *quod*, est repetitiuum supra expressorum ideò fit, vt eius vi censeri debeant in ijs, quæ subijciuntur, repetita omnia, quæ supra dicta sunt. Atqui supradictum est, Eum, qui patris hæres extitit, censeri etiam hæredem ex causa substitutionis, & sic iure substitutionis consequi hæreditatem pupilli, Ergo hoc ipsum etiam intelligi repetitum in specie, quæ subijcitur, cùm scilicet viuo pupillo mortuus est substitutus, & sic facta est transmissio.

Tertiò probatur quia si substitutio non censeretur in hæredem transmissa, necessariò sequeretur, eam factam esse ca-
19 ducam, † *l.vn.§.sin autem aliquid sub conditione C.de cad. toll.* & per consequentias non esse, quia, vbi substitutio locum non habet, perinde habetur ac, si facta non esset, *pater filio. 54.in fi.ff.de hæred.inst.* Atqui, vbi nulla est substitutio, ibi non potest ius accrescendi considerari, quia, cùm tractetur de diuersis hæreditatibus, non potest de vna ad aliam ius esse accrescendi, nisi quatenus hoc ius, cùm pupillari substitutione coniungitur, *vt ostendimus in hoc cap.qu.73.num.48.* Ergo, si non transfertur substitutio, nec per consequentias censebitur translatum ius accrescendi, &, si illa caducatur, censebitur
20 etiam hoc caducum † Atqui (secundùm omnes) non caducatur ius accrescendi sed transfertur in hæredem *d.l.qui patris*. Ergo, & substitutio censebitur transmissa. Quam in rem faciunt ea, quæ tradit Baldus, *in d.l.qui patris, versic. in eadem gl.ibi*, dum ita arguit, Si substitutio efficitur caduca, Ergo non est vnita, nec potest informare, ius accrescendi, sicut pactum caducum non informat contractum: Non enim sufficit vnio, quantùm ad ordinationem testatoris, sed debet esse vnio cum efficacia. Vndè si substitutio efficitur caduca, remanet ius accrescendi denudatum, & abstractum ab omni substitutione. Quomodo igitur substitutio, quæ non est, influit in iure accrescendi. Deinde subijcit esse cogitandum, quia non videt responsum, inferens super vnione non esse fundandum intellectum, *l.qui patris*, Et hoc ideò, quia priùs dixerat veram esse sententiam glosæ dicentis in hæredem non transire substitutionem, sed tantum ius accrescendi, quòd postea ex supradicto fundamento cognouit esse falsum, ideoque ad intellectum Ia. Ra. & eius fundamenta renuit, ex quibus conuincitur censeri transmissam substitutionem virtute tamen iuris accrescendi, secundum ea, quæ supra diximus.

Quartò probatur, quia id ipsum ius censetur in hæredem substituti transmissum, quod ipsimet substituto etiam inuito censeretur ipso iure quæsitum, nec ab eo posset repu-
21 diari si viueret; vt probant illa Neratij verba, † *Nam, si ipsum* (idest hæredem substitutum) *inuitum obligat, coniungi eam paternæ hæreditati, & accrescendi iure acquiri cuicumque patris hæredi existimandum est*, quippè, quæ significant, ideò hæredi substituti acquiri pupilli hæreditatem, quia substitutus, qui patris hæres extitit, etiam inuitus cogeretur hæreditatem pupilli suscipere, Ergo, & eius hæres, vtpotè in quem defuncti obligationes transferuntur, *vt ostendimus in q. præced num.3.* Atqui ius, quod substituto etiam inuito quæsitum intelligeretur, nec ab eo potuisset repudiari, est ius substitutionis, vt patet ex illis verbis, *pupillarem substitutionem repudiare*; & ex illis, *vel etiam pupillarem substitutionem*, quæ leguntur, *in l.quidam elogio.20 C de iur.delib.* quippè, quæ significant, non posse eum posteà, quàm patris hæres extitit, repudiare pupillarem substitutionem, sed eam omnino cogi admittere. Ergo, & hoc ipsum ius substitutionis censetur ad hæredes transmisum.

Quintò probatur, quia, si solo iure accrescendi hæres substituti vocaretur, non posset consequi bona, quæ pupillus non à patre, sed aliunde quæsiuerat, scilicet, quia ius accrescendi non, nisi respectu vnius, & eiusdem hæreditatis, & sic hæreditatis paternæ considerari potest, *vt diximus in hoc cap.qu.37.num.7.* Atqui consequitur, † etiam alia bona, ne 22
alioquin pupillus decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt ostendemus *in hoc cap.quæst.42. num.1.* Ergo ex hoc constat, eum admitti iure pupillaris substitutionis, in quam omnia pupilli bona veniunt.

Nec obstat, si dicatur, etiam ad hæc bona admitti iure accrescendi, quasi hoc trahat ius accrescendi à pupillari, cum qua coniungitur, vt ad pupilli bona porrigatur, *quomodo respondent ij, quos referemus in d.q.42.num.4.* quia, licet hoc in se verum sit, *vt ostendemus ibi num.4.* Non tamen excludit, quin acquiratur ex iure substitutionis, quippè, quæ non potest in proposito à iure accrescendi separari, *vt mox ostendemus*.

Non obstant contraria: Ad primum enim respondeo, in hac acquisitione, quæ fit substituto, & eius hæredi, considerari, & substitutionem pupillarem, & ius accrescendi, sed diuersimodè: † Nam substitutio consideratur, vt causa, & ti- 23
tulus acquisitionis, ius verò accrescendi, vt acquisitionis modus, *ut latè ostendimus in hoc cap.q.16 num.8.* Itaque substitutus, seu eius hæres necessariò cogitur habere pupilli hæreditatem ex substitutione, sed acquisitio non fit interueniente facto hominis, seu aditione, sed ipso iure, seu iure accrescendi. Et ita res est decidenda in omnibus casibus, in quibus dicimus, institutionem conditionalem, aut substitutionem vulgarem, aut etiam pupillarem transmitti ad hæredes, si sit coniuncta cum iure accrescendi, vt scilicet transmittatur institutio, aut substitutio quasi causa, ius verò accrescendi, quasi acquisitionis modus. Itaque hæres instituti, aut substituti partem ad se transmissam, & iure institutionis, aut substitutionis, quatenus consideramus causam, & titulum acquisitionis, iure verò accrescendi, quatenus consideramus acquisitionis modum, *secundum ea, quæ supra dicta, sunt*.

Ad secundum verò diuersas nostri solent responsiones afferre: † Primum enim respondent nonnulli, aliud esse in 24
vulgari, *de qua loquitur l.si ex pluribus.* aliud verò in pupillari, *de qua tractatur in d.l. qui patris*, quasi spes vulgaris substitutionis etiam cum iure accrescendi coniunctæ non transmittatur ad hæredes, *secundum opinionem illorum, quos retulimus in hoc cap.q.35 num.5.* spes verò pupillaris transmittatur. *Ita enim censent gl in d.l.qui patris, in verb.patris hæredi, versic.item adhuc, & alij plerique veteres.*

Sed hæc responsio non est vera † eamque proinde meri- 25
tò *Bart.in d.l.qui patris, num.3.versic.Opp.de lege, & alij* plerique reprobarunt, quia nulla in hoc est differentia inter vulgarem, & pupillarem, si cum iure accrescendi sit coniuncta: Nam, vt in illa tractatur de iure accrescendi, quod sui natura transmittitur, ita etiam in hac *ut considerat Bart.in d. l.qui patris, num.3. versic.Opp de lege.* Et, vt in illa, ita etiam in hac magna est dubitatio, an transmittatur etiam ius substitutionis, *ut patet ex ijs, quæ diximus supra num. 15. & seqq. & in d.q.35.nu.10.& seqq.*

Quamobrem alij secundo loco respondent † in specie *d.* 26
l si ex pluribus. fuisse substitutum extraneum in specie verò *d.l.qui ex patris.* fuisse substitutum suum, qui facilius hæreditatem transmittit. *Ita respondet gl.in d.l.qui patris, in verb patris hæredi, versic.item adhuc.*

Sed, & hæc merito fuit *à Bart in d.l.qui patris num.3 versic. Opp.de lege, & alijs* communiter improbata, quia Neratius *in d.l.qui patris.* supponit obligari substitutum ex aditione, quæ res dici non posset, si esset suus, *ut considerat Bart. in d.l. qui patris, num.3.versic.Opp.de lege.*

Tertiò igitur respondent, † alij, in specie, *d.l.si ex pluribus*, 27
substitutum decessisse priùs, quã adiret eam hæreditatis partem, in qua fuerat institutus, eaque ratione substitutionem ibi non fuisse coniunctam cum iure accrescendi. At in specie *d. l. qui patris.* substitutum priùs, quam moreretur, patris hæredem extitisse, & ideò substitutionem, tamquàm cum iure accrescendi coniunctam ad hæredes transmisisse. *Ita respondet gl. in d. l. qui patris, in verb.patris hæredi, versic.item adhuc.*

Sed, & hanc responsionem veteres interpretes improbarunt, *vt Bart. in d. l. qui patris, num. 3. vers. Opp. de lege*. Et rectè, quia verius est, in specie *d. l. si ex pluribus*, substitutum pro sua parte hæredem extitisse, quod patet ex eo, quia, si hæreditatem non adijsset, non potuisset ad hæredes suos transferre ius accrescendi, quippè, quod ita demum transmittitur, si portio principalis fuerit ab hærede quæsita, *ut ostendimus in 7. cap. q. 62. num. 15*. Atqui transmisit ius accrescendi, *ut patet ex prin*. Ergo pro sua parte fuit hæres.

Nec obstat, si dicatur, extitisse quidem hæredem in specie, qua tractatur de legitimis hæredibus, transmittentibus ius accrescendi, sed non in ea, qua tractatur de hæredibus substitutis non transmittentibus spem substitutionis, quia verius est, etiam in posteriore specie supponendum cohæredem adijsse hæreditatem, *prout communiter omnes supponit*, quia alioquin differentia, quam ibi tradit Martianus, esset inepta: Nam ibi proponit differentiam, quæ est (non inter ius accrescendi, & substitutionem, vt vulgò creditur, sed, quæ est) inter hæreditates legitimas, & testamentarias. quæ ex substitutione deferuntur, *ut ostendimus in hoc cap. q. 9. nu. 31. & dicemus etiam infra nu. 22* quæ differentia debet considerari in eisdem terminis: nam alioquin differentia non esset inter hæreditates legitimas, & testamentarias, siue, vt malunt frequentiùs inter ius accrescendi, & substitutionem, sed inter hæreditatem aditam, & non aditam. Atqui iuxta terminos legitimæ hæreditatis, seu iuris accrescendi, quod in ea locum habet, hæreditas fuit ab hærede adita, Ergo etiam in terminis substitutionis debemus supponere hæreditatem fuisse aditam à substituto.

28 Quamobrem verius est, † ideò substitutionem ibi non transmitti, tametsi cohæres cohæredi substitutus sit, & suam hæreditatis partem adierit, quia substitutio non erat coniuncta cum iure accrescendi: Nam, tunc temporis vigebant leges caducariæ, quæ ius accrescendi sustulerant in testamentis, non etiam in hæreditatibus legitimis, ideoque legitimus hæres post aditam hæreditatem moriens partem cohæredis postea deficientis transmittebat, hæres verò in testamento institutus, & cohæredi suo substitutus licet post aditam decederet, non tamen trasmittebat partem cohæredis postea deficientis ad suos hæredes, quia, cùm substitutio non posset dici coniuncta cum iure accrescendi, quod erat sublatum, consequens fuit, vt tamquàm simplex non potuerit ad hæredes transmitti, *vt ostendimus in hoc cap. qu. 35. numer. 1*. Cœterùm hodie sublatis caducis magis est, vt transmittatur substitutio, si cohæres cohæredi substitutus sit, & suam portionem adierit, prius, quam decesserit, *ut ibi diximus num. 14*.

Ad tertiùm respondeo, hæreditatem pupilli in hoc casu considerari, & vt diuersam, &, vt partem hæreditatis pater-
29 næ: † Verè enim consideratur, vt diuersa, quia semper dicitur hæreditas pupilli, non patris, & omnia pupilli bona complectitur; Fictè verò consideratur, vt pars hæreditatis paternæ ad hoc, vt ius accrescendi sibi locum vindicare possit. Itaque quoad causam, & titulum acquisitionis, & verò etiam, quoad effectum consideratur, vt hæreditas pupilli, sed quoad modum acquisitionis consideratur, vt pars hæreditatis paternæ, ad hoc, ne sit aditio necessaria, sed ipso iure substitutio acquiratur, *secundum ea, quæ diximus in hoc cap. qu. 37. num. 41*.

Nec est contrarium, quod hæreditas non adita non trans-
30 mittatur, † quia hoc verum est quoties aditio est necessaria. Cœterùm, quoties ipso iure fit acquisitio, magis est, vt etiamsi non sit adita, nihilominus transmittatur, vt patet ex suis hæredibus, qui paternam hæreditatem etiam non aditam transmittunt, tamquàm ipso iure sibi quæsitam, *ut ostendimus in 7. cap. qu. 41. nu. 91*.

Hinc intelligimus transmissionem in proposito non prouenire ex vi substitutionis, sed ex vi iuris accrescendi. Transmittitur enim substitutio pupillaris, & per consequentias hæreditas pupilli virtute iuris accrescendi, scilicet quia per id efficitur, vt hæreditas censeatur acquisita, non acquirenda.

Ad quartum denique responsio patet ex iis, quæ dicta sunt: Nam hæres admittitur ex iure accrescendi, & ex eius vi, non ex vi substitutionis, si consideremus causam transmissionis, scilicet, quia solum ius accrescendi transmissionem operatur, Sed, si consideramus causam, & titulum acquisitionis, & verò etiam effectum, magis est, vt admittatur, ex iure substitutionis pupillaris. Itaque admittitur, ex substitutione pupillari ad se transmissa, virtute iuris accrescendi. Et ita controuersiam hanc definiendam puto.

Planè, si non vnus, sed plures fuerint pupillo substituti, & vnus, aut etiam plures ex ijs moriantur viuo pupillo, an sit locus transmissioni quandiu, vel vnus superest substitutus, quæri solet. Et ij quidem, substituti hæredem non, nisi iure accrescendi admitti censent, ac fatentur cessare transmissionem, quia potentius est ius substitutionis, quam ius accrescendi *vti videre est apud gl. in d. l. qui patris, in vers. Patris hæredi, vers. & hoc puto vers. & est Bart. num. 3. versic. dicit tamen Bart. in d. l. re coniuncti nu. 58. Et in specie declarat Bald. in d. l. qui patris, vers. Iste lectura*. At ij qui censent, admitti etiam iure substitutionis sunt in contraria sententia, & putant hæredem prædefuncti, simul cum alijs substitutis admitti, scilicet, quia sunt omnes in iure substitutionis pares, cùm transmissarius tamquàm personam defuncti in substitutione repræsentans censeatur, & ipse pupillo substitutus. *Ita censuit Ia. Ra. vt refert, & declarat Bald. in d. l. qui patris, versic. Secundùm lect.*

Sed est verius cessare transmissionem, etiamsi dicamus admitti iure substitutionis. † *Ita enim censuit Bald. in d. l. qui patris, versic. vel etiam tunc. Et fuit etiam de mente Ias. in l. qui plures. 23. num. 2. ff. de vulg. simpliciter dicentis, non transmitti pupillarem substitutionem coniunctam cùm iure accrescendi quoties plures substituti sunt*. Non, quia cessat transmissio, quoties ea redundaret in præiudicium tertij, nempè alterius substituti *ut cõsiderat Ias. in d. l. qui plures. 23. n. 2.* sed, quia substitutio, tamquàm non coniuncta cum iure accrescendi, † *ut ostendimus in hoc cap. qu. 31. num. 14.* non potest intelligi transmissa: Cessat enim tunc ratio propter quam ius inducitur accrescendi. Nam hoc ideò fit, quia aliter posito iure pupillus decederet intestatus, quod eius vtilitati repugnat, † *ut ostendimus in eadem q. 37. nu. 25*. At hæc non cessat, quoties supersunt alij substituti, quia, licet non habeat hæredem, eum, qui decessit, poterit tamen habere superstites. Ergo cessare debet, & iuris accrescendi inductio, Et per consequentias substitutio, tamquàm simplex, & cùm iure accrescendi non coniuncta non transmittetur ad hæredes. 32 33 34

Nec obstat, quòd hæres prædefuncti sit in iure pari cum cæteris substitutis, ideoque pariter cùm eis videatur admittendus, quia respondet Baldus, negando paritatem. Nam, quia ius substitutionis regulare est potentius irregulari, & cæteri substituti veniunt ex regulari, tamquàm vocati ex iudicio testatoris, hæres verò prædefuncti venit ex irregulari, tamquàm eo, quòd in subsidium introductum est, ne testator decedat per parte testatus, & pro parte intestatus, ideò fit, vt huic illi præferantur. *Ita respondet Bald. in d. l. qui patris, versic. Vel etiam tunc*. Denique, cùm cæteri succedant mero iure substitutionis, hæres verò prædefuncti succedat adminiculo Iuris accrescendi: Consequens est, vt non sint pares, quia qui nititur solis viribus substitutionis est potentior. *Ita Bald. in d. l. qui patris, uers. Vel aliter*.

Hæc responsio, licet vera sit, quatenus negat paritatem, non tamen est vera quatenus affert rationem: Nam ideò vult, hæredem prædefuncti cùm alijs non admitti, quia, licet omnes veniant ex iure substitutionis, ius tamen illorum est huius iure potentius. Itaque excludendo hæredem per modum prælationis supponit etiam eum venire, vt substitutum. Atqui hoc falsum est, quia cùm in hac specie substitutio non sit coniuncta cum iure accrescendi *ut ostendimus in d. qu. 31. num. 14*. Consequens est, vt nec potuerit ad hæredem transmitti.

Quamobrem verius est, non ideò prædefuncti hæredem simul cùm alijs substitutis non admitti, quia ius habent debilius, sed quia ius substitutionis, tamquàm simplicis, non transmittitur, quoties alij supersunt substituti *d. l. sed si plures 10. in prin. ff. de vulg.*

Sane si superstites repudiarent paternam hæreditatem, aut etiam extranei substituti hæreditatem pupilli, aut aliter essent ab ea exclusi, † tunc censeretur hæres, qui decesserat post aditam hæreditatem, paternam transmisisse 35

hære-

hæredem filii *secundùm dispositionem d.l.qui patris*, quia paria sunt solum esse cohæredem, & substitutum, Vel cum alijs qui defecerunt. Et hoc est, quod significant dicentes tunc demum habere locum transmissionem, cum alij iure substitutionis admitti nequeunt, vel, quia non sint, vel, quia sint exclusi, *vti videre est apud gl.in d.l.qui patris, in verbo patris haeredi, vers. Et hoc puto vers. Et est Bart.num.3.vers. Dicit tamen*.

Hæc autem, quæ diximus, an procedant etiam in hærede particulari, qui pupillo substitutus est, si tota hæreditas ei

86 debet accrescere, dubitari potest † Et hoc plerique negant, *vt Ang.in d.l.qui patris num.*11. Et rectè, non, quia ius accrescendi non transmittat ad hæredes, *vt considerat Ang.ibi*, quia contrarium verius est. & receptius, *vt ostendimus in 7.c.q.62. num.6.& seqq.* sed, quia non potest hæc substitutio censeri

87 coniuncta cum iure accrescendi.† Nam, aut supponimus, pupillum non fuisse institutum hæredem vniuersalem, sed, vel exhæredatum, vel institutum in re certa, Et substitutio ei facta non potest censeri coniuncta cùm iure accrescendi, *vt patet ex ijs.quæ diximus in hoc cap.q 37.num 56.* Aut verò supponimus, eum fuisse institutum hæredem vniuersalem, Et tunc, siue ex asse institutus sit, siue ex parte datis alijs cohæredibus non potest dari casus, quo substitutio censeatur cum hoc iure coniuncta: Aut enim pupillus existit hæres, & non potest esse locus accretioni fauore hæredis particularis, quia etiamsi cohæredes pupillo dati deficiant, non tamen eorum portiones accrescent hæredi rei certæ, sed ipsimet pupillo, tamquàm cohæredi vniuersali *l.quoties.13.C. de her. inst. & diximus in 7.ca q.10 n.16.* Aut verò pupillus non existit hæres, Et tùnc etiamsi deficiant alij omnes, & sic hæreditas debeat ad institutum in re certa pertinere, non tamen substitutio dici poterit coniuncta cum iure accrescendi, quia ad hoc necessarium est, vt pupillus sit hæres, *vt ostendimus in d.q.37. num.56.* Quamobrem verius est, nullo casu posse huiusmodi

88 coniunctionem in hærede rei certæ considerari † Et hæc de iure accrescendi coniuncto cum substitutione pupillari.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi, an, & quando censeatur coniunctum cum substitutione fideicommissaria, in vsufructu nu.2.& seqq in proprietate num.6.& in hæreditate num. 7.& seqq. & quia si in ea cohæres cohæredi compendiosè substitutus sit num.8.& seqq.*

3 *Substitutio facta in vsufructu est vulgaris etiamsi vnus post mortem alterius substitutus sit, non verò fideicommissaria & ratio num.4. & 5.*

4 *In legato vsusfructus tot censentur legata, quot anni, menses, dies.*

5 *Vsusfructus censetur quotidie legari, & constitui.*

10 *Compendiosa non est substitutio, sed formula.*
Intellectus l.s qui complures 92.ff.de legat.3.

11 *A pupillari ad fideicommissariam, non valet illatio.*

12 *Inter diuersas substitutionum species nullus est effectus iuris accrescendi.*

14 *Pupilli hæreditas consideratur, vt hæreditas patris, quando de ipsius pupilli vtilitate agitur.*

An, & quando ius accrescendi censeatur coniunctum cum substitutione fideicommissaria.

QVÆSTIO XXXX.

SVperest, vt videamus de eo iure accrescendi, quod est coniunctum cum substitutione fideicommissaria. Sed, quoniam hæc disputatio præcedentem habet illam inspectionem, an secundùm iuris principia detur talis coniunctio,

1 ideò ratio postulat, vt priùs dispiciamus, an † & qualiter ius accrescendi possit esse cum fideicommissaria substitutione coniunctum. Constat autem in hac re quatuor esse distinguendos casus. quorum

Primus est, quando tractamus de legato vsusfructus, in quo ius accrescendi etiam post acquisitionem locum habet, *l.1.§.interdum ff.de vsufr.accr. & nos latè diximus in 7.cap.q. 59.nu.103.* & ex duobus, aut pluribus coniunctis vnus alteri post mortem substitutus est, & tùnc omnes fatentur, fideicommissariam censeri coniunctam cum iure accrescendi

† *vti videre est apud gl.in l.s qui complures 92 in verb.omnibus ff.de legat.1. Ruin.consil.168.num.13.vol.2 & cons.28.num.14. vol.3.* quia, cum mortuo coniuncto pars eius omnimodo fit ad coniunctum etiam sine substitutione per ius accrescendi peruentura *d.l.1.§ interdum*, Consequens est, vt data substitutione concurrant in eundem, & ius accrescendi, & ius substitutionis, & per consequentias substitutio censeatur cum iure accrescendi coniuncta, *secundum ea, quæ de vulgari diximus in hoc cap.q.num.2 & seqq* 2

Sed hæc sententia, tametsi communiter recepta non est vera † non, quia substitutio non fit in casu proposito cum iure accrescendi coniuncta, quia hoc indubitatum est, sed, quia talis substitutio non est fideicommissaria, sed vulgaris, & sic directa: Nam, etsi conferatur post acquisitionem. quo tempore non vulgaris, sed fideicommissaria locum habere solet, *vt dicemus infrà num 9.* re vera tamen in proposita specie locum habet ante acquisitionem, quia, cum legato vsufructu tot censeantur legata, quot anni, menses, dies, † eaque ratione censeatur vsusfructus quotidie legari, & constitui, *d.l.1.§.interdum, & nos latè diximus in eodem 7.cap.quæst. 59.num.105.& seqq.* fit, vt, licet coniunctus acquisierit suam portionem, & sic concurrerit cum socio per aliquot annos, cum tamen moritur, cēseatur quidē nō concurrisse in legatis preteritis, sed in futuris *d.§.interdum.& latè ostendimus in d. qu.50.num.116.& seqq.* & per consequentias, vt socius, qui eidem post acquisitionem deficienti substitutus est, respectu annorum, seu legatorum futurorum censeatur substitutus ante acquisitionem, non verò post, & sic per vulgarem, non etiam per fideicommissariam. 3 4

Et sanè non posse in casu proposito substitutionem censeri fideicommissariam, sed tantùm vulgarem, patet ex eo, quia fideicommissaria sui natura restitutionem desiderat † *l. restituta.39.l facta.63.in princ.& tot.tit.ff.ad Trebell.* & quidem ab eo, cui fit, vel eius hærede, si post grauati mortem conferatur. Itaque, si fideicommisso grauatus decesserit, tenebitur eius hæres rem, vel hæreditatem fideicommissariam restituere, quod facere poterit, cum hæreditas testatoris, vel res, in qua facta est substitutio ipso iure in eum transmittatur *l.si eius.64.§.si quis rogatus ff.ad Trebell.l si in personam.21.C.de fideicommiss.l fideicommissa 1 .§.sic fideicommissum versic. Hoc autem ff de legat.3* Atqui in proposito talis restitutio fieri non potest, quia, cum vsusfructus non transeat ad hæredem eius, cui facta est substitutio, *vt diximus in eodem cap.q.3 num.9.* Consequens est, vt eum restituere nequeat. Non poterit igitur substitutio post vsufructuarij mortem facta censeri fideicommissaria, sed tantùm vulgaris & per consequentias non continebit onus coniuncti deficientis, sed hæredis, seu proprietarij, quippè, qui tenebitur pati socium substitutum vti frui tota re, quandiù vixerit. 5

Secundus verò casus est, quando tractamus de legato proprietatis, in quo ius accrescendi non, nisi ante acquisitionem locum habet † *d.l.1.§ interdum, & nos diximus in eodem 7. cap.q.59.num.2.* & ex duobus, aut pluribus coniunctis vnus alteri per fideicommissum substitutus est, Et tùnc rectè fatentur omnes, fideicommissariam non posse censeri coniunctam cum iure accrescendi, quia locum non habet, nisi post acquisitionem, quo tempore ius accrescendi cessat, *vt dicemus infra num.9.ita censuit gl.in d.l.s, qui complures, 92. in verb.omnibus ff.de legat.3.* Idque procedit, etiamsi talis substitutio fuerit ab initio coniuncta cum iure accrescendi quia id non attenditur, *vt scribit Ruin.consil.181.num. 8. versic.Et istud confirmo, vol.2.* 6

Tertius casus est, quando tractamus de hæreditate, & in ea cohæres cohæredi per fideicommissum substitutus est, non quidem compendiosè, sed simpliciter, prout euenit, cùm testator concepit substitutionem verbis precarijs, *secundùm ea, quæ latè diximus in 7.cap qu.6.num 7 & seqq.* Et tùnc similiter omnes fatentur, non posse fideicommissariam aliquo modo censeri coniunctam cum iure accrescendi † *vti videre est apud Ruin. consil. 201. numer.7. versic. Et, licet vol. 2.* scilicet, quia non habet locum, nisi post aditam hæreditatem, *l.Ille, à quo.13.§ si de testamento ff.ad Treb.* 7

quo tempore ius accrescendi locum habere nequit, *vt diximus in eodem 7. cap q 59. nu. 2. Et in specie declarat Bart. in l. hæredes mei. 57. §. cum ita num 4. versic. Sed substitutio pupillaris ff. ad Trebell. Ruin. consil. 94. num. 10. versic. Et si dicatur, & num. 11. vol. 2.*

Quartus, & vltimus casus est, quando tractamus de hæreditate, & in ea cohæres cohæredi compendiosè substitutus est prout euenit cum testator duos, aut plures habens filios eos inuicem substituit, si quis eorum sine liberis decesserit, Et tunc magna est controuersia, numquid fideicommissaria, quæ sub tali substitutione continetur, censeri possit cum iure

8 accrescendi coniuncta: † Nam plerique censent posse, idque habent in confesso, dùm aiunt fideicommissariam cum iure accrescendi coniunctam transmitti ad hæredes, *vti videre est apud eos quos referemus in qu. seq. num. 2.* Sed hanc vnionem, & coniunctionem ita declarant, vt procedat inspecto initio, idest, eo tempore, quo nondum erat adita hæreditas: Nam, quia tùnc compendiosa erat cum iure accrescendi coniuncta, tamquàm collata in personam cohæredis, qui partem alterius deficientis omnimodo fuisset per ius accrescendi habiturus, *vt ostendimus in hoc cap. qu. 16. num. 16.* ideò hoc inspecto etiam post aditam substitutio, quæ in fideicommissariam resoluitur dici potest coniuncta cùm iure accrescendi. *Ita declarant Soc. Sen. in d. l. hæredes mei 57. § cùm ita, col. 5 ff. ad Treb & cons. 6. num. 13. vers. Confirmatur, vol. 3. Ias. consil. 154. col. 4. versic. 4 principaliter, vol. 4 Ruin consil. 201. numer. 7. versic. quinimò, vol. 2. Menoch consil. 95 num. 110, versic Sexta Bec. consil. 164. num. 13 vol. 2 vbi testatur, hanc opinionem esse communiter receptam. Et in his terminis videntur accipiendi qui simpliciter loquuntur de fideicommissaria coniuncta cum iure accrescendi vt Ant. Gab. lib. 4 Comm Opin. vt de hær. inst concl. 2. num 46. Nat. consil. 68 num. 9. Mantic decis. 319. num. 9. & 19.*

Et, si quis obijciat, hoc repugnare naturæ iuris accrescendi, quippe quod post aditam hæreditatem locum habere nequit, respondent, imò non repugnare, quoties est coniunctū cum substitutione, idque tradunt patere ex substitutione pupillari, quæ & ipsa post acquisitionem locum habet: Nam si cohæres cohæredi substitutus sit, quia ante aditam hæreditatem poterat esse locus iuri accrescendi & sic substitutio cum eo erat coniuncta, ideò etiam post retinet suam naturam, & cum eo coniuncta substitutio intelligitur, *l. qui patris 59. ff. de acq. hæred. & nos diximus in hoc cap q. 31. nu. 25. & seqq.* Sic igitur & fideicommissaria, licet post aditam locum habeat, quia tamen initio erat coniuncta cum iure accrescendi, ideò etiam post debet intelligi coniuncta, & pristinam naturam retinere. *Ita arguunt omnes, quos referemus in q seq num. 7.*

Verùm hæc sententia vt est commentitia, & iuris principijs repugnans, ita & meritò fuit *à Rip. in d. l hæredes mei. 57. §. cum ita num. 66. versic. Aduerte ff ad Trebell. Alciat. consil. 117 num. 4 & 15 lib 9. Goz. ad consil. 67. num. 13 Menoch. cons.*

9 *200 nu. 115. & seq. & alijs* improbata † quia verius est, etiam in specie proposita, fideicommissariam non posse dici cum iure accrescendi coniunctam, *vt scribunt omnes prædicti, & explicitè Goz. ad d. consil, 67 numer. 13.* Nec *Soc. Sen.* qui fuit author contrariæ sententiæ credidit eam absolutè veram, quia per verbum, fortè, & sic dubitatiuè locutus est, & in fine protestatur, se scholasticè locutum esse, monens, ne in iudicando recedamus à communibus, quicquid ibi dixerit, *vt animaduertit Alciat. d. consil. 117. num. 4. & 15. lib. 9.*

Et sanè fideicommissariam nullo respectu posse censeri cum iure accrescendi coniunctam, patet ex eo, quia, aut eam consideramus inspecto tempore, quo purificatum, & certum est non posse dici coniunctam cum iure accrescendi, cum locum habeat post aditam, quo tempore ius accrescendi cessat, *vt supra dictum est. Et fatentur etiam contrariæ sententiæ sectatores* Aut verò consideramus eam inspecto initio, prout considerant ij, qui contrariam opinionem sequuntur, & neque hoc respectu dici potest coniuncta cum iure accrescendi, quia substitutio, quæ tunc temporis est cum eo iure coniuncta, non est fideicommissaria, sed vulgaris.

Nec obstat, quod sit eadem compendiosa, quæ diuersa tempora complectitur, quia verius est, compendiosam non

10 esse substitutionem, † sed formulam, quæ varias substitutiones complectitur, & in eas resoluitur pro varietate casuum, qui contingunt, Itaque, si is, cui facta est substitutio, deficiat ante acquisitionem, compendiosa resoluetur in vulgarem, si verò post, resoluetur in pupillarem, vel fideicommissariam, idemque de ea iudicabitur. quod de simplici substitutione, in quam facta est resolutio *Pereg. de fideic. art, 34 num. 15 & 51.* Hinc fit, vt, licet dici potuerit cum iure accrescendi coniuncta, si fuisset resoluta in vulgarem, non tamen dici possit esse eo coniuncta, si fuit resoluta in fideicommissariam, quia perinde est, ac, si testator simplicem fideicommissariam fecisset, quo casu non potuisset aliquo respectu dici coniuncta cum iure accrescendi, *vt ostendimus in 3 casu.*

Nec obstat, quod substitutus ab initio ius habuisset accrescendi, quia ex hoc non sequitur posse eodem iure cēseri post acquisitionem: Nam & *in l. 18, qui complures. 92 ff. de leg. 3.* liberti, quibus fundus erat relictus, tamquàm coniuncti habuissent ante acquisitionem ius accrescendi, & alios libertos exclusissent, & tamen, quia post acquisitionem defecit vnus ex legatarijs & factus est locus fideicommisso, non censentur ampliùs illi, vt coniuncti, nec alios libertos excludunt, sed pariter cum eis admittuntur *vt ibi declarat gl. in uerb. omnibus.* Ergo ex hoc patet, fideicommissariam non posse aliquo respectu dici coniunctam cum iure accrescendi, licet id ab initio vocatis competijsset.

Nec obstat, quod pupillaris substitutio, quæ & ipsa post acquisitionem locum habet, censeatur coniuncta cum iure accrescendi eo ipso quod cum eo iuncta erat ante acquisitionem, ideoque debeat idem dici de fideicommissaria, in qua pupillaris conuertitur, vt cum sua natura conuersio facta intelligatur, *vt considerat Soc. Sen. d. consil. 6. num. 14. uersic. Præterea uol. 3.* quia respondeo primò ex mente aliorum, longè aliam esse rationem pupillaris, aliam fideicommissariæ: Nam 11 pupillaris, tamquàm directa, & per consequentias similis vulgari, faciliùs ab ea recipit interpretationem, & sumit naturam, quam fideicommissaria, quæ est obliqua, & à vulgari diuersa. *Ita respondent Alciat d. consil. 117. num. 15. lib. 9. Menoch. d. consil. 200. num. 116.* Quamobrem dicimus inter diuersas substitutionum species nullum esse effectum iuris accrescendi † *uti uidere est apud Alciat. & Menoch in supra relatis* 12 *locis,* Et fideicommissariam minùs regulari à iure accrescendi, quam directam, *ut uidere est apud Menoch d. consil. 200. nu. 117.* Denique dispositionem *l. qui patris* † non habere locum 13 in fideicommissaria, *ut scribunt Ruin. consil. 181 num. 8. uol. 2. Menoch. d. consil. 200. num. 117.*

Secundò respondeo, non ideo pupillarem censeri coniunctam cum iure accrescendi, quod substitutus initio, idest, ante acquisitionem id habere potuerit, sed, quia pupilli hæreditas † consideratur, vt hæreditas patris, quando de ipsius pu- 14 pilli vtilitate agitur, perinde, ac, si nunquàm fuisset acquisita, & hæres institutus, ac pupillo cohæredi substitutus, perinde etiam inuitus consequitur hæreditatem pupilli, ac, si ex parte purè, & ex parte sub conditione fuisset institutus in eadem hæreditate, *ut latè ostendimus in hoc cap q. 25 num. 30. & seqq.* Vnde, quia hæc ratio cessat in fideicommissaria, quippe, quæ grauati continet onus, non vtilitatem *l. cohæredi. 41. §. cum filio ff de uulg.* fit, vt, quæ de pupillari dicuntur, non rectè trahantur ad fideicommissariam.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissaria substitutio coniuncta cum iure accrescendi sumit naturam iuris accrescendi.*

2 *Fideicommissaria substitutio coniuncta cum iure accrescendi transmittitur ad heredes & seqq. Sed contrà num. 8. & seqq.*

4 *Valet argumentum à pupillari ad fideicommissariam. Declara, ut num. 11. & 12.*

5 *Quoties una species substitutionis in aliam conuertitur, talis conuersio censetur fieri cum sua natura, & omnibus suis qualitatibus.*

7 *Testator potest facere, ut quod non est transmissibile, transmittatur.*

9 *Intellectus l. hæredes mei. 57. §. cum ita ff. ad Treb.*

10 *Idem iudicamus de compendiosa, quæ in fideicommissariam resoluitur, quod de simplici fideicommissaria.*

Quid

Quid operetur ius accrescendi, quando est coniunctum cum substitutione fideicommissaria.

QVÆSTIO XLI.

SEd posito, quod inspecto initio fideicommissaria dici possit cum iure accrescendi coniuncta, *vt alijs visum est* dispiciamus, quid talis coniunctio operetur. Tradunt autem hoc operari, quia fideicommissaria sumit naturam iuris ac-
1 crescendi, & secundùm eam regulatur. † *Ita enim scripserunt Iass.cons.*154.*col.*4.*versic.Quartò principaliter vol*4.*Ruin.consil.*201.*nu.*7.*vol.*2.*Menoch de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.*75.*nu.* 20. Vndè inferunt

Primò, quemadmodum in iure accrescendi coniuncti disiunctis præferuntur *l.vn.§.his ita definitis C.de cad.toll. & nos latè diximus in* 5.*cap.q.*44.*num.*2. ita etiam præferri in substitutione fideicommissaria, si ab initio fuerit coniuncta cum iure accrescendi. *Ita enim scripserunt ij, quos retulimus in eodem* 5 *cap.q.*52.*num.*7.

Sed est verius, talem prælationem non à coniunctione substitutionis cum iure accrescendi prouenire, sed à coniectura voluntatis testatoris, quæ ex coniunctione vocatorum colligitur; scilicet, quia, quos testator in institutione coniungendo prædilexit, censetur etiam in substitutione, siuè directa, siuè fideicommissaria simpliciter vocando prædilexisse, *vt ostendimus in eadem q.*52.*num.*7 *& seqq.*

Secundò inferunt, licet regulariter spes conditionalis fideicommissi non transmittatur ad hæredes, si fideicommissarius pendente conditione decesserit *l. vn. §. sin autem aliquid sub conditione C.de cad.toll.l.cũ filiof.*11.*& ibi omnes ff.de leg.* 1. tamen, si fuerit coniunctum cum iure accrescendi transmitti.
2 † *Ita enim censuerunt Soc.Sen.in d.l.hæredes mei.* 57. *§. cum ita col.*5.*ff.ad Treb.& cons.*6.*nu.*13.*versic. Confirmatur vol.*3.*Iass.d.consil.*154.*col.*4.*versic.Quartò principaliter vol.*4.*Ruin. dict. consil.*201.*num* 7.*& versic.Quintò vol.*2.*Ant.Gabr.lib.*4.*tit. de hær.inst.concl.*2.*nu.*46.*Ceph.consil* 114 *nu.* 13. *& consil.*283.*nu.*27.*Menoch.consil.*95.*num.*111.*vbi testatur, hanc esse receptam opinionem, licet aliqui recentiores dissentiant, Bec.consil.*164.*nu.*13.*vbi pariter testatur hanc opinionem esse communiter receptam. Mant.decis.*319.*n.*9. *&* 10. Nec solùm in hæredes, sed & in substitutos, *vti videre est apud Ruin.consil.*94.*num.*10.*vers. Cum ergo vol.*2. Mouentur autem
3 Primò, quia, † cum, vt dictum est, fideicommissaria sumat naturam iuris accrescendi, quod sui natura est transmissibile, *vt ostendimus in* 7.*cap.qu.*62.*num.*6. Consequens est, vt & ipsa fiat transmissibilis: *Ita arguunt Soc.Sen.in d.l.hæredes mei.* 57. *§. cum ita col.*5.*ff.ad Treb.Iass.d.consil.*154.*col.*4.*versic Quartò principaliter vol.*4.*Ruin d.consil.*201.*nu.*7.*& versic.Et quamuis vol.*2.*Menoch. d.consil.*95.*num.*111.*Bec.d.consil.*164. *num.* 13. *volum.*2.
4 Secundò mouentur, quia † valet argumentum à pupillari ad fideicommissariam, saltem, vbi par est ratio, prout esse videtur in proposito, scilicet, quia, vt pupillaris locum habet post aditam, *vt diximus in hoc cap.qu.*37.*num.*10. ita & fideicommissaria, *vt diximus in qu.præced.nu.* 3. Atqui pupillaris initio coniuncta cum iure accrescendi transmittitur ad hæredes, si substitutus pendente conditione decesserit *d.l.qui patris.*59.*ff.de acq.hæred.& nos latè ostendimus in hoc cap.qu.*39.*num.*2.*& seqq.* Debet igitur etiam transmitti fideicommissaria. *Ita Soc.Sen.d.consil* 6.*nu.*14.*vol.*3.
5 Tertiò mouentur, quia, † quoties vna species substitutionis in aliam conuertitur, talis conuersio censetur fieri cum sua natura, & omnibus suis qualitatibus. Atqui substitutio, quæ intra pubertatem erat pupillaris, post pubertatem conuertitur in fideicommissariam. Debet igitur censeri conuerti cum sua natura transmissibili, ita, vt fideicommissaria, quæ non erat transmissibilis sumat naturam pupillaris transmissibilis. *Ita arguit Soc.Sen.d.consil.*6.*nu.*14.*versic.Præterea vol.*3.

Quartò mouentur alij, quia fideicommissum, licet sui natura non sit transmissibile, tamen transmittitur, si constet ex
6 aliqua circunstantia, talem fuisse voluntatem defuncti, † *vt scribunt Soc.Sen.consil.*6.*num.*11.*vol.*3.*Iass. d. consil.*154. *col.*3. *versic.Moueor in primis vol.*4.*Curt.Iun.consil.*258.*n.*16.*Paris.consil.*66.*num* 76.*vol.*3.*Ruin.consil.*145.*nu.*6.*vol.*2 *Dec consil.*574.*num.*2.*Alciat.consil* 145.*num.*1.*lib.*9.*Soc. Iun. consil.* 141. *num.*20 *vol.*2.*Crauet.consil.*306.*nu* 3 *versic. Hoc ita præsupposito Nat.consil.vlt nu.*1.*versic.Sed hic animaduertendum, Ceph. consil.*16.*nu.*39 *Odd.consil.*37.*nu.*4.*Menoch consil.*200.*nu.*81 *Peregr.de fideicommiss.art.*31.*n.*9 scilicet quia testator potest facere, vt id, quod non est transmissibile, transmittatur, † *vt* 7
*scribunt Bald in l si pater.*4 *nu.*19.*C de inst & subst Paris.d.cons.*66.*num.*31.*vol.*3 *Ruin consil.*156.*num.*4.*vol* 2.*Dec consil.*515.*num.*1.*Nat.d.consil.vlt.num.*2.*Ceph.d.consil.*16 *num.*39.*Pereg. d art.*31 *num.* 9. Atqui in proposito constat de tali voluntate testatoris eo ipso, quod fideicommissum cum iure accrescendi coniunxit, *vt censuit Ceph.consil.*114.*num.*13.*Et in simili de pupillari scribit Ruin.consil.*156.*num.* 4. *vol.* 2. Debet igitur transmitti..

Nec obstat, si dicatur, coniunctionem hanc non videri attendendam, propterea quod ius accrescendi non habuit effectum, cum supponamus hæreditatem aditam à grauato, quo tempore ius accrescendi cessat, *vt diximus in qu.præced nu.*6. quia respondent, in hoc non esse spectandum actum, sed potentiam; Sufficit enim potuisse ius accrescendi ante acquisitionem habere locum, vt substitutio etiam post aditam transmittatur. *Ita Ceph.consil.*283.*nu.*27.

Idque adeo verum esse putant, vt dicant procedere, etiã si testator dixerit, se substituere superuiuentes, *ut videre est apud Iass. d. consil.* 154. *col.* 5. *versic. Nec hunc vol.* 4. Et talem transmissionem, vel maximè habere locum, si concurrant aliæ coniecturæ: Nam tunc facilius hæc vnio coadiuuabit transmittendi facultatem. *Ita scribit Ruin.d. consil.* 201 *nu.*7. *&* 8.*vol.*2.

His tamen non obstantibus contrariam sententiam veriorem arbitror, scilicet substitutionem, † quæ in fideicommis- 8
sariam resoluitur, etiamsi potuerit inspecto initio censeri coniuncta cum iure accrescendi, non tamen post aditam ad hæredes transmitti, si substitutus pendente conditione decesserit. *Quæ fuit opinio Ruin.consil.*181 *nu.*8.*vol.*2.*Alciat consil.*117.*nu.*15.*lib.*9.*Nat consil.*68.*num.*9.*Menoch consil.*200.*num.*115.*Bec.consil* 143.*num.*103.*versic Tertiò, Andr.Fach.lib.* 10.*controu.cap.*21. Non moueor autem, vt ita sentiam *l.hæredes mei* 57.*§ cum ita ff ad Treb.* † vbi transmissio cessat, etiamsi fra- 9
tres, qui inuicem fuerant substituti, potuerint initio ius habere accrescendi, *prout mouetur Andr Fach.d.lib.*10. *cap.* 21. quia nullam hic locus in proposito vim habere potest, non, quia fuerit ibi substitutus descendens testatoris, in cuius præiudicium non sit verisimile voluisse eum fieri transmissionem, *vt respondet Soc.Sen.d.consil* 6.*nu.*13.*versic.Nec obstat, vol.*2. sed, quia substitutio ibi facta fuit simplex fideicommissaria, cum his fuerit concepta verbis, *Fidei filiorum meorum committo, vt, si quis eorum sine liberis prior diem suum obierit, partem suam superstiti fratri restituat*, quæ sunt mere precaria, *vt patet ex ijs quæ diximus in* 7 *cap.qu.*3.*num.*296.*& seqq.* ideòque non pertinet ad speciem propositam, vtpotè, in qua supponimus factam esse compendiosam, quæ initio potuerit in vulgarem cum iure accrescendi coniunctam resolui; Minùs moueor regula generali, quæ negat fideicommissi conditionalis transmissionem, quoties fideicommissarius pendente conditione moritur, *vt etiam mouetur Andr. Fach d. lib.* 10.*cap.*21. quia facilè potest euitari, si dicamus hanc esse exceptionem, sed moueor

Primò, quia idem iudicamus de compendiosa, † quæ in fi- 10
deicommissariam resoluitur, quod de simplici fideicommissaria: Nam, qui compendiosè substituit, licet verborum compendio varias substitutionum species complectatur, effectu tamen censetur illam tantùm substitutionem fecisse, in quam posteà resoluitur perinde ac, si simpliciter eo modo substituisset, *vt diximus in q præced.nu.*10. Sed simplex fideicommissaria non transmittitur ad hæredes, etiamsi in eum collata sit, qui ante aditam potuisset habere ius accrescendi, *vt diximus in* 3.*casu.* Nec igitur transmittetur compendiosa, si in fideicommissariam resoluatur.

Secundò moueor, quia cessat ratio, † quæ in pupillari fe- 11
cit transmissioni locum; Nam ideò spes substitutionis pupillaris transmittitur, quia ipso iure, etiam inuito acquiritur hæreditas, vt patet ex illis verbis. *Nam si ipsum inuitum* obli-

obligat, coniungi eam paterna hæreditati, & accrescendi iure acquiri cuicumque partis hæredi existimandum est, quæ legũtur in d.l.qui patris 59 ff.de acq.hæred. Quamobrem dicimus spem substitutionis pupillaris per eum transmitti, qui, si viueret de necessitate succederet, vti videre est apud Bald.in d. l.qui patris,in prin.& vers.Et ad euidentiam,& Bec.d cons.143. nu.103. At hæc ratio cessat in fideicommissaria, quippè,quę nec ipso iure sine restitutione acquiritur l.facta 63.in prin ff. ad Treb. nec inuito. Ergo cessare debet transmissio. Ita arguit Nat.d consil.68.num 9.

Neque obstant contraria: Ad primam enim respondeo, negando fideicommissariam iu hoc sumere naturam iuris accrescendi: Licet enim hoc dicatur de vulgari, non tamen sequetur,esse & de fideicommissaria dicendum, quia longè alia est ratio vulgaris, alia fideicommissariæ: Illa enim habet locum ante aditam,quo tempore ius accrescendi vim, & naturam suam operari potest, At hæc non habet locum, nisi post aditam, quo tempore ius accrescendi, nec locum habere nec vim aliquam operari potest, vt patet ex ijs, quæ diximus in qu.præced.num.6.

Ad secundum verò respondent nostri, Imò aliud esse in
72 pupillari,aliud in fideicommissaria † vti videre est apud Bec. d.cons.143 num.103.Vers.Tertio,& Andr.Fach.d.lib. 10.controu cap.21.& nos diximus etiam in quæst.præced.nu.11. Ideoque ab illa ad hanc non rectè duci argumentum.Nec obstat, quod vtraque locum habeat post aditam, quia respondent habere, sed diuerso modo; Illa enim habet locum iure directò, hæc verò iure obliquo.

Sed ego respondeo, longè aliam esse rationem pupillaris, aliam fideicommissariæ; Nam in illa consideratur vtilitas pupilli, quæ operatur, vt hæreditas, licet sit adita,& non sit amplius testatoris, seu pupilli, fingatur tamen non adita, & pro hæreditate testatoris reputetur, vt ostendimus in hoc cap. qu.39.num.29. quæ ratio cessat in fideicommissaria, quippe, quæ non vtilitatem, sed onus continet grauati,vt diximus in qu.præced.num.14.

Ad tertium respondeo negando suppositam conuersionem: Nam,cum substitutio numquam fuerit in pupillarem resoluta, & hac ratione perinde sit, ac, si numquam fuisset facta,l.pater filio.54 ff de hæred.inst. Consequens est, vt nec dici possit in fideicommissariam conuerti.

Ad quartum denique respondeo, negando talem fuisse voluntatem defuncti: Nam, licet is varias vno verborum compendio sit complexus substitutionum species, perinde tamen est habẽdus ac,si eam fecisset substitutionem,in quam fuit facta resolutio,vt supra dictum est num.10. Vnde, quemadmodum, si simplicem fecisset fideicommissariam, non rectè diceretur voluisse fieri transmissionem,ita etiam non debet censeri voluisse, licet compendiosè substituerit. Et hæc ex his effectibus, qui consistunt in propria natura communicanda.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi coniunctum cum pupillari, vel fideicommissaria substitutione regulatur secundum earum naturam, & ab eis trahit multa, quæ ipsius naturæ refragantur, & seqq.*

2 *Ius accrescendi coniunctum cum pupillari locum habet,etiã post aditam hæreditatem, & ratio numer.3.*

4 *Ius accrescendi regulariter non trahitur ad res diuersas, sed tantum ad partes eiusdem rei, quæ fuit relicta.*

5 *Hæres patris non potest succedere eius filio, nisi sit illi substitutus.*

7 *Ius accrescendi coniunctum cum substitutione pupillari, trahit ad ea, vt etiam ad bona pupilli, quæ non à patre, sed aliundè prouenerunt, porrigatur.*

8 *Non solùm pupillariter substitutus, sed etiam eius hæres, in quem transmissa est substitutio, bona pupilli virtute iuris accrescendi consequetur; Contra num.9.*

10 *Pupillaris substitutio excludit matrem, non ius accrescendi, quod est cum ea coniunctum.*

Quid trahat ius accrescendi ab ijs dispositionibus, cum quibus coniungitur.

Q V Æ S T I O XXXXII.

NVnc de ijs effectibus dispiciamus, qui consistunt in aliena natura suscipienda. Horum autem duo constat esse genera: quidam enim respiciunt naturam illarum dispositionum,cum quibus ius accrescendi coniungitur,quidam verò naturam portionis principalis. Dispiciamus igitur primò de ijs, qui respiciunt naturam dispositionum, & videamus,an ius accrescendi sumat in aliquo naturam illarum dispositionum,cum quibus coniungitur.

Et, si quidem coniungatur cum institutione, aut substitutione vulgari, certum est,nihil ab huiusmodi dispositionibus trahere, sed tantùm illis communicare suam naturam,vt patet ex ijs quæ diximus in hoc cap.quæst.16 num.1.quæst.18.num. 1.& qu.32.num.1.

Cæterum, si coniungatur cum substitutione pupillari, aut etiam (vt alijs visum est) cum fideicommissaria, magis est, vt ab illis trahat,hæc quæ regulariter naturæ iuris accrescendi refragantur.

Primùm enim trahit illud, quia, licet regulariter ius accrescendi non habeat locum post aditam hæreditatem, vt ostendimus in 7.cap.qu.21.num.10.& seqq. & in hoc differat à substitutione pupillari, quæ sui natura post aditam hæreditatem locum habet, † l precibus.8.C.de impub.& al.subst.tit. 1
Inst.de pupill.in prin.Et in specie declarat Bart.in l.hæredes mei. 57.§ cum ita, nu.4.versic.Sed substitutio pupillaris ff. ad Treb. cùm in secundum casum concipiatur, l.Lucius.45.in prin.ff. de vulg.d.l.precibus 8.C.de impub.& al.subst. idest,sub conditione,si filius hæres erit, l.1.§.1.l.iam hoc iure 4.ff. de vulg. d. prin.tit.inst.de pupil. tamen,quando est coniunctum cum substitutione pupillari locum habet etiam post aditam hæreditatem, † l.qui patris.59.& ibi Bart.in prin.& nu.3.vbi ait, hoc 2
esse singulare, & Bald.in prin & vers.& ad euidentiam & vers. in ea gl.ibi Ang.num.2.Imol.nu.2.Castr.nu.3.Alex.num.3 ff.de acq.hær.Bart.in d l.re coniuncti.num 49. vers 5.& nu.58. vers. Restat Ergo. Et ibi Crott.num.39.versic.5.Alciat.n.57.versic. Cæterum. Ang in l.vn.§.fin autem legatarij nu.1. C.de cad.toll. Ang de Gamb.de testa.gl 42.nu 4.& 5,Ruin.cons.20 n.7.vers. & quamuis,vol.2 Gul Ben.in d cap.Raynutius,in verb. & vxorem nomine Adelasiam,n.113.Ant Firm de Comm.cap.12 nu. 3.Crass in §.ius accrescendi q.15.nu 3. Et ratio est,quia,† licet 3
hæreditas patris verè sit à filio quæsita, fingitur tamen non quæsita,& perinde habetur, ac, si pater eum, quem pupillo substituit, hæredem instituisset ex parte suæ hæreditatis purè,& ex parte sub conditione,si filius in pupillari ętate decesserit, vt ostendimus in hoc ipso cap.q.37.n.43.& seqq.vnde quia ad exemplum pupillaris censent plerique ius accrescẽdi posse coniungi cum fideicommissaria, vt ostendimus in hoc capit. q.40.nu.11.ideo, si cum ea sit coniunctum censent etiam ab ea trahere vt habeat locum post aditam,vti videre est apud Rustic.d.consil.2.num.70.

Secundò verò trahit illud,quia,licet ius accrescendi regulariter non trahatur ad res diuersas,sed tantum ad partes eius rei,quæ fuit relicta, † vt ostendimus in 5.cap.q.3.n 2.& q.15.n. 4
2.& hac ratione,si quis à patre fuerit institutus, non possit virtute iuris accrescendi consequi bona pupilli,tamquàm diuersa,& separata ab hæreditate paterna,† l.cohæredi.41.§.cum 5
filio ff.de vulga. Et in hoc differat à pupillari substitutione, quæ sui natura etiamsi facta sit in bonis,& hæreditate patris nihilominus trahitur ad omnia bona pupilli, † d.l.cohæredi. 6
41.§.fin.ff.eo.& nos latè diximus in 7.cap q.5.n.9 Tamen,si ius accrescendi sit coniunctum cum substitutione pupillari,trahit ab ea,vt etiam ad pupilli bona, quæ nõ à patre,sed aliunde prouenerunt, porrigatur,† vt declarant Bart.in d l.qui pa- 7
tris.59.in prin.& num.2.& 3 vers.Quod Ergo, vbi ait, hoc esse singulare,& ibi Bald.in prin.ff.de acq.hæred. Ang. de Gamb. de testa.d.gl.42.num.4 & 5. Alcia in d l.re coniuncti numer.60. vers Sed,quid si Gratian.cap.276.discep.For.numer.58.Itaque, non solum substitutus, sed etiam eius hæres, in quem transmissa est substitutio, bona pupilli virtute iuris accrescendi con-

8 consequetur, † *d.l.qui patris*. Et hoc est, quod significant ij, qui simpliciter dixerunt, dispositionem *d.l.qui patris*, locum habere etiam in hærede substituti, *vt Bart. in dict. l. qui patris, 59.in princ. Alcia.in dict. l.re coniunctis, num.60.vers. Sed, quid, si*.

Et, licet plerique contrarium verius arbitrentur existi-
9 mantes substitutum, † & eius hæredem consequi bona paterna iure substitutionis, & iure accrescendi, bona verò aliunde quæsita iure tantum substitutionis, *vt Crass. in dict. § ius accrescendi, q.31*. mihi tamen verius videtur omnia iure accrescendi, quia, si bona pupilli non possent ad substitutũ, & eius hæredem per ius accrescendi pertinere, sequeretur, illa non posse ad hæredes transmitti, si substitutus prædecesserit, quia spes substitutionis pupillaris non transmittitur ad hæredes, nisi, quatenus est cum iure accrescendi coniuncta, *vt diximus in hoc cap.q.39.num.2*. Atqui transmittuntur, ne alioquin pupillus decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt pro ratione considerant gl. in dict. l. qui patris 59. in verb.patris heredi, vers. vel hic, & ibi Bald. vers. item est alia ratio, & circa fin. vbi ait, hanc esse veram rationem legis, Bald. in d.l.testamento 6.num,4.C.de impub. & al. subst.* Ergo pertinent etiam iure accrescendi, & per consequentias ex hoc patet, hoc ius trahi etiam ad bona impuberis. *Ita arguit Bart. in d. l. re coniunctis num.59*.

Nec obstat, si dicatur, hæc procedere secundum eam sententiam, quæ vult hæredem substituti non admitti iure substitutionis, sed iure tantùm accrescendi. Nam, quia ius accrescendi à substitutione informatur, *vt retulimus in hoc cap. q.39.num.11*. ideò rectè tunc dicitur à substitutione prædicta trahere. *Et in his terminis loquitur Bart. & alij quos supra retulimus*. Cœterùm retenta contraria sententia, quæ vult hæredem admitti iure substitutionis, & sic substitutionem à iure accrescendi informari, & sumere naturam quam nos veriorem esse diximus *in d.q 39.num.16*. contrarium videtur dicendum. Non enim ius accrescendi à substitutione trahet, sed substitutio à iure accrescendi, quia verius est procedere etiam retenta hac sententia: Nam, quia dicimus admitti vtroque iure, nempè iure substitutionis, & iure accrescendi, quippe, quæ in proposito separari nequeunt, fit vt communicatio sit reciproca, nam & substitutio à iure accrescendi trahit, *vt ostendimus in hoc cap.qu.39. num 11*. & ius accrescendi à substitutione.

Et verò, cum in proposito substitutio pupillaris consideretur, vt causa acquisitionis, ius verò accrescendi, vt modus, *vt ostendimus in hoc cap.q.16.num.11*. Consequens est, vt, siue bona sint paterna, siue aliunde quæsita, debeant ad substitutum vel eius hæredem, & iure substitutionis, & iure accrescendi pertinere, iure substitutionis, quasi titulo, quo vocatur ad pupilli hæreditatem, iure verò accrescendi, quasi modo, quo pupilli hereditas acquiritur, scilicet ipso iure, & sine aditione, vt euenit in ijs omnibus, quæ cohæredibus accrescunt, *sicuti patet ex ijs quæ diximus in 8.cap.q.1.n.5.& seqq.*

Tertiò demum trahit illud, quia, quemadmodum pupillaris substitutio excludit matrem *l. Papinianus 8. §. sed neque impuberis ff de inoff. l. Lucius 45. in princ. ff. de vulg. l. precibus. 8. C.de impub.cap.si pater in fin.de testam.in 6*, ita etiam eam
10 excludit ius accrescendi quod cum ea coniunctum est, † *vt post Angel.& Alex. fuisse à Rota Romana resolutum testatur Put.lib.1.decis.329*. Sed est verius matrem excludi à pupillari, non etiam à iure accrescendi, quippe, quòd in proposito non consideratur, vt causa successionis, & per consequentias exclusionis, sed, vt acquisitionis modus, *vt supra dictum est*. Et hæc de ijs effectibus, qui consistunt in suscipienda natura earum dispositionum, cum quibus ius accrescendi coniungitur.

S V M M A R I V M.

1 *Pars accrescens sumit naturam partis principalis, & cur, num.8. & seqq.*
2 *Pars accrescens eiusdem est, seù fit natura, cuius est pars principalis.*
3 *Pars accrescens sapit naturam partis principalis.*
4 *Pars accrescens censetur eodem iure, quo pars principalis.*
5 *Pars accrescens ijsdem legibus, & moribus viuit, ac regitur, quibus pars principalis.*
6 *Idem est iud candum de parte accrescente, quod de parte principalis.*
7 *Dispositum super parte principalis censetur etiam dispositum super accrescente.*
9 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
10 *Pars accrescens est accessoria.*
11 *Pars accrescens est consecutiua ad portionem principalem.*
12 *Accessio fit per ius accrescendi.*
13 *Augmentum censetur eiusdem iuris cuius est principale.*
14 *Accrescens pars est quoddam augmentum partis principalis.*
15 *Vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri.*

An portio accrescens sumat naturam portionis principalis.

Q V Æ S T I O XLIII.

SVperest, vt de ijs effectibus dispiciamus, qui respiciunt naturam portionis principalis, & videamus, quid circa eam Ius accrescendi operetur. Et generaliter quidem hoc constat operari, vt portio accrescens sumat naturam portionis principalis, † *vt scribunt Dec in l.vn.in prima lect. num.11. & ibi Goz.ad num.17 C.quand non pet.part.Cagn.in rub C.eod. num.39.Rip in d.l.re coniunctis num.200 Ceph.consil.29.num.9. Peregr. de fideicommiss.art.8.num.4 & 5. & consil.109.num.3. & 16.vol.3.Menoch.cons.688.num.2. Surd.cons.244.numer.4. Schen.cons.50.num.18.vol.1.* Quo sensu dicimus partem accrescentem eiusdem esse, seu, fieri naturæ, cuius est pars 1
principalis, † *vt videre est apud Cagn.in d.rubr.Cod quand. non pet.part.nu.14.vers.Sed cum tui, & in l.vn.num.40.C.eod. Gomez.tom 1.variar,resol.cap 10.num 16. vers.Sed vlterius, & num.35.vers.Secundo,& in 45.leg.T aur num 14. Peregr. consil.155.nu.18.vol 5.* Eiusdem naturam sapere † *secundum* 2
Soc.Sen.cons 153 num.10.versic confirmatur vol.2.& cons.67. num 6.vol.3 Soc.Iun.in l.cum filiof.11.vers.venio,num.60.ff.de legat.1.Goz.ad in d.l vn,num.13.Cod. quand.non pet.part.Boer. cons.42.num.4.Brun.de augm.concl 5.nu.15. Eodem cum illa 3
censeri iure. † *vt scribunt Crott.in d.l.re coniunctis, num.112. & ibi Alciat.num.60.Claud.T ut in d l vn.num.12. C quand. pet part. Duar.lib.2.de iur.accr cap 4.* Iisdem legibus, & mo- 4
ribus viuere, ac regi. † *vt docent Ang. in l si T itiu 39.ff. de vsufr Cagn in d.rubr.C quand non pet part. num.38.* Idem de 5
ea iudicari quod de parte principali, † *vt tradunt Dec in l. edita 3.num.26 C.de edend. Clar. in §. feudum in q.49.nu.12. Decian cons.52.num.60.vol 1.* Et dispositum super principa- 6
li censeri quoque dispositum super accrescente, † *vt aiunt Io:Gutier.in d.l vn nu.53.quand.non pet. part. Menoch.de adip. poss.rem.2.num.96.* 7

Huius autem rei triplex potest afferri ratio, † Prima, quia 8
accessorium sequitur naturam sui principalis † *cap.si super. De off & potest.iud deleg.in 6.c.accessorium, De reg iur. eod.lib.* 9
& pars accrescens cẽsetur accessoria, † *vt scribit Pol. in d l.re coniunctis n.55. vers.T ertio adducitur, tametsi contrarium censuerit Andr.Fach.lib.10.controuer.cap.69. vers.Non obstat, si dicatur,* seu consecutiua ad portionem principalem, † *vt scribunt Crott in d.l.re coniunctis,nu 75.& ibi Rip nu.146*, cum per 10
hoc ius fiat accessio, † *l.interdum 13.§.ff.de harunsf. Et in his terminis declarat Pereg.d.cons 155.nu 18.vol.5.* Qua ratione 11
dicimus accrescere nihil aliud esse quam accedere, & adiungi, *vt ostendimus in 1 cap.q.1.num.2*. 12

Secunda, quia augmentum censetur eiusdem iuris, & naturæ, cuius est, & principale † *l.inter socerum 26.§.cum inter ff.de pact.dot.l.etiam 2.C.de iur dot.l.si ex toto 18 in princ ff de legat.1.& scribunt Curt Iun.cons.268.num.53.Goz.ad in d.l.vn. num.13.C.quand.non pet.part Iacob. à S.Georg.in vna inuestit. feud.in verb & cum pacto de non alienando num.40. vers. Aut vnus.Brun de augm.concl.5.num.8.T iraq. de retr lign.§ 1.glo. 18.num.51.Menoch.consil.245 num.26. Morot.cons.23 nu.22*, 13
& pars accrescens est veluti quoddam portionis principalis augmentum, † *vt scribunt Pol. in d l.re coniunctis num.55. vers.T ertio adducitur & vers.Sed neque ista solutio, & ibi Rip. num.91.& 77.vers.vel aliter*, cum mediante iure accrescendi 14
pars principalis augeatur, *vt ait Brun.de aug concl vlt.n.1.* & fiat pinguior, *secundum Ang.in l.cum virum 10.num.1. C.de fideic.*

fidei. Quamobrem comparatur alluuioni, *l. si Titio 39.§.1. ff. de vsufr.* quæ dicitur incrementum *§ præterea instit. de rer. diuis.* & assimilatur ei, cui accedit *l. si ego 13.§. idem ait aedibus ff. de publicia.*

Tertia demum, quia vna, & eadem res non debet diuerso
15 iure censeri † *l. eum, qui aedes 23. in fin. Cod. de vsucap. l. 1. versic. Nec ratio ff. de rer. perm.* Sed pars accrescens censetur vna, & eadem cum parte principali, *vt ostēdemus in q. seq. n. 4. & seqq.* Debet igitur eodem cum illa, non diuerso censeri iure.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi partium vnionem operatur.*
2 *Pars accrescens vnitur cum parte principali.*
3 *Pars accrescens consolidatur cum suo toto.*
4 *Pars, vbi parti accreuit, iam non amplius consideratur, vt pars, sed vt totum, Et quidem propriè num. 5.*
6 *Pars accrescens censetur eadem cum principali, non diuersa, Declara vt num. 20.*
7 *Pars accrescens fit eadem cum principali.*
8 *Iudex coram quo fuit pars principalis petita, an, & quando possit, etiam super parte accrescente sententiam proferre, & num. 9. & seqq. vsque ad fin.*
13 *Iudex non potest pronuntiare, nisi super eo, quod fuit petitum.*
14 *Partis appellatione non continetur totum.*
16 *Fictio non debet plus operari, quam veritas.*
17 *Iudex non potest ferre sententiam super toto, si pars tantum sit petita.*
18 *Pars, quæ pendente iudicio accreuit parti petitæ, potest addi libello seu cumulari, sed contra num. 19.*

An portio accrescens censeatur eadem cum portione principali.

Q V Æ S T I O XLIV.

Specialiter autem, si quæramus, qui sint effectus iuris accrescendi respectu illius, quod à parte principali trahit, constat, eos esse varios.

1 Primus effectus est, vt partium vnionem operetur, † *vt scribit Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num. 126. & seq. de testam.* Nam pars accrescens
2 vnitur cum portione principali, † *vt tradunt Paul. in dict. l. re coniunctis num. 55. vers. Tertio adducitur, & ibi Alciat. num. 42 vers. Nec me monet, Cagnol. in l. vn. nu. 40. C. quand. non pet. part. & in l. edita 3. num. 61 C. de eden. Nat. cons. 68. num. 8. Menoch. cons. 688. num. 2. Peregr. consil. 109. num. 16. vol. 3. Phanut. de inuent. q. 5. num. 10. vers. Quando autem,* & consolidatur cum
3 suo toto † *secundum Gul. de Monstr. de succ. Reg. in primo dub. num. 11. Gomez. tom. 1. variar. resol. cap. 10. num. 35. versic. Secundo,* ita, vt iam non amplius duæ partes, sed vnum to-
4 tum, siue corpus, & res, puta vna hæreditas intelligatur, † *vt declarant Ang. in l. qui repudiantis 17. in princ. nu. 2. ff. de inoff. Afflict. in cap. 1. § sed & rei num. 34. Per quos fiat inuest. Menoch. d. consil. 688. num. 1. vers. primo, & num. 3.* & quidem pro-
5 priè † non (*vt putauit idem Menoch. d. consil. 688. n. 3.*) impropriè, quia partes, de quibus in tota iuris accrescendi materia fit mentio, non considerantur post incrementum, siue vnionem, sed ante: Pars enim accrescit, sed, vbi accreuit, non amplius est pars, sed totum. Itaque non consideratur amplius, vt quid diuersum à principali, sed, vt vna, & eadem
6 res, † *vt declarant Rip. in d. l. re coniunctis num. 91. vers. Tertio facit, & ibi Crott. nu. 48. vers. Secundo, Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 39. Menoch. de adip. poss. d. remed. 2. num. 96. Phanut. de inuent. d. q. 5. num. 10. vers. Quando autem.* quod patet ex eo, quia, si esset diuersa non accresceret fisco, qui partem principalem abstulit ab indigno, scilicet, quia fiscus id ei solum aufert, in quo peccauit *l. ex facto 43. §. fin. ff. de vulg.* & tamen certum est, partem vacantem accrescere fisco *l. si totum 82. ff. de acq. hered. & nos latè ostendimus in 7. capit. q. 66. num. 1.* Non est igitur res diuersa sed eadem. *Ita ratiocinatur Rip. in d. l. re coniunctis nu. 91. vers. Tertio facit.* Quamobrem dicimus id, quod accrescit, idem fieri cum eo, cui fit
7 accessio † *vti videre est apud Isern. in cap. 1. § sed & plures n. 6 vers. Si verò agnatus per quos fiat inuest.* Et partem accrescentem esse eamdem cum parte principali interpretatiuè, *vt videre est apud Ang. in l. & an eadem 14. § qui cum partem nu. 1. ff. de re iudic. & nos etiam dicimus in 7. cap. q. 75. num. 12.* sed in vsufructu neque verè, neque interpretatiuè censetur eadem, quia non accrescit portioni, sed personæ, *vt nos diximus in 7. cap. q. 74. num. 55.*

Hinc infertur exceptionem rei iudicatæ, quæ obstat agenti ad partem principalem obstare etiam agenti ad partem accrescentem, *vt diximus in d. q. 74. nu. 6. & in hoc cap. q. 45. in vndecima limitatione, quæ cum sua exceptione hùc etiam transferri potest.* Quia, vt obstet exceptio, sufficit rem esse eamdem interpretatiuè, *vt diximus in d. q. 74. n. 6. & 55.*

Sed hæc procedunt in proprietate, nam in vsufructu verius est non obstare, quia pars neque verè, neque interpretatiuè censetur eadem, sed diuersa, propterea quod non accrescit parti, vt in proprietate, sed personæ, ideoque non censetur vt accessoria, & per consequens nec eadem interpretatiuè, *vt diximus in locis sup. allegatis.*

Hinc infertur, si in iudicio petita sit pars principalis, & lite pendente superueniat altera pars per ius accrescendi, posse Iudicem, etiam super accrescente ferre sententiam, siue causa sit primæ instantiæ, siue appellationis, eo, quod pars accrescēs censetur eadem cum parte principali. † *Ita scribit Cagn. in dict. rubr. Cod. quand. non pet. part. num. 39.* Sed alij communi- 8
ter duos distinguunt casus, quorum

Primus est, quando actor initio petijt totum, licet non deberet petere, nisi partem propter spem coniuncti, *secundum ea, quæ diximus in 7. cap. q. 38. num. 1.* Et tunc, si pendente iudicio coniunctus repudiet, poterit super toto ferri sententia, & ita lata insolidum actori proficiet. † *Ita scripserunt gl. in* 9
d. l. qui repudiantis 17. in princ. in verb. unde si, vers. Sed quod, si, & ibi Ang. num. 1. vers. in gl. & Castr. num. 2. ff. de inoff. quia,
† cum talis repudiatio retrotrahatur, *vt dicemus in hoc capit.* 10
qu. 49. num. 47. & hoc modo ius illi superueniat ex causa de præterito, consequens est, vt rectè censeatur in iudicium deductum, *vt considerat Angel. in d. l. qui repudiantis 17. in princ. num. 1. vers. in gl.*

Secundus verò casus est, quando actor initio petijt partem sibi competentem, Et tunc, licet pendente iudicio pars altera accrescat, non tamen poterit Iudex super ea ferre senten-
tiam. † *Ita gl. in d. l. qui repudiantis 17 in princ. in verb. unde,* 11
si, vers. Item, quid, & ibi Ang num. 1. in fin. Castr. nu 2. sed erit
opus noua petitione, siue actione † *secundum gl in l. si ponas.* 12
23 § fin. in verb. accrescit ff. de inoff. & Gozad. in l. qui se patris. 3. num. 224 C. vnd. lib. Nam Iudex non potest pronūtiare,
nisi super eo, quod in iudicio petitum est, † *l. cum vt fun-* 13
dus 16. ff. comm. diuid. l. Ædiles 25. § item sciendum ff. de adil. edict. Cum igitur non sit petita, nisi pars, cuius appellatione
totum non continetur † *l. nomen filiarum 164. § portionis ff. de* 14
verb. signif. Consequens est, vt super toto pronūtiare nequeat.
† *Ita Ang. in d. l. qui repudiantis num. 1 in fi. & n. 2. & ibi Castr.* 15
num. 3. Denique ius accrescendi pendente iudicio superueniens, per quod retrofingitur actori totum etiam ab initio competijsse, non potest plus operari, quàm, si re vera totum ab initio competijsset, cum fictio non possit plus operari,
quam veritas † *l. si is, qui pro emptore 15. in princ. ff. de vsucap.* 16
l. filio, quem pater 23. ff. de lib. & posth. Sed, si ab initio totum actori competijsset, & is partem tantummodo petijs-
set, non posset Iudex super toto ferre sententiam † *§. si minus,* 17
& ibi glos. instit. de actio & tradunt omnes in l. edita 3. de eadem. Nec igitur ferre poterit, licet virtute iuris accrescendi totum ei censeatur initio competijsse, *Ita Angel. in dict. l. qui repudiantis num. 2.*

Sanè, si in hoc posteriore casu velit actor partem, quę postea accreuit, nominatim addere libello, an hoc ei post litis contestationem facere liceat, dubitari potest. Et quamquàm plerique censuerint licere, quod ius accrescendi inducat ipso iure prorogationem iudicij ad id, quod est eiusdem for-
mæ, & materiæ, † *vt Bald. in d. l. edita 3. in 2. lect. nu. 28. quem* 18
ibi sequitur Dec. n 25. vers. Et hoc limitatur, & Purp. sub dub. n. 73. vers. Saluatur C. de edend. Dec. in d. l. vn. in 1 lect. n. 6 in fi. C. quand. non pet. part. Contrarium tamen est receptius, † *vti* 19
videre est apud Alex in d. l. edita n. 5. & ibi Cagn. nu. 61. & alios passim, & communiter, quia in singularibus actionibus non potest addi libello, quod pendente iudicio superuenit, & noua in-

na interpellatione opus est *l. non potest 23. l. non quemadmodum 35. ff. de Iudic. & tradunt omnes in d.l. edita*.

Nec obstat, quod appellatione partis contineatur etiam pars accrescens, quippe, quæ videtur eadem cum principali,
20 quia procedit hoc in ijs, † quę sunt iuris, in quibus fictio considerari potest. Cœterùm in ijs, quæ sunt facti, vt est conceptio libelli, magis est, vt vnius partis appellatione, nec totum, nec altera pars contineri possit, *secundum ea, quæ supra dicta sunt*. Qua ratione dicimus missionem in possessionem factam respectu partis principalis non operari respectu partis accrescentis, *vt ostendimus in hoc cap. q. 45. n.* & ius accrescendi operari quidem ipso iure, quoad acquisitionem dominij, sed non, quoad acquisitionem possessionis, *vt diximus in 8. cap. q. 1. num. 41.*

S V M M A R I V M.

1 *Portio accrescens habetur ex eadem causa, iure, & titulo, quo habetur portio principalis, & n. 2. & 3.*
4 *Portio accrescens instituto censetur haberi iure institutionis.*
5 *Portio legati accrescens censetur haberi ex legato.*
6 *Hæres in parte accrescente perinde habetur, ac, si in ea fuisset hæres scriptus.*
7 *Dispositio loquens de hærede scripto locum habet, etiam in eo, qui venit per ius accrescendi.*
8 *Hæredes tantùm scripti vocantur ad substitutionem factā his verbis, Quisquis mihi hæres erit.*
9 *Hæredes etiam pro parte accrescente vocantur ad substitutionem factam his verbis Quisquis mihi hæres, & numer 14.*
10 *Remedium l. fin C. de edict. Diu. Hadr. toll. competit, etiam ei, qui venit per ius accrescendi.*
11 *Remedium l. fin C. de Ed. Diu. Hadr. toll. competit, etiam hæredi particulari, cui tota hæredi as accreuit.*
12 *Portio accrescens computatur in portione hæreditaria.*
13 *Hæredes pro portione hæreditaria vocantur ad substitutionem factam his verbis, Quisquis mihi hæres erit.*
15 *Dotare iussus de sua portione hæreditaria, an dotare debeat, habito etiam respectu ad partem accrescentem, & num. 16.*
17 *Portio accrescens imputatur in Falcidiam & cur num. 18. Declara, vt num. 2: & seqq.*
18 *Falcidiæ imputantur omnia, quæ capiuntur iure hæreditario.*
19 *Portio accrescens imputatur in Trebellianicam, & cur, nu. 20. Declara vt n. 21. & seqq.*
20 *Trebellianicæ imputantur omnia, quæ capiuntur iure hæreditario.*
21 *Portio non grauata, si accedat grauatæ, fit bonorum contributio.*
22 *Portio minus grauata, si accedat magis grauatæ fit bonorum contributio.*
23 *Portio non grauata, si grauatæ accedat etiam post hæreditatem aditam à minore, qui in integrum restitutus est, fit bonorum contributio.*
24 *Portio grauata si non grauatæ accedat, non fit bonorum contributio.*
25 *Contributio bonorum fit, si pars non grauata accedat grauatæ secus, si contra, & cur, num. 26.*
27 *Afflictio non est danda afflicto.*
28 *Portio, si accedat per vulgarem, indistinctè fit bonorum contributio, etiamsi accedat per vulgarem tacitam, nu. 30. & cur num. 29. & seqq.*
33 *Portio, si accedat per ius non decrescendi, indistinctè fit bonorum contributio, & cur num. 34.*
35 *Portio accrescens censetur haberi ex iudicio testatoris.*
36 *Prohibitus capere ex iudicio testatoris censetur quoque prohibitus capere per ius accrescendi.*
37 *Mulier transiens ad secunda vota non potest secundo viro plus relinquere, quàm vni ex filijs primi matrimonij, cui minus datum est, Declara, vt num seqq.*
38 *Mulier transiens ad secunda vota potest relinquere secundo viro vsque ad integram quantitatem legitimæ debitæ filio primi matrimonij etiamsi minus ei reliquerit, Maximè, vt num. 54. & 55. & cur num. 39. & seqq. & 50. l. cet quidam contra senserint, num. 46. & 52. Limita tamen, vt num. 56 & seqq.*
36 *Legitimæ supplementum habetur iure quodam accrescēdi.*
40 *Legitimæ in supplemento lex supplet iudicium, & dispositionem testatoris.*
41 *Filius, qui legitimæ supplementum consequitur, perinde habetur, ac, si in tota legitima fuisset institutus.*
42 *Declaratur §. optime, Auth. de nupt. coll. 4.*
43 *Declaratur l. quoniam præterita 9 C. de secund nupt.*
44 *Legitimæ supplementum non capitur ex dispositione testatoris, sed ex prouisione legis. Declara vt num. 47.*
45 *Relictum filio quale esse debeat, vt vitricus, aut nouerca tantundem capere possit.*
47 *Prouisio legis, quot modis fieri possit.*
49 *Legitimæ supplementum fuit introductum ad sustinendum testamentum.*
51 *Legitimæ supplementum succedit loco querelæ. Declara, vt num. 53.*
62 *Portio accrescens censetur propria.*
63 *Portio accrescens competit ex persona propria.*
64 *Portio accrescens competit iure proprio, seu iure suo.*
65 *Portio accrescens competit ex propria causa, siue ex proprio legato.*
66 *Portio per ius accrescendi defertur vt aliena, & alieno iure, per ius verò non decrescendi vt propria, & proprio iure. Declara, vt num. 67. & 68.*
69 *Exceptio rei iudicatæ quæ obstat agenti ad partem principalem, obstat etiam agenti ad partem accrescentem, & cur n. 70. Declara, vt n. 72 & seq.*
71 *Exceptio rei iudicatæ, vt obstet, quæ requirantur.*
74 *Portio accrescens petitur eadem actione, qua portio principalis. & cur num 75.*
76 *Augmentum petitur eadem actione, qua principale.*
77 *Portio vsusfructus accrescens nō petitur eadem actione, qua portio principaliter relicta. Sed contra, num 78 & seq*
80 *Absolutoria lata in parte vsusfructus, quæ principaliter relicta est, non parit exceptionem rei iudicatæ in parte accrescente, & cur, ibi, & num. 81. & seqq.*
84 *Ius accrescendi non mutat gradum.*
85 *Ius accrescendi per se gradum non facit & num. seq.*
86 *Qui venit ad partem feudi, vel emphyteusis per ius accrescendi censetur venire ex eadem inuestitura.*
87 *Si ex duobus eiusdem feudi, vel emphyteusis consortibus, inter quos potest esse locus iuri accrescendi, vnus alteri vendat sine Domini consensu, valet alienatio, nec debetur laudemium.*

An portio accrescens habeatur ex eadem causa, iure, & titulo, quo habetur portio principalis.

Q V Æ S T I O XLV.

Secundus effectus est, vt portio accrescens habeatur, & possideatur ex eadem causa, iure, & titulo quo habetur portio principalis † *vt de causa constabit ex ijs,* 1
quæ dicemus infra De iure verò † *scribunt Bald. in capit.* 2
1 numer. 3. De duobus fratr. à Capit. inuest. & in Auth. presbyteros numer. 2. Cod. de Episc. & Cler Gul de Monser. in tract. de success. Reg in primo dub num 7. & 8. vers. Prima Fabia. in Auth. nouissima numer. 110. Cod. de inoff. test. Io. Guter. in d. l. vn. numer. 5 & 53. Cod quand. non pet par. De titulo demum
† *Bald. in d. Auth. presbyteros numer 2. Cod. de Episc & Cler.* 3
in l. scimus. 36. in prin. numer. 7 Cod de inoff testam. Alex in l. in quartam 90. nu. 20. vers. Et per hoc etiam ff. ad l. Falc Crott. in d. l. re coniuncti n. 38. vers. Præterea Gul. de Monser. in d. tract. de success. Reg. in primo dub. n. 7. & 8 vers. Prim. Fabia. in d. Auth. nouissima n 110 Pereg. de fideic. art. 36. nu. 117. Vnde infertur

Primo, si portio, seu res principalis habetur iure institutionis, censeri etiam iure institutionis haberi, quod accrescit; † *l. si* 4
in testamento. 5. & ibi not. Bald. vers. Not. in hac lege ff. de vulg. tametsi nos aliter eum locum interpretati simus in 2. cap. q. 1. n. Et simili modo, si habetur iure legati siue ex legato, censeri etiam ex legato haberi partē accrescentē † *l. si mihi, & tibi. 12.* 5
in pri. ff. de leg. 1. Et est de mēte eorū, quos referemus infra n. 35.

Se-

Secundò infertur, in parte accrescente perinde quem ha-
6 beri, ac, si in ea fuisset hæres scriptus † l.interdum.13.§.1.ff.de
her inst & scribunt Iasin l.qui liberis.8.§.hac verba nu.13.ff.de
vulg. Dec.in l.vlt nu.23.versic.Prætereà,& num.24.C.de Edict.
Diu.Hadr.toll.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.4.tit.11.numer.7.
Peregr.de fideicomm.art.8.nu.4.& consil.109.nu. 16.volum.3.
Menoch.de adipisc.poss.rem.4.nu.118.121.& 122.& nos diximus
etiam in 2.cap.q.2.nu.35.& seqq & n.53. Quo fit, vt dis-
positio loquens de hærede scripto, locum habeat etiam in eo,
7 qui venit per ius accrescendi, † vt scribunt Fabia. in Auth.
nouissima nu.110.C.de inoff.testam.Seb.Sap.in d l.ult nu.47.C.
de Edict. Diu. Hadr.toll. Huius rei duo possunt exempla
afferri.

Primum in substitutione facta his verbis, Quisquis mihi
8 hæres erit, ad quam non, nisi hæredes scripti vocantur † l.cum
filio 3.& d.l.qui liberis.8.§.hac verba ff.de vulg. §.substituitur,
inst.de pupill.& diximus etiam in d.cap.2.q.2.nu.37. & tamen
vocantur instituti, non solùm pro parte, quæ principaliter
9 eis delata fuit, sed etiam pro ea, quæ posteà accreuit † l.si in
testamento.5.& ibi not.Bart.Bald.Angel.Imol.Castr.Alex.Ias.
& alij ff de vulg.Cagn in d.rub.C.quand.non pet.part, num. 22.
versic.Secundò. Io Guter.in d.l.vn.num.52.C.eod.Duar.lib.2 de
iur accr.cap.4.Mantic.de con.ult.uol.lib.5.tit.10.in fin. Et in his
terminis considerat Rustic.in q. An filij in conditione positi lib.6.
c.6.nu.4.Tametsi nos ad partem lege Papia delatam eius verba
esse referenda censuerimus in d.c.2.qu.1.n.23.& dicemus etiam
in cap.10.qu.2.num...

Secundum exemplum fit in remedio l.vlt.Cod.de Ed.Diu.
Hadr.toll. quod hæredibus tantùm scriptis competit, & ta-
men ex recepta DD. sententia competit etiam ei, qui venit
10 per ius accrescendi, † uti videre est apud Ias.in d.l.qui liberis,
8.§.hac verba nu.13 ff de vulg.Gomez. in 45. leg.Tau.nu.141.
Menoch.de adipisc.poss.d.remed.4.num.274. adeò, vt competat
11 etiam hæredi particulari, cui tota hæreditas accreuit, † ut
censuerunt gl.in d l.vlt.in verb.ex parte,& ibi Bart.nu. 8. Dec.
nu.23.Seb.Sap.nu.46.Bald.in l.ex facto.35.col.2.versic.Tertiò
soluitur ff de hæred. inst. & omnium latissimè Menoch.de adip.
poss.rem.1.nu.38.& d.remed.4.nu.116.216.& 274.vbi nu.127.
128.149 & 211.varias affert extensiones,& limitationes, quas
non est necessè referre, cum ibi exactè,& ex professo singula ad
hoc remedium pertinentia examinentur.

Tertiò infertur, in portione hæreditaria computari etiam
12 partem accrescentem, † vt patet ex prædicta substitutione fa-
cta his verbis, Quisquis mihi hæres erit, ad quam vocantur
13 hæredes pro portione hæreditaria † d.l.qui liberis.8.§.hac ver-
ba,& l.sed si plures.10.in prin.ff de vulg d.§.substituitur, instit.
de pupill. & tamen vocantur, etiam pro parte, quæ eis accre-
14 uit, † ut supra dictum est, Et ita Not. in d.l. si in testamento,
Bald.in prin.

Hinc dubito de veritate illius, quod scripsit Menoch.in cons.
15 688.nu.1.& seqq. vbi, † cùm testator institutis duobus hære-
dibus iussisset, filiam vnius competenter dotari de hæredita-
ria portione patris, & posteà cohæredis pars ei accreuisset,
censuit, non esse in constituenda dote habendam rationem
partis accrescentis, sed tantùm partis principalis: Nam hoc
non videtur verum, quia in portione hæreditaria computa-
tur, etiam id, quod posteà accreuit, ut supra dictum est.

Quartò infertur hæredem institutum, non solùm partem
principalem, sed etiam partem accrescentem censeri habere
16 iure hæreditario. † Vndè infertur

Quintò partem accrescentem debere in Falcidiam impu-
17 tari, † vtpotè in quam imputantur ea omnia, quæ capiun-
18 tur iure hæreditario † l.quod autem, 74.l.id autem, 75.versic.
Sane,& versic.Qua ratione,& l.in quartam.90. in prin ff. ad l.
Falc. Et simili modo infertur

Sextò, partem accrescentem imputari in Trebellianicam,
19 † in quam etiam imputantur ea, quæ iure hæreditario ca-
20 piuntur † l.si legatus.30.§.multum interest ff. ad Treb.& tra-
dunt omnes in d l.in quartam 90.ff.ad l.Falc.

Sed hæc ita demum vera sunt, si pars non grauata accres-
21 cat grauatæ, † l.quod, si alterutro.77.ff ad l.Falc.l.si Titio,
63.in prin.& ibi Bart ff.de legat.2.& scribunt omnes, quos refe-
remus infra nu.26.Et simpliciter de hac specie docet Coras.in l.
in ratione.11.§.quod vulgò, in prin.nu.3.ff. eod. aut pars minus
grauata accrescat magis grauatæ, quibus casibus fit bono-
rum contributio, † vt de priore diximus, De posteriore verò 22
constat ex l.qui fundum.86.§.cohæres, vbi Bart.nu.4.vers.Ter-
tio casu, Angel.nu.4.vers.Interdum vna portio, Imol.vers. No-
ta, Castr.nu.1.Alex.nu.2 ff.ad l.Falc.Alex.in l.1 §.si cohæredis
nu.1.vers.Item prædicta,& in d l.in ratione.11.§.quæsitum nu.2.
vers.Addatis tamẽ ff.eod.Coras.in d.l.in ratione.11.§.quod vul-
gò in prin.nu.8.vers Quamobrem, Quicquid censuerit Cuiac.lib.
15.obser.cap.15. etiamsi accedat post acquisitionem, vt, quia
minor post aditam sit in integrum restitutus, secundùm ea,
quæ diximus in 7.cap.q.59.nu.42. nam, quia restitutio ponit
omnia in pristinum statum l.quod si minor.25.§.restitutio, ff.
de minor. ideò perinde fit contributio, ac, si ante quæsitum
emolumentum accessisset, † vt docent Ang.in d.l.1.§.si cohæ- 23
redem, versic. Sed tu limita, & ibi Imol. versic. Et hoc tenet,
Alex.num.1.versic.Secundò limitat, ff. ad l. Falc. Cœterùm,
si pars grauata accrescat non grauatæ, magis est, vt bo-
norum contributio cesset, & ex sola persona deficientis sit
ineunda computatio † l.1.§.si cohæredis, & ibi gl in verb vin- 24
dicauero, Bart. Ang.Imol.ff.ad l.Falc.Coras.in d. l. quod vulgò
in prin.nu.4.in fin.& nu.5.vers.Intellige. Quod discrimen pro-
ponitur † in l. quod si alterutro.77.vbi Ang.ff.ad l.Falc & ã gl. 25
in d.l.1.§.si cohæredis, in verb.iudicasse, versic.Et ad intelligen-
tiam, & ibi Bart.in prima Opp.Ang.Imol.& Alex.nu 1.ff.ad l.
Falc.Bart.in d.l.qui fundum.86.§.cohæres n.4.vers.Tertio casu,
& ibi Ang.nu.4.vers.Interdum vna portio, ff.eod. Castr.in l. in
singulis.56.vers.Sed si aliter, & ibi Imol.& Alex.n.1 ff.eod Cast.
in d.l.1.§.id, quod ex substitutione num.1.ff.eod Alex.in d.l. qui
fundum nu.86.§.qui filium nu.5.vers.in gl.in verb.solida, ff.eod.
Zanch.in l.hæredes mei.57.§.cum ita part.6.nu.46. & 47.ff.ad
Trebell.

Cuius diuersitatis ratio est, † quia, cum portio non gra- 26
uata accedit grauatæ, lucrum obuenit ei, cui fit accessio,
ideòque non est absurdum, eum sentire incommodum con-
tributionis, vt dicimus de hærede, apud quem remanent le-
gata, quæ deficiunt d.l.quod, si alterutrò.77.vers.Quia,& le-
gata ff.ad l.Falc. At, cum grauata accedit non grauatæ, non
lucrum obuenit, sed onus, ideòque non est conueniens aliud
onus, idest, contributionis incommodum adijci, quia alio-
quin afflictio daretur afflicto † contra regulam l. Diuus. 14. 2
ff.de off.Præsid.ita ratiocinati sunt Ang.in d. l. 1.§. si cohæredis
vers.Ratio est.& ibi Imol.versic.Et est ratio,& Alex.nu.1.vers.
Et est ratio ff.ad l.Falc.Coras.in d.§.quod vulgò in prin.num.5.
Zanch in d.§.cum ita part.6.nu.48.

In hoc autem differt ius accrescendi à vulgari substitutio-
ne: nam, si portio portioni accedat per vulgarem, indistin-
ctè fit bonorum contributio, siuè non grauata grauatæ ac-
cedat, siuè etiam grauatæ non grauatæ † l.1.§.id quod ex sub- 28
stitutione & ibi Castr.nu.1.& Ant.Gonean. nu.1.ff.ad l. Falc.l.
qui fundum.86.§ qui filium, & ibi Bart. Ang.Castr.nu.1.& 3.
Imol.& Alex.nu.1.& 2.ff.eod.gl in d.l.quod si alterutrò. 77. in
verb.exhausta vers.Si autem ex vulgari ff.eod Ang.in d. l. qui
fundum.86.§ cohæres num.2.vers.Instituuntur interdum ff.eod.
Imol.in d.l.1.§.si cohæredis, vers.Et si dicas,& vers.in ea gl.vide-
tur, & ibi Alex.nu.1.vers.Hæc tamen distinctio ff. eod. Imol. in
l.in singulis.79 versic.Not.hanc gl.vbi testatur, ita communiter
teneri,& ibi Alex.nu.2.vbi pariter testatur hoc communiter te-
neri ff.eod.Coras.in d.§.quod vulgò in prin.num.5.vers. Intellige,
Zanch.in d.§ cum ita part.6.nu.50.

Cuius diuersitatis ratio est, † quia accessio, quæ fit per 29
vulgarem, venit ex dispositione testatoris, cuius voluntas
saltem coniecturata fuisse præsumitur, vt legata ab instituto
relicta censeantur à substituto repetita l.licet Imperator.77.ff.
de leg.1. At, quæ fit per ius accrescendi, venit ex dispositione
legis, non testatoris, quippè, qui non cogitauit, cohæredem
totum habiturum, ideò nil mirum, si quasi cessante volun-
tate defuncti cesset, & contributio. Ita Ang.in d.l.1. §. si co-
hæredis versic.Dices tu,& ibi Imol.versic.Et si dicas, Alex.nu.
1.versic Et ratio differentiæ ff.eod.

Nec est contrarium, quod, etiamsi per tacitam vulgarem,
quæ ex dispositione legis proficiscitur, & tacitam tantum-
modo defuncti voluntatem habet l.iam hoc iure.4.in prin.&
vers.Ne si vulgari ff.de vulg. portio portioni accedat, nihilo-
minus indistinctè fit contributio † d.l.qui fundum.86 §.qui fi- 30
lium, & ibi Bart.& alij communiter ff.ad l. Falc. ideòque se-
cundùm prędicta videatur idem dicendũ,& de iure accrescẽ-
di,

di, quod & ipſum tacita quædam eſt vulgaris ſubſtitutio, vt
diximus in 7.cap.qu.59.num.5. & ex tacita defuncti volun-
tate deſcendit, vt retulimus in 2.cap qu.2.num.39.Qua ratio-
31 ne † Caſtr.in d.l.qui fundum.86.§. qui filium numer. 3.&
ibi Alex.num.5.versic. Tamen,ſi benè, Coraſ.in d.§.quod vulgo
in prin.num.6.& 7. & alij plerique moti ſupradictam ratio-
nem improbarunt, & aliam ab vnione iuris accreſcendi, &
ſubſtitutionis, ſeu vinculorum geminatione ductam tradi-
32 derunt,quia verius eſt, † imò longè aliam eſſe rationem ta-
citæ vulgaris, aliam iuris accreſcendi: nam vulgaris,quan-
tumuis tacita ſemper venit ex defuncti voluntate, ſaltem ta-
cita,& coniecturata, quæ legatorum repetitionem operatur.
At ius accreſcendi non ſemper ex tacita defuncti voluntate
proficiſcitur,ſed plerunque ex mera poteſtate iuris, vt oſten-
dimus in d.2 cap.q.2.nu.45. & maximè in ijs caſibus, in qui-
bus de bonorum contributione tractatur: Nam contribu-
tionis quæſtio ſupponit hæredes,non coniunctim,ſed diſiun-
ctim vocatos,quia alioquin non poſſet vnus, magis, quam
alius cenſeri grauatus, &, vbi hæredes ſunt diſiuncti, ius ac-
creſcendi,quod inter eos locum habet, non deſcendit ex ta-
cita voluntate defuncti,ſed ex mera poteſtate iuris, vt oſten-
dimus in d.q.2.n.45. ideòque nil mirum, ſi quaſi ceſſante vo-
luntate ceſſet præſumpta legatorum repetitio, quæ contri-
butionis effectum operatur, vt ſupra dictum eſt.

Planè,ſi cohæres,non per ius accreſcendi, ſed per ius non
decreſcendi, partem vindicet deficientis, magis eſt, vt indi-
ſtinctè fiat bonorũ contributio, ſiue portio non grauata ac-
33 cedat grauatæ,ſiue grauata non grauatæ; † Ita enim ſcripſe-
runt Bart.in d.l.qui fundum 86.§. cohæres num 4. verſ.Quarto
caſu,& ibi Ang.nu.4.verſ.interdum portio accedit ff.ad l.Falc.
Ang.in d.l.1.§.id quod ex ſubſtitutione, verſ. Sequitur in lite-
ra,& ibi Imol.verſ.Quid autem, Alex.num.3. ff.eod. Ang.in d.
l.1.§. ſi cohæredis,verſ.item dices. & ibi Imol. verſ.Et ex hoc ff.
eod.Imol.in d.l.in ratione 11.§.quæſitum in fin. ff.eod. Zanch.in
34 d.§.cum ita part.6 num.49. quia, † cum portio, quæ per ius
non decreſcendi retinetur, fuerit eidem hæredi, qui legatis
oneratus eſt,nominatim relicta, vt oſtendimus in 5.cap.qu.37.
num.7. conſequens eſt,vt eatenus teneatur ea præſtare, qua-
tenus vires eius portionis patiuntur. Ita Ang.in dict.l.1.§.id,
quod ex ſubſtitutione verſ.Sequitur in litera.& ibi Alex.nu.3.
ff.ad l.Falc.Ang.in d.l.1.§.ſi cohæredis, verſ. Iterum dices, &
ibi Imol.verſ.Et ex hoc ff.eod.

Septimo infertur,ſi portio principalis habetur ex iudicio
teſtatoris, cenſeri etiam ex eodem iudicio haberi partem ac-
35 creſcentem. † intelligendo tamen cum ijs diſtinctionibus, quas
retulimus in 2.cap.q.2.n.14.& ſeqq. Hinc infertur

Octauo, prohibitum capere ex iudicio teſtatoris cenſeri
36 quoque prohibitum capere per ius accreſcendi. † vt in ſpe-
cie l.1.C.de ſecund.nupt. ſecundum eos, quos referemus in 10.
cap.q.2.num. Et in ſpecie ſtatuti Papienſis, ſecundum eos,
quos referemus ibi num. Sed, quia contrarium alijs in præ-
dicta ſpecie viſum eſt, quos referemus ibi n. ideò ex ijs, quæ
dicemus erunt petenda,quæ ad pleniorem huiuſce rei deter-
minationem pertinere videbuntur. Ex his etiam infertur

Nono, tranſeuntem ad ſecunda vota, qui, ſiue ſit maſcu-
lus,ſiue fœmina, non poteſt ſecundo coniugi plus relinque-
re,quam vni ex filijs primi matrimonij, cui minùs datum eſt
37 † l.hac edictali 6.in princ.verſ.Sin autem, & l. quoniam præte-
rita 9.C.de ſecund.nupt.§.optimè,verſ.Si verò inæqualia, Auth.
de nupt.coll 4.poſſe eidem relinquere vſque ad integrã quan-
titatem legitimæ debitæ filio,licet ei minus legitima reliqu-
38 erit. † Ita enim cenſuerunt Bald.in d.l.hac edictali num.8. & 9.
ibi Bertr.in verſ.Ita tamen n.11 verſ.Et iſto tertio caſu, vbi ait,
hanc eſſe veriorem Bald. (licet ſub dubio) in l.1.num.10.Cod.de
inoff.dot. Alex.conſ.158.num.8.verſ.Contrarium autem & n.9
vol.5.Corn.conſ.82.num.4.verſ.Quod etiam videtur velle,vol.3
Dec.in l.humanitatis 9.num.7.verſ.Secundo quia C.de impub.
& al.ſubſt. Ruin conſ.53.num.12. verſ.Præterea vol.2. Boer.
deciſ.201.num.6.verſ.Quam limitari, & verſ. Sed hanc,vbi
teſtatur eſſe communem,Cran.conſ.142 num.5.verſ.Reſpondeo,
& conſ.193.nu.12.Ant.Gabr.lib.3.commun.opin tit. de ſecund.
nupt.concl.4.nu.30.verſ.tenendo,vbi teſtatur, hanc videri com-
munem. Et eſt etiam de mente eorum,qui ſcripſerunt poſſe
tantum relinquere, quantum habuit filius, etiam per ius ac-
creſcendi,vt Rol.conſ.29.num.2.vol.4. ſcilicet, quia, cum legi-
timæ ſupplementum iure quodam accreſcẽdi ad filium per-
tineat † ſecundum Bald.in d.l.hac edictali nu.8. & in Auth. 39
presbyteros num.2.C.de Epiſc.& Cler. & Corn d.conſ.82.nu.4.
verſ.Quod etiam videtur velle vol.3. Ruin.conſ.26.nu.14.verſ.
Confirmatur etiam vol 3. conſequens eſt,vt cenſeantur habe-
ri ex eadem cauſa,& iure,quo habetur id, quod principaliter
relictum eſt, ſecundum ea, quæ ſupra diximus. Denique,cùm
lex ſuppleat iudicium, & diſpoſitionem teſtatoris † l omni- 40
modo 39.in princ.l.quæ nuper.31.l.quoniam in prioribus 32.& l.
ſcimus 36.in princ C.de inoff.teſt. perinde eſt,ac,ſi filius in tota
legitima fuiſſet inſtitutus, † vt declarant Bald.in d.l.hac edi- 41
ctali n.8 & 9 & in d.l.1.num.10. C.de inoff.dot.Corn.d.conſ.82.
num.4.verſ.Quod etiam videtur velle vol.3. Dec. in l.2. in fin.
verſ. Et facit C.de inſtit.& ſubſt.in l.quamuis 4.nu.3.verſic. Et
ideo,& in d.l humanitatis 9 nu.7.verſ.Secundo quia C. de im-
pub.& in l.fin.nu 24. C.de Edict. Diu.Hadr.toll.Boer.d.deciſ.
201.num.6.verſ.Et,quamuis,Cran.d conſ.193.num.12.verſic.
Et fundatur. Et hanc ſententiam,quæ receptior eſt, veriſſi-
mam eſſe puto: Probatur enim (ſi quis diligenter attendat)
apertis Iuſtiniani verbis, in d.§.optime, verſ.ſi verò inæqualia,
Auth.de nupt.coll.4. vbi, ſi verò inæqualia, quæ relinquuntur,
fuerint, inquit, tantùm neceſſe eſt ſolum ad nouercam aut vi-
tricum venire ex quacunque largitate parentis in quantum qui
minùs habet, filius, ex illius ſubſtantia percepit, aut ex nouiſſima
voluntate dimiſſum, aut in vita datum, quippe dudum quar-
ta, nunc autem tertia, aut media ſecundum noſtram legem por-
tione ne omnino filio relinquenda, aut danda, niſi rurſus ingra-
titudinis ratio contradicat. Itaque † poſteà, quam dixit, 42
poſſe tantum relinqui vitrico vel Nouercæ, quantum per-
cepit filius,qui minus habet,ex ſubſtantia parentis, per mo-
dum declarationis ſubiecit,quantum eſſe poſſit illud minus,
quod filius habere debet,& ait,olim fuiſſe quadrantem, ho-
die verò trientem,aut ſemiſſem, qui omnimodò filio non in-
grato iure legitimæ relinquendus, aut dandus eſt, quod non
aliam ob cauſam ſubiecſſe videtur, quam, vt oſtenderet,
poſſe vſque ad eam quantitatem ſecundo coniugi relinqui,
propterea,quod minus ea non poteſt filius ex patris,aut ma-
tris capere ſubſtantia. Id ipſum apertiùs probatur dict. l.
quoniam præterita 9.C.de ſecund.nupt. vbi Iuſtinianus Quoniã
præterita leges, inquit, omnia, quæ liberis ex priore matrimonio
procreatis mulier quidem ſecundo marito, vir autem ſecundæ
uxori dotis vel ante nuptias donationis nomine, vel alio quocun-
que modo dederit vel reliquerit ijs ampliora, quæ vni filio, vel fi-
liæ ex anteriore matrimonio progenitis danda, vel relinquenda
ſunt, reuocata ad ſolos filios, vel filias ex anteriore matrimonio
natos peruenire conſtituerunt. Ponderanda enim † ſunt hic, 43
vt & in ſuperiore loco illa verba, danda vel relinquenda, quæ
non reſpiciũt id,quod realiter fuit relictum, ſed id,quod erat
relinquendum, & ſignificant, non poſſe tranſeuntem ad ſe-
cunda vota plùs ſecũdo coniugi relinquere,quam, quod vni
ex filijs primi matrimonij relinquendum, aut per modum
ſupplementi dandum eſt,& ſic plùs, quam legitimam.

Nec eſt contrarium, quod legitimæ ſupplementum non
capiatur ex diſpoſitione teſtatoris, ſed ex prouiſione legis
† d.l.omnimodò 30.in princ.& d.l. ſcimus 36 in princ, C.de inoff. 44
teſt. ideoque non poſſit dici filio relictum, quod eſt neceſſa-
rium ad hoc,vt vitricus,aut nouerca tantundem capere poſ-
ſit. † ſicuti probant illa d.l hac edictali in princ.verſ.Sin au- 45
tem, verba, cui minor portio vltima voluntate derelicta, vel da-
ta fuerit, aut donata, quæ factum, & diſpoſitionem parentis
reſpiciunt, quemadmodum, d.§.optime, illa, in quantum, qui
minùs habet filius, ex illius ſubſtantia percepit, aut ex nouiſſi-
ma voluntate dimiſſum, aut in vita datũ. Qua ratione † Corn. 46
conſ.33.num.3 & conſ.118 num.6.& ſeqq.vol.1.& conſ.51.n.4.
verſ.Refert tamen vol.4.Bertr.conſ.83.n.9.conſ.90.nu.1.verſ.
Sed iſtud, & conſ.124.n.12.verſ.Refert tamen,& num.ſeqq.ad
fin.vol.3 part.2.Ruin.conſ 58.nu.10.verſ. Sed tamen iſtis vol.5.
& alij plerique moti contrariam opinionem ſunt amplexi,
quia reſpondeo, legalium prouiſionum † duo eſſe genera: 47
quædam enim ſtant principaliter, non per modum ſupple-
menti, vt querela, & contratabulas bonorum poſſeſſio, quæ
non proponuntur ad finem ſuſtinendi, & confirmandi te-
ſtamenti, ſed ad finem eiuſdem impugnandi, & infirmandi.
Et tales prouiſiones non poſſunt vlla ratione cenſeri relictæ,
ſiue ex iudicio, & diſpoſitione defuncti prouenire, vt oſten-
dimus

dimus in 2.cap.qu.2.nu.61. Quædam verò ſtant per modum ſupplementi,vt ſunt illę,quæ non impugnant teſtamentum, ſed illud ſuſtinent, & confirmant, Et hæ relictorum appellatione contineri debent, quia lex ſupplendo diſpoſitionem, & iudicium teſtatoris vult, id, quod ipſa diſponit, perinde haberi, ac,ſi eſſet diſpoſitum à teſtatore. Exempla ſint,primum in iure accreſcendi, quod eſt perſonæ ad perſonam, *de quo diximus in 1.cap q.1.num.15.* Nam, ſi mater duobus filijs hæredibus inſtitutis in tertii puerperio deceſſerit, ideòque
48 teſtamentum mutare non potuerit, filius ita natus † non poteſt haud dubie dici ad hæreditatem vocari ex diſpoſitione matris, quippè, quæ re vera eum præterijt, ſed, quia lex in hoc caſu ſupplet defectum teſtatricis, & vult filium præteritum inſtitutis accreſcere firmo manente teſtamento, ideò dicimus eum haberi pro inſtituto, & perinde admitti, atque,ſi à matre fuiſſet hæres inſtitutus *l.3. C. de inoff. teſtam.* Secundùm ſit exemplum in ſupplemento legitimæ: Nam hoc ſine dubio venit ex prouiſione legis, ſed, quia lex hoc induxit ſupplendo, &, vt ſuſtineat teſtamentum, non verò, vt illud
49 infirmet † *d l.omnimodo.30.in prin d l. quæ nuper.31. d. l. quoniam in prioribus.32 C.de inoff test. & in ſpecie declarant Bald. in d.l.hac edictali nu 9.& Corn.d.conſil.82.n.4.verſ.Quod etiam videtur velle vol. 3.* ideò eius reſpectu filius habetur pro inſtituto, *vt diximus ſupra nu. 41.* Quamobrem tale ſupplementum cenſetur haberi ex iudicio, & diſpoſitione teſtatoris,quoniam de his diſponendo per modum inſtitutionis fuit cauſa, vt lex ſuppleret, & ſic fuit ſupplementi fundamen-
50 tum, † *vt declarat Bald in d.l.hac edictali nu. 9.*

Denique non obſtat, quod legitimæ ſupplementum ſuc-
51 ceſſerit in locum querelæ, † *vt diximus in 6.cap.q.37 nu.4.*& per conſequentias eodem cum illa debeat cenſeri iure *§. fuerat inſtit.de action* ideòque, cum id, quod per querelam habetur, non poſſit dici haberi ex diſpoſitione, & iudicio patris, *vt oſtendimus in d.cap 2.q.2.nu.61.* nec per conſequentias
52 dici poſſit haberi, quod capitur iure ſupplementi, † *vt in his terminis, & pro fundamento contrariæ ſententiæ conſiderant Corn. d. conſil. 118. nu. 9. vol.1. & Bert. d.conſ 124.nu 13.verſ.*
53 *Quæritur vol.3.part.2.* quia reſpondeo, ſubrogari † per modum excluſiuum, non per modum ſucceſſiuum: Nam loco querelæ, quæ olim dabatur inſtitutis in minore portione legitima, competit hodie ius agendi ad ſupplementum, quod excludit querelam, ſed non ſubrogatur per modum ſucceſſiuum, quia non ſuſcipit eius naturam, ſed habet naturam contrariam: Querela enim impugnat, & infirmat teſtamentum, ius verò petendi ſupplementum ſuſtinet, & confirmat, in querela lex prouidet filio principaliter, in ſupplemento verò per modum acceſſionis; Denique per querelam filius non ſuccedit ex teſtamento, ſed contra teſtamentum, & ab inteſtato, per ſupplementum verò ex teſtamento, & quaſi inſtitutus, *vt patet ex iuribus ſupra allegatis.*

Hæc autem faciliùs procederent, ſi teſtator inſtitueret filium in re certa, vel ſumma, etiam minima, deinde ſubijceret (vt plerunque ſolet) caſu, quo filius non acquieſcat ſuæ diſpoſitioni, ſe eum inſtituere in eo, quod ei de iure debetur; Nam in hoc caſu res procederet ſine difficultate, ſcilicet, quia filius ſatis diceretur habere totam legitimam ex expreſſa diſpoſitione patris, non obſtante, quod illa inſtitutio facta
54 ſit ſub conditione, ſi filius nolit acquieſcere: † *Ita in ſpecie declarat Bertr.in d.l.hac edictali, verſ.Ita tamen nu.10.* adeò, vt etiamſi filius vellet omittere ſupplementum, & vti remedio *d.l. hac edictali*, tamquam vtiliore, poſſit nihilominus vitricus, aut nouerca capere tantam quantitatem, quan-
55 ta eſt filij legitima, † *ex ijs quæ dicemus infra nu. 58. Et in ſpecie declarat Bertr.in d l hac edictali, verſ.Ita tamen nu.10.*

Planè ſi is, qui minùs legitima reliquit filio, iuſſerit, vt ſit tacitus, & contentus, nec vlteriùs quicquam petere poſſit, tunc, quia repugnat voluntas teſtatoris, ideò, licet filius non obſtante tali prohibitione conſequatur ſupplementum, non tamen dicere poſſumus, id eum conſequi ex eius iudicio, & diſpoſitione, ſed potius ex ſimplici, & mera diſpoſitione legis; Quo fit, vt eo caſu non poſſit vitricus, aut nouerca capere ſupra id, quod realiter eidem filio primi matrimonij relictum eſt, nulla ſupplementi habita ratione.
56 † *Ita enim cenſuerunt Ruin d conſ.58.nu. 10. verſ.Et iſta opinio vol.5.Bertr.in d.l.hac edictali, verſ.Ita tamen num.7.verſ.Primus eſt,& d.conſil.124.num.13.verſ. Maximè, quando vol.3. part.2.Boer d.deciſ.201.nu.6.verſ.Sed hanc,Crau.d.conſil.193. num.12.verſic.vbi tamen limitat, Ant.Gab.d.l.3.tit.de ſecund. nupt.concl.4.nu.32.*

Idem cenſent plerique dicendum, etiamſi teſtatoris prohibitio ceſſet, ſi filius, cui minimum relictum eſt, repudiet ſupplementum legitimæ, & velit potius vti remedio *d.l.hac*
edictali, quod ei plerunque poteſt eſſe vtilius, † *vti videre* 57
eſt apud Bald. (licet ſub dubio) in d l. 1. nu. 10. C de inoff.dot. Corn.d.conſil.118 nu 9.verſ Quia ſi filius, vol.1.& d.conſ.51. nu.4.verſ.Maximè vol.4.Boer.d deciſ.201.nu.7. Ant.Gabr.d. concl.4.nu.31.

Sed hæc ſententia mihi non videtur vera, eamque proin-
de merito † *Crau.d.conſil.183. nu.12. verſ. Secundum limita-* 58
tionem, & alij plerique reprobarunt, quia vitrici, vel nouercæ capacitas non pendet à voluntate, ſed repudiatione filij, ſed à patris relicto. Itaque, ſi pater integram legitimam filio reliquerit, poteſt vſque ad eius quantitatem re-
linquere,& nouercæ † *d.l.hac edictali.6.in prin.verſ.ita tamen,* 59
& d.§.optimè verſ.Si verò inæqualia, Auth.de nupt.coll.4. Et, licet filius legitimam repudiet, non tamen hoc impedit, quominus nouerca conſequi poſſit, quod ſibi relictum eſt,
vſque ad legitimæ quantitatem,† *vt fatetur Bertr.in d.l. hac* 60
edictali verſ. Ita tamen nu.10. Ergo idem dicendum eſt, &, cum pater minùs legitima filio relinquit, propterà, quod iure ſupplementi perinde habetur, ac, ſi in tota legitima
fuiſſet inſtitutus, † *vt ſupra dictum eſt, Et in his terminis ar-* 61
guit Crauet.d.conſ.193.nu 12.verſ. Secundum limitationem.

Decimò infertur, quemadmodum portio principalis dicitur propria illius, cui fuit relicta, ita etiam propriam cen-
ſeri partem, quæ illi accreſcit, † *vt ſcribunt Bald.in d.l.ſi in* 62
teſtamento.5.in prin.verſ.in texts ibi, per legem, & ibi Imol.& Alex.nu.3.ff.de vulg. Alex.nu.3.ff.de vulg. Alex.in l.ſi is, qui ex bonis.6.nu.5.verſ Et per prædicta ff.eod. ſcilicet, quia competit ei, non ex perſona aliena, ſed ex perſona propria,
† *vt declarat Cagn.in rubr.C.quand.non pet.part. num. 5. verſ.* 63
Circa,& Crauet.conſ.965. nu. 8. & ſic proprio iure, ſeu iure
ſuo non alieno, † *vt notat Bald.in l ſi mihi, & tibi.12.in prin.* 64
in primo not & ibi Alex.num. 2. Iaſ. num. 7. Soc.Sen.n.1.ff.de legat.1. Ang.de Gamb.de teſtam.gl.42.nu.4.Ruin.conſ.159.nu. 11.& 15.vol.1.Purp.in rubr. C. quand.non pet. part. n. 17.verſ. Quarto,& ibi Cagn.nu.21.in prin.& verſ.Quod talis,Io Gutier. in l un.nu.51 C.eod.Crau d.conſ.965.nu.8.Bologn.conſ.17.num. 13. Quamobrem dicitur ei competere ex propria cauſa, ſi-
uè ex proprio legato † *d l.ſi mihi, & tibi.12.in prin.& ibi Iaſ.* 65
nu.7.& Soc.Sen.nu.1.ff.de leg.1.d l.ſi mihi, & Titio.57.in prin ff. de leg.2.Iaſ.in d.l.ſi teſtamento.5. num.3.ff de vulg. Io. Gutier.in d.l.vn. numer.51.Cod.quand.non pet.part. Duar. lib. 2. de iure accreſ.cap.4.

Nec eſt contrarium, quod in hoc videatur differre ius accreſcendi, à iure non decreſcendi, quod per illud quis vocatur ad partem, vt alienam, & alieno iure, per hoc
verò, vt ad propriam, & proprio iure † *l. un. §. ubi autem* 66
legatarij, verſ.Sin autem ad deficientis C.de cad. toll. Et in ſpecie declarant gl in d l.ſi mihi, & tibi.12.in prin. in verb. legata fuerit, & in verb.ex meo & ibi Caſtr.nu.3.& 4.Iaſ.nu.3.& 11. Soc.Sen.num.1.verſ.Sed tu conſidera & n.2.ff.de leg.1.Caſtr. in l.ſi duobus.16.§.ult nu.1.ff eod.Iaſ.in d l.re coniuncti, num.2.& 4.in l.ſi mihi, & Titio.119.in prin.num.2.ff. de verb. oblig. ubi id ita declarat, etiam in contractibus, Purp in dict.rubr. Cod. quand.non pet part.num.17 verſ. Et vltra, Mant. de coniect. ult. vol.lib.10.tit.3.num.10.Viu.deciſ.406.num. 9. quia huiuſ-
modi diſtinctio procedit, † cum reſpicimus ad primam, 67
ſiuè immediatam teſtatoris diſpoſitionem. Cœterùm, cum ad tacitam illam ſubrogationem, per quam alter in alterius deficientis locum vocetur, magis eſt, vt, ſiuè per ius non decreſcendi, ſiuè per ius accreſcendi quis vocatur, cenſeatur ſemper vocari ex perſona propria, & proprio iu-
re, ſeu legato, non autem alieno, † *ut in ſpecie ſcribunt gl.in* 68
d.l.ſi mihi & Titio.57.in verb.partem, ff.de leg.2. Bald. in d.l.ſi mihi, & tibi.12.in princ.verſic.in gl & ibi Alexand numer. 2. ff. de legat. 1. & per conſequentias, vt pars, quam quis etiam per ius accreſcendi conſequitur, cenſeatur propria, non aliena, *ſecundùm ea, quæ ſupra dicta ſunt.* Quamobrem prohibitus alienare partem ſuam, cenſetur etiam

pro-

prohibitus alienare partem accrescentem, *vt dicemus in hoc cap.q.49.num.22.* & grauatus restituere partem suam, censetur etiam grauatus restituere partem accrescentem, *vt dicemus ibi num.25.* Denique filius naturalis in vncia institutus, non potest extantibus legitimis quicquam habere per ius accrescendi supra dictam vnciam, *vt ostendemus in 10.cap.q.2. num.* quia, quod venit per ius accrescendi, est propria portio, *vt in specie considerat Alex.in d.l.si is,qui ex bonis 6.num.6 vers. Et per prædicta ff.de vulg.*

Vndecimo infertur, exceptionem rei iudicatæ, quæ obstat agenti ad partem principalem, obstare etiam agenti ad par-
69 tem accrescentem † *l.si Titio 39.§.1.ff.de vsufr. & diximus in 7.cap.q.74.num.6 & in hoc cap.q.44.n.7.* quia, & in ea con-
70 currunt † illa tria, quæ sunt necessaria ad hoc, vt obstet exceptio rei iudicatæ, nempè, vt eadem sit res, eadem sit causa,
71 & persona verè, vel interpretatiuè † *l.cum quæritur 12.cum 2.ll.seqq.& l.cum de hoc 27.ff. de except.rei iud. & declarat Bart.in l.&, an eadem 14.§.qui, cum partem ff.eod.* Nam, & hic idem agit, & ex eadem causa, & ad eandem rem, *vt patet ex iis, quæ supra diximus num.4. & 5.* Quamobrem debet ei obstare exceptio.

Sed hoc ita intelligendum est, vt procedat in proprietate, non etiam in vsufructu: nam in hoc agenti ad partem ac-
72 crescentem non obstat exceptio rei iudicatæ † *d.l.si Titio 39. §.1.ff.de vsufr.l.interdum 11.ff.de vsufr.accr.l. &, an eadem 14.§.qui, cum partem ff.de except.rei iud.& nos latè diximus in 7.cap.q.74.nu.6.& seqq.*
73 Cuius diuersitatis hanc constat esse rationem, quia † proprietatis portio, velut alluuio portioni, vsufructus verò personæ accrescit *d.l.si Titio 39.§.1.ff.de vsufr.& nos diximus in eodem 7.cap.q.74.n.29. & dicemus etiam infra nu.77.*

Duodecimo infertur, partem accrescentem eadem actione
74 peti, qua portio principalis, † *vt scribunt Bart.in dict.l.re coniunctis num.57.& ibi Crott.num.112.Polit.nu.89.Alciat.nu.60. Ias.in d.l.si mihi,& tibi 12.in princ.num.8.ff.de leg.1. Dec.in l edita 3.num.26.C.de edend Bologn.cons.17.num.13.Crass.in §. ius accrescendi q.vlt. Duar.d.l.4.de iur.accresc.cap.4.* Nam, cū
75 † ex eadem causa proficiscatur, puta ex eodem legato, *vt diximus supra nu.5.* Consequens est, vt eadem quoque debeat actione peti. Denique generale est, vt augmentum eadem
76 actione petatur, qua principale, † vt de augmento dotis constat *ex l.etiam 8 C.de iur.dot.* de augmento verò alluuionis, *ex l.si ego 13.§.idem ait aedibus, versic. Quod tamen ff. de Publicia.*

Sed hoc ita videtur intelligendum, vt procedat in proprietate, cuius portio portioni accrescit. Cæterùm in vsufructu, qui accrescit personæ, magis videtur, vt pars accre-
77 scens non eadem, sed diuersa sit actione petenda, † *vt censuerunt Crott.in d.l.re coniunctis num.112. & ibi Alciat.num.60.* quia alioquin absolutoria lata in parte relicta pareret exceptionem rei iudicatæ in parte accrescente, si eadem actione peteretur *d.l.&, an eadem 14. in prin.ff.de except.rei iudic.* & tamen non parit, *vt diximus supra num.69.& latius in 7.cap. q.74.num.6.*

Sed hoc non obstante contrarium verius est, & receptius, nempe, etiam in vsufructu partem accrescentē eadem actio-
78 ne peti, qua principalis. † *Ita enim censuerunt Polit.in d.l.re coniunctis n.89.& ibi Rip.num.199.Paris.cons.37.num.11.vol.3. Et videtur esse de mente omnium (exceptis Crott. & Alciat.) quos retulimus supra num.74.dum enim simpliciter, & indefinitè scribunt, partem accrescentem eadem actione peti, qua portio principalis, nec distinguūt proprietatē ab vsufructu, nō obscurè denotant se de vtroque sentire.* Probatur autem hæc sen-
79 tentia ea ratione, † cùm pars accrescens ex eadem causa petatur, puta ex eodem legato, *vt diximus supra n.5.* Consequens est, vt eadem quoque debeat actione peti *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Nec obstat, quod absolutoria lata in parte relicta non pariat exceptionem rei iudicatæ in parte accrescente, quia respondeo Primò, non ideò hoc fieri, quod eadem nō sit actio, sed quia portio vsufructus, non portioni, sed personæ accre-
80 scit † *vt cōsiderat Papinianus in d.l.si Titio 39.§.1. ff.de vsufr. & post eum Cagn.in d.rubr.C.quand.non pet.part.num.40. Et in specie respondent Polit.in dict.l.re coniunctis num.89. & ibi Rip. num.119.*

Secundo respondeo, contrarium argumentum procedere affirmatiuè, sed non negatiuè: † Nam, si absolutoria parit ex- 81
ceptionem rei iudicatæ etiam in parte accrescente, rectè infertur, eandem esse actionem, si verò non parit, non item, quia ad hoc, vt pariat, tria requiruntur, vt scilicet causa sit eadem persona, eademque res, *sicuti demonstrauimus supra num.70.* Cum igitur parit exceptionem, necessariò sequitur hæc omnia interuenisse, & sic etiam hoc, vt eadem sit causa, & per consequentias eadem actio, quia alioquin non pareret. Contra verò, licet non pariat, non tamen ex hoc potest inferri, eandem non esse causam, & actionem, quia potest hoc ex alio prouenire, nempè ex eo, quod eadem non sit res, vt euenit in proposito: nam, quia pars vsufructus non portioni, sed personæ accrescit, ideò non censetur eadem cum prima, nec eius accessoria, sed diuersa ab illa, & prorsus extranea, † *vt scribunt Bart.in d.l.&, an eadem 14.§.qui, cum partem ff.de except.rei iud Paris.d.cons.37.num.11.vol.3. Alciat. in d.l.re coniunctis num.60.* & ideò, licet petatur ex eadem causa, nempè ex eodem legato, & eadem actione ex testamento, quia tamen non concurrit tertium requisitum, scilicet, quia nō est eadem res, siue portio, ideò fit, vt agenti ad partem accrescentem non obstet exceptio rei iudicatæ. † *Et ita in specie declarat Bart.in d.§.qui cum partem.* 82 83

Decimotertio infertur, eum, qui venit per ius accrescendi, censeri venire ex eodem gradu, quo venit ad portionem principalem, quia ius accrescendi non mutat gradum † *§.liberis inst.de bon.poss.& scribunt Bald.in l.testamento 6.nu 3. C. de Impub.& al.subst Dec.in l.vn.in prima lect.num.5.vers.Postremò & num.11.& in secunda num.29 & ibi Purp.num.21. vers Et ideò Goz.ad num 28.Cagn.num 40.Clau.Tut.num.36. & 125 Cod quand.non pet part. Dec.in rubr C.eod.in secunda lect.& in tertia num.10.& ibi Cagn.num.14.vers.Sed, cum ius, Gabr cons.133 num.28 vol.2. Balduin.in §.cum igitur num 7. inst.de bon poss.* nec per se facit † *l.pen.& ibi Bald.in fin. Castr. num.5.Imol.num.5.ff. de iniust.rupt.* quod patet ex eo, quia, si faceret gradum, posthumus ab eo præteritus rumperet testamentum, licet à primo gradu fuisset exhæredatus † *l.si posthumus 14.in princ.ff.de lib.& posth.l.3 §. vlt cum 2.ll.seqq.ff. de iniust.rupt.* Atqui non rumpit *l.pen.ff.eod.* Non facit igitur gradum. *Ita arguunt Bald.in d.l.pen.in fin.& ibi Castr.nu.5.* Quamobrem dicimus, eum, qui venit per ius accrescendi, tamquam venientem ex anteriore gradu excludere venientem ex successorio edicto, *vt latè ostendimus in hoc cap.q.14. num.22.& seqq.* 84 85 86

Decimoquarto infertur eum, qui venit ad partem feudi, vel emphyteusis per ius accrescendi censeri venire ex eadem inuestitura, † ex qua partem principalem consecutus est, 87
Hinc sequitur

Decimoquinto, si ex duobus eiusdem feudi, vel emphyteusis consortibus, inter quos potest esse locus iuri accrescendi, vnus alteri vēdat, aut cedat partem suam irrequisito Domino, seu sine ipsius consensu valere alienationem tamquā factam ei, qui censetur in eadem inuestitura comprehensus, & ex vocatis ad partem alienatam, † *vt scribit Rum cons.159. num.11.& 15.vol.1.cap.1.de alien.part feud. Et in specie declarant Alex.in l.si domus 74.§.fi.num.7. ff. de legat.1. Soc Iun. in l qui Romæ 132.§.duo fratres nu.137.ff. de verb.oblig.Goz.ad. cons.20.num.9.Gabr.cons 88.num.16.vol.1. Hond.cons.36.n.2. vol.1.Andr Fach.lib.10.contro cap.40.vers.Nihil videtur, & cap.50.vers. Alij putant.* Quod secus esset, si inter eos non posset habere locum ius accrescendi, *vt declarant Alex. in d. l si domus 74.§.fin num 7.ff.de legat.1. Goz.ad d.cons.20.nu.9. Andr.Fach.d.lib.10.contro cap.40.vers. Alij putant.* Hinc etiam sequitur 88

Decimosexto, ob talem alienationem non debere Domino solui laudemium, *vt scribunt Purp. cons.114.num 1. Bursat. cons.137 num.6.Tort ad stat. Purp.rubr.75.in similibus nu.23. Andr Capa.de iur.relen.part.4.qu.26.num.1.& plenius qu.29. num.2.& seqq* quia, cum laudemium soluatur propter laudem, siue approbationē, & consensum Domini, Consequens est, vt, vbi talis consensus necessarius non est, non debeat aliquod laudemium solui. Hinc intelligimus si feudum, aut emphyteusis de nouo sit duobus, aut pluribus in eadem inuestitura concessa, & inter eos non possit habere locum ius accrescendi, prout regulariter euenit, *sicuti latè ostendimus in 6.cap.*

in 6.cap.q.37.nu.5. Et vnus ex inuestitis alienet partem suam alteri socio, quia talis alienatio non potest fieri irrequisito Domino, *vt supra dictum est*, ideò deberi solui laudemium, *vt scribit Torr.ad d.stat.Pap.rubr.75.in ciuilibus n.24.*

S V M M A R I V M.

1 *Portio accrescens censetur haberi eodem modo, quo portio principalis.*
2 *Legata transeunt recta via.*
3 *Iure accrescendi veniens succedit testatori directò, seu recta via, & immediatè, & cur, num.4. Fallit, vt num.10. Declara, vt num.1.*
5 *Substitutio vulgaris continet successionem directam, & immediatam, & cur num 6.*
7 *Verbum, accrescat, est directum, vel (secundum alios) commune num.8.*
9 *Fideicommissum inducitur etiam per verbum* accrescat.
12 *Inuentarium factum pro parte principali prodest etiam pro parte accrescente, & cur n.13. Declara vt n.14.*
15 *Inuestituram nouam petere, aut nouam facere fidelitatem pro parte accrescente non tenetur, qui eam fecit pro parte principali. Declara, vt num.16.*

An portio accrescens acquiratur, & habeatur eodem modo, quo portio principalis.

QVÆSTIO XLVI.

1 TErtius effectus est, vt portio accrescens censeatur haberi eodem modo, quo portio principalis, † *secundum Io.Guter.in dict l.vn.num.52. & 53. Cod quand.non pet.part.* Vnde infertur

Primo, si portio principalis habetur à testatore directò, seu recta via, & immediatè, vt euenit in institutionibus directis, *sicuti ostendimus in 7.capit. q.3.num.103.* & verò etiam
2 in legatis † *l legatum 82. ff.de legat.2.l. a Titio 66. ff. de furt.* censeri etiam recta via, & immediatè haberi partem accre-
3 scentem, † *vt scribunt Bald in l.scimus 36 in princ.num.7.C. de inoff.testam. Alex in l.in quartam 90.num.20.vers. Et per hoc etiam ff ad l.Falc.Ias in l si in testamento 5. num 4. ff. de vulg.Soc.Sen.in l. si cognatis 18.num.34. ff. de reb.dub.& consil. 86.num.9. uers Ex quibus uol.3. Ruin.cons 167.num.12.uol.2. Fabian.in Auth.nouissima num.110.C.de inoff.testam. Mantic. de coniect.ult. uolunt.lib 8 tit.13.num.6. Peregr. de fideicomm.*
4 *art.36.num.1 7.* quia, † cum accrescat ante emolumentum acquisitum, *ut diximus in 7.cap.q 59.num.4.* & sic eo tempore, quæ nunquàm fecit transitum in coniunctũ, Consequens est, vt non possit dici accrescere mediatè, sed potiùs immediatè, exemplo vulgaris substitutionis, quæ directam, & im-
5 mediatam continet successionem † *l.ex duobus 34.§ 1 ff. de uulg.& declarat gl.in l.cum ex filio 39.§.ult.in uerb.quoque ff.*
6 *eod* propterea, quod † non, nisi instituto ante aditam deficiente locum habet *l.post aditam 5.C.de Impub. & al.sub.§.1. inst.de pupill.* Quamobrem, inter verba directa plerique con-
7 numerant etiam verbum accrescat, † *vti videre est apud eos, quos retulimus in 7.cap.q.3 num.374.* Sed est verius, id esse
8 commune, † *vt scribunt omnes quos retulimus ibi n.374.* quod
9 interdum etiam fideicommissum inducat † *l.codicillis 34. in princ. & ibi Bart num.2. ff.de vsufr legat.* Contra vero, si portio principalis habetur mediatè, vt euenit in substitutionibus fideicommissarijs, *sicuti demonstrauimus in eodem cap.7 q.69.num.2.* censebitur etiam mediatè, & per obliquum ha-
10 beri pars accrescens † *l.Papinianus 43. ff. ad Trebell.* Quod
11 vtique intelligo † respectu illius, qui principaliter fuerat grauatus vtrique restituere: nam respectu coniuncti deficientis, magis est, vt, fideicommissi portio censeatur immediatè accrescere, cum ea nunquam fecerit transitum in coniunctum, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Secundo infertur, si hæres pro parte principali confecerit inuentarium, & posteà ei pars cohæredis accrescat, licet aliud inuentarium non conficiat, nihilominus censeri eum hæredem cum beneficio inuentarij, etiam respectu partis accrescentis, quia inuentarium factum pro parte principali pro-
12 dest etiam pro parte accrescente, † *vt rectè censuit Bald. in l. filium quem 24.nu.50.C. fam.ercisc. & post eum Roll.de inuent. q.181.num.1. secundum Taurin. impressionem, Tametsi contrarium videatur sensisse Io.de Imol.in l cum hæreditate 55 n.3 vers.Extra gl. ff.de acq.hær. dum ait, si hæres pro parte sua fecerit inuentarium, adhuc habere locum dispositionem dict.l cum hæreditate, quia non fecit pro parte accrescente: Sentit enim inuentarium pro illa parte factum pro hac non prodesse & malè:* Nam, † sicut necessaria non est noua hæreditatis aditio, cum 13
ipso iure augeatur portio, *vt diximus in 8.cap.q.1. num.4.* ita etiam necessarium non est nouum inuẽtarium, cum ipso iure inuentarium factum augeatur, *vt ibi Bald. & Roll.tradiderunt.* Vtique autem supponimus, † inuentarium ita fuisse confectum, vt ex eo constet de veritate omnium rerum in hæreditate existentium, puta, quia in eo descripta sit dimidia omnium rerum hæreditarium pro indiuiso, *in quibus terminis loquutur Baldus:* Nam tunc æquum non est, grauare hæredem noua inuentarij confectione, cum appareat, cessare fraudem præsumptam in occultatione rerum, *vt considerant Bald. & Roll. ibi.* Cœterùm, si ita factum non sit, magis est, vt contrarium sit dicendum, *& ita Bald. & Roll. ibi sensisse videntur.* 14

Tertio infertur, eum, qui pro parte principali obtinuit inuestituram, & præstitit iuramentum fidelitatis, non teneri pro eo, quod posteà accrescit, petere nouam inuestituram, aut aliud præstare iuramentum, quia sufficit ei pro parte principali fecisse fidelitatem, vt etiam pro parte accrescente fecisse intelligatur. † *Ita enim scripserunt Isern.in cap.1.§. sed & plures num.6.vers Si verò agnatus, & ibi Aluarot. num 6. Afflict.num.34. Per quos fiat inuest.Bald.in cap.1.num.3. De duob. fratr. a cap.nu. & cons.301 numer.9 vers.Nec est opus vol.1. Iacob a S Georg in sua inuest. feud.in verb. & cum pacto de non alienando num 40.vers Aut vnus Ruin.consil.159.n.10 vers Et non fuit vol.1. Dec cons.144.nu.6 vers.Præterea, Crauet.cons 965.num.8.vers. inde fit, Clar.in § feudum q.49.n.12. Ceph.cons 29.num.7 Surd.cons.348.nu.8. Rosent.de feud cap.6. concl.33 num 5.& in gl.E. Men cons.1133.num.4. & 7 Schen. cons.45.num.15.vol 1. Peregr cons 9.nu.11.vol.5. Andr.Capa. de iur.rele part.4.q.29.numer.3. & 4.Rot.apud Farin in recoll. part.2.decis.152.nu 4. Tametsi Clar.Rosent. & Menoch subijciant, tutius, & consultius esse de ea etiam portione petere inuestituram.* Sed hoc ita accipiendum, vt procedat, si portio agnati deficiat ante acquisitionem, quo casu ius accrescendi locum habet, *vt diximus in 6.cap.q.37 num 13. & in 7 capit. q.59.num 4.* Cœterùm, si deficiat post acquisitionem, magis est, vt noua inuestitura, nouoque fidelitatis iuramento sit opus, † *sicuti declarat Aluarot.in d.cap.1.§.sed & plures n.6 Per quos fiat inuest. Rosent de feud cap.6. concl.33 num 4.* quia portio deficiens non iure accrescendi, sed iure successionis ad agnatum pertinere intelligitur, *vt ostendimus in d.cap.6. quæst.37.num.18.* 15 16

S V M M A R I V M.

1 *Portio accrescens censetur acquiri eo tempore, quo acquiritur portio principalis.*
2 *Legata rei dominium acquiritur ex die adita hæreditatis.*
3 *Portio legati accrescens censetur acquisita ex die adita hæreditatis.*
4 *Hæreditas acquiritur ex die aditionis.*
5 *Portio hæreditatis accrescens censetur acquisita ex die, quo adita est portio principalis.*
6 *Acquisitio, quæ fit per ius accrescendi, retrotrahitur.*
7 *Manumissio serui facta ab vno ex legatarijs valet, si collegatarius posteà repudiet.*
8 *Manumissio serui legati facta ab herede valet, si legatarius posteà repudiet, & cur num.9.*
10 *Actio legis Aquiliæ insolidum competit legatario, cui posteà pars serui legati accreuit.*
11 *Legitima computatio fit inspecta quantitate bonorum, quæ defunctus reliquit tempore mortis.*
12 *Ius accrescendi post mortem patris contingens legitimam filiorum non auget.*
15 *Legitimam non augent, quæ post patris mortem hæreditati accedunt, etiam ex causa, quæ retrofingatur habuisse locum in vita patris num.14.*
15 *Fictio non attenditur in legitima, sed veritas.*

An

An portio accrescendi censeatur haberi eo tempore, quo habetur portio principalis.

QVÆSTIO XLVII.

QVartus effectus est, vt portio accrescens censeatur ac-
quiri eo tempore, quo acquiritur portio principalis.
1 † Itaque, vt portio legati principalis acquiritur ex die aditæ
2 hæreditatis † *l. seruum filij 46. §. 1. l. seruo legato 72. in prin. l. si tibi homo 88. §. cum seruus ff. de legat. 1. l. & eleganter 7. §. item, si seruum, ff. de dol. l. huic scripturæ 15. ff. ad l. Aquil.* ita
etiam ex eodem die censetur acquisita pars posteà accre-
3 scens. † Et, vt à die aditionis acquiritur pars hæreditatis,
4 quæ principaliter hæredi delata est † *l. si ex re. 28. §. fin. ff de stip. seru. l. heres quandocunque 54. ff. de acq. hered. l. cum heredes 23. in princip. ff. de acq. poss.* ita etiam ab eo die censetur
5 acquisita pars, quæ posteà accreuit † *l. si duo 38 ff. de acq. hered.* adeò, vt non sit opus noua aditione, sed præcedens aditio sufficiat, *secundum ea, quæ diximus in 8 cap. quæst. 1. num. 1. & seqq.* Quamobrem dicimus, partem accrescentem
6 retrofingi acquisitam † *l. si Dominus 17. §. 1. l. quia retro. 35 ff. ad l. Aquil. l. si heres 3. ff. de man. vind. & scribunt gl. in l. si miles 32. in verb. liberandum ibi Ang. ff. de mil. testam. Ang. in l. qui repudiantis 17. in princ. num. 1. vers. in gl. ff. de inoff. & in l. quod dicitur 39. ff de mil. testam Rip in d. l. re coniuncti, nu. 96. Bal. Zara. in cap. 1. in princ. 7. vers. Declarato De frat. de nou. ben. nu.* Hinc infertur

Primo, si seruus duobus legatus ab vno manumittatur, &
posteà collegatarius repudiet legatum, valere dationem li-
7 bertatis † *d. l. si heres, ff. de man. vind. d. l. si miles 32. ff. de mil. testam.* quia manumissor retrofingitur insolidum habuisse
dominium serui, *vt supra dictum est* quemadmodum, & cum
hæres manumittit seruum alteri legatum, quem posteà lega-
8 tarius repudiat, valet datio libertatis † *l. 2. ff de manum. & d. l. si miles 32. ff. de mil. test.* propterea quod retrofingitur hæres
9 ex die aditæ hæreditatis serui dominium habuisse † *l. proinde 8 ff. si cert. pet. d. l. seruum filij 46 §. 1. ff. de legat. 1.*

Secundo infertur, si seruus duobus legatus occisus sit, &
alter posteà legatum repudiet, insolidum alteri competere
legis Aquiliæ actionem, quia retro accreuisse Dominum
10 ei videtur † *d. l. si Dominus. 17. §. 1. l. Titio, & Seio. 34. cum 2. ll. seqq. ff. ad l. Aquil.*

Tertio infertur, partem accrescentem transmitti ad hęredes ex eo die, ex quo transmittitur portio principalis, *vt patet ex ijs, quæ latè diximus in 7. cap. q. 62 num. 24. & seqq.*

Planè in computanda legitima nihil hæc retrotractio
operabitur: nam, quia in tali computatione spectatur quan-
11 titas bonorum, quæ defunctus reliquit tempore mortis † *l. cum quæritur 6. & Auth. nouissima, C. de inoff. test. l. 6 ff. si quid in fraud. patr. l. etiam 3. §. fin. & l. si patronum 44. §. si ex bonis, & §. fin ff de bon. lib. & scribunt Alex. consil. 58. nu. 4. vers. Præterea, vol. 3. Rum. cons. 194. num. 7. vol. 2 Soc. Sen. in l. qui duos. 10. num. 31. ff. de reb. dub. Fabian. in d. Auth. nouissima nu. 80. Rip. in cap. cum M. Ferrariensis num. 38. vers. Quid tenendum, De constit. Grammat. decis. 57. nu. 41. Ceph. cons. 320. n. 35. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 33. n 6.* Ideò fit, vt in ea non
sit habenda ratio eorum, quæ post patris mortem illius hæreditati accreuerunt. Itaque, si Titio, & Seio delata sit alicuius hæreditas, aut relictum legatum, & Titius post aditam hæreditatem, aut diem legati cedentem decesserit, deinde cohæres, aut collegatarius partem suam hæreditatis, aut legati repudiauerit, vel aliter defecerit, eaque ratione pars illa accreuerit portioni, quam Titius in sua hæreditate reliquit, in computanda legitima, quæ filijs Titij debetur, erit solùm habenda ratio eius portionis, quæ principaliter illi fuit
12 relicta, non etiam eius, quæ posteà accreuit, † *d. l. si patronum 44. §. fin. ff. de bon. lib. & scribunt Ias. in d. Auth. nouissima nu. 5 Soc. Sen. in dict. l. qui duos, num. 31. & Peregr. de fideicommiss. artic. 36. num. 19. 20. & 117 Et est de mente eorum, quos referimus infra nu. 14.* Nam augmenta, quæ post mortem eius, de
13 cuius bonis agitur, contingunt, non augent legitimam, † *d. l. si patronum 44. §. si ex bonis, & scribunt Castr. in l. in ratione 30 in princ. num. 4. & ibi Alex. in 6. ff. ad l. Falc. Castr. in l. quantitate 73. in princip. versic. Sed circa hoc, ff. eod. Ias. in d. Auth. nouissima num. 5. Rip. in d. cap cum M Ferrariensis. num. 38. vers. Secundo de constit. Boer. decis. 92. nu. 3. Peregr. de fideic. d. artic. 36. num. 19. 20. & 34.* etiamsi contingant ex causa, quæ re-
trofingatur habuisse locum in vita patris † *d. l. si patronum.* 14
44. §. fin. ff. de bon. lib. & scribunt Castr. in d. l. in ratione. 30. in princ. num. 4. & ibi Alex. nu. 6. in princ. & vers. Et in quantum; ff. ad l. Falc. Soc. Sen. in dict. l. qui duos. 10. num. 31. ff. de reb. dub. Peregr. d. art. 30. nu. 20. scilicet, quia in legitima spectatur id, quod re vera pater habuit tempore mortis, *vt supra dictum est.* Nec obstat, quod pars accrescens retrofingatur acquisita ex eo die, quo fuit acquisita pars principalis, *vt diximus supra.* & hac ratione videatur defunctus, etiam eam in bonis suis reliquisse, quia respondeo, hoc fieri per fictionem, quæ
in legitima non attenditur, † *d. l. si patronum. 44. §. fin. & in* 15
specie declarant Alex. in d. l. in ratione. 30. in prin. nu. 6. vers. Tamen. Nic. Neap. Peregr. d. art. 36 n. 117.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, vt aliquid imputetur, quæ requirantur.*
2 *Legitima non imputantur, quæ à filio capiuntur extra substantiam patris.*
3 *Legitima non imputantur, nisi, quæ capiuntur ex iudicio patris.*
4 *Legitima non imputantur nisi, quæ capiuntur tempore mortis eius, de cuius bonis agitur, & num. 7. Declara, vt n. 27. & seqq.*
5 *Iure accrescendi, quæ obueniunt, capiuntur ex substantia testatoris, & ex eius iudicio.*
6 *Legitima non imputantur ea, quæ filio obueniunt per ius accrescendi. Sed contra num. 15. & seqq.*
8 *Legitima non patitur dilationem, sed statim haberi debet.*
9 *Legitima non imputantur ea, quæ filio relinquuntur in diē, vel sub conditione.*
10 *Legitima non imputantur lucra obuenientia casu.*
11 *Portio accrescens est lucrum.*
12 *Legitima non imputantur ea, quæ filio obueniunt ex substitutione, Declara, vt num. 50. & seqq.*
13 *Admitti non debet in odiosis, quod non admittitur in fauorabilibus.*
14 *Legatarijs prosunt, & hæredi nocent ea quæ imputantur.*
16 *Legitima imputatur pars hæreditatis, quæ filio obuenit per ius accrescendi, & cur num. 18.*
17 *Legitima imputatur hæreditas, quæ filio in re certa instituto accrescit, & cur, num. 18.*
19 *Legitima non imputatur pars vsusfructus, quæ filio accrescit, & cur n. 20. Declara, vt num. 22.*
21 *Declaratur l. scimus 36. in princ. vers. repletionem, C. de off. test. & n. 44. & seqq & nu. 49. & 52.*
23 *Legitima imputatur pars legati accrescens, si viuo testatore facta sit caduca.*
24 *Legitima imputantur ea, quæ filio obueniunt per ius non decrescendi, & cur num. 25.*
26 *Legitima imputatur pars legati, quæ filio obuenit per ius accrescendi.*
27 *Retrotractio, quæ fit in iure accrescendi, an, & quando in legitima sit spectanda & num. 32.*
28 *Aditio hæreditatis plerunque differtur, & in longum protrahitur.*
29 *Aditio hæreditatis retrotrahitur ad tempus mortis.*
30 *Legata verò non acquiruntur legatario, nisi ex die adita hæreditatis, fictè verò ex die mortis num. 31.*
23 *Testandi, & disponendi libertatem, quæ impediunt, sunt odiosa.*
34 *Legitima relinquendæ obligatio, tamquam odiosa debet restringi, non autem ampliari, & num. 36.*
35 *Legitima est quota eorum bonorum, quæ defunctus reliquit tempore mortis.*
37 *Retrotractio non fit in præiudicium tertij.*
38 *Liberatio censetur fauorabilis.*
39 *Fauorabilia debent interpretatione adiuuari.*
40 *Legitima imputantur omnia, quæ capiuntur, aut iure hæreditario, aut iure legati, vel fideicommissi aut iure donationis causa mortis.*
41 *Pars accrescens censetur capi, aut iure hæreditario, aut iure legati,*

legati, vel fideicommissi, aut iure donationis causa mortis. & cur. ibi.

42 *Legitimæ multò plura imputantur, quam Falcidiæ.*

43 *Vna, atque eadem res non debet diuerso iure censeri.*

45 *Dictio, vt puta, stat exemplificatiuè.*

46 *Exempla non restringunt regulam.*

47 *Dictio, vt, interdum ponitur demonstratiuè.*

48 *Exempla, licet non restringant regulam, declarant tamen, in quibus terminis ea procedat.*

50 *Substitutionem per pupillarem succeditur pupillo.*

51 *Legitimæ non imputantur ea, quæ filio obueniunt ex substitutione pupillari.*

53 *Legitimæ imputantur ea, quæ filio obueniunt ex substitutione vulgari, vel fideicommissaria facta hæredi, & cur. ibi. Declara ut nu.54.& seqq.*

59 *Legitimæ imputantur ea, quæ filio obueniunt ex substitutione facta legatario, vel fideicommissario si is repudiet.*

60 *Legatum repudiatum habetur pro non facto.*

61 *Legatum repudiatum retrofingitur fuisse illius, ad quem pertinet iam vsque ab initio.*

62 *Legitimæ non imputantur ea, quæ filio obueniunt ex substitutione facta legatario, vel fideicommissario, si is non repudiet. & cur. num.63.*

64 *Legitima quibus respectibus censeatur fauorabilis, & quibus odiosa.*

65 *Legitimæ non imputantur, quæ filio obueniunt per ius accrescendi, si legata sit res aliena, & cur. nu.66.*

65 *Legatum rei alienæ effectu capitur de substantia testatoris.*

An ea, quæ capiuntur per ius accrescendi, imputentur in legitimam.

QVÆSTIO XLVIII.

EX his inferri potest ad decisionem illius controuersæ quæstionis, an ea, quæ filio obueniunt per ius accrescendi, in legitimam imputentur. Dubitationem autem fecit illud, quia cum tria requirantur ad hoc, vt aliquid in legitimam imputari debeat, † res, causa, tempus. Res quatenus id, quod imputatur, debet capi ex substantia patris, non extra † *l. scimus. 36. in prin. vers. Repletionem, & ibi Bald num.5. Iaf. num.9. Cod. de inoff. test. Bart. in l. in quartam. 90. num. 10. & ibi Ang. num 3. uers. Sed est videndum, Soc. Iun. num. 111. Vbi ait, hanc conclusionem, sicut est verissima, ita & communiter approbari. & Pic. num. 173. & 265. Rip. num. 134. Alcia. num. 23. Bereng. cap 3. nu. 65. & Fumag. num. 350. versic. Prima est. & nu. 358. ff. ad l. Falc. Craff. in § legitima quæst. 20. nu. 1. vers. Cæterum, Pereg. de fideic. artic. 36. num. 104. & 122.* Causa verò, quatenus debet capi iudicio testatoris, non casu † *d. l. scimus 36. in prin. vers. repletionem, & ibi Bald num. 8. Pereg. d. artic. 36 nu. 121.* Tempus demum, quatenus debet capi tempore mortis patris non post, † *vt scribunt Paris. conf. 56. num. 19. & 22. vol. 3. Ceph. conf. 183. num. 25. Fumag. in d. l. in quartam, nu. 375.* in parte accrescente duo tantum (si veritatem spectamus) videntur concurrere, scilicet, quia capitur ex substantia patris, & ex eius iudicio, † *vt in his terminis considerant Ang. in d. l. in quartam, num. 3. vers. Ego intelligo, & ibi Alex n. 20. Fabia. in Auth. nouissima, num. 110. in fi. C. de inoff. test. Seraph. decis. 1365. num. 13.* Tertium verò non videtur concurrere, verè, sed tantùm fictè, quia tempore mortis patris non poterat pars, quæ postea accreuit, censeri verè fuisse filij, tamquàm ea, quæ deferebatur coniuncto, qui, cum ad partem admitti speraretur, interim faciebat partem, *ut diximus in 7. cap. qu. 36. num. 6.* Sed censetur tantum eius fuisse fictè, scilicet per retrotractionem, quia pars, quæ postea vacat, retrofingitur ei iam vsque ab initio accreuisse, *vt dictum est in qu. præced. num. 5.* Vnde nata est quæstio, an, quoad imputationem idem operetur hæc fictio, quod veritas, ita, vt pars postea accrescens perinde sit in legitimam imputanda, ac, si tempore mortis patris re vera filio fuisset acquisita.

1
2
3
4
5

6 Fuerunt autem de hac re duæ nostrorum interpretum sententiæ, Prima existimantium non imputari, † *Quæ fuit opinio Castr. in d. l. scimus 36. in prin. nu 12. & ibi Iaf. nu. 10. C. de inoff. testa. Imol. in d. l. in quartam nu. 6. vers. Sed fortè, & ibi Fumag. num. 357. & 385. vbi testatur, hanc esse communem, A Emil. Ferr. ad l. filium quem. 24. nu. 66. C. fam. ercisc. Pereg. de fideic. d. art. 36. num. 112. & 117.* Mouentur autem

Primò *d. l. scimus. 36. in prin. vers. Repletionem.* vbi Iustinianus, *Repletionem autem fieri,* inquit, *ex ipsa substantia patris, & non, si quid ex alijs causis filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi, vt puta vsusfructus.* Quibus verbis apertè docet, ea, quæ filio obueniunt per ius accrescendi in legitimam non imputari.

Secundò mouentur, quia, quæ filius etiam ex paterna substantia, & ex eius iudicio consequitur, si ei post mortem patris obueniant, non imputantur in legitimã, † *vt scribunt ij, quos retulimus supra nu...* scilicet, quia legitima non patitur dilationem, sed statim haberi debet † *l. quoniam in prioribus, 32. & d. l. scimus. 36. § cum autem Cod. de inoff. testa. & scribunt Bald. in l. filium, quem 24 num. 10. versic Est & alia Cod fam. ercisc. & in d. l. seruus. 36. in princ. num. 7. Pic. in d. l. in quartam; num 203 & ibi Rip. num. 218. Pereg. d. artic 36 nu. 113. & 116. & conf. 109 num. 10. vol. 3.* Quamobrem ea quæ filio in diem, vel sub conditione relinquuntur, in huiusmodi quartam non imputantur † *vt est de mente Bald. in d. l. scimus 36. in princ. num. 6. Rip. in d. l. quartam, num. 219. & ibi Fumag nu. 375. & seqq. Et explicitè scribit Pereg. d. artic. 36. num. 112.* Sed, quod per ius accrescendi capit filius, vtique ei post patris mortem obuenit, quia tempore mortis patris non competebat filio, nisi pars ei relicta, *vt dictum est.* Non debet igitur id in legitimam imputari. 7 8 9

Nec est, quod respondeas, accretionem, etiamsi post multum temporis fiat, nihilominus retrotrahi ad tempus mortis patris *ut diximus in q. præced. n. 5.* quia, cum hoc fiat per quandam fictionem, Consequens est, vt in legitima non debeat attendi, *ut diximus ibi nu 11.*

10 Tertiò mouentur, quia lucra, quæ filio casu obueniunt, in legitimam non imputantur † *d. l. scimus 36. in princ. vers. Repletionem, & ibi not. Bald. num. 8. Pic. in d. l. in quartam, nu. 203.* Sed pars postea accrescens lucrum est; † lucrum enim appellatur *in l. vn. § pro secundo, & § ne autem C. de cad. toll.* & casu obuenit filio, idest propter mortem, aut repudiationem coniuncti, quæ casualis est. Ergo non debet in legitimã imputari. 11

12 Quartò mouentur, quia, quod capitur ex substitutione, non imputatur in legitimam, † *d. l. scimus 36 in prin. vers. Repletionem & ibi not. Castr. num. 12. & Iaf. nu. 10.* Sed pars accrescens capitur ex substitutione saltem tacita, *vt diximus in 2. cap. q 2 num. 74 Et in his terminis considerat Pereg. d. artic. 36. nu. 117.* Non debet igitur in legitimam imputari.

Quintò, & vltimò videtur hæc pars ea ratione comprobari, quia, quod in fauorabilibus non admittitur, multò minus debet admitti in odiosis, † *arg. l. cum quidam, 19. ff. de lib. & posth.* Sed, quoties agitur de augenda legitima & sic de re filio fauorabili, non attenditur retrotractio quæ virtute iuris accrescendi fit *ut ostendimus in q. præced. nu. 11.* Ergo multò minùs debet attendi, quoties agitur de legitima per imputationem minuẽda, & sic de re filio odiosa, cum id, quod imputatur, noceat eis, quibus imputatur, & alijs prosit, *l. 1. § id, quod ex substitutione, ff. ad l. Falc.* 13 14

Prædictis tamen non obstantibus contrarium verius est, & receptius, ea scilicet, quæ per ius accrescendi capiuntur, in legitimam imputari; † *vt rectè censuerunt omnes quos referemus infra nu. 26.* Quod, vt verum esse constet, distinguendi sunt varij casus, qui in proposito considerari solent. 15

Primus autem casus est, quando tractamus de iure accrescendi hæreditario, Et in hoc casu fatentur omnes, debere id, quod per huiusmodi ius capitur, in legitimam imputari, † *uti videre est apud Pic. in d. l. in quartam. num. 266. & Pereg. d. art. 36. num. 117. vers. Si autem, Et est de mente omnium, quos referemus infra num. 26. Nam, si imputationem admittunt in legato, multò magis censendi sunt admittere in hæreditate, cum ea, quæ capiuntur iure hæreditario faciliùs imputentur, quàm ea, quæ iure legati, Idq; procedit,* siuè pars hæreditatis accrescat, siuè etiam tota hæreditas, vt, quia filius in certa Institutus sit, & datus cohæres vniuersalis, qui postea deficiat, † *secundũ ea, quæ diximus in 7. cap. q. 8. num. 8. in quibus terminis loquitur Pereg. d. art. 36. num. 117. vers. Si autem.* Nam, cum † filius hæres fiat, & perinde habeatur, ac, si in eo, quod accrescit, fuisset a patre hæres scriptus, *vt diximus in hoc cap. quæst. 45. n. 6.* 16 17 18

Con-

Consequens est, vt hoc ei pro legitima satis esse debeat, *ut considerat Pereg.d.artic.36.num.117.vers.si autem.*

Secundus verò casus est, quando tractatur de iure accrescendi non hæreditario, sed personali, vt, quia testator coniunctim filio,& extraneo reliquerit vsumfructum, Et in hoc casu, si coniunctus deficiat, & eius portio filio accrescat,cen-
19 sent communiter omnes non esse locum imputationi, † *uti videre est apud Imol.in d.l.in quartam nu.6.vers.Quid autem, & ibi Alex.num.*20 *vers.Et per hæc & Pic.num.* 203. *&* 207. *Soc.Iun.nu.*147 *vers.Limitatur,& Berenga.cap.*3.*num.*65. *&* 118.*vers.Ego puto, Polit.in d.l.filium quem.*24.*num.* 129.*Cod.*
20 *fam.ercisc.* Quia † legitima debet haberi in corporibus hæreditarijs,non in vsufructu *d.l.scimus.*36. *in prin.vers. Repletio-*
21 *nem*, Et ita hunc locum, † quatenus de iure accrescendi loquitur,esse intelligendum *Pic.Bereng.Polit.in supra relatis locis, & alij* plerique censuerunt.

22 Planè hoc ita videtur accipiendum, vt procedat, † si tractemus de imputãdis fructibus,qui pro tempore à filio percipientur ex vi vsusfructus sibi à patre relicti. Cœterùm, si tractemus de imputando valore vsusfructus æstimati secundum definitionem Aemilij Marci *in l.hæreditatum* 86.*in prin. ff.ad l.Falc.* verius videtur, etiam eum debere in legitimam imputari, tàm pro parte principali, quàm pro parte accrescente; quia talis computatio reducit rem ad tempus mortis testatoris, & operatur,vt perinde sit, ac, si id omne, quod ex vi vsusfructus percipiet filius secundum æstimationem prædictam, fuisset ei tempore mortis relictum. Et ita rem hanc esse intelligendam censuit Rota *apud Seraph d.decis.*1365.*n.* 13.*& in fi.* Et sensit etiam Rota *apud Ludouis.decis.*186.*nu.*5.

Tertius casus est, quando tractamus de iure accrescendi non hæreditario,sed reali, nempè de eo, quod in proprietate locum habet, & pars deficiens facta est caduca viuo testatore,vt, quia coniunctus eo viuo decessit, Et tunc non est dubitandum, quin pars illa debeat in legitimam imputari,cum
23 eam re vera filius habuerit tempore mortis patris. *Ita enim scribit Pereg.d.artic.*36.*num.*112.

Quartus casus est,quando portio deficiens facta est caduca post mortem patris,sed tractatur de iure non decrescendi,Et in hoc similiter casu fatentur omnes, debere partem illam in
24 legitimam imputari, † *uti videre est apud Bald. in d.l.scimus* 36.*in prin.num.*7 *Fabia.in Auth.nouissima, num.*110.*& Pereg.*
25 *d.art.*36.*num* 117. quia † caducitas superueniens non operatur acquisitionem,Ita, vt res dici possit ex post facto acquisita, sed operatur retentionem eius, quod testator insolidum filio reliquit, nullius concursu diminutum *l.vn.* §. *vbi autem legatarij,vers.Sin verò nemo alius C.de cad.toll.* Quo fit,vt pars non decrescens, tamquam acquisita, non ex post facto, sed initio debeat haud dubiè in legitimam imputari.

Quintus casus est, quando tractamus de iure accrescendi reali, non hæreditariò, sed agitur de re propria testatoris, cuius portio post eius mortem defecit, Et in hoc casu, licet plerique censuerint non esse locum imputationi, *quos retulimus supra num.*6. eorum tamen opinio fuit ab alijs magis communiter improbata, quia verius, & receptius est, debere etiam id, quod obuenit filio per ius accrescendi in le-
26 gitimam imputari. † *Ita enim censuerunt Bald.in d.l.scimus.* 36.*in prin.num.*7. *Ang.in d.l.in quartam, num.* 3. *versic. Ego intelligo, & ibi Alex. num.* 20. *in fin. Soc. Iun. num.*147. *Pic. numer.* 206. *Alcia numr.*35.*versic. Subijcitur, Bereng.cap.*3. *num.* 118.*Polit. in d.l.filium, quem.num.*128.*& seqq. Fabia. in dict. Auth. nouissima, numer.* 110. *Et fuit etiam de mente Seraph. dict. decis.* 1365.*numer.* 13. Probatur autem hæc Sententia.

Primò, quia in parte accrescente concurrunt ea omnia, quæ censentur necessaria ad hoc, vt aliquid in legitima imputari debeat, *secundùm ea, quæ diximus supra nu.*1.Primum enim capitur ex substantia patris, quia supponimus relictam esse rem testatoris. Secundò capitur ex eius iudicio, quia tractamus de iure accrescendi non hæreditario, quod non, nisi inter coniunctos locum habet, *ut ostendimus in* 5.*cap.qu.* 41.*n.*3. quo casu certum est,ius accrescendi ex tacito defuncti iudicio prouenire, *ut demonstrauimus in* 2.*cap.qu.*2.*num.* 47. Tertiò demùm capitur tempore mortis patris, saltem per retrotractionem,quæ in parte accrescente locum habere solet, *ut diximus in q.praeced.nu.*6.

Nec est contrarium, quod huiusmodi retrotractio, quasi quædam fictio non attendatur in legitima; quia ad hoc, in quo tota quæstionis huius difficultas continetur. respondeo distinguendo. † Aut enim retrotractio fit ad finem augendæ 27
legitimæ, vt euenit, cum de illius quantitate computanda, & æstimanda tractatur, Et fateor ad hunc effectum, non attendi retrotractionem, quia talis computatio debet fieri inspecta quantitate bonorum, quæ re vera pater reliquit tempore mortis, non etiam eorum, quæ vi retrotractionis fingitur reliquisse,*ut ostendimus in q.praeced.nu.*11. Aut verò retrotractio fit ad finem legitimæ soluendæ, vt euenit cum de imputatione in eam facienda tractatur, Et est verius, ad hunc effectum debere etiam retrotractionem attendi, quia in legitimam imputantur omnia, quæ filius habuit ex patris iudicio & substantia tempore mortis eius,etiamsi id per retrotractionem fiat. Quod ex eo intelligimus, quia, nisi attenderetur retrotractio, ne ea quidem, quæ iure hæreditario capiuntur, deberent in legitimam imputari, scilicet, quia hæc re vera non acquiruntur filio (nisi suus sit hæres) tempore mortis patris,sed tantùm tempore aditionis, quæ plerumque differtur,& in longum protrahitur †*l.hæredis aditio.*7.*ff.quand.* 28
*dies leg.ced.l.*1.§.1.*ff.de success.ed.*§. *cum igitur inst. de bon. poss.* Sed,quia,quandocunque fiat aditio, semper retrotrahitur ad tempus mortis † *l heres quandocunque.*54.*ff de acq. hæred.l.si* 29
ex re 28.§.*fi.ff.de stip.seru.l. omnia ferè.* 154. *ff. de reg.iur.* ideò virtute huius retrotractionis dicimus, filium ea, quæ consequitur iure hæreditario,capere tempore mortis patris, & per consequentias debere ea in legitimam imputare,*ut mox ostendemus*. Et simili ratione,si ad imputationis effectum non attenderetur retrotractio, ne pars quidem legati principalis deberet in legitimam imputari, quia legata,etiamsi purè relinquantur, non tamen verè acquiruntur legatario ex die mortis testatoris,sed tantùm ex die aditæ hæreditatis, †*ut probant* 30
*loci,quos adduximus in q.praeced.nu.*2. sed,quia talis acquisitio secuta hæreditatis aditione retrotrahitur ad tempus mortis, *ut dictum est*,ideò virtute huius retrotractionis,& sic fictè dicimus etiam legata capi,siue acquiri tempore mortis, † *ut in* 31
*specie declarant gl.in l.si tibi homo.*88.§.*cum seruus, in verb.adita hæreditatis,vers.Sed proprio & ibi Bart.n.*1.*ff.de legat.*1.*Cast. in l omnia.*7.*n.*4 *ff.si cert.pet. Ias.in l.seruo legato* 72.*num* 2.*ff.de leg.* 1. & per consequentias debere in legitimam imputari, *ut infra demonstrabimus*. Omnimodo igitur verum est sufficere, rem etiam per retrotractionem haberi tempore mortis eius de cuius bonis agitur,vt in legitimam imputari debeat.

Nec obscura est diuersitatis ratio inter eam speciem,in qua de computanda legitimæ quantitate,& eam, in qua de rebus in legitimam imputandis agitur: nam † illa refertur ad obli- 32
gationem inducendam, siuè augendam,nempè ad stringendum partem,vt maiorem filio quantitatem relinquat, quam sit ea, quæ inspecto tempore mortis erat relinquenda, quæ res, tamquàm impugnans testandi, & disponendi libertatem, censetur odiosa † *l.*1.*C.de Sacros. Eccles.l pactum quod* 33
*dotali.*15.*C.de pact.l.cum duobus,*52 *alias l.si fratres.*53.§.*idem respondit ff.pro soc.* & per consequentias debet restringi, non autem ampliari, & extendi, vltra, quam sit lege definitum, † *ut in specie tradiderunt Cast.in l.in quantitate.*73.*in prin.vers.* 34
*Sed circa hoc ff ad l.Falc. Alex.in l.in ratione.*30.*in prin.num.*6. *versic.Postea operis ff eod.& Pereg. d.art.*36 *nu.*22. Cum igitur legis,quæ morientibus imposuit legitimæ relinquendæ necessitatem, ita sit eius quantitas definita, vt sit quota eorum bonorum, quæ paterfamilias habuit tempore mortis † *l.cum* 35
quæritur. 6. *Cod. de inoff testam l.fin.ff.si quid in fraud. patr.& diximus etiam in quæst.praeced.num.* Consequens est, vt ad ea, quæ posteà obueniunt, non sit talis necessitas, siuè patris obligatio trahenda, † *ut considerat Pereg.d.art.*36.*nu.* 36
23.& per consequentias, vt, si paterfamilias relinquat filio quotam eius substantiæ, quam tempore mortis habuit, censeatur obligationi suæ satisfecisse,non habita ratione eorum, quæ posteà obueniunt, etiamsi talia sint, vt per retrotractionem fingantur in eius bonis fuisse tempore mortis; quia talis retrotractio non debet in proposita specie attendi,vtpotè, in qua tractatur de inducenda, siuè agenda patris obligatione, quæ strictam debet interpretationem recipere, *ut supra dictum est*. Denique non debet fieri in præiudicium tertij † *ut scribunt Bart. in l.si in debitum*, 16 §. *si* 37

procurator, & in l.bonorum.24.nu.2.versic.Aut est persona, ff. rem rat.hab.Curt.Iun.consil 74 nu.9 & consil.76.num 6.Crau. cons.675.nu.3.Menoch.consil. 858. num.2. nempè patris, cuius obligatio augeretur vltra, quam sit ex legis definitione inducta, secundùm ea, quæ supra diximus. At ea species, in qua de rebus in legitimam imputandis agitur, non ad obligationem inducendam, sed ad eam soluendam, & extinguendam refer-
38 tur, quæ res, vt est fauorabilis † l.Arrianus 46. ff. de act. &
39 oblig. ita & interpretatione adiuuanda † secundum regulam l. cum quidam 19 ff.delib.& posth. Quo fit, vt satis sit patri tantùm ex ijs bonis, quæ re vera tempore mortis habuit, filio reliquisse, quanta est pars lege definita, vt obligationi suæ satisfecisse intelligatur, licèt non statim, sed post aliquod temporis interuallum ad filium peruenerit, dummodo retrofingatur iam vsque ab initio peruenisse: Nihil enim ex hoc detrimenti sentit filius, quippè, qui re vera consequitur integram legitimam omnium bonorum, quæ pater habuit tempore mortis, secundùm id, quod lex fieri voluit.

Secundò verò probatur hæc Sententia, quia in legitimam imputantur omnia, quæ capiuntur, aut iure hæreditario, aut iure legati, vel fideicommissi aut iure donationis causa mor-
40 tis † l.omnimodo.30.in prin.versic.Et hæc quidem l scimus 36.in prin.Cod.de inoff.test.§.vlt inst.eod. Sed pars accrescens, aut iure hæreditario capitur, aut iure legati, vel fideicommissi, aut
41 iure donationis causa mortis, † scillicèt, quia capitur ex eadem causa, & eodem iure, quo capitur portio principalis; puta ex eadem institutione, vel legato, ut diximus in hoc c.q. 45.nu.1. Et in his terminis considerant Bald. in d l.scimus 36 in prin.n.7. Alex.in d.l in quartã,n.20.vers. Et per hoc etiã Fabra in d. Auth.nouissima n.110. Debet igitur in legitimã imputari.

Tertiò, quia, quæ in Falcidiam imputantur, multò magis debent imputari in legitimam, vtpotè in quam multò plura
42 imputantur, quam in Falcidiam: † nam in legitimam imputantur legata fideicommissa, & donationes causa mortis ut dictum est, quę tamen nõ imputantur in Falcidiam d.l.in quartam.90 ff ad l Falc. Denique in legitimam imputatur dos filiæ data l.quoniam nouell'a.29.C.de inoff.test quæ tamen extra Falcidiæ quartam est l pater filiam.14 ff.ad l.Falc. Sed ea, quę iure accrescendi capiuntur, in Falcidiam imputantur, ut ostendimus in hoc cap q.45.num 71.& seqq. Ergo multò magis debent imputari in legitimam.

Quartò, quia portio accrescens sumit naturam portionis principalis, & eodem cum illa censetur iure, vt diximus in hoc ipso cap.qu.43.num.1.& 3. Sed portio principalis haud dubiè imputatur in legitimam, ut patet ex locis allegatis supra num 40. Ergo, & portio accrescens.

Quintò, quia vna, atque eadem res non debet diuerso iure
43 censeri † l.1.vers.Nec ratio ff.de rer perm l.eum, qui ædes, 23.in fi.ff.de vsucap Sed portio accrescens, & portio principalis sunt vna, & eadem res, cum virtute iuris accrescendi ita fiat vnio, vt vnum totum, puta vnus fundus constituatur, ut diximus in hoc cap q.44.nu.4. Ergo quemadmodum portio principalis imputatur in legitimam, ita etiam debet imputari portio accrescens.

Neque obstant contraria: nam ad primùm respondeo dupliciter. & Primò, quod ibi dicitur de iure accrescendi esse restringendum ad eam speciem accretionis, quæ ibi subijcitur, nempè ad eam, quæ fit per consolidationem vsusfructus cùm
44 proprietate, vt patet ex illis verbis, vt puta vsusfructus † Et in specie declarant ibi gl.in verb.accrescendi & Bald.nu 7.Ang.in d l.in quartam, num.3 versic.Ego intelligo, Alex consil. 179. num.4 vol.5 Corn.consil.106.num 22.vol.2. Fabra in d. Auth. nouissima, num.110.Seraph.d.decis.1365.num. 12. Nam hoc casu ideo non fit imputatio, quia vsusfructus non acquiritur filio ex iudicio patris, sed casu, ut ibi Seraph.ait. Sed hæc acquisitio non fit propriè per ius accrescendi, ut diximus in primo cap.q.1.num.20. quia, cùm proprietarius, & vsufructuarius non sint coniuncti, nec eodem, sed diuerso succedant iure, Consequens est, vt inter eos ius accrescendi considerari nequeat, vt diximus in 5 cap.q.10.nu.3.& q.21.num.1. Cæterum, si fieret per ius accrescendi, verius esset, debere id, quod obuenit, in legitimam imputari, ex ijs quæ supra diximus.

Nec obstat, quod id, quod ibi dicitur de vsufructu, ponatur exempli gratia, vt patet ex illa dictióne, vt puta, quæ stat
45 exemplificatiuè † l iurisgentium, 7.§.quinimò, vers.vt puta. ff. de pact l planè 34.§.si coniunctim, ff. de leg.primo ideoque non debeat restringere regulam, † vt in proposito considerant Bald. 46
in d.l scimus.36.in prin.num.7 & Imol.in d.l.in quartam, nu.6. versic.sed forte, quia respondeo, dictionem illam plerunque poni demonstratiuè, † vt in d l iurisgentium. 7.§.quinimò, in 47
prin.ff.de pact.& l cum Prætor 12.§.is quoque ff.de iudic. Et ita poni in d.l.scimus.36.in princ. versic.Repletionem, vt declarat Polit.in d.l.filium, quem.24.nu.129.C fam.ercisc. Deinde verò, dato, quo stet exemplificatiuè, constat, exempla, licet non restringant regulam, declarare tamen, in quibus terminis procedat, † vt est doctor.gl.in l 2.in verb.ob aliud ff.ne priuat. 48
del.& scribunt. Paul.Orian in l.1.in prin.num. 35. versic.in proposito, ff.de off.eius, cui mand. est iurisd.Polit.in d.l.re coniunctis, num.31.Cagn.in l.1.num.12.ff de iurisd. & hac ratione demonstrare, quod ibi dicitur de iure accrescendi, non esse intelligendum de eo, per quod pars parti accedit, sed tantùm de eo, per quod totum toti acquiritur, quia exemplum, quod ibi subijcitur, illius est, non huius generis.

Secundò respondeo ibi tractari de iure accrescendi, quod
capitur extra substantiã patris, † vt patet ex illis verbis, ex ipsa 49
substantia patris, & non si quid ex alijs causis (idest extra patris substantiam) filius lucratus est, vel ex substitutione, vel ex iure accrescendi declarat Alcia.in d l.in quartam nu.35.subijcitur, Cuius exempla duo sunt, Primùm, cum pater, qui habebat solam proprietatem, eam legauit filio, & postea ei accreuit vsusfructus; nam tunc is non imputatur in legitimam, quia capitur extra substantiam patris, cum in eius patrimonio nunquam fuerit, Et ita d.vers.repletionem esse intelligendum Alcia.ibi, & alij plerique censuerunt. Secundum verò exemplum est, cum pater legauit filio rem sibi coniunctim cum alio reluctam: nam si post mortem patris collegatarius deficiat, & eius portio accrescat filio (transit enim ius accrescendi etiam in legatarium, seu singularem successorem, ut diximus in 7.cap.q.67.num.14.) non imputabitur ei in legitimam, quia non capitur ex substantia patris, sed extra, cum re vera pars illa non fuerit in patrimonio patris tempore, quo decessit, ut diximus in q.præced.n.11. Ita docet Alcia.ibi.)

Ad secundùm verò responsio patet ex ijs, quæ diximus in primo fundamento, vbi demonstrauimus ad imputationis effectum sufficere, si res capiatur tempore mortis per retrotractionem, & respondimus ad contraria, vt proinde non sit necesse hic iterum ea referre, quæ ibi commemorauimus.

Ad tertium respondeo, negando, partem, quam filius consequitur iure accrescendi, ad eum casu, non iudicio testatoris peruenire, quia, cum ei obueniat iure coniunctionis, Consequens est, vt ex patris iudicio saltem tacito prouenire intelligatur, ut ostendimus in 2.cap.q 2.nu.50.

Ad quartum respondeo maiorem non esse indistinctè veram sed recipere variorum casuum distinctionem: Aut enim tractamus de substitutione facta in bonis alienis, vt euenit in substitutione pupillari, quæ fit in bonis, & hæreditate pupilli,
cui per eam succeditur † §.1.inst.de pupill.l.si ita scriptũ 8.§.qui 50
filio, ff.de bon poss.sec.tab.l pater filio.54.ff.de hær inst.l.2.§ prius, vers.Constat.l si is, qui ex bonis 6.l.sed si plures 10.§.ad substitutos l.si filius, qui patri.12.& l.ex duobus. 34.ff.de vulg l.filius, qui se paterna 41.& l.si pupillus paterna.42.versic. Impugnat, ff de acq.hered.l precibus.8.versic. Si verò, C de impub. & al. subst. Et fateor ea, quæ per huiusmodi substitutionem filio,
obueniunt, non imputari in legitimam, † vt rectè scripserunt 51
Pic.in d.l in quartam, nu.203.& 265.& ibi Alcia.num.33.Rip. num.217.Bereng cap.3 num 65.117.& Fumagio.num. 365.& 38.Alex.d consil.179.num.4.vol 5.Polit.in d.l.filium, quem, num.129.Crass.in §.legitima qu.20.numer.2.Pereg de fideic.d. art.36.num.104.112 & 115. quia non capiuntur ex substan-
tia patris sed extra. Et ita intelligenda sunt † illa versic.Re- 52
pletionem, verba, vel ex substitutione, vt scilicet procedant in ea substitutione, per quam filius consequitur lucrum, non ex substantia patris, sed aliunde, vt verba sequentia cum præcedentibus respondeant, sicuti rectè Pic.Bereng.Fumag.Polit.in supra allegatis locis tradiderunt. Aut verò tractamus de substitutione facta in bonis testatoris, Et tunc, si quidem sit facta heredi instituto, verius, & receptius est, quod ex ea percipitur, debere in legitimam imputari, siuè substitutio sit vulgaris, siuè fideicommissaria, quia capitur ex substantia, & prouisione patris, & statim, siuè ab initio, cum pro quantitate

legi-

legitimæ reijciatur conditio, in quam collata est substitutio-
53 nis conditio, † *l. quoniam in prioribus*, 32. *& d l. scimus. 36. §. cum autem C. de inoff. test. Ita scripserunt Bart in d. l. in quartã, num 14 & ibi Ang num. 3. Pic. nu. 264 vbi ait, hanc conclusionem esse communiter receptam, Bereng. cap. 3. num. 115. & seq. Alcia. nu 35. Soc. Iun nu. 148 Ripa. num. 117. & seq Idem Bart. cons. 34. nu. 4 lib. 1. Alex. d. cons. 179. nu. 4 uol 5 vbi testatur hanc esse communem, Ias. in d. l scimus. 36 in prin. nu 10. Pereg. d art. 56. nu.* 118. Quod tamen intelligo, si vulgaris, vel fideicommissaria sit facta hæredi extraneo, vtpotè in cuius præiudicium conditio reijcitur *d l. scimus. 36. §. cum autem*. Cęterum, si sit facta filio instituto, qui non repudiet, verius est, non imputari pro portione, quam is esset ab intestato habiturus
54 scilicet, quia pro ea non reijcitur conditio. † At, si in maiore parte, quam esset ab intestato habiturus, aut etiam in tota hæreditate institutus sit, idem de eo, quod de extraneo erit dicendum, quia respectu eius, quod excedit portionem ab intestato contingentem, reijcitur conditio pro quantitate legitimæ alteri filio, eidemque substituto debitæ, ideòque,
55 quod ex ea capietur, imputabitur in legitimam. † Planè, si filius, qui in portione sibi ab intestato contingente institutus est, eam repudiet, an ea debeat alteri filio, qui virtute substitutionis eam consecutus est, in legitimam imputari, quæri potest. Et Baldus quidem *in d. l. scimus 36 in prin. nu. 6. quem probarunt Fabia in d. Auth. nouissima, num 111. Rip. in d. l. in quartam, num. 218. & Pereg d artic. 36. num. 116.* videtur
56 sensisse, † non debere imputari, quia, cum initio non potuerit reijci conditio, statim debuit ex reliqua patris substantia suppleri legitima, quippè quæ dilationem non patitur, & ideò, licet postea venerit conditio substitutionis, non tamen poterit fieri compensatio cum legitima, quæ iam fuit exacta. Sed
57 Baldus accipiendus est † de filio substituto fratri per fideicommissariam, cuius conditio postea sit purificata, in quibus terminis vera est eius doctrina. Cœterum, si per vulgarem substitutionem, aut etiam per fideicommissariam, quæ filio repudiante in vulgarem resoluitur, substitutus sit, verius erit,
58 quod ex ea capitur, debere in legitimam imputari † *ex ijs, quæ de substitutione facta legatario dicemus infra nu. seq.*

At, si non hæredi instituto, sed legatario, aut fideicommissario facta sit substitutio, tunc refert, vtrum legatarius, vel fideicommissarius repudiet relictum, nec ne: Nam, si repudiet, verius & receptius est, debere etiam id, quod per hu-
59 iusmodi substitutionem capitur in legitimam imputari, † *vti videre est apud Ang. in d. l. quartam, nu. 3, vers. Ego intelligo & ibi Bereng. cap. 3. n. 118. & Soc. Iun. nu. 147. qui testatur ita communiter teneri, & Polit in d. l filium, quem, num* 128. quia capitur ex substantia, & iudicio patris, & statim, siuè ab initio, saltem ope retrotractionis, cum secuta repudiatione perinde
60 fit, ac, si res illa nunquam fuisset extraneo relicta † *l nec interest 51 l id autem 75 in fin. ff. ad l. Falc. l. nam sicut. 36. ff. ad l.*
61 *Aquil.* & retrofingatur illius fuisse, ad quem pertinet † *l proinde. 8. ff si cert pet. l. quadam. 16. ff. de reb. dub. l. seruum filij. 46. §. 1. ff. de leg primo*, quæ res sufficit, ad hoc, vt res in legitimam imputari debeat, *ut ostendimus supra nu* 1. Si verò non repu-
62 diet, tunc veriorem esse puto sententiam existimantium, non debere in legitimam imputari † *quæ fuit opinio gl. in d. l. scimus 36. in prin. vers. repletionem in verb. ex substitutione, & ibi Castr. nu. 12. Ias. nu. 10. Bart in d. l. in quartam, nu. 14. & ibi Pic n. 266. Rip. nu. 217. Alcia. nu. 35. Bart. d. cons. 34 n. 4. lib. 1. Pereg. d atr.*
63 *36 nu.* 117. quia † non, vt in odium hæredis, ita & in odium legatarij, cui facta est substitutio, conditio reijcitur, propterea, quod non, vt hæres, ita & legatarius legitimam supplere debet, *ut declarant Alcia. in d. l. in quartam nu.* 35. *& ibi Fumag nu. 382. vers. aut verò,* Et, licet pro tali supplemento possit filius, etiam contra legatarios agere, hoc tamen verùm est subsidium, vbi scilicet de bonis hæreditarijs non potest commodè legitima suppleri: Aliàs regulariter non est legatarijs inferenda molestia, *ut tradunt omnes in d. l. in quartam*.

64 Ad quintum denique respondeo distinguendo, † aut consideramus personam patris, qui debet legitimam, & hoc respectu computationis quæstio censetur odiosa, Imputationis verò fauorabilis, quia in illa tractatur de obligatione inducenda, siuè augenda, quæ res & odiosa est, & strictè intelligenda; In hac verò tractatur de obligatione tollenda, & extinguenda, quæ res, tamquam fauorabilis debet latam interpretationem, *secundum ea, quæ diximus in primo fundamento*. Aut verò consideramus personam filij, cui debetur legitima, Et hoc respectu censetur fauorabilis legitima, quatenus tractatur de ea conseruanda, & consequenda intra quantitatem lege definitam, idest, intra quantitatem eorum bonorum, quæ pater reliquit tempore mortis. Cęterum, quoties tractatur de ea amplianda vltra prędictam quantitatem, licet res videatur filio fauorabilis, non tamen hìc fauor debet attendi, quia vergeret in detrimentum patris cuius obligatio augeretur supra id, quod lege definitum est, vt generaliter diximus de omnibus speciebus, in quibus agitur de augenda obligatione supra quam ferant verba promissionis: nam, licet tale augmentum redundet in vtilitatem creditoris, non tamen eius est habenda ratio, ne durior, & maior fiat debitoris obligatio *l. quicquid adstringendæ*, 99. *& ibi not. omnes, ff. de verb. oblig.*

Sextus, & vltimus casus est, quando tractamus de iure accrescendi in legato rei alienæ, Et in hoc casu, licet plerique censuerint, cessare imputationem eo, quod legitima debet capi de substantia paterna, † *vti videre est apud Alex. in d. l. in quartam, nu. 20. vers. Et per hac. & ibi Bereng cap. 3. nu. 18. Et est de mente Ang. ibi, nu. 3. versic Ego intelligo*, Ego tamen idem 65
in hac specie, quod in superiore statuendum censeo, quia legatum rei alienæ effectu capitur de substantia testatoris, † *ut* 66
in his terminis considerant Polit. in d. l. filium quem, nu. 126. Soc. Iun in d. l. in quartam, nu. 112 & ibi Fumag. nu. 366. vers. Sed absit, Crass in § legitima quæst. 20 n. 4. cum hæres teneatur, vel redimere rem, & eam præstare, vel soluere æstimationem *§ non solum inst. de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Portio accrescit cum ijsdem qualitatibus, & conditionibus, quibus censetur portio principalis.*
2 *Portio accrescens est eiusdem qualitatis, & conditionis, cuius est & portio principalis.*
3 *Portio accrescens est eiusdem rationis, conditionis, & prærogatiue, cuius est portio principalis.*
4 *Remedia, quæ competunt pro parte principali, competunt etiam pro parte accrescente & num. seqq.*
5 *Interdictum, quorum bonorum, competit etiam pro parte accrescente.*
6 *Interdictum quorum bonorum competit, etiam hæredi particulari, cui tota hæreditas accreuit.*
7 *Interdictum, quorum legatorum, competit etiam pro parte accrescente.*
8 *Cautio legatorum, seu fideicommissorum nomine præstanda est etiam pro parte accrescente.*
9 *Fideiussor datus pro parte principali censetur etiam datus pro parte accrescente. & num. 10. & 11.*
12 *Missio in possessionem, quæ pro parte principali est facienda, debet etiam fieri pro parte accrescente.*
13 *Missio in possessionem facta pro parte principali non censetur facta pro parte accrescente & cur, nu. 14.*
15 *Decretum debet etiam interponi super parte accrescente.*
16 *Decretum interpositum super parte principali censetur etiam interpositum super parte accrescente, Declara, ut num. 17.*
18 *Feudo antiquo quod accrescit, sortitur & ipsum naturam feudi antiqui.*
19 *Conditio adiecta in parte principali censetur etiam in parte accrescente repetita.*
20 *Conditio viduitatis iniuncta vxori in vsufructu instituta, censetur etiam repetita respectu totius hæreditatis, quæ illi accreuit.*
21 *Onus impositum parti principali censetur etiam impositum parti accrescenti.*
22 *Prohibitus alienare partem suam censetur etiam prohibitus alienare partem accrescentem, & cur nu. 24.*
23 *Prohibitus alienare partem suam non censetur prohibitus alienare partem, quam à socijs redemit, & cur num. 24.*
25 *Grauatus restituere partem suam censetur etiam grauatus restituere partem accrescentem.*
26 *Fideicommissi in restitutionem venit, etiam id, quod grauatus est consecutus per ius accrescendi, & cur, n. 28. Amplia vt nu. 30. & seqq. Declara, vt nu. 29. & 56.*

27 *Fideicommissi in restitutionem venit, etiam id, quod grauatus est consecutus per vulgarem substitutionem.*

38 *Fideicommissi in restitutionem an veniat hereditas, quæ accreuit instituto in re certa, & grauato, & num 39.*

40 *Priuilegium, seu prærogatiua, quæ competit pro parte principali, competit etiam pro parte accrescente.*

41 *Legitimæ onus impositum, vt reijcitur de parte principali ita etiam reijcitur de parte accrescente.*

42 *Legitima, si repudietur, & transeat in substitutum, vel coheredem, onus illi impositum non reijcitur.*

43 *Legitima à filio repudiata transit in substitutum, vel cohæredem cum onere imposito & cur, nu.46. Declara ut n.45. & seqq. & num.52 & seqq.*

44 *Argumentum à legitima patroni ad legitimam filij valet.*

47 *Repudiatio operatur, vt res maneat in hæreditate.*

48 *Repudiatio operatur, vt res ab herede capiatur iure hereditario.*

49 *Legitima mutatione personæ amittit nomen, & priuilegium legitimæ.*

50 *Mutatione personæ mutatur etiam rei qualitas, & priuilegium.*

51 *Priuilegium concessum personæ ad alios non transfertur.*

55 *Legitima pars accrescens venit in restitutionem fideicommissi; Sed contra num.57 & cur num.58.*

59 *Legitimam & Trebellianicam detrahere potest filius; etiã de parte accrescente & cur num.60.*

61 *Trebellianica etiam prohibita extraneo detrahi potest à filio, cui portio extranei accreuit & cur, num.62.*

62 *Trebellianicæ prohibitio non extenditur de persona ad personam.*

63 *Alienandi permissio facta heredi instituto, & grauato in parte principali censetur etiã facta in parte accrescente.*

64 *Testatori non es, qui deficit succeditur per ius accrescendi, & cur num.66.*

65 *Substitutionem per vulgarem succeditur testatori.*

67 *Transmissio hæreditatis paternæ, aut maternæ fit à filio etiam cum qualitate exclusionis fœminarum ex vi statuti, & cur num.68.*

An portio accrescat cum ijsdem iuribus, qualitatibus, & conditionibus, quibus portio principalis.

QVÆSTIO XLIX.

QVintus effectus est, vt portio accrescens censeatur eodem iure, quo portio principalis, *vt diximus in hoc cap. q.43. num.4.* & easdem, quas illa recipiat qualitates, & conditiones. Quamobrem dicimus partem accrescere cum ijsdẽ
1 qualitatibus, & conditionibus, † *vt videre est apud Ias. in l. si mihi, & tibi 12 in princ. num.9 ff. de legat.1. Bologn. consil.17. num.16. Pereg. cons.155 num.18. vol.5.* seu eiusdem esse qua-
2 litatis, & conditionis, † *vt de qualitate videre est apud Dec. in l. vn. in 1. lect. num.11 & ibi Cagn. n.40. C quand non pet part. De conditione vero apud eundem ibi num.5. vers. Postremo, & Cagn. in rubr. C. eodem, n.14. vers. Sed, cum ius* Denique eius-
3 dem esse rationis, conditionis, & prærogatiuæ, † cuius est & portio principalis; *Ita enim scripserunt Bald. in d. l. vn. nu.18. vers. Ex hoc apparet & ibi Purp. n.21 vers. Et ideò. Cod. quand. non pet part. Gul. de Montser in tract. de success. Reg. in 1. dub. n.9. Peregr. d. cons.155. n.18. vol.5.* Vndè infertur.

Primo, remedia, quæ competunt pro parte principali,
4 competere etiam pro parte accrescente. † Cuius rei multa possunt exempla afferri.

Primum in remedio *l. vlt. C. de ed. Diu. Hadr. toll.* quod heredi scripto non solum pro parte principali competit, sed etiam pro parte accrescente, *vt ostendimus in hoc cap. qu.45. num.10.* adeò, vt competat etiam hæredi particulari, cui tota hæreditas accreuit, *vt diximus ibi num.11.*

Secundum exemplum sit in interdicto quorum bonorum, quod, vt pro parte principali, ita & pro parte accre-
5 scente dari certum est, † adeo, vt detur etiam heredi particu-
6 lari, cui tota hæc hæreditas accreuit, † *vt in specie docuit Menoch. de adisp. poss. rem.1 n.38.*

Tertium sit exemplum in interdicto, quorum legatorum,
quod etiã pro parte accrescente dari † supponit Paulus *in l.2.* 7
in princ. ff. quor. legat. & explicitè scribit ibi gl. in verb. in totum.

Quartum exemplum afferri potest in cautione, quã Prætor legatorum, seu fideicommissorum nomine vult præstari *l.1. in princ. ff. vt leg. nom. caue.* nam, vt pro parte principali
cauere debet hæres, ita, & pro parte accrescente, † Quinimò, 8
si pro illa cauerit, censetur etiam pro hac cautionẽ præstitisse. Hoc enim est, quod dicimus, fideiussorem datum pro parte
principali censeri etiam datum pro parte accrescente † *l. pen.* 9
ff. vt leg. nom. cau. l.2. in princ. ff. quib. leg. & scribunt Dec. in l. edita 3 num.26. C. de edend. Alciat. in d. l. re coniuncti. num.60. & ibi Crott. num.113. Duar. lib.2. de iur. accr. cap.4. Menoch. de adipisc. poss. remed.2. n.95. Peregr. de fideicom. art.8. n.4. & cons.109. n.16. vol.3. cons.155. num.18. vol.5. siue ex parte cauentis accretio fiat, siue ex parte legatarij, cui præstita fuit cautio: Nam, si ex duobus hæredibus institutis, & grauatis vnus legati nomine satisdederit, deinde pars alterius cohæredis ei accreuerit, fideiussores ab eo dati, non solum tenebuntur pro
parte principali, sed etiam pro parte accrescente † *d. l. pen. ff.* 10
vt leg. nom. cau. Et simili modo, si mihi, & Titio fundus legatus sit, & hæres mihi satisdederit, deinde Titij portio mihi accreuerit fideiussores ab hærede dati tenebuntur, etiam pro parte accrescente, quoniam etiam pro hac fideiussisse intelli-
guntur † *d. l.2. in princ. ff. quor. legat.* 11

Quintum exemplum sit in missione in possessionem, quę propter non præstitam cautionem fit *l. is, cui 5. in prin. ff. vt in poss. leg.* nam, vt pro parte principali debet legatarius, aut fideicommissarius in possessionem mitti, si ei non caueatur,
ita & pro parte accrescente. † Sanè, si pro principali facta 12
sit, an etiam pro accrescente facta intelligatur, ita, vt noua missione non sit opus, dubitari potest. Sed est verius, ac receptius, non censeri. & esse necessariam nouam missionem.
† *Ita enim scripserunt Bald. in d. l. vn. num.3. & ibi Ias. num.15.* 13
Sap n.50. Purp n.31. C. quand. non pet part. Pereg. de fideic. art.
48. n.78. quia † ius accrescendi, licet operetur ipso iure, quoad 14
ea, quæ sunt iuris, non tamen idem operatur, quoad ea, quæ sunt facti, cuiusmodi est possessionis apprehensio, *vt diximus in 8. cap. q.1. num.41. & q.5. num.58.*

Sextum exemplum sit in decreto, quod etiam super parte
accrescente debet interponi. † Sed, si iam fuerit super princi- 15
pali interpositum, non erit respectu partis accrescentis noua interpositio necessaria, quia decretum super parte principali interpositum censetur etiã interpositũ super accrescente,
& ad eam trahitur, † *vt scripserunt Bald. in dict. l. vn. in 4. not.* 16
& ibi Ias. n.16. Dec. in 1. lect. nu.61. & in 2. nu.31. Pic. nu.6. Seb. Sap. n.15. Purp. nu.20. Cagn. nu.13.14 & 42. Gozad. nu.12.13. & 15. C quand. non pet part. Bertach. in tract. de gabell. part.1.
nu.45. Quod vtique accipiendum est, † quatenus decretum 17
respicit ea, quæ iuris sunt, non etiam, quatenus ea, quæ facti, *vt declarat Purp. in d. l. vn. num.31.* Nam, quoad hæc decretum præcedens nihil operatur, vt patet ex decreto missionis in possessionem, *de qua supra diximus.*

Septimum sit exemplum in actionibus pro parte principali competentibus: Nam quemadmodum pro parte principali datur hæredi, vel legatario actio realis *l. si ager 51. ff de rei vind. l.1. C. comm. de leg.* ita & pro parte accrescẽte. Quamobrem, & hæc vindicari dicitur *in l. si seruo meo 104. in prin. ff. de legat.1. l. si separatim 30. ff. de cond. & dem. l.1. §. si cohæredis. ff. ad l. Falcid. l. si Titio 39. §.1. ff. de vsufr. l. si duobus 16. §. fin. ff. de legat.1. l. cum patronus 28. ff. de legat.2. & in l. si in testamento 5. ff. de vulgar.* secundum communem intellectum, licet nos aliter eum locum interpretati simus *in 2. capit. qu.1. num.23. & in cap.7. q.25. n.27.* scilicet, quia, vt partis principalis dominium ipso iure transit in hæredem, vel legatarium, aut fideicommissarium, vt de hærede constat *ex l. hæres 37. ff. de acq. hæred. De legatario verò ex l. legatum 82. ff. de legat.2.* Ita etiam ipso iure transit dominium partis accrescentis, *l. si dominus 17. §.1. & l. quia retro. 35. ff. ad l. Aquil.* Quamobrem *in l. cætera 43. si duobus de leg.1.* Coniunctus dicitur simpliciter Dominus rei legatæ, & sic totius rei, non partis relictæ, scilicet, quia rei appellatione tota res non pars intelligitur, *vt diximus in 5. cap. q.5. num.8.* Et ita etiam accipi possunt, qui simpliciter scribunt substitutionem coniunctam cum iure accrescendi transmitti ad heredẽ non specificantes vulgarem, aut pupillarem, aut fideicommissariam, vt spes substitu-
tionis

tionis vulgaris non transmittitur, *l. qui plures. 24. de vulg. l. si pluribus. 9. vers. Alia ff. de suis, & leg.* Nam ex his verbis apparet substitutionem etiamsi sit coniuncta cum iure accrescendi, non tamen transmitti. Itaque, licet loquatur de substitutione coniuncta cum iure accrescendi, scilicet, quia in eius specie fuerit cohæres cohæredi substitutus, negat tamen substitutionem transmitti ad hæredes, si prius quam cohæres deficiat moriatur substitutus.

Secundò infertur, partem accrescentem habere eandem naturam, quam habet portio principalis, *ut patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap. q. 43. nu. 1. & seqq.* Quamobrem dicimus, id, quod feudo antiquo accrescit, sortiri & ipsum naturam
18 feudi antiqui, † *uti uidere est apud Rosental. de feud. cap. 2. concl. 24. num. 6.*

Tertiò infertur, conditionem adiectam parti principali,
19 censeri quoque in eo, quod accrescit, repetitam, † scilicet, quia portio accrescit cum omnibus qualitatibus & conditionibus portionis principalis, *ut diximus supra nu. 1.* Vndè, si maritus, qui vxorem in vsufructu instituit viduitatis ei conditionem indixerit, censebitur illa conditio, etiam respectu hære
20 ditatis, quæ posteà accreuit, repetita, † *ut rectè censuit Pereg. consil. 155. nu 18 vol. 5.*

Quartò infertur, onus impositum parti principali censeri
21 quoque impositum parti accrescenti. † Quamobrem prohibitus alienare partem suam censetur quoque prohibitus alie
22 nare partem accrescentem. † *Ita enim scripserunt Bald. in l. si in testamento. 5. uers. sic in text. ibi per legem, & ibi Imol. & Alex. nu. 3. Ias. nu. 3 ff. de vulg. ubi referunt, ita fuisse iudicatum Florentiæ. Idem scripserunt Alex. in l. si mihi, & tibi. 12. in prin. nu. 2. & ibi Ias. nu. 8. Soc. Sen. nu. 1. ff. de leg. 1. Ias. in d. l. re coniuncti, nu. 3. & ibi Crott. num. 149 Ias. in l. filiusfam. 117. §. Diui 2 in 2 lect. nu. 70 ff. de leg. 1 Barba. in addit. ad Bart. in l. si mihi, & tibi. 12. in prin. in verb. ius accrescendi ff. de leg. 1. Rum. consil. 120. nu. 6. uol. 2. Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. nu 5. Brun. in tract. de augm. concl. 5. nu. 16. & 25. Io Gut. in d. l. vn. num. 53. 54. & 57. in fin. C. quand. non pet. part. ubi testatur hanc esse communem, Bologn. cons. 17. nu. 12. 15. & 16. Decian. consil. 52. num. 60. vol. 1. Mantic. de coniect. ult. uol lib. 10. tit. 3. nu. 17. Pereg. consil. 155. nu. 18. uol. 5. Quamquam contrarium, & male censuerit Vaud. lib. 1. qu. iur. cap. 43. num. 1.* Nec est contrarium, quod prohibitus alienare partem suam non censetur prohibitus alienare par
23 tem, quam à socijs redimit † *l. pater filium 36. §. quindecim ff. de leg. 3.* quia alia est partis redemptæ, alia partis accrescen
24 tis ratio: Nam † illam consequitur grauatus ex proprio contractu, hanc verò ex testamento, & eadem causa, qua consequitur partem principalem, *ut diximus in hoc cap. q. 45. nu. 1.* Vndè, quia prohibitio, tamquàm testamento facta ad ea tantùm pertinet, quæ grauatus ex eodem testamento consequitur, ideò fit, vt pars accrescens, non etiam pars redempta prohibitionis oneri subijciatur. *Ita enim declarant Alex. in d. l. si in testamento. 5. nu. 3. & ibi Ias. nu. 3 ff. de vulg. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 17.* Qua ratione dicimus etiam grauatum restituere partem suam censeri quoque grauatum restituere partem
25 accrescentem, † *vti videre est apud Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. nu. 5. vers. Circa, Io. Gut. in l. vn. nu. 57. C. eod. Et est de mente omnium, quos num. seq. referemus,* Et in fideicommissi restitutionem venire etiam id, quod quis consequitur per ius
26 accrescendi. † *Ita enim docuerunt Bart. in l. 3. §. quidam liberis n 7 & ibi Imol. vers. Item, quid de eo ff. ad Trebell. Bart. in l. Papinianus. 43. in prin. vers. Et hoc, & ibi Castr. & Alex. num. 1. ff. eod. Ang. in l. cum virum. 16. num. 1 C. de fideicomm. Alex. in l. planè 34. §. si duobus nu. 5. vers. Aduerte, & ibi Ias. nu. 26. in fi. ff. de leg. 1. Curt. Iun. consil. 268. num. 52. vers. Nec præmissa, Rub. Alex. in l. pater filium. 14. nu. 136. ff. de inoff. Gomez. tom. 1. var. resol. cap. 5. nu. 19. Ceph. consil. 259. nu. 50. Mantic. de coniect. ult. uol. lib. 7. tit. 6. nu. 8. Crass. in § legitima qu. 7. nu. 7. vbi testatur de commun. Pereg. de fideicom. art. 8. nu. 4 & cons. 30. nu. 19. consil. 109. nu. 3. uol. 3. & consil. 155. nu. 18. uol. 5. Surd cons. 558. nu. 18. & cons. 529. nu. 20.* Nam, quemadmodum venit id, quod gra
27 uatus consequitur ex substitutione vulgari, † *vt scribũt Bart. in d. l. 3. §. quidam liberis nu. 8. & ibi Imol. vers. Item, quid de eo, ff. ad Treb. Ang. in d. l. cum virum. 16 nu. 1. Cod. de fideicomm. Rum. cons. 94. nu. 9. vol. 2. & cons. 118. nu. 17. uol. 3. Mant. d. lib. 7. tit. 6. n. 7. Pereg. d. art. 8. nu. 1. & cons. 48. nu. 1 uol. 1. d. cons. 30. nu. 19. d. cons. 109. nu. 2. uol. 3.* ita etiam venire debet id, quod consequitur ex iure accrescendi, quippè, quod est tacita quædam vulgaris, *ut diximus in 7. cap. q. 69. nu. Et in his terminis arguunt † Mantic. d. lib. 7. tit. 6. nu. 8 & Surd. d. cons. 5. 9 num. 21.* 28
Vtique autem suppono, partem deficientis accreuisse grauato prius, quam suam portionem restitueret, † *in quibus terminis procedit hæc conclusio, vti videre est apud Castr. in d. l. Papinianus. 43. ff. ad Treb.* nam, si post restitutionem accresceret, 29
non essemus in his terminis, sed in terminis quæstionis, *quam in 7. cap. q 69 proposuimus* an scilicet portio deficiens accrescat grauato, an verò fideicommissario. Adeò autem verum est, huiusmodi portionem in fideicommissi restitutionem venire, vt procedat

Primò, siuè grauatus adierit hæreditatem coactè (quod minus habet dubitationis) siuè etiamsponte: nam vtroque casu debet etiam partem accrescentem restituere, † *vt scripserunt Bart. in d l. 3. §. quidam liberis n. 7. & ibi Imol. vers. Ite. quid de eo, ff. ad Treb. Mantic. lib. 7 tit. 6 n. 8. Pereg. d. art 8. num. 4. Quicquid censuerit Rub. in d l. pater filium. 14. n. 136. ff. de inoff.* 30

Secundò procedit, non solùm, si testator in grauando sit vsus verbis vniuersalibus, puta dixerit, restituas quicquid ad te peruenerit, vel omnia bona mea, vel totam meam hæreditatem, † vel etiam vsus sit oratione indefinita, puta dixerit, 31
restituas hæreditatem, vel bona, † vel simpliciter sicut locutus, puta dixerit, substituo Titium, nulla bonorum, aut re- 32
rum mentione facta, † quibus casibus res dubitationem non 33
habet, sed etiam, si fecerit mentionem de parte, puta dixerit, restituas partem tuam, vel partem, in qua te institui, vel, quã tibi reliqui, † *in quibus terminis loquuntur ij, quos retulimus supra nu. 25.* nam partis appellatione continetur ea, quæ ac- 34
creuit, quippè, quæ censetur pars propria, *ut diximus in hoc cap. q. 44. num. 20.* & eadem cum principali non verò diuersa, *vt ostendimus in hoc ipso cap. q. 44 nu. 7.*

Tertiò procedit, non solùm in fideicommissis vniuersalibus, sed etiam in particularibus: Nam grauatus restituere partem suam censetur etiam grauatus restituere partem accrescentem. † *Ita enim videntur sensisse ij, quos retulimus nu. 25. dum simpliciter loquuntur de grauato restituere partem suam, nec distinguunt, vtrum fideicommissum sit vniuersale, an vero particulare.* 35

Quartò procedit, etiamsi pars accrescens non fuerit à testatore grauata: Adhuc enim restitui debet, quia sufficit, fuisse quem grauatum restituere partem principalem, vt censeatur etiam grauatus restituere partem accrescentem, † *ut in specie docet Pereg. d. art. 8. num. 4.* Quinimò de hoc potissimum casu 36
sunt accipiendi † *omnes relati supra nu. 25.* qui dixerunt, restitui debere, etiam partem accrescentem, quia, si etiam huiusmodi pars fuisset à testatore grauata, nihil traheret à parte principali, sed deberet restitui ex sui propria natura; accresceret enim cum suo onere, *vt diximus in 8. ca. q. 17. n. 1. Et etiam in proposito considerat Mantic. de coniect. ult. uol. lib 10. tit. 3. nu. 17.* Cum igitur ideò velint, eam debere restitui, quod sumat naturam portionis principalis, ex hoc intelligimus, eos loqui de ea specie, in qua testator grauauit partem principalem, sed non partem accrescentem. 37

Planè, si testator hæredem in re certa institutum grauauerit, vt eam restituat, & posteà ob hęredis vniuersalis defectum tota hæreditas accrescat instituto, non censebitur is grauatus, etiam hæreditatem restituere, & sic in restitutionem non veniet id, quod accreuit, † *ut latè ostendimus in 7. cap qu. 15. nu. 1. & seqq.* quia, quod dicimus, partem accrescentem assumere naturam partis principalis, & per consequentias venire in restitutionem procedit, † quando tractatur de iure accrescendi proprio, per quod scilicet portio accrescit portioni, non etiam, quando tractatur de hærede particulari, cui propter vniuersalis defectum tota hæreditas accrescit: nam tunc non est propriè ius accrescendi, sed ius conuersionis, quia institutio particularis dempta mentione rei conuertitur in vniuersalem, *vt diximus in 4. cap. q. 4. nu. 101. & cap. 7. q. 7. nu. 1. Et in his terminis d. q. 15. nu.* 38 39

Quintò infertur, priuilegium, siuè prærogatiuam, & exceptionem, quæ competit pro parte principali, competere etiam pro parte accrescente, † *ut censuerunt omnes, quos retulimus supra num. 3.* Cuius rei duo possunt exempla afferri. 40

Primum in legitima: nam, quemadmodum de parte principali legitimæ reijcitur onus, & conditio *l. quoniam in prioribus,*

bus.32.& l scimus.36.§.cum autem, *C.de inoff.testa.* ita etiam
41 debet reijci de parte accrescente, † *vt est de mente omnium, quos referemus infra.*

Nec obstat, si dicatur, imò non reijci, quia, si filio repudiante legitima ad alium, puta substitutum, aut cohæredem
42 transferatur, onus de ea non reijcitur, † vt probat Marcelli locus *in l.cum patronus 28.ff.de legat.2.* qui, licet loquatur de legitima patroni, ex identitate tamen rationis trahitur ad fi-
43 lij legitimam, † *vt videre est apud Bald. in d.l.cum patronus versic Quod not.& ibi Castr.nu.2.& Alex.in addit.ad Bart. in verb.cum patronus, & Peralt.num.7. Castr.in d. l. quoniam in prioribus nu.8 & ibi Alex in addit. ad Bart in verb. omne grauamen, & Ias.nu.1 vers.Tertiò not.limita, Ias.in l.si arrogator. 22.nu.32.ff.de adopt.Surd conf.529.num.28.& conf.541.n.28.* cum à legitima patroni ad legitimam filii valeat argumentum *l.fin. Cod. de inoff. testa.* quia respondeo hoc procedere,
44 † si legitima filij repudiantis transferatur in extraneum, idest, eum, cui legitima non debetur; tunc enim verum est,
45 onus non reijci sed ab eo præstandum est, † *vt sentiunt Bald. in d.l.cum patronus, vers.Quod not. & ibi Castr.nu, 2. dum loquuntur de eo, cui legitima non debetur, & explicitè declarat Pereg.de fideic artic 8 n.6,* quia legitima repudiata non tran-
46 sit in extraneum, vt legitima, sed vt pars hæreditatis, † *vt scribunt Bald. in d l.cum patronus in fin.& ibi Peralt.num.1. & 6.* cum repudiatio operetur, vt res maneat in hæreditate
47 † *l.vn.§.in primo, § pro secundo,& §.fin autem aliquid sub conditione C.de cad.toll.l Celsus.29.in princ ff.de leg 2.l. id autem 75 § vlt.ff. ad l. Falc.* & hæreditario iure capiantur ab hære-
48 de † *d.l.id autem 75.§.fin.* Quo fit, vt nec in eius persona legitimæ priuilegium habere debeat. Quamobrem dicimus legitimam mutatione personæ, & nomen, & priuilegium le-
49 gitimæ amittere † *vti videre est apud Bald.in d. l. cum patronus, versic.Sed si ille & ibi Castr.nu 2.& Peral nu.6. Ias.in d. l.quoniam in prioribus.nu.1.vers.3 not.limita.& in d.l si arrogator, nu.32.* quod est generale in omnibus rebus, vt mutatione
50 personæ mutetur earum qualitas, & priuilegium † *l. Paulus aliàs l.per procuratorem 89 ff.de acq har.& scribunt Castr.in d. l.cum patronus, nu.2.& ibi, Peralt.nu.31, vers.Ratio, Soc.Sen. conf.116.nu.19 versic.Et in eo concludo vol.1.* cum hoc, tam-
51 quam personæ concessum ad alios transferri nequeat † *l. ex pluribus.43.ff.de adm.tuto.l & si contra. 35 ff. de vulg.l.filium 5.in prin.ff.de leg.præst. Et in his terminis scribit Marcellus in d. l cum patronus, & ibi Bald.& Castr.nu 3.& Imol.Castr.in d.l. quoniam in prioribus, n.8.* At, si legitima transferatur in eum, cui debetur, puta filium, verius est, onus ita debere reijci de
52 parte accrescente, vt de parte principali reijcitur: † *Ita enim censuerunt Bald.in d.l. cum patronus, versic. Quod not. & ibi Castr.nu.2. dum aiunt ideò præstandum esse onus, quia legitima transit in eum, cui non debetur: Significant enim si transiret in eũ, cui legitima debetur, onus nõ esse præstandum Id ipsum censuerunt ij, qui tradiderunt partem legitimæ, quæ propter fratris exclusionem accrescit alijs fratribus non venire in restitutionem fideicommissi quos retulimus in 6.cap qu.10.nu.6. Sentiunt enim haud dubie non esse pro ea portione præstandum onus, & rectè,*
53 quia † cum portio accrescens sumat naturam portionis principalis, & eodem, quo illa censeatur iure, *vt diximus in hoc ca. q.43.nu.4.* fit, vt, quemadmodum de parte principali reijcitur onus, ita etiam debeat reijci de parte accrescente, *ut dictum est, Et in his terminis considerat Pereg.de fidei.d.artic.8.n.5* Ex quo apparet, malè Surdũ *in d.conf.529.n 29 vers Nec dicatur*, cen-
54 suisse, † onus in parte accrescente sustineri non solum, si legitima extraneo accrescat, sed etiam, si filio, quod doctores indistinctè loquantur, quia verius est, imò eos distinguere, vt patet ex ijs, quæ supra diximus.

Nec obstat, quod in fideicommissi restitutionem veniat etiam id quod grauatus per ius accrescendi est consecutus, *ut diximus supra num.* 25. eaque ratione videatur etiam venire
55 pars legitimæ, quæ filio accreuit, † *vt censuerunt ij, quos retulimus in 6.cap q.8.nu.8. Et in proposito Curt. Iun. consil. 268.nu. 52.versic. Nec præmissa, Ruin.consil. 118.nu.23.vol.3 Surd.cõs. 458 nu.20.& d.consil.529.nu.* 21. quia respondeo distinguen-
56 do: † Aut enim portio, cui fit accessio, subiacet restitutioni, Et tunc verùm est, id, quod accrescit, in restitutionem venire, *Et in his terminis procedunt ea, quæ diximus supra nu.* 25, Aut verò portio, cui fit accessio, non subiacet restitutioni, vt portio legitimæ, cui altera legitimæ pars accrescit, Et tunc verius, & receptius est, partem accrescentem non venire in restitutionem, † *Ita enim censuerunt omnes. quos re* 57
tulimus in d.cap.6.qu.10 num.6. Et præter eos Curt.Iun.d.consil. 268.num.52.versic. Nec præmissa Morot. consil. 23. num. 22.
quia, † cum pars accrescens sumat naturam partis principa- 58
lis, consequens est, vt ita demum venire debeat in restitutionem, si & portio principalis veniat, *secundum ea, quæ supra diximus Et in proposito considerant Curt. Iun. d consil. 268 nu. 52.versic Nec præmisse, & nu.53. Moros d.consil.23.nu.* 22.

Hinc intelligimus filium grauatum fideicommisso, quemadmodum potest detrahere legitimam, & trebellianicam de parte principali *cap. Raynutius, & cap. Raynaldus extr.de test.* ita etiam posse eam detrahere de parte accrescente † *vt rectè* 59
scripsit Pereg.de fideic.d.artic.8.nu 4.& 6. Et simpliciter de legitima idem Pereg consil.46.n.7.vol.1. Itaque, si (verbi gratia) filius fuerit institutus in dimidia, & grauatus fideicommisso, in alia verò dimidia fuerit institutus extraneus, & propter huius deficientiam tota hæreditas pertineat ad filium, detrahet is primo trientem totius hæreditatis pro legitima, deinde de residuo detrahet, non semunciam, quæ erat quarta pars eius, in quo fuerat grauatus, sed sextantem, & sic pro legitima, & Trebellianica detrahet dimidiam totius hæreditatis perinde, ac, si ab initio solus fuisset institutus, & grauatus, quia Trebellianica detrahitur de toto eo, quod ex Trebelliano restituitur, † *vt declarat Pereg.d.artic.8.nu,2.* Quod pro- 60
cedit etiamsi Trebellianica fuisset prohibita extraneo: nam talis prohibitio non afficeret filium, cui non esset prohibita, vel etiam prohibita, posito, quod prohiberi non potuerit, vt in plerisque tribunalibus obseruatur; † *Ita enim declarat Pe-* 61
reg conf.109.n 14.& 16.vol.3 Nam prohibitio Trebellianicæ non extenditur de vno ad alium † *vt scribunt Dec.consil.256.* 62
in fi.& Pereg.de fideic.d.art.3 n.122 & d.conf 109 n.18.vol. 3.

Secundùm exemplum afferri potest in permissione, seu licentia alienandi à testatore data hæredi instituto, & grauato in parte principali; nam hæc censetur etiam data in parte accrescente, † *ut in specie docuit Ruin.consil.120.num.5. vers.* 63
Sed præmissis vol.2.

Sextò infertur, partem accrescentem eundem habere effectum, quem habet portio principalis: nam quemadmodum per partem principalem succeditur testatori, ita etiam ei succeditur per partem accrescentem † *vt scripserunt Bart. in d l.* 64
*re coniuncti nu 62.versic. Ego dico, & ibi Crott. nu. 135.versic. Prima, Alex.consil.38.nu.3.vol.1. Gul Ben in d.cap.Raynutius, in verb & vxorem nom. Adel n.114 Soc Sen.in l.si cognatis.18. nu.34 ff de reb.dub Ruin.consil.90.nu.8.consil.166.nu.6.versic, Nec obstat.& consil.167 nu.2. versic. Nec secundum eum, & nu.12.vol.2. Rub in l.Gallus.20.§.quidam rectè num.84 versic. potest responderi ff.de lib.& posth.Purp.in d.rub.Cod quand non pet.part.nu.9.Curt Iun consil.125.num.7.Conar.cap.38 præstic. qu.num.2.Mantic.de coniuct vol.lib.8.tit.13.nu.6.Andr. Capa. de iur.releu.part.4.q.29.nu.2.*exemplo vulgaris substitutionis
† *l.ex duobus.34.§.1.ff.de vulg.§.1.inst.de pupill.Et scribunt om-* 65
nes, quos retulimus in 5.cap.q.54.post num.9. & præter eos gl. in l cum ex filio.39.§ ult in verb.quoque ff de vulg. cuius instar est ius accrescendi, *ut diximus in 7 cap qu.59.nu 5* scilicet, quia
† etiam in eo supponimus, partem ante acquisitionem de- 66
ficere, *vt patet ex ijs, quæ diximus in eodem 7.cap. quæst. 59. num.4.* & per consequentias consideramus eam, vt hæreditatem, & successionem defuncti, non, vt proprium deficientis patrimonium. Quo fit, vt in iure accrescendi frater vtrinque coniunctus, non excludat consanguineum tantum, quia, quoties agitur de successione patris (prout agitur in iure accrescendi) vinculum maternum non attenditur, sed proximitas ex parte tantum patris debet æstimari, *ut latè ostendimus in 5.cap q.54.nu.7.& seqq* Quod etiam in contractibus obseruatur, puta in feudo, vel emphyteusi, quibus casibus in ijs ius accrescendi locum habere potest, *secundum ea, quæ diximus in 6.cap.q.37.& q.38.per tot.* Nam, si pars ad aliquem pertineat per ius accrescendi, attenditur primi stipulatoris proximitas non eius, qui deficit, *ut in specie declarat Zucc.consil.50 num.42.vers.Imo, ut ait.*

Septimò, & vltimo infertur, ius transmissionis, quod competit pro parte principali, competere etiam pro parte accrescente, *ut ostendimus in 7.cap.q.62.nu.16.* Vnde statuto excludente

dente fœminâ propter masculũ, quemadmodum suus transmittit partem suam, ita etiam transmittet partem sororis, quàm virtute statuti excludit, scilicet, quia, portio accrescens
67 sumit naturam portionis principalis, † *vt dictum est: Ita enim censuerunt Soc. Sen cons. 67. num. 5 in fin. & num. 6. vol. 4. Brun. in tract. de augm. concl. 5. nu. 15.* quod procedit etiam in hæreditate materna, si ad descendentes transmittatur; nam
68 & cum qualitate exclusionis statutariæ transmittetur, † *vt censuit Soc. Sen. d. cons. 67. n. 12. vers. nunc proprie, & num seqq. vsq. in fin.* Planè transmissio fiet, cum eadem repudiand, aut abstinendi facultate, quæ pro parte principali competit, *vt ostendimus in eodem 7 cap. q. 62. num. 24. & in hoc ipso capit. quæst. 36. nu. 3.* scilicet, quia tranmissio fit cum omnibus suis qualitatibus, *vt diximus in d. qu. 36. num. 3.* Et hæc de nono capite.

Quibus ex causis ius accrescendi cesset.

CAPVT X.

SVperest, vt Decimum, aut postremum disputationis Caput explicemus, & videamus, Quibus ex causis ius accrescendi cesset. Constat autem ex quatuor potissimum cessare causis: Aut enim ex causa legis cessat, aut ex causa testatoris, aut ex causa illius, cui portio fuerat assignata, aut denique ex causa illius, cui portio deberet accrescere, de quibus singulis separatim tractaturi, videamus primò de causa legis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi quotupliciter cesset ex causa legis.*
2 *Legis potentia quando dicatur deficere.*
3 *Iurisdictio non, nisi intra fines sui dominij, seu prouinciæ, aut territorij potest exerceri.*
4 *Iusdicenti extra dominium, prouinciam, aut territorium impunè non paretur.*
5 *Ius accrescendi cessat, quoad bona sita extra territorium, quoties agitur de re, quæ pendet à iurisdictione, & cnr. 6.*

An, & quando ius accrescendi cesset ex causa legis.

QVÆSTIO I.

ET ex causa quidem legis dupliciter cessare potest ius ac-
1 crescendi † vno modo, si deficiat ipsius legis, siue superioris disponentis potentia, altero verò, si deficiat voluntas.
2 Et potentia tunc dicitur deficere, cum † tractatur de re, quæ pendet à iurisdictione superioris agentis, seu disponentis: Nam, quia iurisdictio non, nisi intra fines sui dominij, puta Regni, Ducatus, aut Principatus, siuè intra fines suæ
3 Prouinciæ, aut territorij potest exerceri † *vt de dominio constat ex c nouit. 13. ext de iudic. & ext. de off. legat. cap. nouit. & clem pastoralis, versic Cum includerentur, De sent. & re iudic. De prouincia verò ex l. 1. ff. de off procons. & leg. l. præses. 3. de off. præs. cap. pen. extra de off. legat cap 2. § statuto, De constitut. in 6. cap vt litigantes 5. de off. ordin in 6. cap. Episcopum 9. q. 2. De territorio demum ex l. vlt ff de off præs. v b l. vlt. ff. de iurisd. l. cum vnus 12. § is, qui ff. de bon. auth. iud poss. l. duum virum. 53. C. de decurio. lib. 10 & cap statutum 11. § in nullo, De rescrips. in 6.* Qua ratione dicimus, extra dominium, prouinciam, aut
4 territorium iusdicenti impune non pareri † *d. l. fin ff. de iurisd. d. cap. 2. § statuto. De constit in 6.* ideò fit, vt quoties agitur de re, quæ pendet à iurisdictione cesset, quoad bona ali-
5 bi sita ius accrescendi, † *vt pa. ebit ex ijs, quæ dicemus in 4. qu.*
6 *seqq.* quia, † limitata sit potentia causæ efficientis, consequẽs est, vt limitatus quoque effectus inducatur, *secundùm ea, quæ dicemus in hoc cap q 12. num. 2.* Quamobrem dicimus, in dispositionibus limitatis cessare ius accrescendi, *vti videre est in hoc ipso cap. q. 10. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Potestas statuendi pendet à iurisdictione, & à iurisdictione regulatur num. 2.*
3 *Potestas condendi legem & statuta, est iurisdictionis, & n. 5. Declara, vt num 6.*
4 *Potestas condendi leges dicitur esse imperij maximi.*
7 *Iurisdictio Dominio, seu Territorio limitatur, & non operatur vim suã quoad sita extra Dominium, seu Territorium statuentium aut disponentium.*
8 *Ius accrescendi in successionibus statutarijs quoad bona extra dominium, seu iurisdictionem statuentium, cessat, Amplia num. 12.*
9 *Bona sita extrà territorium non accrescunt ijs, qui vigore statutorum admittuntur, sed pertinent ad eos, qui ex iuris communis dispositione ad successionem vocantur.*
11 *Statutum extra territorium non est statutum, sed seruabitur dispositio iuris communis.*
12 *Statuta de successionibus loquentia mutant ius commune, aut permittendo aut prohibendo aut deferendo, aut excludendo.*
14 *Si statutum permittat vt filiusfamilias possit testari de aduentitijs, hæres ab eo institutus, non habebit ius accrescendi respectu bonorum, quæ sunt extra territorium statuentiũ.*
15 *Si statutum permittat vt spurius à Patre institui possit, talis institutio non porrigitur ad bona extrà territorium statuentium.*
17 *Si statutum prohibeat, vxorem viro, aut virum vxori, posse relinquere vltrà certam partem suorum bonorum, talis prohibitio non porrigitur ad bona extrà territorium.*
18 *Si statutum prohibeat, ne pater possit priuare filium, aut filiam certa parte bonorum, talis prohibitio non porrigitur ad bona extrà territorium.*
19 *Si statutum prohibeat minorem vigintiquinque annis testari, si testetur valebit testamentum quoad bona extrà territorium.*
21 *Si statuto, vel consuetudine caueatur, vt primogenitus solus succedat, tale statutum, aut consuetudo locum habebit in bonis sitis in territorio statuentium, aut eorum iure victium, sed non in alijs.*
22 *Si statuto caueatur, vt non extantibus filijs, vir succedat vxori aut vxor viro, aut certam bonorum partem lucretur; non procedet in bonis extrà territorium.*
23 *Statuta fœminas excludentia non trahuntur ad bona sita in alieno territorio. Et quid si talia statuta sint concepta in personam? num. 25. & seqq.*
25 *Potestas statuendi in subditum non circumscribitur territorio, Et quare, n. 26. Declara n 34 & seqq.*
27 *Statuentes possunt subditum suum inhabilitare, etiam quoad bona sita extrà territorium.*
31 *Distinctio vtrum statutum sit conceptum in rem, an in personam reijcitur.*
37 *Si statutum simpliciter, & absolutè inhabilitet subditum, quoad iura personalia, puta quoad facultatem testandi, vel contrahendi; talis inhabilitatio non comprahendit subditum extrà territorium testantem, aut contrahentem, etiam de bonis sitis in territorio, si tale statutum sit odiosum, secùs si sit fauorabile; Et num. seqq.*
41 *Si statutum inhabilitet personam subditam, non simpliciter, sed ita demùm, si disponat, aut contrahat non seruata certa solemnitate, comprahendit subditum extra territorium existentem, & agentem pro bonis tamen in territorio sitis; Sed contra, n. 44. & seqq Vbi ampliat, & declarat.*
42 *Fraus statuto fieri non debet; Et num 55 & seqq.*
44 *In solemnitatibus adhibendis spectatur locus vbi actus geritur, licet à forensi fiat, & illis seruatis validus censetur actus quoad omnia bona, etiam alibi existentia, & num. 135 & seqq.*
54 *Si statutum inhabilitet subditum, nisi cũ certa solemnitate testetur, aut contrahat, & is fraudandi statuti causa in aliud territorium se transferat tenetur seruare solemnitates statuti loci Domicilij; Et qualiter probabitur fraus hoc casu numeris seqq.*
58 *Ex sola potentia fraudandi non debet præsumi fraus, sed ex actu.*
59 *Si statutũ inhabilitet subditũ quoad iura personalia, an talis inhabilitatio afficiat eum existentem & actũ celebrantem in territorio etiam pro bonis alibi sitis; Et quid si inhabilitatio non sit simplex sed solum ratione formæ. & n seqq.*

51 *Vbi actus sit contrà prohibitionem statutariam, cessat in eo voluntas agentis, Declara vt num.64.*

66 *Si statutum inhabilitet subditum, quoad iura personalia, afficit eum etiamsi faciat actum extrà territorium, & pro bonis in alieno territorio sitis, si statutum sit fauorabile, Sed contra,num.67.*

70 *Interdictio bonorum facta prodigo operatur effectum, licet persona contrahat extra territorium, & de bonis alibi existentibus.*

72 *Si statutum inhabilitet subditum quoad ius succedendi, non trahitur ad bona extrà territorium sita, & seqq.*

75 *Masculi, qui vigore statuti fœminam excludunt non consequuntur bona sita extrà territorium seqq. Et quid si ex coniecturis constet mentem defuncti fuisset, vt bona sua ad eos pertinerent, qui ex statuto vocantur, num 108.*

77 *Statuta excludentia fœminas à successionibus, an censeri debeant odiosa, an fauorabilia, & an extendantur ad bona extrà territorium & num. seqq.*

84 *Vbi deficit causa efficientis potentia non fit extensio.*

88 *Tutela pupillo est fauorabilis; & Tutori onerosa.*

93 *Hæreditas, tamquam ius vniuersale non circumscribitur loco, sed complectitur omnia bona, vbiuis existentia, Declara, num.96 & seqq.*

94 *Vna & eadem hæreditas non debet diuerso iure censeri, Declara, num.97. & seqq.*

98 *Vnius hominis vna tantùm est hæreditas, Declara, vt num. seqq.*

100 *Propter diuersitatem patrimoniorum, qui duplex homo reputatur.*

102 *Statuta fœminarum exclusiua an trahantur etiam ad alibi sita, si maior pars sit in territorio statuentium, & num. seqq.*

107 *Statuta illius loci spectanda sunt, vbi sita est maior pars bonorum.*

114 *Si statutum sit à Principe confirmatum, an trahatur eius vis ad bona extrà territorium sita, ad exclusionem fœminarum & num. seqq.*

122 *Statuta exclusiua fœminarũ an trahantur ad bona alibi sita, si ibi etiam vigeat simile statutum. & num. seqq.*

123 *In successionibus spectanda sunt statuta eius loci, vbi bona sita sunt, Declara, vt ibi.*

133 *Statuta fœminarum exclusiua afficiunt forenses pro bonis sitis in territorio statuentium siue in rem, siue in personam concepta sint, Declara vt num.134.*

138 *Cẽsus annui, & alij redditus perpetui, cẽsetur de territorio illius loci, in quo sita sunt prædia censualia, aut positi Mõtes, aut argentarij mensam habent, & num. seqq.*

145 *Res mobiles censentur de territorio vbi reperiuntur, Sed contra, num.147. & seqq*

151 *Nomina debitorum censentur de territorio, & loco creditoris, Sed contra, num.153. & 155 & seqq*

157 *Iura & actiones non circumscribuntur loco, Declara, vt num.158.*

An, & quando statuta de successionibus disponentia trahantur ad bona sita extra territorium statuentium.

QVÆSTIO II.

HVius autem rei multa possunt exempla afferri, Pri-
mum in legibus, aut statutis mutantibus successiones,
quæ iure communi deferuntur: Nam, quia potestas statuen-
1 di pendet à iurisdictione, † *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.*
& scribit Abb. in cap. cum consuetudinis num.6. de consuet. Io:
Bapt. a S. Seuerin. in repet. l. omnes populi 9. num.8. ff. de iust. &
iur. Soc. Sen. cons.272. num.3. vers. Confirmatur pariter vol.2. Io:
Campeg. inter cons. Brun cons.2. n.36. Bec. cons.4. n.4. vol.1. Surd.
cons.152. num.4. vers. Quarto videtur, & num.37. vers. Item, si
Princeps cons.210. n.6. & cons.272. n.7. siue à iurisdictione re-
2 gulatur, † *secundum Corn. cons.224. n.4. vol.2. Roll. cons 4. nu.*
29. vol.3. Ricc. decis.70. nu.12. vol.1. cum iurisdictionis sit, si
3 ue loquamur de potestate condendi leges, † *vt scribit Ruin.*
consil.109. num.10. uersic. Similiter ergo, volum.4. quæ dicitur
4 esse imperij maximi, quod est species iurisdictionis, † *ut docet*
Bart. in l. imperium.3. nu.8. quem ibi probarunt Ang. nu.7. Dec.
n.40. Caccialup nu.21. & Purp. nu.208. vbi testatur hanc doctri-
nam communiter approbari ff. de iurisd. Corn. cons.333. n.25. uol.
1. Menoch cons.604. nu.2. Surd d. cons.152. n.20. & d. cons.210.
n.52. Pereg. cons.4. nu.7. uol.3. & cons.25. n.12. uol.5. Bagnasac. in
in suo cons. posito in fi. addit. ad decis Thes. fol.238. vers. Et, vt ad
exempla, siuè loquamur de potestate condendi statuta, † *d.c.* 5
2. §. statuto de constit. & scribunt Bart in d l omnes populi.9. nu.3.
versic Aut non interuenit ff. de iust. & iur. Bald. in l decernimus.
15. num.4. C. de Sacros. Eccl. in l fi. nu.1. C. de iurisd. omn. iud. &
consil.83. nu.1. uol.5. Roman. consil.218. nu.2. Corn. d. consil. 333.
nu.35. vol.1. consil.114. num.2. & cons.25. nu.5. uol.3. Paris cons.
68. uol.2 Tiraq. de iure primogen. q.43. nu.4 uers. Tertia. Decia.
cons.57. nu.12. uol.4. Roll cons 80 num.29. uersic. Superest uol 4.
Bec. consil.231 nu.34 uol.2. Surd. cons.48. nu.10. consil.210. nu.
6. & consil.301. nu.15. Pereg. consil.4. nu.7 & cons 17. nu.15. uol.
3. Put. lib.2. decis.195. intelligendo tamen, prout declarant,
† *Ang in d l. omnes populi nu.4. vers. Item opp. & ibi Ias num 22.* 6
& 25. Barbat. in tract. de præstan Cardin. qu.8. nu.1. & 7. Alex.
in l.1 nu.11. & ibi Soc. Sen n.7. ff. de iurisd. Alcia in cap. quod se-
dem nu.37 & 59. Ordin. de off. Tiraq. de iur. primogen. q.16. n.2.
& 5. Cephal consil.38 nu.1 sundlo nu.25 & cons.558. nu 49. ideò
fit, vt, tamquàm dominio seu territorio limitata non opere-
tur suam vim, quoad bona sita extra dominium, seu territo-
rium statuentium, aut disponentium, † *vt scribunt Ruin.* 7
cons.39. nu.16. circa fin. uol.1. & cons 48. nu.1. uol.3. Dec. in l. fin.
nu.1. vers. Et pari ratione, & ibi Cagn. nu.15. ff. de iurisd. Paris.
cons.84 nu.43. vol.1. cons 12. nu.47. vol.3. Goza cons.49 num.7.
versic. Quibus. Decia d. cons.57. nu.12. vol.4. Andr. Gail. lib.2.
obs.124. nu.4. & seqq. Surd. cons.535. nu.17. Men cons.1021. nu.
21. Thes lun. lib.2. quæst. for quæst.5. nu.9. versic. Et generaliter,
& per consequentias, vt, quoad ea ius accrescendi cesset, † *ut* 8
scribunt omnes, quos referemus infra nu 75. & 123. Et in specie
Alcia in d. l. re coniuncti, n 56. vers. Sed finge. Men. d. cons.1021.
num 7. Non enim accrescent ijs, qui vigore talium legum,
aut statutorum admittuntur, † sed ad eos pertinebunt, qui 9
secundùm iuris communis dispositionem ad defuncti succes-
sionem vocantur. † Quamobrem dicimus, statutum extra 10
territorium non esse dispositionem, sed ius commune, † *uti* 11
videre est apud Bald. in l. vn. nu.18 C. quand non pet. part. Idque
procedit, † qualitercunque leges, aut statuta mutent in suc- 12
cessionibus deferendis ius commune, idest, siuè mutent per-
mittendo, siuè prohibendo, siuè deferendo, siuè etiam exclu-
dendo.

Primùm enim procedit, si mutent permittendo: † *vt scri* 13
bunt Sign. in d. l.1. nu 25. C. de summ. trin. Alex. consil 128, nu.2.
vol.1. Curt. Iun. consil.108. nu.31. Ant. Gabr. in tit. de statu. concl.
8. num.9. & 10. Nam, si statuto caueatur, vt filiusfam. de bonis
aduentitijs testari possit, hæres ab eo institutus non habebit
ius accrescendi respectu bonorum, quæ sita sunt extra territo-
rium statuentium; sed ea pertinebunt ad venientes ab inte-
stato, & eo modo decedet filiusfam. pro parte testatus, & pro
parte intestatus. † *Ita scribunt Bart. in d l 1. n.39. & ibi Bald.* 14
nu.15. vers. Quæro, nunquid, & Signor. nu.24. & 25. C. de summ.
trin. Corn. consil.85. nu.8. uol.3 Ceph. consil.60. nu.5. Andr. Gail.
lib.2. obs.124. nu.13. Idem est, &, si caueatur, vt spurius à patre
institui possit: nam posito, quod valeat statutum, talis insti-
tutio non porrigetur ab bona sita extra territorium statuen-
tium, † *vt scribunt Bart. in d. l.1. nu.39. & ibi Bald. n 14. Signo.* 15
nu.24. & 25. Alcia. num.23. vers. Ex hoc sequitur C. de summ.
trin. Corn. d cons.85. nu.8. vol.3.

Secundò procedit, si mutent prohibendo: † *ut docet Ant.* 16
Gabr. in d tit. de statu. concl.8. nu.8 & 9 in fin. Nam, si statuto
caueatur, ne vxor viro, aut contra vir vxori possit relinque-
re vltra certam partem, suorum bonorum, huiusmodi pro-
hibitio non porrigetur ad bona sita extra territorium, sed,
quoad ea valebit relictum, etiamsi quantitatem definitam
excedat: † *Ita scribunt Bald. in d l.1. n.18. C. de summ. trin. Ias.*
in l. si arrogator.22 nu.42. & 48. ff. de adopt. Io. de Garro. in rep. l.
1. nu.118. C de sec. nupt Roll cons.80. num 36. vol.4. Nat. consil.
514 nu.18. Men. d. cons.1021. nu.7. Idem est, &, si caueatur, ne
pater possit priuare filium, aut filiam certa parte bonorum,
sed eam teneatur omnimodò ei relinquere: nam tale statu-
tum non porrigetur ad bona sita extra territorium statuen-
tium, † *vt scribunt Alex. d. consil.128. nu.2. vers. in hanc etiam* 18

par-

partem vol.1.Curt.Iun d.cons.108.num.31.Iaf.consil.163.col.2. *vers Pro ista opinione, vol.2.Cagn.in l.fin num. 16.ff.de Iurisd.* *Nat.d consil.514.nu.14.* Denique idem est, &, si caueatur, ne minor 25.annis testari possit: nam, si testetur, valebit testamentum quoad bona sita extra territorium statuentium, sed
19 non, quoad alia. *Ita Alcia.in d.l.1 num.24.vers.Sed & finge, C.de summ.trin.*

20 Tertiò procedit, si mutent deferendo, seu vocando: † nam, si statuto, vel consuetudine caueatur, vt primogenitus solus succedat, tale statutum, aut consuetudo locum habebit in bonis sitis in territorio statuentium, aut eo iure vtentium, sed
21 non in aliis.† *Ita scripserunt Cin.in d.l.1.nu.11.& ibi Bart.num. 42.Bald.nu.17.Signor.nu.26 C.de summ trin. Calder. cons.17. n.2.tit.de constit.Papien.in form.lib.quo pet hær.ex testa in verb. vallatum, nu.10. Alex.d cons.128.nu.2 vol.1 & consil.44. nu. 4 vol.5.Corn.cons.202.n.11.vol.2.& cons.85.nu.8.in fi vol.3.Iaf. d.cons.163 col.3.vers ad idem,vol.2.Curt.Iun.consil.108.nu.30. versic.Et cum illa, Ruin.cons 49.num.5.vol.3.Gabr.in d.tit. de statu.concl.9.num.1.& 5.Tiraq.de iure primog.quæst.46.per tot. Nat.d consil.514 nu.13.in fi.Roll.d consil.80.nu.27.vol.4.Thes. Iun.lib.2.quæst for.qu.5.nu.6.* Idem est, &, si caueatur, vt non existantibus filiis vir succedat vxori, aut contra, aut certam bonorum partem lucretur: nam tale statutum locum habebit in bonis sitis in territorio statuentium, sed non in aliis,
22 †*vt scribunt Cin in d.l.1.n.11 C.de summ.trin.Io. Andr.in addit. ad Specul.tit.de instr.edit §.compendiose num.16 in verb.opponunt, Goz.ad.consil.49.nu.10 Gabr.in d.tit de statu.concl.9. nu. 10.Nat d.consil.514.nu.15.Roll d.cons.80.num.28.vol.4.Thes. Iun.d.lib.2.qu.foren.qu.5 nu.8.& q.6.nu 4.vbi ait, Senatum Pedemontanum fuisse hanc opinionem amplexum.*

23 Quartò demum procedit, si mutent excludendo: † nam statuta fœminas excludentia non trahuntur ad bona sita in
24 alieno territorio. † *vt scribunt Bart.in d l. nu. 33.& ibi Bald. nu.19.versic.sed hic quæro Signor. nu 19.in fi.C.de summ trin. Bald.in l.2.nu.8.C.quæ sit long.consuet.Castr. consil.32.nu.1.vol. 2.Alex.consil.16.nu.1.& consil.128.nu.1.& 2.vol.1.Iaf.in d.l.re coniuncti,num.215.& d.consil 63.per tot vol 2 Curt Iun consil. 108.nu.30.vbi ait,hanc esse communem conclusionem. Corn.d. consil.85.nu.9.vol.3.Ruin.consil.48 nu.1.vol.3.Dec. in l.fin.nu.3. & ibi Cagn.nu.21.ff.de iurisd Dec.cons.313.alias 314 num.5.in fi.& seqq.Vbi testatur,hanc esse communem opinionem,a qua cõsulendo,& iudicando non est recedendum, M.Gribald.in comm. opin.in verb.statutum, vbi ait, hanc esse crebriorem opinionem, Goz.ad d consil.49.nu.10.Purp.consil.320.nu. 6.& cons.527.nu. 28.Ceph consil.278.nu.104.Nat.d consil.514.nu.11.Roll.d.cons. 80.num.23.vol.4.Andr.Gail.d.lib.2.obs.124.nu.15.vers.aliud, Mago decis.Flor.107.nu.8.Pereg.consil.90.nu.28.vers.ad quintum vol.1.& consil.17.nu.15.vol.3 Surd.consil.63.num.30.cons. 343.num.11.Put.lib.1.decis.251.num.1.vbi testatur, ita fuisse à rota resolutum, Osas.decis.100.in fi.Maresco.lib.1.varia resol. cap.9.nu.9.vbi pariter ait, ita sæpius Rotam secutam esse.Ludouis.decis.255.nu.1.& 7.*

Sed hæc quidem sine dubio procedunt, si statuta sint in rem concepta, vt, quia dictum sit, bona non pertineant, siuè, successio non deuoluatur ad fœminam. Cæterum, si sint concepta in personam, puta, quia dictum sit, fœmina non succedat, vel, fœmina à successione repellatur, magna solet esse controuersia, nunquid huiusmodi statuta porrigantur ad bona sita extra territorium statuentium. Fuerunt autem de hac re duæ principales nostrorum interpretum sententiæ, vna affirmatiua, altera verò negatiua. Sed affirmatiua quidem variis pro varietate sententiarum innititur fundamentis, à quibus hodie solent consulentes argumenta sua deducere, &, quasi limitationes communis opinionis afferre, vt eam probent sententiam, quæ re vera frequentiori doctorum opinioni refragatur;

Primum enim nonnulli dicunt argumentum à potestate statuentium, non quidem respectu rei, sed respectu personæ: Nam, quia potestas statuendi in subditum non circum-
25 scribitur territorio, † *cap.tue, & cap.fin.extr.de cler. non resid. & docent Bald in l.2.num.1 C. de Eunuch. & in l.mercatores, 4.in princ C.de comm.& mercat.Roma consil.39.num.1. versic. 2.Soc.Sen.consil.74.num.17.vol.1, Alex.cons.41. num.8. vol.5. Tiraq.in 16.leg.conn.gl 8.num. 219. vers. Præterea Cagn in l. fin.num.17.versic.Sed non respondent, ff.de iurisd.Nat.d.consil. 154.num.17.Roll.dict.cons.80.num.32.vol.4.Gratia.decis.102. nu.2.* cùm sit ius in personam, quod eam sequitur, quocunque proficiscatur, † exemplo aliorum iurium personalium, 26
ideò fit, vt statuentes possint subditum suum inhabilitare, etiam quoad bona sita extra suum territorium. † *vt scripse-* 27
runt Franc.de Rampo.inter cons.Calder.sub tit. de testam.cons. 34.num.1.vers.secus esset, Roma cons.39.nu.3. vers.vltimo, Soc. Sen.cons 36.num 4.vol.1. Rub.inter cons Purp. cons.320.nu.14. Ceph cons.309 num.30, Surd cons.343. num.25. vers 4.respondetur, & cons.553.nu.12.& 13.& opinione, Morot.cons.53.n 18. eaque ratione, si simpliciter aliquem sibi subiectum à successione excludant, quoniam eo modo reddunt eum inhabilem, talis exclusio porrigatur ad omnia bona etiam sita ex-
tra territorium statuentium. † *Ita enim censuerunt Franc. de* 28
Ramp.d.cons.34.num.1.vers.Secus esset, Papien.in Form.lib.quo pet.hæred.ex test in verb. vallatum, num.10 in fin Iaf.cons.80. num.3.vers.Confirmatur per illud, vol.3. Gabr. in tit de statu. concl.8.num.3 Ceph cons 309 num.30. & 38.Rub.inter d cons. Purp cons 320.num 4.vers item si benè Surd.d.cons.343.nu.24 & cons.535.num.17.circa fin.& d.cons.553 n.11.& 13.vers.Et opinionem. Et hanc sententiam sibi veriorem semper visam esse profitetur Thes.Iun.d.lib.2.quæst forens q.5.n.3.

Nec obstare videtur, quod hoc modo statuentes exerceant Iurisdictionem in alieno territorio cum excludant subditum à bonis alibi existentibus, & ea deferant iis, qui iure communi non essent illa habituri, quia respondent primo, hoc eos non
facere principaliter, sed per quandam consequentiã; † Prin- 29
cipaliter enim exercent iurisdictionem in personam sibi subditam, dum eam inhabilitant, & à successione repellũt, quod facere possunt, vt autem eam excludant à bonis alibi existentibus, fit per consequentiam, scilicet, quia, si persona excluditur à successione vniuersali, consequens est, vt excludatur etiam ab omnibus rebus, quæ sub illa continentur, & sic etiam à rebus in alieno territorio, existentibus, ideòque non debet hoc attendi, ex regula *l.1.in princip. ff. de auth.tuto. Ita in specie declarant Papien.in d. form. lib. quo pet. hæred. ex test in verb.vallatum num.10.in fin Corn. cons.162.nu.6. vol.3. Ceph.d cons.309.num.28 Surd d cons.553.n.12.vers.Accedat.* Quamobrem, & tutor ab eo iudice datus, cuius iurisdictioni supposita est persona pupilli censetur vtiliter datus etiã pro bonis sitis extra territorium dantis, quia, cum datio sit valida respectu personæ pupilli, cui principaliter datur tutor, non est attendendum, quod deficiat potestas respectu bonorum, quibus tutor censetur datus in consequentiam, *ut latè ostendemus in hoc cap.q.5.nu. & seqq.* Secundo respondent, non esse statuentes, qui disponunt de bonis alibi existentibus, se ius commune, quia masculi non consequuntur bona alibi sita ex dispositione statutaria, sed iure communi: Nam posita inhabilitate personæ, quæ, tamquàm inducta ab iis, qui potestatem habent in ipsammet personam, valida est, sequitur Ius commune, quo cauetur, vt portio non capientis,
siue exclusi accrescat non exclusis. † *Ita Purp.dict.cons.310.* 30
num.14.& Surd.dict.consil.553.num.13.versic. Additur etiam alia ratio.

Verùm hæc opinio magis cõmuniter est improbata, quia verius & receptius est, statuta de successione disponentia nõ trahi ad bona sita extra territorium statuẽtium, siue in rem,
siue in personam fuerint concepta. † *Ita enim censuerunt* 31
Cin.in d.l 1.nu 11.vers Tu verò teneas C de summ. t. in Alex. cons.16.num.1 & cons.128 nu.2.vol.1.Curt.Iun cons.108.n.32. vers.&, licet ubi testatur, hanc magis communem videri cõclusionem, Ruin.cons 48 num.1 vol.3.vbi ait hanc esse communem, Paris cons.84.num.44.vol.1.cons.68.nu.9.vol 2 Goz.ad.cons.49. num.7.vers Quibus & num.8 & 17 vers Non obstant Tiraq; de iure primog q.46 num.2 & 32 M.Gribald in comm opin in verb statutum ubi testatur hanc esse magis communem Crass. lib.1.comm op.capit.3 q.16 ubi ait, hanc opinionem communiter esse receptam Decia cons.57.num.12.vol.4. ubi ait esse communem, Nat.d.cons 514.num.12 Andr. Gail d.lib.2.obs.124 n.15. vers.Aliud, Men.d.cons.1021.num.11.in fin ubi ait distinctionem, verum statutum sit conceptum in rem an in personam à doctoribus reijci Pereg cons 90.num.18.vol.1 cons.17 nu 15. vol.3. & cons.7.nu.8.vol.5 ubi pariter testatur de communi Put.lib.1. decis.351 num 2. ubi ait, ita fuisse a Rota resolutum. Maresc. lib.1, variar resol.cap.9.num.10.Ludouis.decis.255 num 6. ubi similiter

similiter attestatur supradictam distinctionem communiter improbari, Et hanc esse magis communem, tàm antiquorum, quàm recentiorum sententiam, & secundùm eam fuisse à Pedemontano Senatu iudicatum testatur etiam Thes. Iun. d. lib. 2. quæst. forens. q. 5. num. 4. Nam, quocunque modo concipiantur, semper verum est, disponere de bonis eo ipso, quod disponunt de
32 successione vocando, aut excludendo personas, † *vt declarant Cin. in d. l. 1. num. 11. vers. Tu verò tenes, C. de summ. trin. Ceph. cons. 309. num. 48. & 53. & 62. Nat. d. cons. 514. n. 13. Roll. d. cons. 80. in fin. vol. 4. Surd. d. cons. 257. num. 15. cons. 343. nu. 10. & d. cons. 553. num. 17. & 18. Pereg. cons. 10. n. 7. vol. 3. Maresc. d. lib. 1. variar. resol. cap. 9. nu. 10.* Vnde, quia de bonis alibi sitis non possunt statuentes disponere, cum hoc sit iurisdictionis, quæ in alieno territorio non potest exerceri, *vt dictum est supra num. 7. & seqq.* fit, vt eorum respectu non valeat subditi exclusio, si ad ea iure communi vocabatur. Quod etiam mihi videtur sensisse Bartolus *in d. l. 1. num. 39. C. de summ. trin.* eo ipso, quod scripsit statuta ea permittentia, quæ iure communi prohibentur, puta, vt filiusfam. de bonis aduentitijs testari possit, vel, vt spurius possit à patre institui, non habere vim in bonis alibi sitis *secundùm ea, quæ diximus supra n. 14.*
33 *& seq.* Nam haud dubiè supponit, † huiusmodi statuta non porrigi ad bona sita extra territoriũ, etiamsi fuerint in personam concepta, scilicet, quia statuta permissiua concipiuntur in personam, quippe, quam habilitant, vel ad testandum, vel ad capiendum:

Nec obstat, quod potestas statuendi in subditum non circumscribatur territorio, eaque ratione possint statuentes inhabilitare subditum, etiam quoad bona alibi existentia, quia
34 plerique respondent, hoc procedere, † si statutum expressim caueat, vt subditus non succedat, etiam in bonis alibi existentibus, secus verò, si disponat simpliciter, aut etiam generaliter, vt non succedat: nam tunc censetur, eum excludere à bonis existentibus in territorio statuentium, sed non ab alijs. *Ita enim respondent Alex. d. cons. 128. nu. 2. vers. 2. respondeo, vol. 1. Ruin. cons. 39. n. 6. in fi. vol. 1. Goz. ad d. cons. 49. n. 1. vers. 2. iuncto. num. 18. Tiraq. de iure primog. d. qu. 46. num. 24. Roll. d. cons. 80. nu. 40. vers. respondetur, vol. 4. Et vult etiam Put. in d. cons. vn. posito in fi. cons. Odd. n. 112. Surd. d. consil. 535. n. 18.*

Sed hæc responsio mihi non videtur vera, quia non puto statuentes posse nominatim inhabilitare subditum, & eum
35 excludere à bonis alibi existentibus, † cum, vt dictum est, hoc sit iurisdictionis, quæ in alieno territorio non potest exerceri. *vt rectè animaduerterunt Ant. Gabr. in tit. de statu. concl. 8. nu. 25. Men. d. cons. 1021. num. 10. vers. præterea, & secundo. Quam in rem faciunt etiam ea, quæ dicimus infra num. 50. & seq.*
36 Quamobrem puto verius, † esse distinguendos varios casus, quorum

Primus est, quando statuentes simpliciter, & absolutè subditum inhabilitant, quoad iura personalia, puta, quoad facul-
37 tatem testandi, vel contrahendi, † *prout declarat Bald. in d. l. 1. nu. 12. versic. sed & clarius. C. de summ. trin.* & quærimus, an talis inhabilitatio operetur etiam extra territorium, pro bonis tamen in territorio existentibus, idest, an impediat, ne subditus etiam alibi existens possit cõtra statutariam dispositionem agere, puta testari, aut contrahere de bonis in territorio sitis, Et in hoc casu constat referre, vtrum statutum sit fauorabile, an verò odiosum: nam, si fauorabile compræhendit etiam subditum agentem extra territorium secus verò, si
38 sit odiosum. † *Ita enim scripserunt Bald. in d. l. 1. nu. 11. vers. Sed, quid è contrà, C. de summ. trin. & cons. 439. num. 4. versic. Breuiter & vers. Tamen cõsideratis omnibus, vol. 4. & cons. 226. num. 1. vers. Solutio, vol. 5. Roma. cons. 39. num. 1. Corn. cons. 241. num. 3. vol. 2. Ias. cons. 48. num. 3. vers. Nec prædictis obstat. vol. 1. Morot. cons. 75. num. 14. Thes. Iun. lib. 2. quæst. forens. q. 8. num. 16. vers. Et cum hac distinctione, qui omnes loquuntur specialiter de bonis sitis in territorio statuentium.* Et ita etiam accipiendi sunt, *Bart. in d. l. 1. num. 32. vers. Aut statutum est prohibitoriũ, & ibi Signo. num. 19. vers. Aut est prohibitorium, & Seuer. num. 103. vers. Secundus, & num. 105. C. de summ. trin. Bart. in l. si duo. 52. num. 2. ff. de adm. tut. Alex. cons. 41. num. 7. vol. 5. quod est repetitum in cons. 116. vol. 6. Barbat. cons. vlt. num. 25. vol. 3. Corn. d. cons. 241. num. 6. & 7. in fin. vol. 2. & cons. 89. nu. 2. vers. Tamen fallit & num. 9. vers. Et per hoc patet, vol. 3. Ias. in l. non tantùm 20. num. 7. vers. Et ideò ff. de re iud. & in l. fin. num. 16. C. de ind. vid. toll. Soc. Sen. cons. 239. num. 3. vol. 2. Dec. in l. fin. num. 13. ff. de iurisd. Ruin. cons. 201. n. 8. vers. & istud, vol. 1. cons. 53. num. 14. vers. Sed ad istud, vol. 2. & cons. 160. num. 3. vers. Secundus casus, est, vol. 4. Ant. Gabr. in tit. de statu. concl. 8. nu. 1. & 23. Tiraq. in 16. leg. connub. gl. 8. nu. 219. & seq. Hyer. Gabr. cons. 1. num. 7. vol. 1. Crau. cons. 271. nu. 3. vers. quinto igitur. Nat. cons. 514. num. 16. Odd. cons. 51. num. 10. Sol. in tit. de alien. bon. gl. 2. num. 29. Morot. cons. 53. num. 12. & d. cons. 75. nu. 12. Maresc. lib. 2. variar. resol. cap. 139. num. 5. Ricc. decis. 124. num. 1. part. 1.* qui simpliciter scripserunt, † statuta prohibitiua, si 39
sint fauorabilia, afficere subditum etiam extra territorium existentem, & agentem, secus verò, si sint odiosa, vt scilicet intelligantur respectu bonorum sitorum in territorio statuentium, † *prout declarant Nat. d. cons. 514. num. 16. & Roll.* 40
d. cons. 80. num. 32. vol. 4. Nam in hoc casu non deficit potestas statuentium, tametsi res geratur extra territorium, scilicet, quia prohibendo actum, qui à subdito fit, non exercent statuentes iurisdictionem in alieno, sed in proprio, siue spectemus personã, quæ est subdita, licet alibi existens, siue spectemus bona, quippe quæ sunt in territorio statuentium.

Secundus verò casus est, quando statuẽtes inhabilitãt personam non simpliciter, sed ita demum, si disponat, aut contrahat non seruata certa solemnitate, & quærimus, an tale statutum compræhendat subditum extra territorium existentem, & agentem pro bonis tamen in territorio statuentiũ existentibus, Et in hoc casu constat rem esse mirum in modum controuersam: Nam plerique censuerunt, compræhendere, & afficere. † *Ita enim simpliciter loquentes censuerunt* 41
Bart. in l. ex castrensi. 8. num. 1. & ibi Alex. in addit. ff. de Castr. pec. Bald. cons. 60. num. 1. vers. in contrarium, vol. 5. Seuer. in dict. l. 1. num. 103. vers. Quartus, & num. 105. & 106. vers. Igitur, C. de summ. trin. Ruin. cons. 160. num. 3. vers. Si verò loquitur, vol. 4. Paris. consil. 99. nu. 56. vol. 1. Tiraq. in 16. leg. connub. gl. 8. n. 224. Hyer. Gabr. cons. 1. num. 7. vol. 1. Morot. cons. 53. num. 12. vers. Sed difficultas, & cons. 75. num. 12. Et in specie de bonis in territorio statuentium existentibus Morot. d. cons. 75. nu. 14. Thes. Iun. lib. 2. quæst. for. q. 8. num. 14. quia principalis intentio statuentium respicit inhabilitatem personæ, licet cum ea qualitate formæ, *vt docuit Bald. in d. l. 1. nu. 13. vers. Hoc idem dico, C. de summ. trin.* ideòque debet saltem pro bonis in territorio existentibus ligare subditũ, vbicunque sit, & agat, † *secũdùm* 42
ea, quæ diximus supra nu. 40. Ita arguunt Ruin. d. cons. 160. n. 4. vers. Sed in casu nostro, & nu. 5. vers. Sed aliud est, vol. 4. Gabr. d. cons. 1. num. 6. vers. Tamen, vol. 1. Morot. d. cons. 53. num. 12. vers. præcipua autem, & d. cons. 75. n. 12. Alioquin facilè posset fraus fieri statuto, cum liberum sit vnicuiq; exire de territorio, & ibi actum facere sine statuti solemnitate, posteaque redire, † *vt considerant Bald. cons. 60. num. 1. vers. Alias sequere-* 43
tur, vol. 5. Ruin. d. cons. 160. num. 4. vol. 4. Seuer. in d. l. 1. nu. 104. in fin. C. de summ. trin. Tiraq. in 16. leg. connub. d. gl. 8. nu. 219. vers. Denique.

Sed his nõ obstantibus contraria sententia mihi semper visa est verior, vt scilicet sufficiat subdito adhibere solemnitates requisitas ex stilo loci, vbi res agitur, vt valeat actus, etiã si non seruet solemnitates requisitas à statuto eius loci, vbi bona sita sunt; † *Quæ fuit sententia Bart. in d. l. 1. num. 32. vers.* 44
circa primùm C. de summ. trin. Ang. cons. 233. num. 2. Ias. cons. 48. num. 3. vers. Nec obstant statuta, vol. 1. Corn. cons. 241. nu. 4. vol. 2. Soc. Sen. cons. 239. num. 3. vol. 2. Ruin. cons. 201. nu. 8. vers. Et simpliciter vol. 1. & cons. 53. nu. 13. & 14. vers. Sed ad istud, vol. 2. Ant. Gabr. in tit. de statu. concl. 8. nu. 20. & 21. Crau. cons. 271. num. 3. vers. quinto igitur, Ceph. cons. 170. num. 27. vers. His ita præmissis, & nu. 32. & cons. 171. n. 35. & seqq. Nat. cons. 643. num. 1. vers. Concludo, & num. 6. Gramm. decis. 103. num. 179. Sol. in d. tit. de alien. bonor. gl. 2. num. 32. Nam certum est, in solemnitatibus adhibendis spectandum esse locum, vbi res geritur etiamsi à forensi fiat, & ea seruata validum censeri actum quoad omnia bona etiam alibi existentia, *vt latè dicemus infra num. 51. & seqq. & num. 135.*

Nec est contrarium, quod huiusmodi statutum inhabilitet subditum, & eum afficiat, vbicunque sit, quia hoc verum est, † si simpliciter inhabilitet: nam in his terminis procedunt ea, quæ diximus *in primo casu.* Cœterum, si eum ita 45
demum inhabilitet, si non seruet formam, & solemnitatem præscriptam, verius est, eum ligare in territorio, non extrà,
vt de-

vt declarant omnes, quos supra proximè retulimus. Et ratio
46 diuersitatis est, quia † simplex personæ inhabilitatio tam-
quàm personalis non concluditur loco, sed personam sequi-
tur quocunque proficiscatur, *vt diximus supra nu* 26. At in-
habilitatio respectu certæ formæ concluditur loco, scilicet,
quia, solemnitas actuum, qui geruntur, est localis: debet enim
adhiberi secundùm morem eius loci, vbi actus geritur, *vt di-
ctum est*, ideòque non potest ad personam alibi contrahen-
tem extendi.

Non distinguo autem, vtrum statutum principaliter in-
habilitet personam agentem non seruata forma, an verò cō-
tra principaliter annullet actum initum à persona non ser-
uata forma, quasi priore casu liget subditum vbicunq; exi-
stentem, posteriore verò contra, quod in illo inhabilitatio
personæ consideretur, vt principalis, forma verò, vt accesso-
ria, *secundum ea quæ diximus supra num.*39. posteriore verò
47 contra, † *Quemodo distinguunt Seuer. in d.l.*1.*nu.*103. *versic.
Tertius, & vers Quartus & num.*106.*vers. igitur, Ruin. dict.
cons.*166 *nu.*3.*vol.*4.*Morot.d.cons.*53.*n.*12. *vers. Nam loquitur
Bart. & Thes. lun.d lib.*2.*quæst.*8.*num.*15. quoniam hæc di
48 stinctio verbalis est, non realis, † vt in simili specie dicemus
infra num. Et in his terminis animaduertit *Ruin.d.cons.*201.
*num.*9.*vol.*1. *Et fatetur etiam Seuer.in d.l.*1.*n* 103. *uers. Non
audeo*: Nam, quid interest, dicamus, fœmina non possit testa-
ri, nisi cum præsentia duorum consanguineorum, an verò,
testamentum conditum à fœmina sine præsentia duorum
consanguineorum non valeat? Vtroque enim casu, & per-
sona principaliter consideratur, & actus, & forma; persona,
quæ facit, actus, qui fit, & forma in actu celebrando requisi-
ta. Quamobrem inter huiusmodi species non est aliqua con-
stituenda differentia.

Minùs distinguo, vtrum statutentes expressim prohibeant
actum sine illa solemnitate fieri etiam extra territorium, an
verò simpliciter quasi priore casu liget subditum etiam ali
49 bi gerentem, posteriore verò contra. † *Quomodo distinguunt
Alex.cons.*41.*num.*8.*&* 10.*vol.*5.*quod est repetitum in cons* 130
vol 6. *& alij*, quia verius est non ligare, etiamsi id expresse
50 caueat, † *vt rectè censuerit Ruin.d.cons.*53.*n.*13.*vers. Fortius
duo, & num.* 14.*vers. Sed ad istud, vol.*2. *Nat.d cons.*643.*num.*6
51 Nam, cum † solemnitatis contra ius commune obseruandæ
necessitas pendeat à iurisdictione statuentium consequens
est, vt ea non possit imponi pro actibus, qui fiunt in alieno
territorio, vtpote in quo iurisdictio non potest exerceri *vt in
terminis considerant Ruin.d.cons.*53.*num.*14.*vol.*2. *& Nat.d.
cons.*643.*n.*6. Nec obstat, quod exerceatur in personam sub
ditam, quia non sufficit hoc, si tractetur de forma: Nam, quia
in solemnitatibus debet inspici locus, vbi res geritur, *vt dice-
mus infra num.*44. ideò fit, vt contra hoc ius non possint sta-
tuentes mutare formam etiam respectu subditi pro actibus,
qui in alieno territorio geruntur, *secundum ea, quæ supra
diximus*.

Denique non distinguo, vtrum extra territorium fiat actus
cum subdito, vel alio habente notitiam statuti, an verò cum
forensi, & ignaro, quasi priore casu non valeat, posteriore
52 verò contra, † *Quomodo distinguunt Seuer. in d.l.*1 *num.*106
*C.de summ.trin. Alex.d.cons.*41.*num.*9.*vol.*5.*Corn.cons.*89.*n.*2.
*in fi.vol.*3.*Ruin d.cons.*53.*num.*13 *uers. Cum ergo, vol* 2. *Parif.
d cons.*99 *num.*57 *&* 58.*uers. Quibus stantibus, vol.*1.*Tiraq.in*
16 *leg.connub gl.*8.*n.*222.*& seq. Ant. Gabr tit.de statu.concl.*8.
*num.*4.*Morot.d.cons.*75 *num.* 13. quia veriùs est, hoc proce-
53 dere, etiamsi fiat cum subdito; † Nam, cum impedimentum
extensionis procedat à defectu potestatis statuentium respe-
ctu loci, *vt dictum est*, Consequens est, vt subiectionis perso-
næ non sit habenda ratio.

Planè, si statuti fraudandi causa res alibi gereretur, aliud
54 putarim dicendum, † *Quod etiam voluerunt Corn d. cons.*89.
*num.*9 *uers. Nec obstat, quod de facili, vol.*3. *Parif.dict.cons.*99.
*num.*59.*vol.*1.*Ant. Gabr. in d.tit.de statu, concl.*8 *num.*21.*&*
22.*Tiraq.in* 16 *leg.connub dict. gl.*8 *num.*221. *Ceph.dict consil.*
170.*num.*29.*Sol. in d. tit.de alien.bon.gl.*2 *num.*32.*Thes. lun.
dict.lib.*2.*quæst.*8.*num.*15. Idque facilè præsumerem, si in lo-
co statuti domicilium habens se se transferret in alium lo-
cum solius actus gerendi gratia, & eo celebrato statim re-
55 diret, quo casu nullum declararem actum, † *prout etiam
censent Parif.d.cons.*99.*num.*59.*vol.*1.*Sol.in dict.tit.de alie bon.*
*gl.*2 *num.*32. Ceterum amota fraude veriùs arbitror, quod
supra dictum est, *& in specie declarat Sol.dict. glo.*2. *num.*32.
vers. Cessante. Fraudem autem tunc absque dubio censerem
abesse, si subditus alibi domicilium haberet, & ibi celebraret
actum, quo casu validum eum censerem etiam non seruata
solemnitate statuti loci originis, vbi bona sita sunt, † *vt re-* 56
*ctè censuerunt Alex d cons.*41.*num.*7 *vers. Et hanc decisionem,
vol.*5.*Ant. Gab in d.tit.de statu.concl.*8 *num.*11. *Ceph d.cons.*
170.*num.*29. Et multò magis, si domicilij translatio fuisset
necessaria, vt euenit in muliere nupta extra locum suæ ori-
ginis, & disponente, aut contrahente seruata forma loci do-
micilij viri: Nam eo casu sine aliqua dubitatione validum
censerem actum etiam non seruata forma statuti loci suæ
originis, vbi bona sita sunt, † *quod etiam censuit Ant.Gabr.* 57
*in d.tit.de statu concl.*8.*num.*11.

Neque obstat authoritas eorum, quos in contrarium ad-
duximus, quia respondeo primo, eorum opinionem non es-
se veram, nec receptam; Nam ex numero DD. quos retuli-
mus *supra num.*54. facilè est intelligere opinionem, quàm
nos sustinemus esse receptiorem, quidquid alij scripse-
rint.

Secundo respondeo, DD. in contrarium allegatos, si quis
eorum dicta diligenter perpendat, effectu recidere in eam sē-
tentiam, quàm nos secuti sumus: Nam eo ipso quod funda-
mentum in eo constituunt, quod facilè aperiretur via frau-
dibus, cum facile sit prohibito exire territorium, & non ser-
uata statuti forma testari, aut contrahere, indeque statim
redire, *vt videre est apud eos, quos retulimus supra num.*42.
non obscurè indicant, amota fraudis suspicione se contrariū
sentire, cum alioquin nos fateamur, data fraude contrariam
opinionem esse veriorem. In eo sanè possumus dici discor-
des quod in dubio nos pro validitate sumus, propterea, quod
fraus non præsumitur † *l. merito* 51.*ff.pro Soc l. quoties* 18. 58
*§ qui dolo ff de probat. latè Mascard. de probat. concl.*814 *n.*2.
Ipsi verò inualidum esse censent actum, quia alioquin ape-
riretur via fraudibus; & eo modo considerant potentiam
fraudandi, non actum, quem nos requirimus ad inualidita-
tem inducendam.

Tertius casus est, quando statuentes inhabilitant subditū,
quoad iura personalia, & quærimus, an talis inhabilitatio af-
ficiat eum existentem, & agentem in territorio etiam pro
bonis alibi sitis, Et in hoc casu, si tractemus de inhabilita-
tione non simplici, sed facta ratione formæ, *secundum termi-
nos casus præcedentis*, res caret dubio: Nam, cum in actibus
celebrandis seruanda sit eius loci forma, vbi res geritur, *vt
dicemus infra nu.*44. Consequens est, vt ea non seruata nul-
lus sit actus gestus à subdito, etiam quoad bona sita extra
territorium statuentium, † *ex ijs quæ dicemus infra nu.*44. 59
& seq. Ceterum, si tractemus de inhabilitatione simplici res
maiorem habet dubitationem: Nam frequentior videtur
opinio existimantium, talem inhabilitationem porrigere vi-
res suas etiam ad bona sita extra territorium. † Ita enim 60
*censuerunt Bald.in d.l.*1.*nu.*18.*vers. viso de essentia, C de summ.
trin.Rom.a.d cons.*39.*n.*3 *vers. vltimo. Soc.Sen.cons.*176 *num* 6.
*vers. Secunda ratio, vol.*2. *repetitio in cons.*103 *lib.*4.*Morot.cons.*
53.*num.*18. Et accipiendi videntur omnes, qui simpliciter
dixerunt, statuentes posse subditum suum inhabilitare etiam
pro nobis sitis extra suum territorium, *quos retulimus supra
num. vt in specie declarat Surd.cons.*553 *num.*17.*vers. Quia
authoritates.* Quæ sententia videtur habere rationem: Nam,
vbi actus fit contra prohibitionem statutariam, cessat in eo
voluntas agentis, tamquàm à statuto reprobata, ideò-
que, quasi deficiente substantia debet censeri nullus, &
per consequentias nullum posse effectum operari; † *Ita ar-* 61
*guit Bald. in dict.l.*1. *num.*18. *versic. Sed hoc considerandum,
C. de summ.trin.*

Sed hæc opinio, contra quam fortassis difficile esset in fo-
ro obtinere, mihi non videtur vera, † quia si personæ habi- 62
litatio non porrigit vires suas ad bona sita extra territorium
statuentium, vt patet ex ijs, quæ de filijsfam. testamento, aut
spurij institutione diximus *supra num.*14.*& seq.* Consequens
est, vt nec ad ea trahi debeat personæ inhabilitatio, † *vt ar-* 63
*guit Ant.Gabr.in d.tit de statu.concl.*8.*num.*9.

Nec est contrarium, quod, vbi actus geritur contra dis-
positionem statutariam, deficiat voluntas, quasi reprobata,
quia

64 quia respondeo, deficere † iure, non natura, & sic fictè, non verè, scilicet, quia, qui facit actum, re vera vult, sed quia voluntati repugnat statutaria dispositio, ideò perinde habetur, ac, si noluisset, cum id, quod est contra legem, pro nullo habeatur *l. non dubium. 5. C. de leg.* Vnde quia ius inducens hanc fictionem pendet à potestate illorum, qui id constituerunt, & talis potestas est territorio limitata, ideò fit, vt etiam limitata censeatur ipsa fictio, & per consequentias, vt, licet, quoad bona supposita iurisdictioni statuentium deficiat voluntas, saltem fictè, non tamen dici possit deficere, quoad ea, quæ alibi sita sunt.

Planè, si statutum non simpliciter inhabilitaret subditũ, sed ita demum, si certam non seruauerit formam, *secundùm ea, quæ diximus in 2. casu*, verius erit, talem inhabilitationẽ
65 porrigi etiam ad bona alibi existentia, † quia, cum ad validitatem actus debeat ea forma seruari, quæ requiritur in loco, vbi res agitur, *vt dicemus infra nu. 44.* Consequens est, vt ea non seruata non possit actus sustineri, etiam quoad bona alibi existentia, *per ea, quæ dicemus infra num. 51.*

Quartus casus est, quando statuentes inhabilitant subditum, quoad iura personalia, & quærimus, an talis inhabilitatio cum afficiat, etiamsi faciat actum extra territorium, & pro bonis in alieno territorio existentibus, Et in hoc casu, licet plerique censuerint afficere, si statutum sit fauorabile,
66 † *vt Bart. in d. l. 1. nu. 32 C. de summ. trin. prout ea eum intelligunt, & sequuntur Roma. d. consil. 39. num. 3. uersic. His tamen non obstantibus, & Morot d. consil. 53. num.* 18. Contrarium
67 tamen verius est & receptius, † *vt videre est apud Bald. in d. l. 1 num. 18. versic. Quod verum credo, C. de summ. trin. & cons. 439 num. 4. versic tamen consideratis omnibus, vol. 4. Roll. cons. 80 num. 32. vol. 4. Thes. Iun. d. lib. 2. quæst. 8 num. 15 & 16.* quia statuentes, nec directè, nec per indirectum possunt mutare ius commune respectu bonorum quæ suæ iurisdictioni non sunt supposita. Quod multò facilius procederet, si statutum non simpliciter inhabilitaret subditum, sed ita demum, si
68 certam formam non seruauerit, † *in quibus terminis loquutur Thes. Iun. d. lib. 2 quæst. 8. num.* 14. tametsi contrarium sensisse
69 videantur, † *Paris. d. consil. 99. nu 56. vol. 1. & Morot. d. consil. 53. nu. 18. & d. consil. 75 num. 12. iuncto. num.* 14. dicentes, id maximè procedere si bona sita sint in territorio statuentiũ, & eo modo significantes, se idem sentire in bonis alibi sitis, licet cum maiore difficultate.

Nec obstat, quod interdictio bonorum facta prodigo effectum operetur, etiamsi persona contrahat extra territoriũ,
70 & de bonis alibi existentibus, † *vt declarant Bart. in d. l. ex castrensi. 8. nu. 1. ff. de castr. pecu. Signo. in d. l. 1. num. 19 versic ficut in eo. & ibi Ias. in prima lect. nu. 46. versic. Ad idem, & in 2. nu. 95 C. de Summ. Trin. Roman d. consil. 39 num. 3. versic. Vltimò, Alex. consil. 41 nu. 8. vol. 5. Dec. in l. fin. num. 13. ff. de iurisd. Morot. d. consil. 53. num. 12.* quia respondeo, longè aliam esse rationem interdictionis, aliam statutariæ dispositionis: Nam interdictio fundatur in iure communi, quod vbique vim suam operatur, licet declaratio fiat ab eo Iudice, cuius iurisdictioni supposita est persona prodigi. At dispositio statutaria, quæ est contra ius commune fundatur in potestate statuentium, quæ, quia est territorio limitata, ideò non potest vltra
71 eius fines vim suam operari: † *Ita declarant Bald. in d. l. 1. nu. 13. versic. Aduertatis & ibi Ias. in secunda lect. num. 95. in fin. Alciat. in fin. C. de Summ. Trin. Alex. d. consil. 128. num. 2. vers. Nec obstat illud vol. 1. & d. cons. 41 num. 7. vers. Addens, quod simile vol. 5. Roll. d. consil. 80. num. 34. & 40. versic. Non obstat quoque vol. 4. Nat. d. cons. 514. n. 17. Thes. Iun. d. lib. 2. q. 8. n. 16.*

Quintus denique casus est, quando statuentes inhabilitãt subditum, non, quoad iura personalia, sed, quoad ius succedendi, quod principaliter respicit res, & bona, non personam tametsi quoad figuram verborum videatur in personam cõcipi, Et tunc verius, & receptius est, talem inhabilitationem
72 non trahi ad bona sita extra territorium statuentium, † *vt ostendimus supra num. 8. & 32.* quoniam eorum respectu deficit ipsorum statuentium potestas, quippe, quæ est territorio limitata, *vt supra dictum est.*

Nec obstat, quod statuẽtes non videantur excludere personam à bonis alibi existentibus principaliter, sed per quandam consequentiam, quia verius est, imò excludere princi-
73 paliter: † Nam hoc principaliter agitur à statuentibus, vt persona, quæ iure communi ad defuncti successionem vocabatur, ex dispositione statutaria excludatur ab eadem successione, & sic à bonis in ea comprehensis, quæ res, quia pendet à potestate statuendi, & mutandi ius commune, ideò non potest habere effectum, nisi in bonis suppositis iurisdictioni statuentium. Neque in hoc est constituenda differentia inter hæc loquendi genera, Fœmina non succedat, seu, Femina à successione repellatur, & hæc, successio, seu bona non pertineant ad Fœminam, † quia vtroque casu, & de persona tra- 74
ctatur principaliter, & de rebus, de persona, quæ excluditur, de rebus verò, à quibus fit exclusio, nec alterum sine altero stare potest, *vt rectè declarant ij, quos retulimus supra nu. 31.*

Denique non obstat, quod masculi, qui fẽminã excludunt, non consequantur bona sita extra territorium statuentium ex dispositione statutaria, sed iure communi, quippe, quo cauetur, vt portio exclusi accrescat non exclusis, *vt considerant ij, quos retulimus supra num. 30.* quia respondeo, negando ius accrescendi posse in huiusmodi bonis habere locum: Nam contraria iuris dispositio, quæ viget in loco, vbi bona sita sunt, impedit ius accrescendi, † *vt declarant Bald. in d. l. 1. nu.* 75
19. vers. Sed hic quæro C. de Summ. Trin. Alex. d. consil. 128. n. 1. vol. 1. Ias. in d. l. re coniunctis. nu. 215 & d. consil. 163. col. 2. vers. Et in specie vol. 2. Ruin. consil. 48. num. 1. vol. 3. Curt. Iun. consil. 108. nu. 3. versic Eandem opinionem, Purp. consil. 310. nu. 6. Tiraq. de iure primog. qu. 46. num. 27. Ceph. consil. 309. nu. 43. & 74. versic. Postremò, Roll. d. cons. 80. nu. 29. vers. Superest vol. 4. Nat. d. cons. 514. num. 11. & 16. Peregr. cons. 10. num. 5. versic. Et vltra hos vol. 3. Surd. consil. 343. num. 19. uersic. Respondetur secundò. Idque duplici de causa, vna ex parte masculorum, altera verò ex parte fẽminarum: † Nam ex parte masculorũ 76
ideò cessat ius accrescendi, quia, cum eorum vocatio pendeat à dispositione statutaria, & sic à potestate statuentium, quæ est territorio limitata, fit, vt & ipsa limitata censeatur, scilicet quia, vbi limitata est potentia causæ efficientis, limitatus quoque inducitur effectus, *vt dicemus in hoc cap. q. 3. num. 7.* & per consequentias, vt non possit iuris accrescendi incrementum recipere, cum in dispositionibus limitatis ius accrescendi cesset, *vt diximus supra num. 8. & dicemus etiam in hoc cap. q. 10. num. 1.* Ex parte verò fẽminarum ideò cessat ius accrescendi, quia non possunt ipsæ censeri exclusæ à bonis sitis in alieno territorio, vtpote ad quæ vocantur iure communi, quod statuentes mutare non possunt, nisi, quoad bona suæ iurisdictioni supposita, & ideò, tamquàm cessante exclusione debet cessare ius accrescendi, *secundùm ea, quæ diximus in 6. ca. qu. 36. num. 3.*

Secundo verò deducunt alij fundamẽtum à qualitate statuti: Nam, licet statutum excludens fẽminas non porrigatur ad bona alibi existentia, si sit odiosum, vt est statutum excludens filiam à successione patris, aut matris, † *de quo specia-* 77
liter loquuntur Bart. in d. l. 1. nu. 33. & ibi Bald. n. 19. versic. Sed hic quæro, Signo. n. 19. in fin. C. de Summ. Trin. Bald. in d. l. 2. n. 8. C. quæ sit long. cons. Alex. d. cons. 16. ante n. 1. vers. Et, quod tale, vol. 1. Barbat. cons. vlt. nu. 25. vol. 3. Ias. in d. l. re coniunctis n. 314. & ibi Alciat. nu. 56. vers. Sed finge, Ias. d. consil. 163. col. 1. vers. item tales vol. 2. Curt. Iun. d. consil. 108, num. 30. Dec. consil. 313. alias 314. nu. 6. Corn. consil. 202. nu. 11. vol. 2. Ruin. cons. 48. nu. 1. vol. 3. Cagn. in d. l. fin. n. 21. ff. de iurisd. Natt. d. cons. 514. nu. 11. & 18. Roll. d. cons. 80. n. 23. & 29. vol. 4. Surd. d. cons. 343. nu. 19. vers. Et secundum hanc, Thes. Iun. d. lib. 2. quæst. forens. qu. 5. n. 7. aut excludens matrem à successione filij, vel filiæ, † *de quo* 78
loquuntur Castr. consil. 32. numer. 1. vol. 2. Dec. consil. 313. alias 314. num. 5. versic. Venio, & num. 6. Ruin. d. cons. 48. nu. 1. uersic. Et eadem ratione vol. 3. Natt. d. consil. 514. nu. 11. & 18. Roll. d. cons. 80. per tot. & præcipuè n. 29. uers. Vltimò, Ceph. cons. 120. nu. 11. & cons. 278. n. 104. Thes. Iun. d. lib. 2. q. 5. num. 9. tamen, si sit fauorabile, secundùm eos porrigitur. † *Ita enim videtur cen-* 79
suisse Bart. in d. l. num. 32. vers. Aut statutum est prohibitorium in personam C. de Summ. Trin. Et explicitè censuerunt Alex. cons. 141. nu. 15. vol. 7. Curt. Iun. consil. 9. nu. 2. & seqq. Rub. inter cons. Purp. d. cons. 320. n. 4. Ceph. d. cons. 309. nu. 24. & 38. Thes. decis. 37. nu. 6. Morot. d. cons. 53. n. 18. Surd. d. consil. 343. n. 19. in prin. & uersic. quibus stantibus, vbi testatur hanc esse communẽ, & magis veram opinionẽ, & cons. 346. n. 6. uers. Præterea & cons. 535. n. 17. vers. Sed quicquid, vbi pariter testatur hanc esse magis communẽ, & cons. 553. n. 10. quã etiã sibi sẽper visã esse veriorẽ

fate-

fatetur Thes. Iun. d. lib. 2. q. 5. num. 3. Huius autem rei exemplum afferunt in statuto, quod extantibus agnatis excludit sorores à successione fratrum: nam, quia tale statutum cen-
80 setur fauorabile, tamquam conditum fauore agnationis, † *vt scribunt Bald. in l. fin. nu. 2. versic. Et facit C. qui non poss. ad l. b. pern. Alex. d. consil. 16 ante num. 1. versic. Et quod tale statutũ vol. 1. Curt. Iun. consil. 150. num. 6. Soc. Iun. consil. 1 num 46 vers. Quarta vol. 1. vbi ait hanc opinionem esse multum singularem, & secundùm suum sensum Rub. inter consil. Purp. d. consil. 320. num. 4. versic. Sed casu Ceph. consil. 120. num. 9. & 11 & consil. 278. num. 108. Menoch. consil. 235. num. 37. & consil. 427 num. 14 Surd. d. consil. 343. num. 19. versic. Addo, & versic Quibus stantibus, & d. consil. 55. num. 9. versic. Quæ sententia, & nu. 10. vbi testatur hanc esse communem. Maresc. lib 2. variar. resol. cap. 80. num* 10. ideò (secundùm eos) fit, vt trahatur etiam
81 ad bona sita extra territorium, † *vt in specie docuerunt Rub. inter consil. Purp. d. consil. 320. num. 4. versic. Quo casu. Ceph. d. consil. 120 num. 11. Surd. d. consil. 553. num. 10 versic. Et in specie, vbi testatur hanc esse communem.*

Verùm neque hæc sententia est amplectenda: Nam contraria verior est, & receptior, vt scilicet statuta fœminarum exclusiua non trahantur ad bona sita extra territorium sta-
82 tuentium, etiamsi sint fauorabilia: † *Ita enim censuerunt Bald. in d. l. 1. num. 19. versic. Ego dico C. de Summ. Trin. Alex. dict. consil. 128 num. 1. versic. Et idem in effectu vol. 1. Iaf. d. consil. 163. col. 2. versic. Et in specie vol 2. Curt. Iun. d. consil. 108. numer. 30. versic. Eandem opinionem. Paris. consil. 68. num. 9 vol. 2. Purp. d consil 320 num. 7 in fin. Tiraq. de iure primog. q. 46. numer. 27. Roll. d. consil. 80 num. 29. versic Superest modo vol. 4 Nat. consil. 514. num. 11. & 15. versic. Illud est enim. Put. lib. 4. decis. 351. nu. 2. vbi ait, ita fuisse à Rota resolutum Car. Ant. Put. in consil. in posito in fin. consil. Odd. num. 24. vbi pariter ait, ita se vidisse iudicatum. Thes. Iun. d. lib. 2. quæst. forens. 45. n. 4. vbi ait, hanc esse magis communem tam antiquorum, quam recentiorum sententiam & secundùm eam iudicasse Senatum Pedemontanum, licet fateatur contrarium opinionem sibi semper visam esse veriorem.* Et in specie de Statutis excludentibus sorores, aut alias
83 transuersales, † *Iaf. d. consil. 163. col. 1. versic item tales vol. 2. Ruin. d. consil. 48. num. 1. versic. Et eadem ratione vol. 3. Et recte*: Primum enim, cum impedimentum extensionis proueniat à defectu potestatis, Consequens est, vt fauor in eo nihil
84 operari possit: † Nam nec institutio nec pupillaris substitutio, nec alia quæuis, tametsi fauorabilis dispositio trahetur ad vniuersum, si deficiat causæ efficientis potentia *l. sed, si plures. 10. §. in arrogato & ibi nos ff. de vulg. nosque latè dicemus in hoc cap. q. 12 num. 13.* Quamobrem Doctores, qui censent, non extendi statuta ad bona alibi sita, non in odio constituunt fũ-
85 damentum, sed in defectu potestatis † *vti videre est apud Purp. d. consil 320. num. 7. in fi. & num. 8. versic. Adeò Nat. dict. consil. 514 num 15. Roll. d consil. 80. nu. 29. versic. Superest vol. 4. Put. d. lib. 1. decis. 351. num. 3. qui ita in specie declarant*: Ideò enim censent non trahi, quia contraria iuris dispositio, quæ viget in loco, vbi bona sita sunt, impedit ius accrescendi, *vti videre est apud eos, quos retulimus supra num. 75.*

Secundò verò, dato etiam, quod fauoris esset habenda ratio, hoc tamen esset intelligendum de ijs, quæ sunt merè fauorabilia, non etiam de ijs, quæ mixtim habent fauorem, & odium, cuiusmodi sunt statuta fœminarum exclusiua, quippè, quæ sunt fauorabilia quoad partem inclusiuam, sed odio-
86 sa, quoad exclusiuam. † *vt declarant Bald. in l. venia. 2. num. 4. & ibi Alex. num. 5. Iaf. num. 4. C. de in ius voc. Iaf. in l qui exceptionem. 40. num. 1. versic. Breuiter ff. de cond. ind. vbi testatur, hanc esse magis communem conclusionem. Soc. Sen. consil. 122. num. 2. vol. 3. Ceph. consil. 278. num. 100. & seq. Bursat. consil. 208. num. 5. & 18. versic. Tertium. Honded. consil. 12. num. 18. consil. 13. num. 41. vol. 1. & consil. 7. num. 4. vol. 2.* Nam in ijs verius est sufficere partem odiosam ad impediendam respectu bonorũ
87 alibi sitorum extensionem, † *vt rectè declarant Nat d. consil. 514. num. 18. versic. Secundò respondetur & Roll. d. consil. 80. n. 38. versic. Secundò respondet vol. 4.* Nam, & simili ratione, licet
88 tutela sit pupillo fauorabilis † *l. si hæreditas. 10. § fin. ff. de test.*
89 *tut.* quia tamen est tutori onerosa, & odiosa, † *l. 1. Cod. quod cum eo, tit. Instit. de leg. patr. tut.* Ideò in ea cessat extensio. Quo fit, vt, licet in fauorabilibus appellatione filiorum conti-
90 neãtur nepotes † *l. iusta, 201 l. liberorum 220. ff. de verb. signif.* non tamen contineantur in datione tutorum † *l. quod si nepotes. 6. ff. de testam. tut. §. si quis filiabus, inst. qui testam. tutor. dar. poss.* 91

Tertiò considerant alij rem, à qua fit exclusio: nam si statutum excludat ab hæreditate, siuè à successione vniuersali, censent trahi etiam ad bona sita extra territorium statuentium. † *Ita enim censuerunt Franc. de Rampon. inter consil. Calder. consil. 34 num. 1. versic ad idem facit, & num 3. versic. Tertiò sub tit. de testam. & post eum Alex. consil. 44. num. 7. vol. 5 & consil. 141. num 18. vol. 7 Campeg. de stat. exclud. fœm. q. 69. in fi. vbi ait, hanc opinionem esse fortiorem & in practica magis obtinere Iaf. consil 80. num. 3. versic. Monetur etiam vol. 3. Papiens. in form. lib. quo pet. hæred. ex testam. in verb. vallatum num. 10. versic. Ego autem crederem, Purp d consil. 320. nu. 13. Ceph. d. consil 309. num. 26. & 73 Surd. d. consil. 343 num. 26. d. consil. 535. num. 19. & d. consil. 553. num. 10. versic. Secundò confirmatur*, quia, cum hæreditas, tãquàm ius vniuersale non circunscribatur loco, sed complectatur omnia bona vbiuis existentia † *l. si fideicommissum. 50. §. testamẽtum ff. de iudic. & in specie declarant Ceph. d consil. 309. num. 26. & Surd. d. consil 535. num. 20. & d. consil 553. num. 11.* Consequens videtur, vt quoties ab ea quis excluditur, censeatur excludi ab omnibus bonis vbicunque sitis, ne alioquin vna, & eadem hæreditas diuerso iure censeatur, † *contra regulam, l. eum, qui ædes 23. in fi. ff. de usucap. l. 1. versic. Nec ratio ff. de rer. perm. Et in his terminis considerat Surd. d. consil. 335. num. 20.* 92 93 94

Sed contrarium verius est, & receptius: † nam DD. qui scribunt statuta fœminas excludentia non trahi ad bona sita extra territorium statuentium, *quos retulimus supra num. 24. 77 & 78.* haud dubiè loquuntur de statutis excludentibus à successione vniuersali, quemadmodum & ij, qui censent non trahi, licet fuerint in personam concepta, & fauorabilia, *quos retulimus num. 31. & 82.* Loquuntur enim de statutis ita conceptis, fœmina non succedat, vel Fœmina à successione repellatur, & sic de statutis excludentibus à successione vniuersali. Et hunc esse magis communem DD. sensum, vt statuta non trahantur ad bona alibi sita etiamsi loquantur de hæreditate, vel successione vniuersali *testatur Alex d. consil. 16. num. 1 in fin. vol. 1.* Nam, quod dicimus, hæreditatem, siue successionem vniuersalem complecti omnia bona, vbiuis existentia, procedit † in ea successione, quæ defertur ex dispositione iuris communis. Cęterùm, quæ ex dispositione statutaria non complectitur omnia bona, sed tantùm ea, quæ Iurisdictioni, & potestati statuentium sunt supposita, *vt patet ex ijs, quæ supra diximus.* 95 96

Nec obstat, quod vna, & eadem res non debeat diuerso Iure censeri, quia respondeo primo id procedere † vno, atque eodem respectu, secus verò diuersis respectibus, vt in casu nostro: Nam, quia tractatur de diuersitate locorum, & iurium, non est inconueniens vnam, & eandem hæreditatem respectu bonorum vnius loci censeri vno iure, idest, iure communi, respectu verò bonorum alterius loci cẽseri alio iure, nempe statutario. *Ita respondet Alex. d. consil. 128. num. 2. versic. Sed ad hoc respondeo vol. 1.* 97

Secundò respondeo, negãdo hic tractari de vna, & eadem hæreditate: nam, licet regulariter vnius hominis una tantum sit hæreditas, quæ ius eius vniuersum complectitur † *l. nihil aliud, 24. ff. de verb. signif. l. hæreditas, 63. ff. de reg. iur.* si tamen is habeat diuersa patrimonia, quæ diuerso iure censeantur, aut bona sita in diuersis locis, in quibus diuersa viget iuris dispositio, huiusmodi patrimonia, siue bona pro diuersis, & diuersorum hominum hæreditatibus reputantur, † *vt de patrimonijs constat ex l. si certarum. 13. §. Iulianus ff. de milit. testa. & nos latè dicemus in hoc cap. q. 24. num 45. De bonis verò sitis in diuersis locis scribunt Nat. d. consil. 514. num. 11. Roll d. consil. 80. num. 37. versic Non obstat, & secundum vol. 4. Surd. d. consil. 553 num. 16. & ij, quos referemus in hoc ipso cap. q. 24. num. 45.* Et est etiam de mente dicentium, propter diuersitatem patrimoniorum quem reputari duplicem hominem, & duorũ personam sustinere, † *vt Soc. Sen. consil. 292 num. 2. versic. Et ratio est vol. 2. Paris consil. 84. num. 42. vol 1. Goz. ad consil 49. num. 9. Purp consil. 320. num. 10. versic. Diligentius, Roll d. consil. 82. num. 29. in fi. vol. 4 Ceph. d. consil. 309. num. 46. Andr. Gail. d. lib. 2. obs. 124 num. 14. & Menoch. d. consil 1021. num. 8* Nam & simili ratione, licet regulariter nemo possit decedere pro 98 99 100

parte

parte testatus, & pro parte intestatus. *l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur.* potest tamen, si habeat patrimonia diuersi generis, aut bona sita in diuersis locis, in quibus diuersa vigeat iuris
101 dispositio, † *vt scribunt Cin. in d. l. 1. nu. 9. versic. Ad quod respondeo, & ibi Bart. num. 36. versic. Nec obstat, Signor. num. 22. versic. Nec obstat C. de Summ. Trin. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de instru. edit. § compendiose num. 16 in verb. opponunt, Alex. d. consil. 128. nu. 2. versic. Sed ad hoc respondeo vol. 1. Corn. consil. 85 num. 8. vol. 3. And. Gail. d. lib. 2. obs. 124. num. 14. Menoch. d. consil 1021. num. 8.*

Quartò, si maior pars bonorum, quæ defunctus reliquit, sita sit in territorio statuentium, censent alij statuta fœminarum exclusiua trahi ad residuum bonorum etiam alibi sito-
102 rum: † *Ita enim censuit Io. de Anan consil. 4. in tertio dub. nu. 4. quem refert, & sequitur Ceph. d. consil. 309. num. 68. versic. Postremò*, quod in successionibus spectanda sint eius loci statu-
103 ta, in quo sita est maior pars bonorum, † *vt est doctrina Castr. in l. si fideicommissum. 50 in prin. nu. 4. per illum text. ff. de iudic. Goz. ad d. consil 49. num. 12. Paris. consil. 12. num. 15. vol. 3 Ant. Gabr. in tit. de statut. concl. 8. nu. 13 & num. 32. Phanuc. secundùm impressionem Taurmensem in tract. de Inuentar. q. 243. n.*
104 137. cum maior pars trahat ad se minorem † *l. & suum hæredem. 8. §. vlt. cum l. seq. ff. de pact. l. quod maior. 19. ff. ad Munic. l. aliud est vendere. 121. §. 1. ff. de reg. iur. l. si in prin. ff. de bon. Auth. iud. poss.*

Sed neque hæc sententia vera est, eamque proinde meritò
105 reprobarunt † *Crott. in l. omnes populi. 9. nu. 245. versic. His tamen non obstantibus ff. de iust. & iur. Roll. d. consil 80. nume. 40. versic. Non obstat, & aliud. & versic. Vltimus vol 4. Pereg. consil. 90. num. 28. versic. Ad sextum vol. 1. & consil. 7. num. 14. vol. 5. vbi ait contrariæ sententiæ obstare communem auctorum sensũ, Maresc. d. lib. 1. var. resol. cap 9. nu. 13. & Thes. lun. d. lib. 2. q. 5.*
106 *n. 12. vbi refert, ita Senatum iudicasse*, quia † cum impedimẽtum extensionis procedat ex defectu potestatis, *vt diximus supra num. 73. & 85.* Consequens est, vt etiam in minimo debeat attendi. Quamobrem, licet vniuersum ferè pupilli arrogati patrimonium prouenerit ab arrogatore, non tamen rectè quis dixerit substitutionem pupillarem ab eo factã trahi ad bona, quæ pupillus habuit à patre naturali, vel aliunde cum eorum respectu deficiat in arrogatore substituendi potestas, *d. l. sed, si plures. 10. §. in arrogato ff. de vulg. & nos latè dicemus in hoc cap. qu. 12 num. 13.* Et simili modo, licet maior pars patrimonij filijfamilias consistat in peculio Castrensi, aut quasi Castrensi, non tamen rectè quis dixerit, ad hæredem ab eo institutum bona aduentitia, quantumuis exigua pertinere, cum eorum respectu deficiat causæ efficientis potentia, *secundùm ea, quæ dicemus in hoc ipso cap. qu. 24. numer. 14.*

Nec obstat, quod eius loci statuta spectanda sint, vbi sita
107 est maior pars bonorum, quia hoc debet intelligi, † quoad effectum aditionis, & eius formæ, de qua loquitur Castrensis, non etiam, quoad effectum exclusionis ab hæreditate, vtpotè in quo necessaria est potestas eorum, qui contra iuris communis dispositionem talem inducunt exclusionem, *vt rectè declarat Marescot. d. lib. 1. var. resol. cap. 9. num. 12.*

Quintò, si vel ex veris probationibus, vel ex præsumptionibus, aut coniecturis constet, mentem defuncti fuisse, vt bona sua ad eos qui statutaria dispositione vocantur, pertinerent, censent alij, trahi statutum etiam ad bona alibi existen-
108 tia. † Præsumptionem autem, & coniecturam ex eo dedu-
109 cunt, quod notus sit, & moratus in loco statuti, † *vti videre est apud Alex. consil. 141. num. 19. versic. Sed in proposito vol. 7. Campes. de statut. excl. fœm. q. 69. n. 7. versic. Aut moritur ab intestato, & versic Sed parum curo, Goz. ad d. consil. 49. nu. 13.* vel
110 quod ibi decesserit, † *vti videre est apud Alex. consil. 16. ante n. 1. vol. 1. Ias. consil. 8. col. 6. vers. Ad idem bene facit vol. 3. Soc. Sen. consil. 36. nu. 3. & 4. versic. Quare, cum prædicta, vol. 1. Put. in d. consil. vn. posito in fi. consil. Odd. num. 39. Peregr. d. consil. 90. num. 21. vol. 1. & consil. 10 num 8. & 13. versic. Non obstat secundum vol. 3 Surd. d. consil. 553. num. 20.*
111 Sed neque hæc sententia sustineri potest: † Nam, cum tractetur de successione intestati, in qua non consideratur
112 voluntas defuncti, nisi, † quatenus non disponendo censetur rem in iuris dispositione reliquisse. *secundùm l. 3. in prin. & l. conficiuntur 8. in pri. ff. de iur. codic.* & sic voluntas permissiua non dispositiua, † *vt declarant Bald. in l. Si emancipati. 9. nu.* 113
11. C de collat. Alex consil. 44. nu. 21. in fi. vol. 5. Put. in d. consil. vn. posito in fin. consil. Odd. num. 40. fit, vt ea non secundùm id, quod testator vniuersaliter voluit, sed secundùm id, quod iure depositum est, & sic, quoad bona sita in territorio statuentium secundùm dispositionem statutariam, quoad bona verò alibi existentia secundùm dispositionem iuris communis regulari debeat. Voluntas enim testatoris ita demum in successionibus deferendis est attendenda, si sit dispositiua, non etiam, si permissiua, quia, qui permittit, non agit, ideoque vis actus non ex voluntate permittentis, sed ex voluntate disponentis æstimari debet.

Sextò, si statutum sit à Principe confirmatum, censent alij, vim eius trahi ad omnia bona sita in ditione ipsius Principis confirmantis, tametsi sint in locis in quibus similis non viget dispositio: † *Ita enim censuerunt Put. in cons. vnico posito* 114
in fi. consil. Odd nu. 115. & Thes. lun. d. lib. 2 qu. 5. n. 13. Quia statutum à Principe confirmatũ censetur lex Principis nõ statuentium, † *vt scribunt Abb. consil. 77. col. pen. versic. Præser-* 115
tim valet statutum lib. 2. Ruin. consil. 130. nu. 8 vol. 5. Rol. consil. 86. num. 28. & 29. vol. 1. Put. d. consil. vn. nu. 115. Pereg. cons. 6. n. 6. vol. 2. Aldoin inter consil. eiusdem Pereg consil. 20. num. 54. vol. 4. Vnde statuta à Papa confirmata dicũtur Papalia, † *se-* 116
cundùm Bald. in l ex placito. 3. num 6. versic. Et hoc facium C. de rer. permut. Barbat inter consil. Alex consil. 123. nu. 17. vol. 4. Afflict. ad constit. regni in prælud q. 3. nu. 4. Ceph consil 601. nu. 32. & consil. 694. nu. 49. Gratian cap. 9. discept for. num 4. quia confirmatio operatur, vt perinde sit, ac, si Princeps illa statuta condidisset, † *vt declarant Alciat in cap. cum contingat nu.* 117
112. extr. de iureiur. Decian. consil. 55. n. 8. vol. 1. Pereg. consil. 63. n. 12. vol. 1. consil. 5 n. 5. vol. 2. Surd. consil. 63. n. 27. Omnia enim nostra facimus, quibus authoritatem nostram impartimur *l. 2. §. sed neque, versic. Omnia C. de vet. iur. enu. cap. si Apostolica. 22. de præb. in 6.* Cum igitur lex Principis vim suam obtineat, & seruanda sit in toto Statu † *l. leges 3. C. de legib.* Consequens 118
est, vt etiam in toto Statu seruandum sit statutum à Principe confirmatum.

Sed neque hæc opinio mihi videtur vera, † quia confir- 119
matio Principis operatur quidem effectum intensiuum, sed non extensiuum: Tribuit enim vim, & robur rei confirmatæ, sed non extendit illam ad id, quod in ea non includebatur
† *l. Aurelius. 29. §. testamento ff. de lib. leg. & scribunt Bald. in l.* 120
2. in fi. C. si adu. rem iud. & in l. nominationes. 27. in fi C. de appell. Barb. inter d. consil Alex. consil. 123. n. 20. vol. 4. Rui. consil. 158. n. 16. vol. 1. Soc. Sen. consil. 159 nu. 30. vol. 2. Menoch. consil. 658. nu 8. & consil. 704. num. 36.

Nec obstat, quod lex principis sit seruanda in toto statu, quia hoc procedit, si † lex sit vniuersalis, secus verò si localis, 121
vt est statutum à principe confirmatum: Nam tunc seruanda quidem est, vt lex principis, sed in eo tantùm loco, ad quẽ est restricta, quia respectu aliorum cessat principis non potestas, sed voluntas.

Septimò, si in locis, in quibus bona sita sunt, vigeat simile statutum censent multi dispositionem statutariam ad ea sine aliqua dubitatione trahi, † *vti videre est apud Soc. Sen. dic.* 122
consil. 36. nu. 2. versic. aut decedens vol. 1. Purp. d. consil. 320. nu. 10. versic. Diligentius, Ceph. d. consil. 309. n. 43. & 74. versic. Postremò & num. 81. versic Nec statutum, Pereg. d. consil. 10. num. 8. versic. Et in hanc sententiam vol. 3. Surd. d. consil. 343 nu. 19. versic. moneor, & versic. Respondetur 2. & d. consil. 553. nu. 13. versic. 3. Thes. lun. d. lib. 2. q. 5 n. 10. Hoc enim videtur fuisse de mente *Bald. in d. l. 1. num. 19. versic. Tamen benè teneo, Cod. de summ. trin. & aliorum, quos retulimus supra nu. 75.* dicentium ideò statuta fœminarum exclusiua non extendi ad bona sita extra territorium statuentium, quia contraria iuris dispositio, quæ in alijs locis viget, impedit ius accrescendi: Supponunt enim à contrario sensu, si contraria non sit iuris dispositio, ius accrescendi non impediri, & sic statutum debere extendi, † *vt animaduerterunt Ceph. d. consil. 309. nu 33. Surd. d.* 123
consil. 343. nu. 19. versic. Respondetur 2. & d. consil. 553. num. 14. Pereg. d. consil. 10 num. 5 versic. Et vltra hos vol. 3. Idem etiam sensisse videntur, qui scripserunt, si defunctus habuerit bona in diuersis locis, vniuscuiusque loci statutum seruandum esse, † *vt Castr. d. consil. 32. num. 1. versic. Quantùm verò, vol. 2.* 124
Alex. d. consil. 44. nu. 6. vol. 5. Soc. Sen. consil. 288. num. 2. versic.

Et se-

Et secundum, & cons 292. num. 2. vers. Et quibus, vol. 2. Paris. d. consil. 84. num. 45. vol. 1. Goz. ad d. cons. 49. num. 8. & 11. in fin. Soc. Iun cons 62. num. 2. vol. 3. Tiraq. de iur. primog. q. 46. in fin. Nat. cons. 148. num. 4. Ceph. d. cons. 309. num. 44. Andr. Gail. d. lib. 2 obs. 124. nu. 8. & 10 Bursa. cons. 8. num. 55. Peregr. d. consil. 10. num. 5 in fin. & num. 13. vers. Ad contraria autem, vol. 3. & cons. 7. num. 3. & 7. Surd. d. cons. 343. numer. 20. & d. consil. 553. num. 15. Supponunt enim haud dubiè feminam vniuscu-
125 iusque statuti vi debere ab omnibus bonis excludi, † *vt animaduertit Surd. d. cons. 553. num. 13. vers. 3.* Denique hoc idem sensisse videntur, qui scripserunt, in successionibus deferendis spectanda esse statuta locorum, in quibus bona sita sunt.
126 † *vt Curt. Iun. d. cons 108. num 30. vers. Et cum illa, Canall. in tract. comm. contra comm. q. 724. n. 3. Thes. Iun. lib. 2. quæst. for. 94. num. 3. & q 5. num 5.*

Verùm neque hæc sententia potuit vnquam in forensi-
127 bus controuersijs obtinere, † quia, aut volumus spectare statutum eius loci, in quo defunctus obijt, & illud non porrigit vires suas extra territorium, *vt supra dictum est*, aut verò volumus spectare statutum eius loci, in cuius territorio bona
128 existunt, & illud non afficit forenses, † *vt post Bart in d. l. 1. nu. 42. vers. Mihi videtur, Cod de summ. trin. scripserunt Calder. cons. 17. n. 2. sub tit. de constit. Abb. in cap. quod clericis nu. 33 de for. comp. Alex. d. cons. 44. n. 3. & seqq. vol. 5. Laud. de pr. mog. qu. 29. Io: le Cirier. de primogen lib. 2. q. 10. num. 3. & seqq. Ias. consil. 80. num. 3. vol. 3. Ruin. cons. 120. num. 18. vol. 1. cons. 192. nu. 15. & cons. 195. nu. 4. & 5. vol. 2. cons. 48. num. 4. & cons. 49. num. 5. vol. 3. Crott. in rep. l. omnes populi 9 numer. 144. ff. de iust. & iur. Ant. Gabr. in tit. de statu. concl. 9 num. 11. Roll cons. 24. num. 16. vers. Quibus, & num. seqq. vol. 3. Mago. decis. Flor. 107. nu. 10. Bursat. d. cons. 8. num. 26. & 34. Hond cons. 11. num. 21. vol. 1. & cons. 10. num. 28. vol. 2. Pereg. d. cons. 80. numer. 10. & 23. vol. 1. Menoch. cons. 351. num. 15.* vtpote, in quos statuentes nullam iurisdictionem habent *l. 1. in fin. ff. de tuto. & cur. l. præses. 3. ff. de off. præs.* Aut denique volumus vtrunque statutum coniungere, & ad effectum exclusionis nihil inde sequitur, quia cum hæc sit coniunctio seu multiplicatio inutilium: Est enim inutile statutum vnius loci propter defectum iurisdictionis in res, alterius verò propter defectum iurisdictionis in personas, Consequens est, vt nihil operari possit *l. 1. C. de legit. hered.* Et, cum ego in quadam causa Niciensi, quæ coram Sereniss. Carolo Emmanuele Sabaudiæ Duce vertebatur; &, cuius decisionem sibi Princeps specialiter reseruaret, conatus essem defendere, statutum debere extendi ad bona alibi existentia, prædictas adducens limitationes, quæ omnes in eo casu concurrebant, *vti videre est in meo cons. 74. numer. 93. & seqq.* in quibus terminis faciliùs, quàm in alijs censent plerique admittendam esse statuti extensionem ad bona alibi
129 existentia, † *vt Ceph. d. cons. 309. nu. 68. vers Quibus infero, & Surd. d. cons. 153. n. 20. vers. Et, quãuis* nõ potui aliquo modo obtinere, quia Dux Serenissimus adhibito prudentium virorum consilio pronunciauit, esse quidem locum statutariæ dispositioni iuxta ea, quæ scripseram in prima consultationis parte, sed, quoad bona sita in territorio Niciensi, non, etiam, quoad alia. Itaque prædictas omnes limitationes, quæ vulgò solent à consulentibus afferri ad inducendam statutorum extensionem habuit pro nihilo: & rectè: Nam, si quis eas diligenter consideret, facilè cognoscet, eas initio non fuisse a DD. adductas, vt communis opinionis limitationes, sed, vt argumenta contrariæ sententiæ, quę communiter est improbata: Sunt enim argumenta Salyceti, & sequacium, qui in simplicibus terminis statuti fęminas excludentis censuerunt, eius vim trahendam esse ad bona, vbiuis existentia, sine dubio repugnat frequentiori DD. opinioni, quæ in omnibus tribunalibus obseruatur.

Neque obstat authoritas eorum, qui dixerunt, ideò non fieri extensionem, quia contra iuris dispositio, quæ in alijs locis viget, impedit ius accrescendi, quasi à contrario sensu voluerint, non impediri, si ibi non contraria, sed similis vigeat iuris dispositio, quia respondeo primo à DD. authorita-
130 te non valere argumentum ductum a contrario sensu † *vt scribunt Alex. in l. 1. num. 28. vers. Non multum, ff de leg. primo Osas. decis. 58 nu. 30. Bursat. cons. 184. num. 55. Surd. consil. 85. num. 39. Seraph. decis. 822 num. 6.* quia id tantum in DD. opinionibus & dictis obseruandum est, quod ex eorum sensu directo deducitur, non, quod per consequentias.

Secundo respondeo, etiam in hac specie contrariam vigere iuris dispositionem in ijs locis, in quibus bona sita sunt, non obstante, quod ibi simile sit statutum fœminarum exclusiuum: Nam, † licet, quoad subditos, qui statuto ligantur, similis vigeat iuris dispositio, tamen respectu forensium, 131
qui statuto non subijciuntur, magis est, vt vigeat dispositio contraria, scilicet, quia eorum respectu non statutaria, sed iuris communis dispositio seruanda est, quæ haud dubiè est contraria statuto loci vbi decessit is, de cuius successione tractatur.

Nec obstat, quod in successionibus spectanda sint statuta cuiusque loci, vbi bona sita sunt quia hoc ita est accipiendũ, vt procedat, † si personæ, de quibus agitur, ligentur omnibus 132
statutis, vt, quia sint subiectæ statuto vnius loci ratione originis, alterius verò loci statuto ratione domicilij: In his enim terminis loquuntur, aut accipiendi sunt DD in contrarium allegati. Cęterum, si non ligentur omnibus statutis, sed tantùm eo, cui sunt subiecti, verius est, non omnium statutorũ, sed eius tantùm, cui subiecti sunt, habendam esse rationem, ideoque respectu bonorum, quæ in alijs locis sita sunt, spectandum esse ius commune, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Denique non obstat, si dicatur, etiam amoto statuto loci originis, aut domicilij, debere fœminam excludi vigore statuti loci, vbi bona sita sunt, non obstante, quod personæ sint forenses, cum hodie videatur receptior sententia existimantium, statuta fœminarum exclusiua afficere etiam Forenses pro bonis sitis in territorio statuentium reiecta distinctione, vtrum in rem, an in personam sint concepta, † *vti videre est* 133
apud Alex cons. 19. n 7. vers Quinimò, vol 6. vbi testatur hanc esse magis communem Curt. Iun. cõs. 5. n. 42. vers. ad septimam, Paris. cons 84 num. 45 vol. 1. Soc. Iun. cons. 25. num. 12. vol. 3. vbi profitetur hanc esse communem, & veriorem, & semper eam secutum esse. Idem scripsit ipsemet Soc. Iun. cons 65. nu. 2. eodem vol. vbi pariter testatur hanc esse magis communem. Alb cons. 50. n. 5. qui etiam ait, hanc esse magis communem DD. conclusionem, Ceph. d cons. 309 n. 47. 60. & 63. vbi contendit, hanc esse communem, & n. 75. & 76. vers. Quinimò, vbi ait esse crebriorẽ, Nat. cons. 148. num. 1. & cons. 581. num. 23 Crau. cons. 271. n. 2. vers. Tertiò dico, & consil. 844 n. 9. vers. 5. Beret cons. 123. nu. 1. vbi pariter testatur, hanc esse receptiorem, Decia. cons. 71 nu 6. vers. præterea vol. 2. vbi ait distinctionem Bart. communiter improbari, Bec. cons 62. num. 23. vol. 1 vbi similiter testatur hanc esse magis communem, Surd. cons. 257. n. 15 cons. 343. nu 9. vbi pariter affirmat, Bart. distinctionem, vtrum statutũ in rem an in personam loquatur, tamquam verbalem potius, quã realẽ, magis cõmuniter improbari, & n. 27. et cons 553. n. 7. quia respondeò distinguendo, † aut ij, quorum contemplatione fit ex- 134
clusio, sunt subditi, Et in hoc casu fateor, locum esse statuto, tametsi defunctus, de cuius bonis agitur, aut is, de cuius exclusione contenditur, aut etiam vterque sit Forensis: Nam, cum principalis statuentium intentio sit, vt subditis suis prospiciant, quoad bona suæ iurisdictioni supposita, ne scilicet exeant de eorum familijs, ideò fit, vt non sit habenda aliarũ personarum ratio, quoad bona sita in territorio statuentiũ, cùm in statutis id solum debeat attendi, quod respicit principalem statuentium finem. Cęterum, si is, quorum contemplatione fit, sint Forenses, verius arbitror, ad eos non extendi statutariam dispositionem, tametsi fortassis, aut defunctus, de cuius bonis agitur, aut fęmina excludenda, aut etiam vterque sit statuentibus subiectus, quia ad hoc non pars exclusiua dedet attendi, sed pars inclusiua, quippe, quæ respicit eos, quibus statuentes voluerunt prospicere. Et ita breuiter hanc rem puto terminandam, omissis aliorum dictis, in quibus, aut recensendis, aut refutandis non nisi frustra tempus contererem, in re præcipuè, quæ non pertinet ad institutam disputationem, & à nobis non nisi occasionaliter, & obiter attingitur.

Planè vno casu verum est, statutum porrigi ad omnia bona vbiuis existentia, si nempè statutum non de successione disponat, sed de solemnitate, & forma testandi: Nam, quia in actibus celebrandis seruanda est illius loci forma, vbi actus geritur † *l. si non speciali 9. & l. fin C. de testam. l. 1. C. de emanc.* 135
lib. l. si fundus 6 ff. de euictio. Et scribunt Cin. in dict. l. 1. num. 8. & ibi Bald. nu. 20. vers. Sed in primis, & nu. 32. vers. Circa primum,

mum,Signor.nu.19 & 22 Seuer.nu.27. & seqq. Ias.in secunda
lect.n.56.C.de Summ.Trin.Corn.cons.241.nu.4 & 7. vers. Nec
obstant adducta,vol.2.& cons.64.nu.6 vol.3.Ias.cons.48.num.3.
vol.1.Goz.ad.d.cons.49.num.15.Soc.Iun.consil.95.num.4.vol.2.
Tiraq.in 16.leg.connu.gl.8.n.217.Ceph.cons.170.num.21.cons.
171.num.37.& cons.324.nu.24.Crau.cons.271.n.4. Alb consil.
612.in fi.Gramm.decis.103.num.178. Borgnin.decis.42.nu 35.
part.1.Maresc.lib.2.var.resol.cap 139.nu.1. & 4. siue fiat à
subdito,vel ratione originis, vel ratione domicilij,siuè etiam
136 à Forensi, † vt declarant Signor.in d.l.1.num.16.versic. Aut
statutum & ibi Ias.in prim.lect.nu 40.Purp.n.100,vbi ait hanc
conclusionem esse communiter approbatam, C de Summ.Trin.
Alex.cons.44.num.20.vol.5. Ias.d.cons.48.n.4. vol 1.Corn.dict.
cons.64.num.4.versic Fortificatur,vol.3 Crott.in l omnes popu-
li 9.num.254 versic.Sextò,ff.de iust.& iur.Paris consil 12.nu.
46.vol.3 Goz.ad.d.cons.49.num.16.Gabr.in tit.de statu concl 8.
num.15.& tit.de testam.concl 4.num.4. Crass lib.1. comm opin.
cap.3 q 15 Mantic.de con.vlt.vol lib 6.tit.8.nu 14.Maresc lib.
2.variar.resol.cap.106.num.17.& per tot. vbi testatur,ita sa-
piùs decidisse Rotam & Thes.Iun.d.lib.2.quæst for.qu 8.nu.10.
ideò fit, vt, si testamentum fiat in eo loco, vbi ex statutaria
dispositione fieri potest cum minore numero testium , aut
non seruatis alijs solemnitatibus , quæ ex dispositione iuris
communis requiruntur, dummodò seruetur eius loci forma,
valeat,& operetur vim, etiam,quoad bona alibi existentia .
137 † Ita enim scripserunt Cin. in d.l.1.nu.9. vers Quidam moder-
niores.& ibi Bart.num.37.vers.Ista opinio,Signo.nu 22.vers.su
peruenit postea,& nu.23.vers.ista opinio,Ias.in prima lect.nu.44
& in 2.nu 91.& 92. vbi testatur, hanc esse communem, Alcia
nu.18.vbi pariter testatur, ita se habere communem DD.Sen-
tentiam,C.de Summ.Trin.Bald in l. in hac 30.n.2. C.de donat.
Io:Andr. in addit. ad Specul.tit. de instru.editio.§.compendiosè,
sub n.16.in verb opponunt Papiens.in form lib.quo pet.hæred, ex
testa.in verb.vallatum num.5.& 6. Alex cons.128 nu.2.versic.
licet aliud,vol.1. vbi ait,hanc esse magis communem, & d.cons.
44.num.20.vol.5.Paris d.cons.12.nu.46.vol.3. Ant.Gabr. in d.
tit de testam concl.4.num.1.Villal.in comm.opin.in verb. testa-
mentum & in verb.statutum Cagn in l. fin.nu.28. ff. de iurisd.
Mynsi.centu.5.obs.20.num.4.vbi ait,hanc esse receptiorem & in
Camera obtentam Crass.d.lib.1.comm.opin.cap 3.q.15. vbi ait,
hanc esse veriorem,& communiorem opinionem,Mantic.de con.
vlt,vol.dict lib.6.tit 8.nu.14.Maresc.d.lib.2.variar.resol.capit.
139.num.2.& 3.Thes.Iun d.lib.2.quæst.for.q.8.num.11.versic.
Et ex hac & num 12. vers ideò.

Quæ autem bona dicantur esse in territorio,aut extra, si
quæramus constat esse distinguenda rerum genera: Nam,si
tractemus de rebus, quæ in solo consistunt, puta de castris ,
domibus prædijs,areis, & id genus alijs rebus quæ sui natura
sunt immobiles res caret dubio, scilicet, quia ex earum situ
facile est intelligere, vtrum sint in territorio, an verò extra;
Idem est. &. si tractemus de rebus quæ pro immobilibus ha-
138 bentur,vt sunt census,& alij redditus perpetui † clem exim.§.
cumque annui reditus.De verb sign l.iubemus 14.in princ. &
ibi Bart.n.10.Cod de Sacr.Eccl.§ hac ergo, Auth.de non.alien.
aut perm reb.Eccl.coll.2.Bald.in l hac edictali 6.§.his illud.n.1
& 2.C.de sec.nupt. Alex.in l.si constante 25. §.si bona,nu.9.ff.
sol matr. Alcia.in l.mouentium.93.nu.6.ff. de verb.sign.Boer.
cons.3.num.7.Decia.consil.2.nu.69 & 91. vol.1.Gabr.in tit de
verb.sign.concl 8.Tiraq. de retr.lign.§.32.num 83.Mago.decis.
Flor.107.num.9. Pereg.consil.43.num.2.vol.1.Surd.decis.204.
num.8.Thes Iun.lib.2.quæst.for.qu.5.num.16. vel loci mon-
139 tium, † vt ait Thes.Iun.d.lib.2.quæst.5.num.16. vel pecuniæ
apud argentarios,siue, vt vulgò dicimus, à banchi repositæ,
140 † secundum Alex.cons.19 nu.9. vol.6.Crau cons.934 nu.14. &
Thes.Iun.d.lib.2.q.5.nu.16. Nam & hæ censentur de territo-
rio illius loci, in quo sita sunt prædia censualia , aut positi
montes,aut argentarij mensam habent. Quo fit, vt secun-
141 dum eius loci statuta regulari debeant, † vt de censibus,si-
142 ue redditibus perpetuis, † scribunt Tiraq.de iure primog.qu.
49.num.9 & de retr lign.§.32.nu 78 Mago. d.decis.Flor.107.
num.8.vers.& maxime, vbi testatur, ita fuisse decisum à Rota
Florentina,Pereg cons.90.nu.29.vers Communis resolutio,vol.1.
Thes Iun.d.lib.2.q.5.num.16. De pecuniis verò in emptione
143 montium constitutis, † Peregr. & Thes.Iun.in supra relatis
locis, Denique de pecunijs apud argentarios repositis ,
† Alex.d.cons.19.n.9.vol.6.Thes.Iun.d.lib.2. q.5.num.16. 144

Sanè, si tractemus de rebus mobilibus, maior videtur esse
dubitatio: Nam plerique censuerunt eas censeri de loco,vbi
reperiuntur, † secundum regulam l.ex facto 35.§ rerum autẽ, 145
ff.de hæred inst.l.debitor.32.ff de pignor l.Caius 88.ff. de leg.2.
l.qui filium 62. ff.de leg.3. l.si vxori.41.§.cum ita legatum,ff.
de aur.& arg.leg.l.1.& l.2.C de verb. sign. & per consequen-
tias debere secundum eius loci statuta regulari , † vti videre 146
est apud Alex.cons.16.n.2.& 4.vol.1. Goz.ad.cons.49.num.14.
Tiraq.de iure primog.q.48.n.2 Crau.cons.934.nu.14. & seqq.
Hond.cons.13.num.18 uol.1.

Sed est verius, & receptius, eas sequi personam domini ,
† ut uoluerunt Bald.in l.mercatores 4.num.1 Cod. de comm.& 147
merca.Alex.cons.31.nu.5 uol.1. repetito in cons.111.uol.4.idem
Alex.cons.19 n 9 uol.6.& cons.141.n.21.uol.7.& in addit.ad
Bart.in l.1.sub nu.50.in uerb.impositionem C de Summ.Trin.
Soc.Sen cons 101.n.5. uers Et pro hoc etiam uol.1. Goz.ad.dict.
consil.49.nu.14 Iacob.à S.Georg in sua inuest. feud in uers.cum
mero,mixto imperio,num.17.uersic.Sed ueritas, Alb.consil.17.
n 17.& consil.595.num.2.Ceph cons.120.num.11.& consil.278.
num.105.Mago d decis.Flor.107.nu.11.uers. &,licet Clar in
§.fi.quæst.78 nu 27. ubi ait, Bald.opinionem esse magis commu-
niter approbatam,Andr.Gail lib.2 obs.124.nu.18. Surd. consil.
343.nu.15.& 32.uersic Quare,& consil.346 nu.5. ubi testatur,
hanc esse ueram,& communem sententiam,& num.6. Et con-
sequenter debere regulari secundum ea statuta , quibus do-
minus erat subiectus, † Ita enim censuerunt Alex.dict. cons. 148
16.num.2 vol.1.& d.consil.19.nu.9.vol 6. & d.consil.141 n 21.
vol.7.Goz.ad.d.consil.49.num.14.Purp.d. consil.320.nu.12.Ti-
raq.de iure primog.quæst 48.numer.3. Ant.Gabr.in tit de statu.
concl.8.num.34.Mago.d.decis.Flor.107.num.11.versic. Et, li-
cet,& versic idemque, Andr Gail.d.lib.2.obs.121.nu.18. Surd.
dict.consil.343.num.17.& 32.versic.Quare & d.consil.346.n.5.
Put in dict.consil. vn.posito in fin.consil.Odd.num.25.Thes Iun.
dict.lib.2.quæst.5 num.14. quia mobilia ibi esse censentur, vbi
secundum patrisfam. destinationem esse debent † l.ex fa- 149
cto 35.§.rerum autem, ff.dict.hæred.instit l.huiusmodi 86.§. le-
gatum, ff.de leg.primo l.si fundus 42.l.qui filium 62. l qui sal-
tum 65.l.quæsitum 76.§.fin.l. si chorus 77.§.1. & l.si ita lega-
tum 84.ff.de leg.3.si vxori 41. §.1.ff. de aur.& arg.leg l.cum
de lanionis 18.§ Sabinus, l.Seia 20.§.Pamphila, & l. prædia
27.in princ.& §.1.ff de fund.instr. Vnde, quia secundum pa-
trumfam. consuetudinem mobilia solent retineri in eo loco ,
vbi ipse moratur , ideò perinde sunt habenda, atque , si ibi
re vera extitissent , tametsi fortassis casualiter alibi fuerint
reperta .

Nec obstat,quod imò mobilia censeantur esse de loco.vbi
reperiuntur, quia id verum est, si † secundum patrisfam.de- 150
stinationem ibi sint perpetuò mansura. Ceterùm,si ad tem-
pus, magis est,vt ibi censeantur esse, vbi destinata sunt , vt
probant omnes,quos supra proximè retulimus.

De nominibus autem debitorum, quid sit statuendum, si
quæramus, constat, rem esse mirum in modum controuer-
sam : Nam plerique censuerunt censeri de loco creditoris,&
per consequentias debere regulari secundum statuta,quibus
creditor subijcitur. † Ita enim censuerunt Angel de Gamb. 151
cons 75.nu.12.& seqq. Alex.cons.31.n.4.versic His sic præsup-
positis & num.6 uol.1.cons 19.n.9. vol.6 & consil.141.num.21.
uol.7.Soc.Sen.consil.36.n.5.in fi.& nu. seq.uol.1. Iac.à S.Georg.
in sua inuest. feud.in uerb.cum mero, mixto imperio numer.17.
Goz.ad.d.consil.49.num.14. Alb.cons.23.num.9.cons.26 num.3.
& consil.595.num 4.Tiraq. de iure primog.q.49 nu.10.Mago.
d.decis.Flor.107.num.11.uers Et, licet, Andr Gail. dict.lib.2.
obs.124.num.19.Morot.consil 53.num 17. Hond consil.13.nu.
21.uol.1.Bursat.consil.427.num.15. quod actiones personales,
tamquàm creditoris ossibus affixæ personam eius perpetuò
comitentur † l.3.in princ.ff. pro Soc.l.quis Ergo 27 in fin. & 152
l.si Sticho.54.ff.de pecul. Alij verò contra putarunt censeri
de loco debitoris , & consequenter debere regulari secun-
dum ea statuta , quibus debitor est subiectus, † ut Alex. 153
consil.16 numer.4.uol.1.Soc.Sen consil.101 num.5. uersic.Pu-
to hac uol.1. repetito in consil.175.uol.2. Osas.consil.76.numer.
19 in fin. & num.20.& 21. uers Et pro hac opinione , quod
actiones personales debitoris personam perpetuo sequantur
† l.1.§.si hæres percepto fundo, ff. ad Treb. l. actionum genera. 154
24.vers.

24. *vers. in personam ff. de actio & oblig. l. fi. § fi. ff. de cont. empt.* Sed est verius, & receptius, censeri de loco, vbi de iure fieri potest exactio, & per consequentias debere secundùm eius loci statuta regulari. † *Ita enim censuerunt Alex d. consil. 16. in fi. vol. 1. Soc. Sen. d. consil. 101. n. 5. vers. puto hac, vol. 1. Tiraq. de retr. lign. § 36. gl. 3. n. 16. & 17. Franch. decis. 93. n. 7. Osas. d. cons. 76. num. 20. Pereg. d. consil. 90. nu. 29. vers. communis, vol. 1. vbi ait, hanc esse communem resolutionem, & ita fuisse iudicatum, Marescot lib. 1. varia. resol. cap. 9. num. 15. vbi ait, hanc esse veriorem, & receptiorem opinionem, Thes. Iun. d. lib. 2. quæst. for. q. 5. nu. 15. vbi ait, Senatum in hanc opinionem inclinasse. Et ita etiam in illa causa Niciensi, de qua supra mentionem feci, Serenissimus Dux Sabaudiæ iudicauit.* Itaque si solutio fuit in aliquo loco destinata, debebit creditum secundùm eius loci

155

156 statutum regulari, † *vt scribunt Alex. d. consil. 16. in fi. vol. 1. Soc. Sen. consil. 35. n. 5. vol. 1. Purp. d. consil. 320. n. 12. uersic. Et, quantum Franch. d. decis. 93. n. 7. vbi refert, ita fuisse decisum, Maresc. d. lib. 1. varia. resol. cap. 9. nu. 13. & 15. vbi ait hanc opinionem fuisse Rotam complexam.* Aliàs spectandus erit locus contractus, vtpotè, in quo de iure creditor conueniri potest. Nec est contrarium, quod iura, & actiones non circunscri-

157 bantur loco, † *l. quæsitum. 12. § Papinianus ff. de fund. instr. l. vxorem 39. § legauerat l. quæsitum 76. § 1. & l. si mihi Mæuia. 90. ff. de leg. 3. Caius Seius 88. ff. de leg. 2.* quia id verum est, quoad ipsam corporalem circumscriptionem; Cæterum, quoad effectum exactionis, à qua subiectio regulatur, verius

158 est, censeri de loco, vbi agi potest, † *Ita declarant Alex. dict. consil. 16. in fin. vol. 1. Soc. Sen. dict. consil. 101. num. 2. versic. Non obstat, vol. 1. Cran. consil. 934. numer. 11. Tiraque de retr. lign. § 36. gl. 3. numer. 16. & de iure primog. quæst. 49. numer. 6. Osas. d. consil. 76. numer. 20. Franch. d. decis. 93. num. 9.* Et ita quæstionem hanc statutorum de successione disponentium terminandam esse puto.

SVMMARIVM.

1 *Confiscandi potestas iurisdictionis est.*
2 *Confiscandi potestas dicitur esse meri imperij.*
3 *Confiscandi potestas non trahitur ad bona sita extra iurisdictionem confiscantis.*
4 *Ius accrescendi non habet locum in confiscatione, respectu bonorum, quæ sunt extra iurisdictionem confiscantis.*
5 *Quæstio an confiscatio trahatur ad bona sita extra territorium confiscantis, intelligitur, vel ad commodum confiscantis, vel ad commodum illius, in cuius territorio bona sita sunt.*
6 *Confiscatio trahitur ad omnia bona; quando sumus in casibus, in quibus illa fit de iure communi, & bursa fiscalis est eadem, licet iurisdictiones sint diuersæ.*
7 *Confiscatio, quando fit iure singulari, quod tamen viget in omnibus locis in quibus bona sita sunt; trahitur ad omnia bona, si bursa fiscalis est eadem, licet iurisdictiones sint diuersæ; Declara num. 9.*
8 *Statutum in locis, in quibus viget dicitur ius commune.*
11 *Confiscatio non trahitur ad bona extra iurisdictionem Iudicis confiscantis licet bursa fiscalis sit eadem, quando illa fit iure speciali, quod non viget in alijs locis eiusdem dominij; Et num. seq.*
12 *Iurisdictiones, & bursæ fiscales possunt dici diuersæ tripliciter: Primò, cum reus habet bona sita in dominijs diuersorum Principum: Secundò, cùm habet bona, sita quidem in dominio eiusdem Principis sed in territorijs diuersorum Vassallorum: Tertiò, cùm habet, sita quidem in eodẽ Statu, sed partim in territorijs immediate subiectis Principi, partim verò in territorijs Vassallorum.*
13 *Confiscatio non trahitur ad bona sita in alijs locis, quando fit iure speciali, quod vbi bona sita sunt non viget; maximè quando iurisdictiones, & bursæ fiscales sunt diuersæ: Et num. seqq. Amplia numer. 17. numer. 20. numer. 22. & seqq.*
24 *Quando iurisdictiones, & bursæ fiscales sunt diuersæ, & confiscatio fit iure communi, trahitur ad omnia bona, vbiuis existentia; sed ad commodum eorum, in quorum territorijs bona sita sunt, non ad commodum confiscantis, numer. seqq. & 28. vbi quatuor casus distinguuntur.*
29 *Confiscatio, quæ fit iure communi propter crimen hæresis trahitur ad omnia bona vbicunque sita: & quilibet fiscus capit bona in suo territorio existentia, etiamsi sit fiscus Vassalli num. 32.*
31 *Crimen hæresis vbique puniri potest.*
33 *Confiscatio, quæ fit iure communi ob crimen temporale trahitur ad omnia bona, & quilibet fiscus capit sibi subiecta, quando tractatur de bonis sitis in eodem Statu, quæ tamen sunt in territorijs diuersorum Vassallorum, & num. seq.*
36 *Vtile dominium est Vassallorum, etiam priuatiuè quoad Dominum directum, & num. seq.*
38 *Confiscationes dicuntur fructus iurisdictionis.*
39 *Vassalli debent habere ius confiscandi, vt ex sententia confiscationis lata à Iudicibus Domini directi possint imbursare bona rei condemnati, sed contra imò sufficit eos esse inuestitos cum mero & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, num. 44 & seqq.*
40 *Vassalli intelliguntur habere ius confiscandi, quando sunt de regalibus inuestiti.*
41 *Ius confiscandi est de regalibus, & num. 46.*
47 *Confiscatio facta ob crimen læsæ Maiestatis in Principem commissum continet omnia bona etiam in terris Vassallorum, ad commodum Principis, & num. seqq.*
52 *Confiscatio trahitur etiam ad bona alibi sita, non ad commodum confiscantis, sed ad commodum eius Principis, in cuius territorio bona sita sunt quando fit iure communi, & ob delictum temporale, vt læsæ Maiestatis, & sumus in casibus, in quibus reus non fuit vltimo supplicio damnatus, sed solùm in contumaciam. Sed contra numer. seq.*
54 *Confiscatio non trahitur ad bona alibi sita, si damnati status non mutatur.*
60 *Banni virtus non egreditur fines eius status, à quo bannitus est; Nec ad bona alibi sita porrigitur, num. 61.*
62 *Subditus alterius Principis, vel ratione originis, vel domicilij si ob delictum hìc commissum banniatur, poterit denuò banniri à suo Principe: Declara num. 63.*
64 *Confiscatio facta iure communi, vt ob crimen læsæ Maiestatis trahitur ad bona in dominio aliorum Principum si reus vltimo supplicio afficiatur: Sed ad commodum Principis in cuius dominio bona sita sunt, & num. seqq. quando damnatus nullos successores reliquit numer. 75. alias si eos reliquerit bona ad eos deferuntur num. 74.*
75 *Seruus pœnæ non fit hodie, qui vltimo supplicio afficitur.*
76 *Bona vacantia pertinent ad Vassallos de regalibus inuestitos.*
77 *Bona vacantia sunt de regalibus.*
78 *Confiscatio (quando iurisdictiones, & bursæ fiscales sunt diuersæ, & bona sita sunt in eodem statu, sed in territorijs diuersorum dominorum) facta non iure communi, sed singulari, quod tamen viget in toto statu, vt est ius, quod ex constitutionibus Principum proficiscitur, trahitur ad bona vbiuis existentia; Sed ad commodum Vassallorum num. 79 & seqq. Et quid si constitutio Principis faciat de non delicto, delictum, & in territorio infeudato facta sit contrauentio, & bona damnati existant? numer. 81. & seqq.*
83 *Cognitio transgressionis, quando Princeps facit de non delicto delictum, pertinet ad Vassallum, si eius subditi, & in eius territorio transgrediantur. Sed contra num. 107.*
84 *Vassallus habet cognitionem omnium causarum, tàm ciuilium, quàm criminalium; Declara, numer. 109.*
84 *Vassallus debet habere omnia emolumenta feudi, & confiscationis; Declara num. 110. 99.*
86 *Fiscus Vassalli, tanquam subrogatus in locum Principis, debet idem ius habere, quod fiscus Principis. Declara numer. 111.*
91 *Pœna debet ei applicari, qui offenditur, vt habeat sua iniuria vltionem.*
92 *Pœna eius, qui mandato Principis non obtemperat, puta citatus non comparet, fisco Principis non Vassalli applicatur.*

93 *Pœna ad fiscum Principis pertinet, quando offenditur eius officialis non ad fiscum Vassalli.*

97 *Si Princeps statuat de re, quæ sit de regalibus reseruatis, pœna non applicatur fisco Vassallorum, sed Principis, & seqq.*

114 *Bona mobilia sequuntur personam & censentur de loco vbi moratur dominus; Declara num seqq.*

120 *Nomina debitorum censentur de loco, vbi de iure fieri debet exactio.*

An, & quando confiscatio trahatur ad bona sita extrà territorium, siuè iurisdictionem confiscantis.

QVÆSTIO III.

SEcundum exemplum afferri potest in confiscatione bonorum: Nam, quia potestas confiscandi iurisdictionis
1 est, † *vt scribunt Cepoll.consil.crim.17.nu.25. Boer decis. 264. nu.3.Nat.consil.659.n.2.Roll.cons.78.n.12.vol.2.Menoch.cons. 147.n.54.Pereg.de iur.fisc.lib.5.tit.1.nu.138.vers.Sed hic subsistendum est circa medium,Et est de mente eorum, quos referemus infra n.38.dicentium, confiscationem esse fructum iurisdictionis*,cum dicatur esse imperij meri,quod est species iurisdi-
2 ctionis † *vt declarant Ias.in l.imperium.3 nu.24. uers Tertiũ exemplum & ibi Seb.Sap.n.46.Vall.ibi n.156.ff.de iurisd.Nat. cons.659 n.3.vers.Non obstat modo Roll.cons.42.nu. 26. & 28, vol.2.Peregr.de iur.fisc lib.1.tit.2.num.90.Rosental.de feud ca. 5.concl 63.in gl. 4. Bagnas.ac.in suo consil.posito in fi.addit Thes. Iun.ad decis.Thes.pag.258.versic Appositæ*,ideò fit,vt non trahatur ad bona sita extra territorium, siue iurisdictionem
3 confiscantis, † *vt scribunt Bald in l.mercatores.4 num.1. Cod. de comm.& mercat.& in l.2.num 1.C.ad l.Iul.de vi,Cast.cons. 319 num.2.versic. Interdum exercet talem actum vol.1. & consil.209.num.1.versic. Et posito vol.2. Imol in l. ex facto. 35. nu.16.versic.Sed hic occurrit ff.de her.inst. Iacobin.a S. Georg. in tract.de roydis nu.17.Ceph.cons.79.nu.15.& consil.309.n 72. Osasc.consil.34.n.34.Peregr.de iur.fisc.lib.5.tit.1.nu 62. Farin. in sua prax.crim.qu.25 n.94.vbi testatur hanc esse magis communem DD.opinionem Gratian.discept.forens.cap.389.nu. 14.* & per consequentias, vt eorum respectu ius accrescendi ces-
4 set, † *secundùm ea, quæ diximus in quæst præced.num. 8. Et faciunt etiam ea, quæ diximus in 6.cap qu.52.nu.1.& seqq. vbi de iure accrescendi inter duos fiscos locuti sumus.* Sed, quia
5 dupliciter hoc potest intelligi, † vno modo ratione confiscantis, altero verò ratione illius, in cuius territorio bona sita sunt. Ratione confiscantis, cum quærimus, an confiscatio ab vno facta propter delictum in suo territorio commissum trahatur etiam ad bona alibi existentia ad ipsiusmet confiscantis commodum, ita, vt possit ea vigore sententiæ latæ vindicare; Ratione verò illius, in cuius territorio sita sunt bona, cum quærimus, an talis confiscatio trahatur ad bona alibi existentia ad commodum eius, sub cuius iurisdictione sita sũt,ita,vt ea vindicare possit *sicuti videre est apud Pereg.de iur fisc.d lib.5.tit.1.nu.134.& seqq.vsq.ad nu.146 & Farin.d.q.25 nu 94.& seqq. vsque ad nu.109. qui totam hanc materiam diligentissimè pertractarunt*, & vtraque inspectio varijs est difficultatibus obstricta, ideò pro faciliori totius quæstionis explicatione varios censuimus esse distinguendos casus,& per singulos separatim definiendum, quid de vtraq; inspectione iure statuendum arbitremur. Casus autem hi sũt

Primus, quando iurisdictiones sunt diuersæ, sed bursa fiscalis est eadem, vt euenit, cum damnatus habet bona sita in diuersis locis, suppositis tamen iurisdictioni eiusdem Principis, aut Vassalli, cuius est confiscatio, & sumus in casibus, in quibus ea fit de iure communi, Et tunc res omni dubitatione caret: nam certum est, confiscationem ad omnia bona trahi, & per consequentias fiscum eiusdem Principis, aut Vassalli capere non solùm bona sita in territorio eius Iudicis, qui
6 condemnauit, sed etiam sita in alijs locis. † *Ita enim scripserunt Bart.in l.1.nu.51.& ibi Signor.nu.32.uersic Primo casu C.de Summ.Trinit. Ang.de malef.in verb & eius bona publicamus n.5.Nell in tract.de bannit.part.1.secundi tempor n. 17. versic.Et quidem primum.Boss.in tit.de bonor publicat. nu. 62. Peregr.de iur.fisc d.lib.5.tit.1.n.134.versic. Conclusiuè, Farin. d.q.25.n.95.vbi ait hanc conclusionem esse communem, & neminem, quem viderit, illi contradicere, Et ita etiã videtur sensisse Luca in tractat.de fisco tit.de publica.bono nu* 4. Nam, cum hoc obtineat in diuersis personis, quæ iurisdictiones separatas, atque distinctas habent, *ut ostendemus infra numer.24.* Consequens est, vt debeat etiam in vna, eademque persona, in quam diuersæ iurisdictiones concurrunt, obtinere, *ex regula l singularia.15.ff.si cert pet.*

Secundus verò casus est, quando iurisdictiones sunt diuersæ, sed bursa fiscalis est eadem, & confiscatio fit iure singulari, quod tamen viget in omnibus locis, in quibus bona sita sunt, puta fit iure statutorum, siue Constitutionum Regalium aut Ducalium, quę in toto Statu seruantur, Et tunc pariter certum est, ad omnia bona trahi, etiamsi sint extra iurisdictionem Iudicis confiscantis. † *Ita enim scripserunt Bart. in d.l.1.num 51. vers. Aut publicatio. & ibi Signorell.num.32. vers. Aut publicatio. C.de summ trin. Angel.de Malef.in dict. Et eius bona publicamus nu 5.Nell.in d.tract de bannit part.1. secundi temp num.17. vers.Et quidem primum, Boss.in d tit.de bon.public.n.62.Peregr. de iur.fisc.d.lib.5.tit.1.num 134.versic. Quandoque verò,Farin.d q.25.n.98.vbi testatur, hanc conclusionem communiter ab omnibus esse receptam.* Nam ius singulare, siue statutarium in locis, in quibus viget, dicitur ius commune, † *vt scribunt Alex.consil.141.num 20.vol.7.Ias. in l.2.num.19.versic.Tene contrariam partem, C.si contra ius, & cons.149.n.3 vol.2.Dec cons.685.alias 686.nu 2.Campes.in tract.de dot.q.24.n.4. Alciat in cap.quod sedem nu.60. De off. ordin Bran.cons 50 n.6.Ceph cons.291.nu.11.Menoch.de præs. lib.3.præs.130.nu.37.Gallin. de uerb.signif lib.8.cap 1.num 10. Andr.Gail.lib.1.obseru.36.nu.13.Magon.decis.Luc.6. n.26.& decis.73.num.16 M.Ant.de Amat.decis.98.n.24. Peregr cons. 22.num.4.uol.5.Surd cons.460 n.10. Gratian.cap 308.discept. forens.nu.16. Et in his terminis considerat,Peregr.de iur fisc.d. lib.5.tit.1.n.135.* Planè, si confiscatio fiat non iure Constitutionum Ducalium, sed iure statutorum municipalium, quæ sunt territorio limitata, non trahetur ad bona, in alijs locis existentia, etiamsi ibi simile statutum adesset, † *ut rectè animaduertit Boss.in d.tit.de bon.public n.62.* quia † cũ confiscatio non fiat vigore statutorum eius loci, vbi bona sita sunt, sed eius, vbi contra delinquentem facta est inquisitio, Consequens est, vt ad effectum extensionis alterius statuti similitudo nihil operari possit. *secundum ea, quæ de statutis fœminas excludentibus diximus in q.præced n.122.& seqq.*

7

8

9

10

Tertius casus est, quando iurisdictiones sunt diuersæ, & bursa fiscalis eadem, sed confiscatio fit iure speciali quod non viget in alijs locis, in quibus bona sita sunt, vt euenit, cum statuto vnius loci imponitur ob delictum, aut contumaciam pœna confiscationis bonorũ, quæ tamen non est imposita in alijs locis eidem Principi, aut Vassallo subiectis. Et tunc indubitati iuris est, confiscationem factam à Iudice illius loci, vbi viget statutum, non trahi ad bona alibi, † *Ita enim scripserunt Bart.in d.l.1.n 51. uers. Aut dicta leges, & ibi Signor. num 32.uersic. Aut dictæ leges C.de summ trin. Bart.in l fin.§. ijdem Diui,num.2. ff.de public Angel.de Malef.in d versic. Et eius bona publicamus,nu.5. Nell.in d.tract.de bannit part 1.secundi temp num.17.Tertium etiam membrum,Boss in d.tit de bon.publican.n.62 Clar.in § fin.q.78.nu.27 uers.item intellige, Peregr de iur.fisc.d lib.5.tit 1 nu.137 Farin.d. q.25.nu.96.vbi etiam ait, neminem ab hac conclusione, quæ haud dubiè communis est dissentire.& n.99.in fi. Et uidetur etiam sensisse Luca. de fisco tit.de publica.bon,nu.4.* quia † respectu aliorũ locorũ nõ cẽsetur reus, aut deliquisse, aut tale delictum commisisse, propter quod pœna confiscationis veniat irroganda, cum ius illud tamquàm locale non egrediatur fines eius territorij, in quo viget. Et, quamuis Clarus *in d.q.78 uers. Sed certè*, scribat, se contrarium sentire, quoties bona sunt sub eodem præside, licet aliud sit, quando sunt sub diuersis, Et ita plerunque se vidisse obseruari in Ducatu Mediolani, Verius tamen est, quod supra diximus, Nisi intelligatur Clarus de iure singulari, quod tamen est generale in omnibus terris eidẽ præsidi subiectis, *secundum ea quæ diximus in præced. casu, n.7.* Nam in ijs terminis vera esset eius opinio.

11

12

Quartus casus est, quando iurisdictiones, & bursæ fiscales sunt diuersæ, quod tripliciter euenire potest, Primo, cum reus habet bona sita in dominijs diuersorum Principũ habentium

bentium iurisdictiones separatas, atque distinctas; Secundò, cum habet bona sita quidem in dominio eiusdem Principis, sed in territorijs diuersorum Vassallorum; Tertiò demum, cum habet ea sita quidem in eodem statu, sed partim in territorijs immediatè subiectis Principi, partim verò in territorijs Vassallorum, & supponimus confiscationem fieri non iure communi, aut eo, quod in toto statu seruetur, sed iure singulari, quod in alijs locis, vbi bona sita sunt non vigeat, Et in hoc casu res etiam procedit sine difficultate: Nam certum est, confiscationem ab vno factam non trahi ad bona sita in
13 alijs locis, † *per ea, quæ diximus in præcedenti casu: Ita enim scripserunt Bart in d.l.1 n.51.vers. Secundo casu & ibi Signor. nu 32 vers. Secundo casu, C de summ.trin Ang. de Malef. in d. vers. Et eius bona publicamus nu.5.& ibi August. in addit. nu.7 Castr. cons.319.nu.2.versic. Breuiter, vbi ait, temerarium videri hinc DD determinat. om. contradicere, & nu.3 versic. Patet igitur vol.1. Nell. in d. tract. de ban. part.1. secund. temp.n 17.vers. Quintum membrum Alex cons.31 n.2.vers. & ideo dicit, vol.1 quod est repetitum cons.111.vol.4. Afflict. in cap.1 in verb. condemnatorum.nu.38.tit. quæ sint regal. Plot. inter. cons. crim. conf. 130.n.12 vol.1 Boss. in d. tit. de bon. public. num 62. Clar. in d. §. fi. q.78 n.27.vers. Item intellige, Vrsill. ad Afflict. decis.282.nu.19. Peregr. de iur. fisc. d. lib.5.tit 1.n.133.vers. Interdum verò, Surd. cons.152.n.28 Farin d. qu.25.nu.99. vbi in fi. subijcit, hanc conclusionem esse communem & nullam habere difficultatem. Et videtur etiam sensisse Luca de fisco d. tit. de public. bono. num.4.*
14 quia, † cum fuerit facta virtute statuti, quod territorio limitatum est, qua ratione dicimus, statutum loquens de publicatione bonorum, non intelligi, nisi de bonis sitis in terri-
15 torio statuentium, † *vti videre est apud Nell in dict. tract. de bannit. part.1. secund. tempor. n.17. versic Quartum membrũ, et Plot. inter d. cons crim. diuers. cons.130.num.12. vol.1* Consequens est, vt ad ea, quæ extra territorium sita sunt; porrigi non possit. Et verò, si non trahitur, quando bursa fiscalis est eadem, *vt ostendimus in tertio casu* Consequens est vt multò
16 minus trahi debeat, quando est diuersa. † *vt argum Farin. d. q.25.n.99. in fi.* Idque adeo verum est, vt procedat,

Primò, non solùm respectu confiscantis, quod dubio caret, sed etiam respectu illius in cuius territorio bona sita sunt:
17 Nec enim poterit ea vindicare, † *vt declarant omnes supra*
18 *allegati, quippè qui in his terminis loquuntur*, scilicet, quia † respectu illius non censetur reus, aut deliquisse, aut saltem tale delictum commisisse, propter quod pæna confiscationis irrogari debeat, *vt supra dictum est, et in specie declarat Castr. d. cons.319 n.4. vol.1.* Quamobrem in hoc casu bona, aut ipsimet condemnato relinquentur, si viuit, aut ad legitimos eius
19 successores pertinebunt; † *vt scribunt Castr. dict. consil.319. num.3. versic. Dico etiam, vol.1. Luca de fisco dict. tit. de publica. bono n.4. Plot. inter cons. crim. diuers. cons.130.n.12. vol.1. Farin. d. quæst.25 num.99.*

Secundò procedit, etiamsi statutum aut constitutio, quæ confiscationis pœnam irrogat, expressim disponat, vt confi-
20 scentur omnia bona vbiuis existentia: † *vt docent August. ad Ang. de Malef. in vers. Et eius bona publicamus n 7. Plot. inter d. cons. crim. diuers. cons.130.n.14. vol.1. Farin. d. q.25.n.99* Nã
21 † illa dictio *vbiuis*, aut alia similis, quantumuis vniuersalis restringitur ad terminos habiles, & sic ad fines ditionis, seu territorij disponentis, *vt ibi Plot. et Farinac. declarant.*

Tertiò procedit, etiamsi in statu aliorum Principum vi-
22 geat similis constitutio, † *vt scribunt Boss. in dict. tit. de bono publica. num.62. versic Sed quid & Farin. dict. quæst.23 num.99.*
23 *in fi.* quia, † cum confiscatio non fuerit facta vigore Constitutionum illius Principis, in cuius ditione bona sita sunt, sed illius, à quorum officialibus lata est sententia, Consequens est, vt ad eius extensionem aliarum Constitutionum similitudo nihil operari possit, *secundum ea quæ supra diximus. Ita in specie declarat Boss. in dict. tit. de bono. publica. numer.62. versic. Sed quid.*

Quintus casus est, quando iurisdictiones, & bursæ fiscales sunt diuersæ, & confiscatio fit iure communi, Et in hoc casu tradunt quidam simpliciter, & indistinctè, confiscationem
24 ab vno factam trahi ad bona, vbiuis existentia, † *vt Bart. in d l 1.n.51. versic Secundo casu & ibi Signor. n.32. versic. Secundo casu C de summ. trin. Angel de Malef. in d. vers. Et eius bona publicamus n.5.& ibi August. in addit. n.7. Castr. d. cons.319. num.4. vol.1. Alex. d. consil.31 n.1 & 7. vers. Nunc venio vol.1. quod est repetitum in cons.111. vol.4 Barbat. cons.70 numer.32. versic. Restat, & n 41 versic. Primo casu, & nu.42 vol.4. Afflict. in cap. in verb. condemnatorum, nu 38 tit. quæ sint reg. Plot. inter d. cons. crim. diuers. cons.130 nu.15. vol 1 vbi testatur, hanc esse communem opinionem, Boss. in d. tit. de bon. publ. ca n.62. Clar. in d. §. fi q 78 nu.27. in princ. & versic Item intellige, Eman. Zoar. in suo Thes. recept. sent. in verb confiscatio Ceph. cons 79. num.9. Roll cons.78.n.14. vol.2.& cons 21 nu 10 & 9. vers. Ad quartum, vol 4. Vrsill. in addit. ad Affl. decis.282 n 19. Farin. d q 25. n.100. vbi testatur hanc esse communem, Gratian. c.642. discept. forens. n 16. Et videtur etiam fuisse de mente Luca de fisco d. tit. de publica. bon. n.4* non quidem ad commodum † confiscan- 25
tis, scilicet. quia ipsius iurisdictio in tantum non protenditur *l. vlt. ff. de iurisd. & in his terminis considerat Nell. in d. tract. de bannit. part.1. secũd. temp n 17. vers. Quandoque fertur*, sed ad commodum eorum, in quorum territorii bona sita sunt, *vt declarãt Bart. in l tutor et 40.§ heres n 1 ff. de adm. tuto Bald. cons.341.nu 2. vol.4. Nell. in d tract. de bannit. in prima part.2. temp. num.17. vers quandoque fertur August. in add. ad Ang. de Malef. in d. vers. Et eius bona publicamus, n.5. in fi. Alex d. cons 31 n.5. vol.1 repetito in cons.111. vol 4. Barbat. dict. cons.70. n.38.& 42. vol.4. Affl in cap.1.§. denique n.35. tit. quæ fue. prim. caus. ben. amit. & d. decis.282.n.16. Brun cons.31 n.5. Roll. dict. cons.21 n.19. vers. Ad quartum vol.4. Menoch cons.147 nu.54. Farin d q 25 num.101. vbi ait non esse ab hac conclusione, quæ communis est, recedendum Gratian. d. capit.642. discept. forens. num.16.* Quilibet enim fiscus capiet bona in suo territorio
existentia, † *vt declarant Bart in dict l 1 num 51 versic. Se-* 26
cundo casu & ibi Signor n.32. vers Secundo casu. C. de summ. trin. Bald in l ex facto 35 col.2. vers. Deinde ad versicul. Et ibi Imol. n 16 vers vltimo inducitur, ff. de hered inst. Ang. de Malef. in d. versic. Et eius bona publicamus n.5. Alex. in d. cons 31. n.1 vol.1. repetito in cons.111. vol.3 Barba. d. cons.70 nu 27.28. & 43. vol.4. Soc Sen. cons 101 nu 1. vol 1. quod est repetitum in consil.175. vol.2. Ruin. cons.48 nu.2. versic. Sed quia fortassis, & cons 49. nu 8. versic Et hoc etiam vol.5. Plot. inter d. consil crim. diuers. consil.130 n.15. vol. Vrsill. ad Afflict. d. decis.282.n.19. Nat. cons.580 num.14 Roll d. consil.78. num.14. vol.2. consil 75. num 8. vol 3. consil.21 n.16 & 17. & consil.80 num 39. vol 4. Surd cons.152. nu 28. non iure confiscationis sed, vti vacantia, † *vti declarant Nell. in d tract. de bannit. in prima part.2.* 27
temp n.17. vers. Quandoque fertur. August. ad Angel. de Malef. in d versic. Et eius bona publicamus n.5 et 7. Martin Land. inter consil crim diuers. consil.58 num.21.& 24 vol 1. Roll. dict. cons.21 n.19. versic. Non obstat, & tertium vol.4. Bursat cons 43 num.14. Sed est verius † quatuor esse subdistinguendos ca- 28
sus, quorum

Primus est, quando confiscatio fit iure communi sed propter crimen hæresis Et in hoc casu verum est, cõfiscationem trahi ad omnia bona vbicunque sita † *vt scribunt Plot inter* 29
d cons crim. diuers.130.n.15. vol. Guido. Pap. q 76 vers. Quod intelligẽdum est & quemlibet fiscum capere bona in suo territorio existentia, † *vt declarant Martin. Land. inter d. consil.* 30
crim. cons 58 n.21.22.& 24. vol 1.& ibi Plot d. cons.130. n.15. Guido Pap d q 76. vers. Quod intelligendum est Boss. in d. tit. de hæretic. n 33 Brun. d. consil 5 n.17 Roll cons 20. num 14. vol.3. Bursat. d. cons.43. nu.14. Peregr. de iur fisc. d lib 5 tit 1. n.138. vers. Sed, hic subsistendum Surd decis.280 n.9. quia † crimen 31
hæresis tam quàm offendens Deum, *cap. vergẽtis 10. versic cũ enim extr. de hæret.* & eius Vicarium, qui vbique iurisdictionem habet: *cap. cuncta per mũdum 9.q 3.* vbique etiam puniri potest, vt in vno loco punitum, vbique etiam punitum intelligitur, ideoque lata à Iudice Ecclesiastico sententia possunt omnes Principes sæculares, & locorum Domini capere bona in suo territorio existentia, quasi ipso iure confiscata vigore sententiæ, quæ vbique terrarum vim suam operatur, *cap. cum secundum, De hæretic. in 6. d. cap. vergentis extr. de hæretic & scribunt omnes quos retulimus supra n 30* Idque adeo verum est, vt procedat non solùm, si bona sita sint in dominis diuersorum Principum, sed etiamsi sint in eodem statu, & sub eodem Principe sed in diuersis, & diuersorum Dominorum territorijs: Nam fiscus Domini superioris capiet ea tantùm, quæ sunt sita in suis terris immediatis fisci vero Vassallorum capient existentia in suis terris infeudatis,

32 † vt scripserunt Martin. Land. inter d. consil. crim. diuers. consil. 58. n. 14. & seqq. uol. 1. & in d. tract. de fisco concl. 24. Guido Pap. q. 76. versic. Veritas, Boss. in d. tit. de heret. n. 34. Nat. d. consil. 580. n. 16. Cran. consil. 128. n. 6. uersic. Secundo respondeo, & n. 7. Roll. d. consil. 75. n. 7. & seqq. uol. 3. ubi testatur, hanc esse communem, & ab ea nullatenus recedendum, & consil. 21. nu. 18. consil. 73. n. 19. uersic. Secundo respondetur uol. 4. Farin. d. q. 25. numer. 104. Rosent. de feud. cap. 5. concl. 63. in lit. d. per ea, quæ supra diccmus infra num. 44. & seqq.

Secundus verò casus est, quando confiscatio fit iure communi, sed propter delictum temporale, & tractatur de bonis sitis in eodem statu, sed in territorijs diuersorum Dominorum, Et in hoc etiam casu verum est confiscationem ad omnia bona trahi, & quemlibet fiscum capere bona in suo terri-
33 torio existentia † secundùm ea, quæ diximus supra num. 24. & seqq. quippè, quæ in his terminis procedunt, adeò vt etiam Vassalli, ad quos confiscationes pertinere solent, capiunt bona in
34 suis territorijs existentia. † vt scribunt Iacob. à S. Georg. in sua inuest. feud. in uerb. de castro n. 12. uersic. Secus esset, Brun. d. consil. 31. n. 10. 11. & 14. & consil. 120. col. 5. uersic. Et non obstat. Cranet. d. consil. 128. n. 3. Roll. consil. 48. nu. 26. consil. 78. num. 9. uol. 2. consil. 21. num. 13. et 16. et consil. 73. nu. 3. et 16. uol. 4. Menoch. cons. 604. nu. 39. Farin. d. qu. 25. nu. 103. Pereg. cons. 25. nu. 1. & 11. vers. Pancirol. vol. 5. Rosent. de feud. d. cap. 5. concl. 63. in lit. a. Gratian. cap. 642. discept. forens. num. 18. Mastrill. decis. 286. nu. 38. vbi testatur ita fuisse iudicatum, & præter supradictos scri-
35 bunt etiam omnes quos referemus infra num. 79. quia, † cum
36 vtile dominium sit ipsorum vassallorum. † cap. 1. & ibi gl. in verb. ipse enim solus vtiliter, De controuers. inter Vassall. & al. de benef. cap. 1. §. 1. De inuest. de re alie. fact. & scribunt Ias. consil. 57. col. 2. uers. Quartò facit, & col. 3. vers. Sexto facit vol. 3. Soc. Iun. cons. 126. num. 36. vol. 3. Mart. Land. inter d. cons. crim. diuers. cons. 58. num. 15. uol. 1. Brun. consil. 27. num. 18. & d. cons. 31. num. 10. Nat. consil. 418. num. 8. Cran. d. consil. 128. num. 3. Roll. consil. 48. num. 26. & consil. 78. nu. 2. uol. 2. consil. 21. nu. 12. & 16. vol. 4. Pereg. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 91. Thes. Iun. in suo consil. edito post decis. Thes. 132. n. 7. & 17. quippè, qui illius respectu censentur priuatiuè ad dominum directum inuestiti,
37 vt scribunt Abb. in c. cæterorum nu. 7. De iudic. Felin. in cap. pastoralis in sexta limit. De offic. ordin. Soc. Iun. d. consil. 126. nu. 3. & 35. uol. 3. Gramm. decis. 30. n. 9. Roll. consil. 48. num. 25. consil. 78. num. 5. uol. 2. & consil. 21. num. 12. uol. 4. Osas. consil. 9. n. 41. & decis. 29. num. 8. Surd. consil. 152. num. 6. & consil. 210. num. 7. & 56. Pereg. consil. 15. num. 15. uol. 1. & consil. 25. num. 19. vol. 1. Sol. in comm. ad decret. quia pluribus gl. 3. num. 3. Thes. decis. 132. num. 2. decis. 177. num. 11. decis. 150. num. 1. Moret. consil. 46. num. 9. Thes. Iun. lib. 3. quæst. for. quæst. 91. num. 7. & in suo consil. posito post decis. Thes. 132. num. 1. 2. 6. & 20. uersic. Quia ad primam, vbi testatur, hanc esse magis communem, et nu. 28. eaque ratione ad eos spectent omnes vtilitates, & emolumenta feudi, inter quæ connumerantur confiscationes, quippè
38 quæ dicuntur iurisdictionis fructus, † vti videre est apud Bar. in l. vlt. num. 2. et ibi Alex. num. 2. ff. sol. matr. Affl. in cap. 1. §. si quis hominem, in 10. not. num. 12. De pac. tenend. Iacob. in sua inuest. feud. in verb. de castro numer. 13. Tiraque. de retr. conuent. § 5. gl. 4. num. 21. Roll. consil. 42. num. 26. uol. 2. et consil. 21. in fi. vol. 4. Carol. Tap. in l. beneficium 3. part. 1. cap. 2. numer. 48. ff. de const. prin. Pereg. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 87. et consil. 25. num. 1. et 11. uersic. Pancirol. vol. 5. Menoch. consil. 604. num. 38. Rosent. de feud. cap. 5. concl. 4. in lit. F. et concl. 63. nu. 2. Thes. Iun. in d. consil. edito in addit. ad Thes. decis. 132. num. 56. Gratia. cap. 642. discep. for. num. 18. Consequens est, vt ad eos pertinere debeant. Sed hoc ita demum verum est, si vassalli
39 ius habeant confiscandi. † vt declarant Affl. decis. 282. num. 16. et ibi Vrsill. in addit. num. 15. Clar. in d. §. fin. quæst. 78. num. 27. uersic. Hoc tamen intellige, Farin. d. quæst. 15. numer. 101. Quod, quando accidere intelligatur, si quæramus, constat haud dubiè habere locum, si fuerint cum regalibus inuestiti
40 † vti uidere est apud Cran. d. consil. 128. num. 3. et 4. Roll. consil. 78. num. 20. vol. 2. et consil. 21. numer. 19. et 20. uersic. ad ultimum, vol. 4. Pereg. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 84. Fari. d. quæst. 25. num. 103. scilicet, quia ius confiscandi censetur esse de
41 regalibus. † cap. 1. et ibi Affl. in verb. condemnatorum numer. 39. tit. quæ sint regal. Affl. in d. cap. 1. si quis hominem in 10. not. numer. 12. De pac. tenen. Roll. consil. 21. num. 19. uol. 4. Pereg. d. lib. 1. de iur. Fisc. tit. 2. numer. 85. Menoch. consil. 604. num. 31. Rosent. de feud. cap. 5. concl. 59. numer. 1. Borell. in tract. de Reg. Cathol. præstan. cap. 17. num. 1. Cœterum, si, vt moris est, simpliciter fuerint inuestiti cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione nulla regalium mentione facta censent plerique non habere eos ius confiscandi, † vt Affl. in 42
d. cap. 1. in verb. condemnatorum numer. 39. tit. quæ sint regal. quia hoc ius per concessionem quantumuis generalem nunquam censetur translatum, nisi id nominatim expressum sit
† secundùm eund. Affl. in d. cap. 1. si quis hominem, num. 10. not. 43
num. 5. & 12. De pac. tenen.

Sed contrarium verius est, & receptius, sufficere scilicet Vassallum esse inuestitum cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, vt etiam confiscationes habere intelligatur. † Ita enim censuerunt Luc. de Penn. in l. 1. col. 6. vers. Se- 44
cundo quæritur C. de priu. Scholar. lib. 12. Iacob. in sua inuest. in verb. cum mero mixto imperio n. 8. Carol. Tap. in d. l. beneficium. 3. par. 1. c. 2. n. 48. Boss. in tit. de pœn. n. 25. & in tit. de reg. num. 15. versic. in contrarium, Nat. consil. 240. nu. 4. consil. 580. num. 14. consil. 659. nu. 1. & seqq. Osas. decis. 29. n. 9. Amed. à Pont. in suis quæstio. Laudem. qu. 24. pag. 3. versic. in qua opinione, Pereg. de iur. Fisc. lib. 1. tit. 2. num. 89. Rosent. de feud. cap. 5. concl. 4. num. 6. & concl. 63. num. 1. Thes. Iun. in d. consil. edito in addit. ad decis. Thes. 132. num. 8. 36. & 55. versic. istis prababitis, & ibi Bagnasa in consil. posito in fin. pag. 261. versic. possunt ergo, Et fuit etiam de mente omnium quos retulimus supra n. 34. simpliciter dicentium, confiscationes ad vassallum pertinere, quia † cũ hoc 45
ius sit meri imperij, vt diximus supra num. 2. Consequens est, vt eo concesso, & ipsum concessum intelligatur. Nec est contrarium, quod sit de regalibus, quia non est de reseruatis sed est regale, quod mero imperio includitur, † vt rectè de- 46
clarant Roll. consil. 42. num. 34. vol. 2. & Rosent. de feud. d. cap. 5. concl. 63. num. 2.

Planè, si confiscatio fieret propter crimen Læsæ Maiestatis in Principem commissum, contineret quidem omnia bona in quacunque parte status, & per consequentias etiam in terris vassallorum existentia † vt sensisse uidentur Cepoll. dict. 47
consil. crim. 17. n. 37. in fi. & num. 38. Plot. inter d. consil. crim. diuers. consil. 130. numer. 15. vol. 1. Pereg. de Iur. Fisc. d. lib. 1. tit. 1. num. 139. Sed ad commodum principis, cuius Maiestas Læsa fuit, non etiam ad commodum vassallorum, tametsi cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, & verò etiam cum regalibus inuestitorum, † vt rectè scripserunt 48
Bald. in cap. 1. n. 15. De cap. qui cur. vend. Hermin. c. 1. n. 3. Qual. Vass. iur. deb. fidel. Guido Pap. quæst. 341. num. 1. Boer. in tract. de seditio. §. 6. n. 21. vbi testatur, ita seruari in toto regno Franciæ, Iacob. in sua inuest. in verb. de Castro nu. 12. vers. in contrarium, Boss. in tit. de pœn. n. 28. & 29. vbi ait, ita se vidisse seruari, Nat. d. cons. 580. n. 6. 12. & 16. Roll. cons. 78. nu. 21. vers. Verùm, & nu. seqq. vol. 2. & cons. 73. nu. 11. vers. Sed his, & n. seqq. vol. 4. Surd. consil. 152. n. 16. & 26. Pereg. de iur. Fisc. d. lib. 1. tit. 2. nu. 94. & consil. 25. n. 7. et 10. in fi. et n. 18. vers. Primò et n. 19. versic. Sextò vol. 5. Pancir. inter cons. Men. consil. 605. n. 14. et 16. uers. in crimine Rosent. de feud. c. 5. concl. 4. in lit. F. et concl. 63. nu. 4. Thes. Iun. in d. cons. edito in addit. ad decis. Thes. 132. n. 29. 33. et 42. et ibi Bagnas. in cons. posito in fi. pag. 272. versic. Silentio, vbi testatur, hanc esse communem et veriorem, Gratia. cap. 642. discept. for. num. 8. Et, quamquam nonnulli contrariam opinionem sint amplexi, † vt Brun. cons. 31. nu. 12. et seqq. Cran. cons. 128. 49
num. 6. versic. Nec obstant. et vers. Quinto dico, Amed. à Pont. d. q. laud. 24. pag. 3. vers. et hoc etiam Thes. decis. 132. nu. 2. decis. 266. n. 7. uers. Item, licet, qui tamen omnes sub dubio loquuntur non est tamen à superiore sententia, quæ verior est, & receptior recedendum, scilicet, quia † æquum est, pœnam illi ap- 50
plicari, qui læsus est, vt habeat suæ iniuriæ vltionem secundùm regulam † cap. 1. §. denique quæ fue. prim. caus. ben. am. tit. cap. 1. §. si quis aliquem De pac. tenen. l. fi. §. 1. ff. de publica. l. 2. §. emancipatus ff. de coll. bon. l. 4. vbi. 27. ff. de pet. hered. l. bonem. 43. §. si quis seruum ff. de ædil. edict. Et in his terminis considerat Bald. in d. cap. 1. n. 15. De cap. qui cur. vend. Guido Pap. d. q. 341. n. 1. Iacob. in d. verb. de Castro n. 12. versic. in contrarium. Nat. d. cons. 580. n. 7. & 16. Roll. d. cons. 78. n. 22. & seqq. vol. 2. & d. cons. 73. n. 12. vol. 4. Pereg. d. lib. 1. de iur. fisc. tit. 2. nu. 94. & 95. & d. cons. 25. n. 7. vol. 5. Surd. d. cons. 152. n. 16. et 26. Ros. d. cap. 5. concl. 63. n. 4. Thes. Iun. in d. cons. edito post decis. 132. Thes. num. 29.

Tertius

Tertius casus est, quando confiscatio fit iure communi, sed
propter delictum temporale, puta Læsæ Maiestatis, & tracta-
tur de bonis sitis in dominijs diuersorum principum, sed su-
mus in casibus, in quibus reus non fuit vltimò supplicio af-
fectus, sed in contumaciam damnatus, Et tunc, licet plerique
censuerint, confiscationem trahi etiam ad bona alibi sita, nõ
ad commodum confiscantis, sed ad commodum eius princi-
52 pis, in cuius territorio bona sita sunt, † *In qua Sententia fue-
runt omnes, quos retulimus supra nu.24. simpliciter, & indistin-
ctè dicentes, ad omnia bona trahi, si confiscatio fiat iure commu-
ni, Et in specie de crimine Læsæ Maiestatis Barba.cons.70.n.29.
vers. Et, si ista, & n.33. vers. Restat, & num.44. vol.4.* Verius ta-
men est, non trahi ad ea, quæ sunt extra dominium illius
53 principis, cuius authoritate facta est confiscatio. † *Ita enim
censuerunt Nell in d tract. de bann. in prima part.2.temp.nu.17.
vers. quandoque fertur, August. in addit. ad Ang. de malef. vers.
& eius bona publicamus, num.7. Ceph. cons.79. num.11. Peregr.
de iur. fisc. d. lib.5. tit.1. num.138. vers. Sed hic subsistendum, &
vers. Quamobrem. Et fuit etiam de mente Bald. in d. l.1. nu.26
vers. Quandoque ista pœna, C. de summ. trin. & aliorum dicen
54 tium non trahi, si damnati status non mutetur;* † Idque intelli-
go non solum ad exclusionem confiscantis, quod omni pror-
55 sus dubitatione caret, † *vt scribunt Nell in d tract. de bann. in
prima part.2.temp.nu.17. vers. Quandoque fertur, & in fin. vbi
ait ita fuisse per Ianuenses terminatum, & August. ad Ang. de
malef. in d. vers. Et eius bona publicamus nu.5. in fi. & fatentur
etiam omnes, quos retulimus supra num.15.* Sed etiam ad ex-
56 clusionem, in cuius dominio bona sita sunt, † *vt in specie de-
57 clarat August ibi numer.6.* quia, † quoad eum non censetur
reus deliquisse, *vt supra dictum est, num.18.* Nec ipsius bona
dici possunt vacantia, cum ab ipsomet domino retinean-
58 tur, † *vt animaduerterunt Nell. ibi num.17. in fin. & August.
ibi num.6.* quippe, qui bonorum alibi existentium capax est,
59 tàm respectu acquisitionis, quam respectu retentionis, † *vt
scribunt Castr. cons.319. num.3. vers. Dico etiam vol.1. August.
ibi num.6. & 7. Peregr. d. lib.5. tit.1 num.138. versic. Nec verum
est,* Et hoc non obstante, quod ab alio statu fuerit in con-
tumaciam bannitus, quia virtus banni non egreditur fines
60 eius status à quo bannitus est, † *vt ait Pereg d. lib.5. tit.1. n.137
& 138. vers. Nec verum est,* nec ad bona alibi sita porrigitur,
61 † *ex doctr. Bald in l. sed si plures, 10. §. in arrogato, vers. iste §. &
ibi Imol nu.9. vers. Vltimò, Alex. nu 10. ff. de vulg. Affl. in cap.1.
§. nunc venio n.8 tit. hic fin. lex corr. Pereg. d. lib.5. tit.1. num.62.
& latius, num.134.*

Planè, si eius principis, in cuius statu bona sita sunt, sit
subditus, vel ratione originis, vel ratione domicilij, licet eius
fiscus non possit illa capere, aut vigore confiscationis ab offi
ciali alterius principis factæ, aut, quasi vacantia, poterit ta-
men per suos Officiales facere contra eum nouum proces-
sum, & secuta condemnatione, licitè, & Iure suo bona in suo
62 statu existentia, quasi confiscata vindicare, † *vt declarant
Nell. ibi num.17. in fi. August. ibi num.6. Farin. d.q.25. nu.101.*
Sed, si non sit subditus, haud dubiè hoc facere non poterit,
licet post sententiam in alio statu prolatam ibi morari cœ-
63 perit, † *secundum ea, quæ supra diximus, Et in specie Nell. ibi
num.17. vers. Quandoque, declarat.*

Quartus casus est, quando confiscatio fit iure communi,
puta propter Crimen Læsæ Maiestatis, propter quod reus fuit
etiam supplicio affectus, & tractatur de bonis sitis in domi-
nijs diuersorũ Principum, Et, tunc, licet etiam plerique cen-
suerint, confiscationem trahi ad omnia bona, vbique sita,
64 † *vt Bald. in d. l.1. n.26. vers. Quandoque ista pœna, C. de summ.
trin. Nell. in d. prima part.2. temp. n.117. vers. Quãdoque fertur.
August. ad Ang. ibi n.6 Barbat. d. consil.70. nu.38. vol.4. Et vi-
dentur accipiendi omnes, quos retulimus supra nu.24. simplici-
ter, & indistinctè dicentes ad omnia bona trahi, si fiat iure com-
muni, vel, si damnati status mutetur, vt Bald. cõs.341. n.1. vol.4.
& in d. l.1. num.26. vers. Quandoque ista pœna, C. de summ. trin.
Barbat. d. consil.70. nu.38. vol.4.* non quidem ad commodum
65 † confiscantis, sed ad commodum eius in cuius ditione, & ter-
ritorio bona sita sunt, *vt declarant omnes, quos retulimus su-
pra num.25. & in specie de bonis eius, qui vltimo supplicio affe-
ctus est, Bald in dict. l.1. n.26. versic. quandoque ista pœna, Castr.
d. consil.319. num.4. vers. Contrarium tamen, vol.1. & Barbat.
d. cons.70. n.38. & 42. vol.4.* quippe, qui poterit ea vindicare,

vel iure confiscationis, † *secundum Plot. inter d. cons. crim. di- 66
uer. cons.130. n.15. vol.1.* vel saltem, vti vacantia, † *secundum 67
Bald. in d. l.1 num.26. vers. Quandoque ista pœna, Nell. d. prima
part.2. temp. num.17. vers. Et ideò dico latius, August. ad Ang.
d. vers. Et eius bona publicamus, nu.6.* cum damnatus, † tam- 68
quam pœnæ seruus effectus *l. qui vltimo.29. ff. de pœn.* & sic
capite minutus non possit habere hæredem, eaque ratione
ipsius bona vacent, *vt considerant Nell. et August. ibi,* Verius
tamen mihi videtur, quod alij tradiderunt, imò, nec ad com-
modum quidem eius Principis, in cuius ditione bona sita
sunt, confiscationem trahi. † *In qua sententia fuit Pereg. de 69
iur. fisc. dict. lib.5. tit.1. num.138. versic. Sed hic subsistendum &
vers. Quamobrem,* sed bona legitimis damnati successoribus
relinqui, *vt ibi Peregr. ait, in versic. Nec etiam placet;* Nam
fiscus alterius Principis, nec iure confiscationis bona in suo
statu existentia vindicare potest, nec vti vacantia. Non iure
confiscationis, † *vt Nell. & August. in supra allegatis locis 70
fatentur,* quia respectu illius non est facta confiscatio, *vt con-
siderat Nell. ibi versic. Quandoque fatetur,* Sclentia enim, quæ
confiscationis pęnarum irrogat, non porrigit vires suas ex-
tra territorium, siue iurisdictionem confiscantis *l. cum vnus.
12. §. pen. ff. de bon. auth. Iud. poss.* nec alij, quàm fisco sui supe-
rioris prodesse potest, *vt declarant Nell. ibi num.17. versic.
Quartum membrum & August. ibi sub nu.5.* † Quamobrem 71
moris est, vt in Sententijs apponantur illa verba, fisco no-
stro (si sub nomine Principis Sententia proferatur) aut Fisco
Regio, seu Ducali (si sub nomine Magistratus) applicanda,
*vt rectè Nell. ibi versic. vltimum verò membrum, & August.
ibi numer.5. animaduerterunt.* Minus ea vindicare potest,
vti vacantia, † *vt scripsit Peregr. dict. lib.5 tit.1. numer.138. 72
vers. Nec verum est,* quia, † tunc vacare dicuntur bona, cum 73
is, cuius erant, nullo prorsus relicto successore decessit, *vt
ostendimus in 9. cap. q.1. num.25.* quæ res in proposito dici ne-
quit: Nam, licet reus vltimo supplicio fuerit affectus, quia
tamen hodie non censetur factus seruus pœnæ, † *Auth. sed 74
hodie, Cod. de don. int. vir. & vx. §. quod autem, Auth. de nupt.
coll.4. & in his terminis considerat Pereg. d. lib.5. tit.1 num.138.
vers. Nec verum est,* ideò, quasi liber, & ciuis Romanus, po-
tuit in bonis alibi existentibus habere hæredem, eaque ra-
tione non possunt eius bona dici vacare.

Sanè, si re vera nullum haberet successorem, verùm es-
set, posse quemlibet fiscum occupare bona in suo territorio
existentia, quasi vacantia, non, quod hoc ferat confiscatio,
sed quia hoc generaliter obseruatur in omnibus, qui nullo
relicto, aut testamentario, aut legitimo successore moriun-
tur, vt scilicet quilibet fiscus possit bona ab eo relicta, & in
suo territorio existentia, quasi vacantia occupare, † *vti vi- 75
dere est apud Alex. consil.31. num.6. versic. Nunc uenio uol.1.
quod est repetitum in consil.111. uol.4. Peregr. de iur. fisc. lib.4.
tit.3. num.21. Rosent. de feud. capit.5. concl.52. in gl. B. Et est de
mente eorum, quos retulimus supra num.27. & 67. & aliorum,*
dicentium, fiscum eius, qui condemnauit, capere bona sita in
suo territorio iure confiscationis, alios verò fiscos capere sita
in suis territorijs, quasi vacantia; Sentiunt enim vacantia ad
quemlibet fiscum pertinere, adeo, vt pertineant etiam ad
Vassallum, † *secundum Dec. in l.1. n.20. C. unde uir. & uxor. 76
Iacob. in uerb. cum mero, mixto imperio, num.17. & 20.* si modo
fuerit † cum regalibus inuestitus, alias non, quia, cum vacan- 77
tia sint de regalibus, & quidem reseruatis, Consequens est, vt
ad eum pertinere nequeant, qui regalia non habet, *ut decla-
rat Rosental. de feud. d. cap.5. concl.52. n.1. et seqq.* Et hæc qui-
dem dicuntur, cum de quinto casu loquimur, idest, cum tra-
ctamus de confiscatione, quæ fit iure communi.

Sextus, & vltimus casus est, quando Iurisdictiones, & bursæ
fiscales sunt diuersæ, & bona sita sunt in eodem statu, sed in
territorijs diuersorum Dominorum, & cõfiscatio fit, non iu-
re communi, sed iure singulari, quod tamen in toto statu
seruatur, vt est ius, quod ex edictis, decretis, & constitutioni-
bus Principum proficiscitur, Et in hoc casu non est dubium,
quin talis confiscatio trahatur ad omnia bona vbiuis exist-
tia; † Sed ad cuius commodũ, & sic, an commodum Vassallo- 78
rum pro bonis in ipsorũ territorio existentibus, si quæramus,
constat, rem esse mirum in modum controuersam: Nam ple-
riq; simpliciter, & indistinctè scripserunt, huiusmodi cõfisca-
tiones, & alias quascunque pęnas ex Principum edictis pro-

79 uenientes,ad Vassallos pertinere, † *vt Brun.d.consil. 31. num. 11.versic. Et,quoad bona,Boss.in tit.de pœn.num.25.versic.Hac intelligo,Roll.consil.21 nu.23.vol.4.Nat.consil.346 num.1.versic Non obstat,Pereg.de iur.fisc.lib.1 tit.2.num.91.versic. Amplia,& consil.25.num.3.& 11.vol.5 Amed à Pont.in suis quæst. laud.q.24 pag.5.versic Vnde,sicuti,Thes.decis.266.num. 6. vbi*
80 *testatur,hanc esse communem DD.sententiam,*quia † cum debeant habere omnia feudi emolumenta, consequens est, vt etiam huiusmodi pęnas, quasi fructus iurisdictionis habere debeant *secundùm ea quæ diximus supra num.35.& seqq.*

Sed hæc sententia, licet sine difficultate procedat, quoties Principis edictum non facit de non delicto delictum,sed tantum auget delicti pęnam, puta imponit pęnam confiscationis bonorum ei,qui committit delictum, propter quod iure communi non est tam grauis pęna imposita, quo casu ferè omnes admittunt pęnam,non ad Principem, sed ad Vassal-
81 lum pertinere, † *vti videre est apud Nat.consil.659.nu.6.vers. Prætereà Roll.consil.21 nu.21.vol 4.Amed.à Pont.d q. 24 pag. 6.versic.Et in augmento,Surd.consil.152 nu.53. & seqq.Thes decis.132.nu.2.versic.Quam regulã,& ibi Thes.Iun.in suo cons. posito in additio.n.44.* magnam tamen patitur dubitationem, quoties imponit pęnam confiscationis, aut aliam pecuniariã pro facto,quod per se non erat illatum, nec continebat delictum,sed Princeps illud prohibendo fecit de non delicto delictum: *vt declarant Bald.in l.data.11.n.17.C de his,qui accu. non poss. Alex.in addit.ad Bart.in l.eleganter.24.§. qui reprobos versic. Quinimò plus dicit ff.de pign. actio.* Nam etiam in hoc
82 casu plerique censuerunt pęnam ad Vassallos pertinere,† *vt Boss.in d.tit.de pœnis n.25.versic.Sed,si postquàm,Nat.d.consil. 69.n.5.Amed.à Pont.de q.24 pag.5.versic Limitans etiã, Pereg d.consil.25.n.3.& seqq vol 5.Thes.d.decis.132 nu. 2.versic Quam regulam,& ibi Thes.Iun in addit.sub n.2.& in consil.ibi edito n.16 & seqq & Gratian.cap.642.discep.for.nu.21.vbi ait,*
82 *hanc esse veriorem,*quia,† cum etiam horum delictorum co-
83 gnitio & coercitio spectet ad Vassallum,† *vt scribunt Boss.in d.tit.de pœn.n.25.versic.Non video.Thes.d decis.132.nu.3. vbi refert ita fuisse decisum,Franch.decis.434 n.1.vbi pariter ait, ita fuisse decisum,Thes.Iun.in d suo consil.edito post decis.Thes. 132.n.16.& seqq Pereg.d.consil.25.n.3.& 4.& num.19.versic. Quartò vol 5.Gratian d.cap.642.n.21.* quippè, qui de omnibus causis tàm ciuilibus,quàm criminalibus censetur priuatiuè ad Dominum directum inuestitus, *vt diximus supra nu. 37.*Consequens videtur, vt & emolumentum, quod ex huiusmodi cognitione,& coercitione percipitur, quasi iurisdictionis fructum habere debeat, *secundùm ea quæ supra diximus, Et arguit Paris.consil.106,nu.13.vol.1.* Et, dato etiam, quod cognitio spectaret ad Dominum, nihilominus emolumentum deberet ad Vassallum pertinere, quia Vassallus, tamquàm vtilis Dominus debet habere omnes vtilitates, & emolumenta, quæ ex feudo percipiuntur, & per consequentias etiam emolumentum confiscationis, licet ea per Iudices
84 superioris Domini facta sit, † *vt scribunt Martin.Laud. inter d.consil.58.n.44.& seqq.vol.1.Boer.decis.264.n.7.versic. Quia tunc bona,Roll.consil 21.n.20.vol.4.Osas.decis.29.n.9. Amed. à Pont.d.q.24.pag.3.versic.Vnde licet,Pereg.de iur.fisc.d.lib.5. tit. 1.n.139.Farin.d.q.25.n.102.Thes.Iun.in d.consil.edito in addit. ad decis.132.Thes.n.28 versic.Et propterea Gratian.d.ca.642. discept.for.n.13.& 17.* Et hoc non obstante, quod in edictis apposita sint illa verba (Fisco nostro applicanda) quia,licet ea, respectu locorum immediatè subiectorum intelligantur proprie,tamen respectu locorum,quæ sunt infeudata debent intelligi de fisco Vassalli, quippe, qui tamquàm subrogatus in locum Principis,idem iuris habet,quod fiscus Principis,&
85 idem cum eo fiscus esse intelligitur, † *vt declarant Boss. in d. tit.de pœn num.25.versic.Hac intelligo, Nat.consil.346 num.2. & 3 Roll consil.21.nu.23.vol.4 Surd.consil.152.num.3. & 31. versic.Eodem modo,Pereg de iur fisc d.lib.5.tit.1 nu.139.& d. consil.25.n.6.vol.5.Men.consil.604.nu.42.Thes.Iun.in d.consil. posito in add.ad decis.132.Thes.num.31.versic.Est enim,Gratian.d.cap.642.discept.for.num.14.* Nec videtur obesse, quod contraueniens Principis edicto censeatur ipsummet Principem contemnere,& offendere, eaque ratione sit æquum pęnam illi applicari,vt habeat suæ iniuriæ vltionem,*secundum ea, quæ diximus supra num.51.*quia satis videtur eam habere, si videat contrauenientem à suo Vassallo puniri, oblatis iure confiscationis omnibus bonis, quæ in illius territorio possidebat, † *vt declarant Amed.à Pont.d.q.24 pag.4. versic. Et ratio vltionis, & Thes.Iun.in d.consil.numer.18.versic. Et hoc casu.* 86

Verùm his, & alijs, quæ adduci possent non obstantibus contrariam sententiam,quæ receptior est veriorem esse puto scilicet, confiscationes, & alias pęnas ex Principum edictis, quæ faciunt de non delicto delictum prouenientes debere ad ipsorum Principum, non etiam ad Vassallorum,fiscum pertinere, etiamsi in territorio infeudato facta sit contrauentio, & damnati bona existant: † *Ita enim censuerunt Surd.consil.* 87
*152.num.15.versic.Sed his,& num.seqq. Menoch.consil.604. num.27.versic Quarta,& num.36 & 39.versic. Secundus est casus & ibi Panciro l.consil.605.num.14. & seqq. Bagnasac. in consil.edito in fi.addit ad decis.Thes pag.239.& per tot.*Nec solùm, si expressim edicto cautum sit, vt talis pęna fisco Principis applicetur, quo casu res procedit sine difficultate, † *vti* 88
*videre est apud Surd.d.consil 152 num.17.versic. Tertiò,Pancirol.inter consil Menoch.d consil.605 num.15 versic.4. & Bagnasac.in d.consil.edito in fi.addit.ad decis.Thes pag.267.versic. Non etiam recta & non negat,Pereg.d.consil.25.num.13 versic. Quartò,& nu.19.versic. Tertiò vol.5.*cum Vassallus debeat edictum cum omnibus suis qualitatibus acceptare,† *vt consi-* 89
derat Surd.d.consil.152 num.17. versic 3. & num. 34. versic. Tertiò respondetur, prout in tota Italia seruari constat ex attestationibus, quæ leguntur *post consil. Menoch. & Pancirol. 604. & 605.* sed etiam si simpliciter edictum promulgatum sit, nec in eo definitum, cui pęna debeat applicari, † *in qui-* 90
bus terminis loquuntur omnes, quos retulimus supra num. 87. Nam,cum per contrauentionem offendatur Princeps, quippe cuius authoritas contemnitur, Consequens est, vt ei pęna debeat applicari, vt habeat suæ iniuriæ vltionem, † *secun-* 91
dùm ea, quæ diximus supra num. 50. Ita in proposito arguunt Surd.d.consil.152.n.16.Menoch.d.consil.604.n.28.& 39.versic.Secundus est casus & ibi Pancir.in consil.seq.nu.14. Bagnas. in dict.consil.posito in fi.addit ad Thes.pag.241.versic.Prætereà. Quamobrem dicimus pęnam eius, qui mandato Principis non obtemperat,puta citatus non comparet,fisco Principis, non Vassalli applicari, † *vti videre est apud Nat.consil.580 n.* 93
6.14.& 17.Surd.d.cons.152.n.16.& 26 versic.Vbi idem dicit, Menoch.d.cons.604.n.28.& 36.vers.Simili in casu, & ibi Pancir.in cons.seq.n.14.Pereg.d.consu.25.n.18.versic Primò,vol.5. Et verò, si ad Principis fiscum spectat pęna, quoties offenditur eius officialis, etiam à subdito Vassalli, & in loco infeudato, † *vt scripserunt Surd.d.consil.152.n.16.& Thes.d.decis.250.n.* 92
5.versic.Tertiò facit & fatetur etiam Amed.à Pont.d. qu. 24. pag.5 versic.Hinc infero,vbi refert, ita fuisse decisum a Pedemontano Senatu. Consequens est, vt multò magis debeat ad spectare, quoties offenditur ipsemet Princeps, cum grauior sit offensa, quæ in alienam † *l.1.§. item aut per semetipsum ff. de iniur.* 94

Nec est,quod respondeas hæc procedere † si offensa dire- 95
ctò, & principaliter in Principem committatur, vt euenit, cum eius præcepto, seu mandato certæ personæ facto non paretur, *in quibus terminis procedunt ea, quæ diximus supra num.92.* non etiam, si offendatur secundariò, sicut euenit, cum ipsius edicta generalia non seruantur, † *vt respondendo* 96
declarant Peregr.d.cons.25.n.11.vers.Quare, et num.16.vers. Respondet distinguendo vol.5.Thes Iun.in d.consil.Respondet distinguẽdo vol.5.Thes.Iun.in d.cons.posito in addit.ad decis.Thes. 132.nu.35.et 55.versic.istis præhabitis,et Gratian. d.cap.640. discept.forens.num.7. quia verius est,procedere,etiamsi offendatur, & spernatur secundariò,& sic,in ijs, quæ generalibus edictis percipiuntur, dummodò concernant ea, quæ non fuerunt in Vassallum translata, sed ipsimet Principis reseruata: † Nam, & si Princeps edicto prohibeat sal introduci sub pęna confiscationis bonorum, aut alia pecuniaria, & sic statuat super gabella salis, aut aliqua alia re, quæ sit de regalibus reseruatis, nemo rectè dixerit, contrauentorum pęnas debere Vassallis applicari, etiamsi sint eorum subditi, & in ipsorum territorijs bona possideant, cum verius sit, eas debere applicari fisco Principis, tamquam fructus rei in feudum non concessæ, sed ipsemet Principi reseruatæ, † *vt fatetur Amed. à Pont. d. quæst.24 pag.6.versic. Quæ tamen restringi posset,et post eum scribit Surd.d. consil.* 97

152.num.

99 152.n.43.vers.Hac autem, & num.51. Et rectè quia, † licet
Vassallus respectu eorum,quæ transferuntur cēseatur Domi-
nus vtilis, & per consequentias debeat habere omnia emolu-
menta, quæ ex feudo percipiuntur, tamquàm priuatiuè ad
Dominum directum inuestitus, vt diximus supra n.37.& seqq
tamen respectu eorum, quæ non transferuntur, nullum ius
habere intelligitur, idest, neque directum, neque vtile, cum
100 vtrumque penes Principem remaneat, † vt declarant Surd.
d.cons.152.nu.37.versic.Et dum dicunt.& nu 41, vers.Et quod
vult, & nu.42. Et omnium optimè Bagnasac. in d. cons. posito in
fi.addit.Thes.Iun.ad decis.Thes.pag.277. vers. Hoc vera, &
pag.278.vers.Ideò verum non est, Quamobrem Principes de
ijs statuendo, & disponendo non censetur disponere de re
Vassalli, & in Vassallum translata, sed re sua, & sibi reser-
101 uata, † vt declarat Surd.d.cons.152.nu.28.versic.Non ignoro,
& nu.34.versic.Cum ergo, & eorum respectu non debet con-
siderari,vt Dominus mediatus, sed, vt immediatus, & sub-
diti, non vt subditi Vassalli, sed, vt subditi Principis,& sic
immediati,scilicet, quia eorum respectu non habent Vassal-
lum,seù Dominum mediatum,cum Vassallus de ijs non fue-
rit inuestitutus. Hinc fit, vt fructus, & emolumenta, quæ
ex huiusmodi rebus, & causis percipiuntur,debeant ad Prin-
cipem tamquàm ad Dominum immediatum,seù Dominum
102 directum,& vtilem,non etiam ad Vassallum pertinere, † vt
scribit Bagnas.in consil.allegato pag.239.vers. His sic stantibus,
& pag.249.vers. Non obstat itaque, & pag.262. versic. Respon-
demus,Et est de mente eorum quos referemus infra num.106.
quippè, qui eorum respectu, nec Vassallus, nec vtilis Domi-
nus intelligitur, vt supra dictum est. Illi enim tantum fru-
ctus spectant ad Vassallum, qui percipiuntur ex iurisdictio-
ne concessa, & translata, non etiam, qui ex reseruata,
103 † vt declarant omnes quos referemus infra n.110,siuè, vt vul-
104 gò dicimus,qui percipiuntur ex re,non,qui extra rem, † vti
videre est apud Aluaro.in cap.1.§.si quis aliquem nu.6.vers. Vi-
demus enim,De pac.ten.Brun consil.31.nu.12.in fi.Nat. d.cons.
580.nu.14.Surd.d.consil.152.nu.17 Menoch d cons.604.nu.34.
& ibi Pancirol.in cons.seq.num.15. cum vtilitates, quæ perci-
piuntur ex rebus non translatis verè percipiantur,extra rem,
idest,extra feudum,non ex re,siuè feudo,quia non fuerunt in
feudum concessæ, vt supra dictum est, Et in specie declarat
Pancirol. ibi nu. 15. Cum igitur potestas statuendi contra Ius
commune, & sic faciendi de non delicto delictum non cen-
seatur in Vassallum translata, sed ipsimet supremo Principi
105 reseruata, † vt scribunt Ang.in l.imperium.3.nu.8.ff. de iurisd.
Dec in l 1.nu.20.vers.Et prædicti, ff.quod quisque iur. Soc.Sen.
consil.272.nu.5.versic.Quartò principaliter, vol.2. Ruin consil.
208.nu.3.uol.1.Boss.in tit de Princip.nu.287. vers. Non tamen,
Roll.consil.4.num.31.& seqq.vol.3 vbi testatur, hanc esse com-
munem Nat.cons.179.n.9.vers.Ista sunt,& cons.185.n.8.Surd.
d.consil.152.nu.20.vers.Præcipuè, vbi in specie loquitur de edi-
ctis facientibus de non delicto delictum & Menoch.d.consil.604.
nu.3.& 6 & Bagnas.in consil allegato pag. 252. uersic. Nimis;
Est enim meri imperij maximi, quod soli Principi competit,
vt scribunt omnes quos retulimus in q.praced.nu.4. Consequens
est,vt fructus,& emolumenta,quæ ex huiusmodi legibus, &
edictis percipiuntur,debeant ad Principem,quasi Dominum
directum, & vtilem, non etiam ad Vassallum pertinere.
106 † Ita Surd.d.consil.152.nu.18.versic.Tertiò responderi potest, &
Menoch.d.consil.604.num.49.

Neque obstant contraria: nam ad ea patet ex supradictis
responsio: Primum enim, quod dicitur cognitionem etiam
horum delictorum spectare ad Vassallum, tamquam inue-
stitum cum mero, mixto imperio, & omnimoda iurisdictio-
ne,perspicuè falsum est, quia verius est, spectare ad Princi-
107 pem,siuè officiales ab eo deputatos,† vt rectè scripserunt Surd.
d.cons.152.num.15.vers Sed his, Menoch.d cons. 604. nu. 26.
vers.Respondetur tertiò,& Bagnasac.in cons. allegato pag. 239.
vers.His sic stantibus: Nam, cum respiciat ea, quæ non fue-
runt in Vassallum translata,vt supra dictum est, Consequens
est,vt ad Principem, quasi Dominum immediatum, & vni-
cum spectare debeat,secundùm ea,quæ supra diximus. Et,si
spectat cognitio, debet etiam per consequentias spectare, &
108 pœna,tamquam fructus iurisdictionis, † vt in his terminis ar-
guit Surd.d.consil.152.nu. 22.vers.Si vero.

Nec est contrarium, quod Vassallus habeat cognitionem
omnium causarum, tàm ciuilium,quàm criminalium,quia
hoc verum est, si † causæ pertineant ad Iurisdictionem ordi- 109
nariam,quæ est translata secus verò, si ad extraordinariam,
quæ non censetur concessa,sed reseruata: nam earum cogni-
tionem non habet, vt respondendo rectè declarant Menoch. d.
cons.604.nu.20.vers.Respondetur tertio. & nu.40.& ibi Pan-
cirol.cons 605.nu.16 vers. Ad contrarium. Itaque, si tractemus
de factis, quæ iure communi sunt delicta, quia respiciunt iu-
risdictionem ordinariam, verum erit, eorum cognitionem
spectare ad Vassallum. Cœterùm, si de ijs, quæ delicta non
sunt,sed facta sunt delicta ex sola Principis prohibitione, ve-
rius erit, eorum cognitionem non spectare ad Vassallum,
quia, quoad eum facta illa non sunt delicta, nec respiciunt
iurisdictionem ordinariam, & translatam, sed extraordina-
riam, & reseruatam. vt supra dictum est.

Minùs obstat, quod Vassallus, tamquàm vtilis dominus
debeat habere omnia emolumenta feudi, & per consequen-
tias etiam confiscationes, licet ab Officialibus Principis factæ
sint, quia hoc verùm est, † si confiscationes, & aliæ pœnæ 110
proueniant ex ijs causis, quæ fuerunt in Vassallum transla-
tæ, idest, ex causis continentibus ea, quæ iure communi sunt
delicta: Nam,licet de ijs interdum cognoscant Principis Of-
ficiales,quod ex causa fieri potest, nihilominus Emolumen-
tum ad Vassallum pertinebit. Et in his terminis procedunt
contraria. Quamobrem, vbicunque Supremi Magistratus
euocant ad se causam Criminalem,solent adijcere clausulam,
sine præiudicio Emolumentorum ad Vassallum pertinenti-
um. Cęterum,si proueniant ex causis reseruatis, cuiusmodi
sunt illæ, in quibus tractatur de ijs factis, quę iure commu-
ni nō sunt delicta,sed talia facta sunt edicto Principis, Verius
est,earum Emolumenta ad Vassallum,sed ad Principem per-
tinere, quia sunt fructus eius Iurisdictionis, quæ non fuit in
Vassallum translata,sed ipsimet Supremo Principi reseruata,
ideòque ad eum,tamquàm ad solum dominum pertinere de-
bent, secundùm ea quæ supra diximus: Vassallus enim non
potest huiusmodi Emolumenta prætendere, tamquàm fru-
ctus suæ iurisdictionis,quia non percipiuntur ex iurisdictione
Vassalli, sed ex iurisdictione ipsius Principis,vt ait Bagnasac.
in relato consil pag.243.vers,ex prædictis.

Non obstat, quod Fiscus Vassalli, tamquam subrogatus
in locū Principis,debeat idem ius habere, quod Fiscus Prin-
cipis,quia hoc similiter verùm est, si † tractemus de ijs,quæ 111
fuerunt in Vassalum translata. Cœterum, si de reseruatis,
verius est in ijs ius,non habere, vt in specie, & respondendo de-
clarant Surd.d.cons.152.nu 31.vers.Eodem modo, & Men.d.
consil.604.nu.44.versic.Respondetur ex prædictis: Nam subro-
gatus censetur quidem eodem iure, quo is,in cuius locum su-
brogatur,sed,quoad ea tantum,in quibus fit subrogatio, non
etiam,quoad alia, † vt scribunt Alex.consil.106.nu. 15. in fin. 112
vol.3.Dec.consil.38.in fin.Men.consil.88.nu.23. Bec.consil.101.
nu.58.vol.1.Surd.d.consil.153.nu. 32.

Neque obstat, quod satis videatur Princeps habere suæ
iniuriæ vltionem, si videat, contrauentorem à suo Vassallo
puniri,quia verius est, hoc non sufficere, † sed requiri, vt pę- 113
na ipsimet offenso applicetur, Alioquin sequeretur, in cri-
mine Læsæ Maiestatis pęnam confiscationis debere Vassallo
applicari,quia Princeps læsus satis diceretur habere suæ iniu-
riæ vltionem, si videret reum à suo Vassallo punitum,quod
tamen veriori, & receptiori DD. opinioni refragatur, vt pa-
tet ex ijs,quæ diximus supra num.50.& seqq.ita in proposito re-
spondent Surd.d.consil 152.nu.28.versic Nec mouet, & nu.43.
versic. Destruitur quoque,& Men.d.consil.604.num.41. versic.
Non etiam obstat.

Denique non obstat authoritas eorum, qui contrariam
opinionem sunt amplexi, ex ijs, quæ supra diximus apparet
eos contra rationem, & frequentiorem DD. sententiam esse
locutos, ideòque in eorum dictis non esse vim faciendam,
maximè cum essent Vassalli, qui potius ad ius suum augen-
dum, quàm ad veritatem eruendam in proposito respicie-
bant, vt animaduerterunt Men.d.consil 604. num.51.& 52.
& ibi Pancir in cons.seq.nu.17.Bagnasc.in consil iam citato pag.
248.versic.Superest. Et hæc quidem dicuntur, cum quæri-
mus, an confiscatio trahatur ad bona sita extra territorium
confiscantis.

Quæ autem bona dicantur esse in territorio,aut extra ter-
rito-

ritorium confiscantis, si quæramus, res erit ex ijs terminanda, quæ diximus *in q praced num.* 138. *& seqq.* Et quidem sine dubio, si de bonis immobilibus aut, quæ pro immobilibus reputantur, agamus. Cœterum, si de mobilibus, verius quidem, & receptius est, de iure debere ea sequi personam domi-
114 ni, † *secundum ea, qua ibi diximus. Et in specie declarant Bald. in l mercatores 4. nu. 1. C. de commer. & mercat. Alex consil. 31. num. 5. vol. 1. quod est repetitum in consil. 111 vol 4. Iacobin in tract. de roydis nu. 17. Affl. in cap. 1. §. demque num. 35. qua fuit prim. c auf. ben. am in cap. 1. §. si quis hominem in 10. nos. num 2. De pac. senen. & in cap. 1. §. his consequenter, nu. 11 tit. Hic fin. lex Cor. Anch. quæst fam. 25. nu. 9 lib. 2. Pereg. de iur. fisc. d. lib. 5. tit. 1. num. 141. Farin. d. qu. 25. num.* 108. & per consequentias
115 debere censeri de eo loco, vbi dominus ipse morabatur, † *ut declarant Surd conf. 343. num. 16 Pereg d lib. 5. tit. 1. num. 141.*
116 nisi ipsius destinatione perpetuò fuissent alibi mansura, † *ut scripserunt Bald. consil. 341. nu. 3. vol. 4. & Pereg. d. lib. 5. tit. 1. n.* 141. Quo fit, vt ad confiscantem pertineant, etiamsi sint ex-
117 tra ipsius territorium, † *l. mercatores. 4. & ibi Bald nu.* 1. *C de comm. & merc. Bald. d. consil. 341. nu. 3 vol 4. August. in add ad Ang de malef. in versic. & eius bona publicamus, n. 7. in fi. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. n. 50. in verb. in possessionem C de Summ. Trin. Idem Alex. cons. 31 num. 5. vol. 1. Affl lict. in d. cap. 1. § denique, tit. qua fu. prim. c auf. ben. am. & in d. cap. 1. §. si quis hominem, in 10. not. num. 1 in fin. De pac. sen Plot. inter d cons. crim. diuers consil. 130 num. 15. vers. Bona autem vol. 1 Clar. in d. § fi. qu. 78. nu. 27 vers. Intellige etiam. Tiraq. de iure primog. q. 48. num. 1. licet non determinet, Iacobin. in tract. de roydis, nu. 17. Anchar. d. quæst fam. 25. num. 9. lib. 2. Bursat consil. 43 num. 13. vbi testatur, hanc esse communem, Surd. consil 343. num. 15. Rosent. de feud cap 5. conclus 52 in gl. 6. Farin. d. qu 25. nu. 108. vbi testatur, hanc esse magis communem, & ab ea non esse in practica recedendum.* Sed vsu, & consuetudine forensi contrarium in plerisque locis inualuit: nam receptum est, mobilia
118 censeri de loco, vbi reperiuntur, † *vt attestantur Clar in d. §. fi. qu. 78 nu 27. in fi. Bursat. d. consil. 43. num. 13. & Pereg. d lib. 5 tit. 1 num 141. vers. in practica tamen*, & per consequentias idem de ijs iudicandum, quod de bonis in illo territorio existentibus, quod & amota consuetudine seruandum censue-
119 runt, † *Bald. in cap. 1. in prin. nu 6. & ibi Aluar. in §. si verò Parisi num 1 per illum text. De pac. sen. Alex cons. 16 nu. 2. versic. pro hoc etiam, vol. 1 vbi ait, hoc esse verius;* Sed vt dixi, contraria sententia verior est, & receptior, & consuetudo illa, tamquàm localis in ijs tantùm locis est seruanda, vbi inualuit.
120 Itaque in alijs seruandum est ius commune, † *ut rectè declarat Farin d. qu. 25. nu. 108.* De nominibus autem debitorum, quid sit dicendum, si quæramus, constat idem esse statuendum, quod in materia successionum diximus *in qu. praced. num. 151 & seqq.* Nam, licet plerique censuerint, sequi personam creditoris, & per consequentias venire in confiscationem, si ipsius bona publicata sint, etiamsi debitores extra
121 territorium confiscantis existant, † *ut Alex d. consil. 31. nu. 6. in fi vol. 1. quod est repetitum in consil. 111 vol 4. Anchar. d. qu. fam. 25. n 7 & seqq. lib. 2. Rosent. de feud. d. c. 5. concl. 52. in gl. 6.* Verius tamen, & receptius est, ea censeri de loco, vbi de iure fieri debet exactio, vel ratione contractus, vel ratione destinatæ solutionis, & per consequentias non venire, si debito-
122 res alibi erant conueniendi, † *uti videre est apud Castr. consil. 319. num. 3 vers Patet igitur, vol. 1. & Pereg de iur. fisc. d lib. 5. tit. 1 num. 142 versic. Et ista tertia opinio, vbi ait, hanc opinionem communiter teneri.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimare est actus iurisdictionis in genere sumpta. & nu.* 2.
3 *Legitimare est mixti imperij, imò potestatis, seu facultatis principalis.*
4 *Legitimandi facultas, est potestas supremo Principi reseruata, & num.* 46.
5 *Legitimatio facta à Principe tribuit ius succedendi in bonis sitis in territorio ipsius legitimantis; Amplia, vt ibi, & nu. seq. Sed non in bonis in alieno territorio sitis nu. 7. & ratio num.* 8.
9 *Princeps aut legitimat subditum, aut non subditum, & aut in territorio, aut extra. nu. 5. & 6. & 127.*
10 *Legitimatio qua fit post mortem patris, offert praiudicium venientibus ab intestato.*
11 *Legitimatio, qua fit viuente & petente patre, dicitur fieri in aliorum praiudicium, quando agitur de bonis, qua non sunt in libera ipsius patris dispositione, vt de feudalibus, vel emphyteuticis, aut subiectis fideicommisso.*
12 *Legitimatio qua fit à Principe habente iurisdictionem limitatam, siue fiat in territorio, siuè extra non tribuit ius succedendi in bonis alibi existentibus, quoties fit in praiudicium aliorum habentium ius, aut spem probabilem in bonis, qua alibi sita sunt.*
13 *Princeps non potest in personas, & res aliena ditioni subiectas, contentiosam iurisdictionem exercere.*
14 *Legitimare est voluntaria iurisdictionis; & nu 35. & quare nu. 78. Sed contra nu. seq. & 78.*
16 *Legitimatio à Principe non potest fieri, nisi citatis his, de quorum praiudicio agitur.*
17 *Legitimatio, qua fit patre viuente, & petente nemini affert praiudicium, quoties tractatur de bonis, qua sunt in libera ipsius dispositione.*
18 *Volenti, & consentienti non fit damnum, nec iniuria. & 29.*
21 *Spes succedendi alicui non est considerabilis, & nu. 26. & ratio num. 22. & seqq.*
27 *Agnati, & cognati citandi non sunt, quoties legitimatio fit Patre viuente, & petente, & agitur de bonis, qua sunt in libera eius dispositione.*
28 *Legitimatio quoties fit post mortem patris ex praambula eius ordinatione, non sunt citandi agnati, vel cognati.*
30 *Quando Princeps habens iurisdictionem restrictam, & limitatam legitimat intra, vel extra suum territorium subditum alienum & sumus in casibus, in quibus talis legitimatio nemini affert praiudicium, tribuit ius succedendi etiam in bonis alibi sitis, & num. seqq. sed contra nu. 38. & seqq. & quid in successionibus testamentarijs n. 79. & seqq.*
30 *Iurisdictionis voluntaria, qua sunt, licet fiant extra territorium, & in personam non subditam conferantur, nihilominus valeant, & suos operantur effectus; Declara nu. 61. & 77.*
31 *Iurisdictio voluntaria potest extra territorium, & in personam non subditam exerceri; Declara 61. & seqq. & 77.*
34 *Iurisdictio voluntaria potest ab alienis subditis prorogari; Declara num. 61.*
39 *Textus in cap. per venerabilem 13. vers. in super. Qui filij sint legitimi, declaratur & nu. 98.*
40 *Priuatus non potest ea tribuere qua sunt iuris publici.*
42 *Legitimatio dicitur actus & donum Principis. & nu. 144.*
43 *Subditus, qui se subijcit aliena iurisdictioni, facit praiudicium, & iniuriam suo Principi.*
44 *Qui petit filium suum ab alio legitimari, quàm à suo Principe, facit iniuriam suo Principi, & eius fiscum ladit; & quare ibi.*
45 *Sine consensu principis sui non potest subditus se alterius iurisdictioni subijcere, & eius iurisdictionem etiam voluntariam prorogare; & maximè si agatur de his, qua in signum superioritatis specialiter reseruantur Princip. & num. 46.*
47 *Iurisdictionis prorogatio non datur in his, qua Principi specialiter reseruantur.*
48 *Valet argumentum ab arrogatione ad legitimationem, & num. 139. Declara num. 145.*
49 *Legitimatio est similis arrogationi; & in quibus? numer. seqq.*
53 *Princeps non potest interponere decretum arrogationis inter non subditos.*
54 *Princeps non potest de personis, & rebus aliena ditioni suppositis, disponere, etiam quod à volentibus adeatur, & actus, qui geritur respiceret principaliter personas, & in consequentiam bona nu. 56.*
57 *Tutor alienis subditis dari non potest.*
58 *Iudex alienis subditis dari non potest.*
59 *Etiam ea, qua voluntaria iurisdictionis sunt, debent apud iudicem competentem exerceri.*
60 *Qui legitimat dat haredem.*
61 *Iurisdictio voluntaria quibus casibus prorogari possit, & nu. seqq.*
63 *Iurisdictio voluntaria potest de loco ad locum prorogari.*
64 *Iurisdictio voluntaria potest extra territorium exerceri inter*

ter subditos, & pro rebus subiectis.

69 *Iurisdictio voluntaria de re ad rem prorogari non potest.*

70 *Iurisdictio voluntaria de persona ad personam prorogari potest.*

73 *Iurisdictio voluntaria de persona ad personam, & de re ad rem prorogari non potest.*

75 *Iurisdictionis voluntariæ prorogatio nunquàm censetur prohibita, nisi quoties fit respectu rerum.*

76 *De rebus in aliena ditione existentibus nemo potest ius decendo disponere, nisi consentiat, is cuius iurisdictioni res illa supposita sunt.*

81 *Legitimatio subditi alieni facta, vel intra, vel extra territorium, à Summo Pontifice, aut ab eo potestatem habente trahitur ad omnia bona vbinis existentia, & num. seqq. sed contra n.85. & seqq. limita num. 90 91. 98. & 99.*

82 *Papa habet iurisdictionem etiam temporalem in toto orbe; Declara nu.89.*

86 *Papa in aliorum principum ditionibus temporalem iurisdictionem exercere nec potest, nec vult.*

91 *Si Papa dispenset super radice matrimonij, tribuit ius succedendi in omnibus bonis, & quare ibi.*

93 *Princeps Sæcularis super matrimonio dispensare non potest, licet aliter legitimare possit num.94.*

95 *Legitimatio & dispensatio differunt.*

100 *Legitimatio alieni subditi facta, aut ab eius comite Palatino siuè intra siuè extra territorium. tribuit ius succedendi in bonis sitis in territorijs aliorum Principum, & num. seqq. Sed contra num.107. & seqq. & quid de consuetudine num.103.114.*

101 *Legitimatio facta à Comite Palatino perinde habetur, ac si ab ipso imperatore facta esset.*

104 *Imperator dicitur dominus totius mundi, & vbique iurisdictionem habet: Declara num.111. & seqq.*

106 *Principes multi libertatem à subiectione imperatoris præscripserunt; sed non à potestate legitimandi; imò etiam ab hac.*

110 *Imperator in terris Ecclesiæ, aut in terris aliorum Principum, qui de iure, vel de facto eum in superiorem non recognoscunt, iurisdictionem exercere non potest.*

112 *Principes vt plurimum gloriantur titulis etiam earum prouinciarum, quas re vera sua ditioni subiectas non habent.*

116 *Subditus Principis ab Ecclesia, vel ab Imperatore sub nomine perpetuæ dignitatis inuestiti si legitimetur à Papa, vel Imperatore vel eius Comite succedet etiam pro bonis in territorio infeudato existentibus; sed contra n.118 & seqq. Inuestiens non censetur à se dominium directum, & superioritatem abdicasse.*

117 *Principes, qui recognoscunt superiorem, non possunt legitimare; sed distingue vt num 123. & seqq.*

119 *Papa, aut Imperator non potest in personas, & res subiectas Principibus à se sub nomine perpetuæ dignitatis iurisdictionem aliquam exercere.*

122 *Comes Palatinus non legitimat, vt Ordinarius, sed vt Delegatus.*

124 *Principum variæ sunt species. quidam recognoscunt Superiorem etiam quoad particularem iurisdictionem in subditos, vt sunt hi à quorum sententijs appellatur ad inuestientem, quidam verò recognoscunt superiorem quoad vniuersitatem totius regni, aut Ducatus, vel Principatus non tamen quoad particularem iurisdictionem in subditos, & num. 126.*

127 *Legitimatio tribuit ius succedendi etiam in bonis sitis alibi, quoties subditus legitimatur à proprio Principe, vel ab eo potestatem habente, & num. seqq Sed contra num. 140. & seqq amplia nu.146 147.*

128 *Princeps etiam in alieno territorio Comitem Palatinum constituere potest.*

130 *Laicus à suo Principe legitimatus succedit etiam in feudo, & in Emphyteusi Ecclesiastica; Declara vt ibi contra tamen num.149 & seq Nec fit capax spiritualium nu. 151. nisi fiat consensu Papæ num.164.*

131 *Quoties actus, qui geritur. respicit principaliter personam, & in consequentiam bona, sufficit eum esse validum respectu personæ, vt vim suam operetur, etiam quoad bona alibi existentia, Declaratur, vt num.141.*

132 *In tutela datione sufficit pupillum esse suppositum iurisdictioni dantis, vt valeat datio, & trahatur ad bona vbicunque sita.*

133 *Decretum interpositum ab eo Iudice. cui persona subest, trahitur etiam ad bona sita extra territorium.*

134 *Legitimatio est actus, qui principaliter respicit personam; & quare ibi.*

135 *Ius succedendi est legitimationis effectus.*

136 *Pro legitimationis validitate requiritur potestas, voluntas, & forma.*

137 *Quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, si fiant ab eo, qui talem potestatem habet inspecta persona, operantur effectum etiam in bonis, quæ non sunt agentis iurisdictioni supposita; Declara nu.143.*

138 *Filius apud competentem iudicem adoptatus succedit Patri in bonis vbicunque existentibus.*

139 *Arrogatus ex rescripto Principis succedit in omnibus bonis.*

146 *Quis potest legitimari quoad statum & qualitatem non quoad ius succedendi.*

143 *Rerum, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, quædam continent actum priuatorum, quædam continent actum Superioris & quæ sint ista, & quæ vtilitas, & quæ ratio diuersitatis num.144.*

148 *Paria sunt aliquid esse extra territorium, vel esse exemptum à iurisdictione.*

161 *Filius Sacerdotis, seù Clerici non potest à Principe sæculari legitimari, vt ius succedendi in bonis paternis consequatur & num. seqq. sed contra nu.157 & seqq.*

154 *Clericus non potest iurisdictionem etiam voluntariam iudicis laici prorogare, Declara nu.160.*

246 *Clericus non potest emancipare filium suum coram iudice laico.*

158 *Bona Ecclesiasticorum sunt exempta à iurisdictione Principis sæcularis & qualiter ibi.*

159 *Bona Ecclesiasticorum eodem iure censentur, quo bona Ecclesiæ & qualiter ibi.*

161 *Actus tribuitur facienti non consentienti.*

263 *Legitimatio tribuit ius succedendi etiam in bonis alibi sitis, si fiat cum consensu illius Principis, cui bona subsunt. Et qualis debeat esse iste consensus? Expressus, num.166. & quando soleant Principes hunc consensum præstare nu.157. & quomodo nu. 170. 171.*

166 *Legitimatio, quoties agitur de præiudicio tertij debet fieri causa cognita.*

An, & quando legitimatio facta ex rescripto Principis trahatur ad bona sita extra territorium legitimantis.

QVÆSTIO IV.

TErtium exemplum afferri potest in legitimatione, quę fit ex rescripto Principis: nam quia vis eius pendet à iurisdictione, seù potestate legitimantis, cum legitimare sit actus iurisdictionis † *cap. per venerabilem 13 & ibi not. Abb. nu. 11.* 1
Qui fil. sint legit. Et scribunt Paris. cons. 2 nu.14. vol 2. Io. Paul. Lanc inter vlt. vol. cons. 176 nu. 1 vol 1. Roll cons. 48. n. 35 vol. 1. non quidem in specie, sed in genere sumptæ, † *vt declarat* 2
Purp. in l. imperium. 3. nu. 296. ff. de iurisd. Est enim mixti imperij. quod est species iurisdictionis, *secundùm Bart. in d. l. imperium, 3. nu. 17. & ibi Purp. num. 295. ff. de iurisd. Bald. in l. gesta. 6. nu. 1 C. de re iudic. Menoch. cons. 112. nu. 66. Bagnasac. in suo cons. posito in fi. addit. ad decis. Thes. pag. 238. versic. Mixti verò*, aut (quo probabilius est) potestatis, seù facultatis principalis, † *vt malunt Calder. cons. 3 nu. 3. vers. Præterea sit.* 3
qui fil. sint legit. Dec. cons 150 num. 1. versic. Secundo arguitur, Alciat. in d. l. imperium. 3 nu. 185. & ibi Longo nu. 140. & Coras. num. 33. ff. de iurisd Cag. in l. vlt nu. 26 ff eod cum dicatur potestas supremo Principi reseruata † *cap. per venerabilem 13.* 4
versic Præsertim, & ibi Abb nu. 23. versic Prima qui fil. sint leg. Bart. in d. l. imperium. 3 nu 17. & ibi Purp nu 295. ff de iurisd. Bald. in l 1. n. 1. C. de iur. aur. anul Castr consil. 34. in prin. vol. 2. Calder. d. cons. 3 nu. 2. vers. Nam hoc ius est. qui fil. sint leg. Alex. cons. 138 in prin vol 1. Ias. cons. 70. nu. 3. vers. Prima vol. 3. Corn. cons. 1 nu. 4. vol. 3. Dec. d. cons. 150. nu. 5. Ruin cons. 66. nu. 3 vol. 3.

Paris.

Parif.cons.1.nu.2.cons.2.nu.7.& cons.3.nu.8.uol.3. Soc.Iun.cons. 142.nu.2.uol.1.cons.100.nu.30.uol.2.& cons.95.num.83.uol.3. Consf. Flor.inter cons.ult.uol.cons 173.num.3.uol.1.& ibi Math. Brun.cons 175.nu.5 & Io.Paul Lancel.cons.176.nu.23 in fi.& nu 26. Decia.cons.19.nu.20.uol.1.cons 91.nu.2.uol.2.& consil. 40.nu.28.uol.3. Roll.cons.88.nu 18.& cons.89.nu.7.& 20.uol.1. & consil.12.nu 32.uol.4. Menoch.cons.17.nu 9.& cons.108.n.2. Bec.cons.36.nu 4.& cons 216.num.42. Surd.cons.1.num.25.& cons.210.nu.42. Pereg de fideic.art.23.nu. 17. Gall. inter consil. Peregr.cons.vn.nu.63.vol.3. Seraph decif.142.nu.2. ideò fit, vt, licet tribuat ius succedendi in bonis sitis in territorio ipsius legitimantis, siuè legitimatus sit subditus, siuè non subditus,

5 † *ut scribunt Bald in l.eum, quam.14 nu.28.versic. Dic, quod ait C.de fideic. Castr cons.467.nu.7. versic. Ex his sequitur uol. 2 Peregr.de fideicomm.d.art 23 num. 3. Menoch. de præsumpt. lib.4 præs.79.nu.59.& cons.629.n.15. Andr. Fach lib.3.controu. cap.58.vers. Ad tertium*, &c. siuè legitimatio facta sit in ipso

6 met territorio, siuè etiam extra, † *vt de legitimatione subditi scribunt Castr.cons.226.nu.2.cons.343.nu. 1.& cons. 467.nu.3. versic. Vt igitur uol.2. Soc.Sen cons.47 num.31.& 34 in fi.vol.4. Corn cons.1.nu.18.versic. Et idem vult vol.3.& consil.9 num.4. versic Idem videtur velle vol.4 Crott.in l Gallus 29.§.& quid, si tantum nu.179 versic. Tertius ff.de lib.& posth Rum cons.67. nu.3.& cons.69.nu.5 versic Ex præmissis vol 3. Soc. Iun consil. 300.nu.16.uol 2. Cagn.in l ult.n.24.ff de iurisd Crau. cons 918. nu.2. Peregr.de fideic.d.art.23.nu 2. Menoch de præsumpt.d.lib. 4.præs 79 nu.58 & d cons 629.nu.14 Lup.in tract.de illegit. & nat.rest lib.comm.3.§.3 nu.36. de legitimatione verò non subditi, Lup.ibi num.38.* non tamen tribuat ius succedendi in bonis in

7 alieno territorio existentibus. † *Ita enim scribunt omnes, quos specialiter in singulis casibus referemus à nu. 10. vsque in fi. Et simpliciter loquentes Cast d.cons.467.nu 3.vers Nam legitimatus. & nu.6.vers Sexto uol 2. Soc.Sen.cons.65.nu 7.uol.3. Curt. Iun.cons.136.nu 8 Dec.cons 206 num 7. Soc.Iun.d.consil.100. nu.12. vbi ait, hoc dictum sequi D D. magis communiter, & num.17.& 25.uol 2. Et est de mente eorum, qui simpliciter dixerunt, legitimationem non trahi, nec effectum operari extra territorium legitimantis, vt Dec.dict.consil.206.nu.1. Cravet. consil.277.numer.1.versic Quarto, Mantic de coniect.ult.uol. lib.11.tit.10.num 43.* Nam cum potentia causæ efficientis sit limitata, scilicet, quia princeps non potest legitimare, nisi pro

8 bonis, quæ suæ iurisdictioni supposita sunt, † *vt scribit Bald. in l.1 num.14.versic. Tertio probatur C.de Summ Trin.* Consequens est, vt limitatus quoque successionis effectus inducatur, *secundùm ea, quæ diximus in hoc cap qu.3.num.60.*

9 Sed quia dupliciter † hoc euenire potest, vel in persona subditi, vel in persona non subditi, & vtraque species variis est difficultatibus obstricta, ideò pro faciliori totius quæstionis explicatione separatim de vtraque dispiciemus, & varios distinguentes casus per singulos definiemus, quid in vnoquoque iure statuendum arbitremur. Casus autem, qui in hac materia considerari possunt, varij sunt.

Primus, quando Princeps habens iurisdictionem restrictam, & limitatam, puta Rex, Dux, Marchio, Comes, aut alius similis legitimat intra, vel extra suum territorium subditum alienum, & sumus in casibus in quibus talis legitimatio potest afferre præiudicium aliis habentibus ius, aut spem probabilem in ijs bonis, quæ alibi sita sunt, vt euenit, cum legitimatio fit post mortem patris, quo casu tractatur de præ-

10 iudicio venientium ab intestato, † quibus hæreditas patris iam fuerat delata, & fortassis acquisita, *vt declarant Bald.in proem.Cod.nu.7.versic. Aut ista legitimatio, & in l.1.nu.5.vers. Et hoc maximè, C.de iur.aur.anul. Castr.cons.180 num 1.vers. Nec obstant uol.1.* vel etiam, cum fit viuente, & petente parte,

11 † sed agitur de bonis, quæ non sunt in libera ipsius dispositione, puta de feudalibus, emphyteuticis, aut subiectis fideicommisso, *vt declarant Cast.cons.343.nu.1.uol.2. Alex.cons.67.nu. 8.uol.1.* Et tunc omnes fatentur, talem legitimationem non valere, nec tribuere ius succedendi in bonis alibi existenti-

12 bus. † *Ita enim censuerunt omnes, quos referemus infra nu. 81. & 100. specialiter loquentes de legitimatione facta à S P. vel Imperatore; nam idem multo facilius censent non valere, si facta sit a Principe habente iurisdictionem limitatam, quod etiam specialiter scripserunt Bald.consil.140 nu.1.uol.1. Chassa. cons.51.n.26.& 29. Mantic.de coniect.ult.uol.lib.11.tit. 10. nu. 14.vers. Neque illud, Peregr.de fideicomm.d.art. 23. nu.21. & 22.& cons.16.nu.30.vers. Simile uol.4. Eiusdem sententiæ fuerunt omnes, qui generaliter de Principibus loquentes tradiderunt, legitimationem ab eis factam de subdito alieno non valere pro bonis existentibus extra territorium legitimantis, vt Mantic.d.lib 11.tit.10.n.45.vers. Sed quod nullus, Menoch. de præsump.d.lib.4.præs.79.nu. 61.vers. Et hoc quidem opinio. & cons.629.num.17 Farin.in recoll.decis.par 1 decis.191.num.13. Quemadmodum, & ij, quos retulimus supra nu.7.& referemus infra nu. 162. simpliciter dicentes, legitimationem non trahi ad bona sita extra territorium legitimantis, Et verò etiam ij, qui specialiter loquuntur de legitimatione subditi, quos referemus nu.140. nam ijdem multo magis censent non trahi si non subditus legitimatus sit,* quia Princeps non potest in personas, & res alienæ ditioni subiectas contentiosam iurisdictionem exercere † *cap.nouit de iudic. cap.per venerabilem, qui fil.sint legit.* 13

Sed iurisdictio quæ à legitimante exercetur, licet in casu proposito videatur esse voluntaria, † eo quod non, nisi in vo- 14

lentes confertur, *ut dicemus infra num. 36.* re vera tamen est contentiosa, † quia non potest operari, nisi citatis ijs, 15

† de quorum agitur præiudicio, puta agnatis, aut cognatis ius 16

habentibus in hæreditate patris defuncti. *ut scribunt Bald.in d.proem Cod.nu.7 vers Aut ista legitimatio, & cons 306.nu.3. vers. Si autem uol 2. Abb in d.cap per venerabilem num.29. qui fil.sint legit.& cons.84.nu.2.uol. 1. Dec. consil 52.num.2. consil. 55.num.7.versic. Et dato & consil 206.nu.7. Goz.ad consil. 29. nu 24.* vel habentibus spem probabilem in bonis eius adhuc viuentis ex causa feudali, vel emphyteutica, vel fideicommissaria, *ut scribunt Curt.Iun consil.157 nu.4. Rum cons. 178. num.13 uolum.2. Dec d.consil.55.numer.2. Bursat.consil. 433. num. 4.* Non poterit igitur in personas, & res non subiectas exerceri.

Secundus verò casus est, quando Princeps habens iurisdictionem restrictam, & limitatam legitimat intra, vel extra suum territorium subditum alienum, & sumus in casibus, in quibus talis legitimatio nemini affert præiudicium; vt euenit cum fit patre viuente, & petente, & tractamus de bonis, quæ sunt in libera ipsius dispositione, quo casu neminem

lædit, † *ut scribunt Bald.in proem Cod.num 7 versic Sed in hoc potest distingui, Ang.cons.350.nu.8.vers. igitur, Castr.cons.125. num.1.vers Et hoc casu placet uol.2.& cons.16.nu 2 in fi uol 3. Affl.in cap.1 § naturalis in secundo not.num.13 si de feud fuer. cont. Soc.Sen cons.47.nu 31.vers Non omitto uol.4. Corn. cons 1. nu.18 vers. Vide etiam uol.3. Dec cons.52.nu 2.cons.55 num. 5. versic. Et vltimus & nu.7 vers. Tertio non obstat, & cons.206. nu.7 & cons.306.nu.7.versic. Primo Bec.cons.179.nu.23. Surd. cons.1.nu.74 vers. Respondetur secundo, & num.76.* non enim 17

lædit partem, † *secundùm Ang.d.cons.350 n.8.vers. Si igitur,* 18

cum volenti, & consentienti damnum, & iniuria non fiat

† *l.1.§.usque adeò ff.de iniur. l.nemo videtur, 188.ff.de reg.iur. Et in proposito considerant Castr.d.cons 180.nu 1.uol 1. Lader. cons.100.num.3.* nec lædit agnatos, aut cognatos, † *ut scribūt* 19 20

Bald.in d.proem.C.nu.7.vers. Sed in hoc potest distingui, Ang.d. cons.350.nu.8.vers. Si igitur Castr.d.cons.180.num.1.uol.1.& d. cons.16.num.3.uol.3. Dec.d.cons.52.nu.2 d.cons 55.num 7.vers. Tertio non obstat d.cons.206 nu 7.& d.cons.306 num.7. versic. Primò Lader.d cons.100.nu 3.vers. Rursus, aut saltem eorum præiudicium non est considerabile, † *ut ait Gabr.cons. 29. num.7.in fi.uol.1.* quia, cum pater possit de bonis suis pro ar- 21

bitrio disponere † *l.1.C.de Sacr.Eccl.l.verbis legis. 120 ff. de verb.sign.§.disponat, Auth.de nupt coll.4.§.1 inst de leg.Falc.l. 2.ff.si quis à par.fuer.man. Et in proposito considerant Bald.cons. 306.num.3 vers Sed, Bart uol.2. Ang.d cons 402.nu.1. versic. Non obstat, Castr.d.cons.180.nu.1 uol.1. Dec.d.cons.306.nu. 3. & 7.vers. Primo Curt.Iun.d cons.157 n.4.& Lader d.cons.100. nu.3.versic Rursus,* & ea cuicunque voluerit etiam extraneo, vel instituendo, vel legando relinquere † *l.extraneum.11.C. de hered inst.l.1 §.1.ff. ad l Falc & in his terminis considerant Ang d.cons.350.nu.8.vers. Si igitur, & d cons.402 nu.1. versic. Non obstat, Castr.d.cons.16.nu.3.uol.3.* aut etiam vendere, & 22 23

pecuniam in mare proijcere, † *ut in proposito scribunt Bald.in d.proem.Cod.nu.7.versic. Et si dicas, Ang.d.cōs.402.nu.1. vers. Non obstat; Castr.d cons.125 nu.1.vers. Et hoc casu placet, & d.cons.343.nu 1.versic Similiter vol.2. Affl.in d.cap.1.§. naturalis in secundo not num. 13. si de feud. cont. sit, Soc Sen dict. cons.52.* 24

conſ.52.nu.2.& d.conſil.55.nu.7.verſic.Tertio Non obſtat, Bec. d.conſ.179 nu.23.Surd.d.conſ.1.nu.76.Gamm.deciſ.387.nu.6. eaque ratione agnati & cognati non cenſeantur eo viuente
25 ius aliquod habere in eius bonis, † *ut conſiderant Bald.in dict. proem.Cod.nu.7.verſic.Et ſi dicas Caſtr.d.conſ.180 nu.1.verſic. De Sororibus vol.1.d conſ.125 nu 1.verſic.Et hoc caſu placet, & d conſ.467.nu.6.verſ.Nec videtur curandum vol.2. Affl. in d § naturales in ſecundo not.n.15.& 16.* imò nec ſpem probabilem,cum improbum ſit,quem eſſe ſolicitum de hereditate,
26 & bonis viuentis † *l.2.§.interdum ff.de vulgar.& in his terminis declarat Caſtr.d.conſ.180.nu.1.verſic.De ſororibus,& verſ. Licet enim vol.1.* Quamobrem,nec ſunt in tali legitimatione
27 citandi, † *ut ſcribunt Bald.d conſ.306.nu.3.verſ.Sed Bart.vol. 2.Ang.d conſ.350.nu.11.verſ. Nec dicat quis, & d.conſil.402. nu.1.verſic Non obſtat Affl in d.§.naturales in ſecundo not.nu. 13.Iaſ d.conſ.11 in fi.vol.3.Ruin conſ.79 num 11.vol.3. Dec.d. conſ.55.nu.2.vbi teſtatur,hanc doctrinam communiter approbari,& nu.4.verſ.Secundo,& d conſ.306.num.3.Curt.Iun.d.conſil. 157.nu.4 Gamm.d deciſ.376 nu.6.* vt nec in ea, quæ fit poſt
28 mortem ex præambula ordinatione patris, † *ſicuti docent Caſtr.conſ.34.nu 3,verſ.Sed ad hoc reſpondetur vol.2. Abb. in d.cap per venerabilem nu.29.qui fil ſint leg.Gabr d.conſ.29. nu. 10.vol.1.Bec.d.conſ 179.nu.23.verſ.Atque hæc opinio*, aut etiã ſumus in caſibus, in quibus ij, de quorum agitur præiudicio
29 conſentiunt, † quo caſu non poſſunt dici lædi, cum (vt dictum eſt) volenti, & conſentienti non fiat iniuria, Et tunc videtur res habere dubitationem: Nam valere legitimationem, & tribuere ius ſuccedendi etiam in bonis alibi exiſten-
30 tibus † videtur ea ratione probari,quia quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, etiamſi fiant extra territorium, & in perſonam non ſubditam conferantur, nihilominus valent, & ſuos effectus operantur ſcilicet, quia voluntaria iuriſdictio
31 poteſt etiam extra territorium † *l.emancipari.36 in prin.ff. de adopt* & in perſonam non ſubiectam exerceri, *l.1.C.de emancip.lib & in propoſito conſiderat Lader. d. conſ. 100.nu.2.* Quamobrem olim apud Proconſules ſtatim, atque vrbem erant egreſſi, etiam prius, quam prouinciam ſibi decretam ingrederentur, fieri poterant adoptiones, emancipationes, & ma-
32 numiſſiones † *l 2.ff.de off Proconſ & leg.l.apud Proconſulem. 17.ff.de man.vind. d.l.emancipari 36.§.1.ff de adopt.* etiam ab ijs qui non erant de prouincia illi decreta, & ſic non erant
33 ſubiecti,vt probat locus † Plin.lib.7.epiſt.dum ait, *Tiro Proconſul prouinciam Beticam per Ticinum eſt preiturus, ſpero me facile impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te,ſi voles vindicta ſeruos liberare* & hodie dicimus iuriſdictionem volunta-
34 riam poſſe etiam ab alienis ſubditis prorogari † *vti videre eſt apud Calder.conſ.3.nu.2.tit.qui fil ſint leg.* Sed in ſpecie propo-
35 ſita legitimatio eſt voluntariæ iuriſdictionis † *§.generaliter, & ibi gl.in verbo non eſt.verſ Et ſic not.& Bart.n.3. Auth. quib. mod.nat.eff.ſui coll 7.gl.in d.cap per venerabilem, in verb. habeat poteſtatem qui fil ſint leg Bald.in d.proem.Cod.nu 7. verſ. Sed in hoc poteſt diſtingui Caſtr.conſ 352.nu.2.verſ.Et prædicta confirmantur vol.1.& d.conſ.125 num.1.verſ.Aut legitimatio fit vol.2.& d.conſ 16.nu.7.vol.3.Affl.in d.§.naturales in ſecundo not.nu.14.Alex conſ 11.nu.11.vol.7 Soc Sen conſ.95.nu 1.& 12.vol.4.Dec.in l.ult.nu 5.verſic.Et hoc videmus ff.de iuriſd.& d.conſ.52.nu 2.conſ.55 nu.7.verſ Tertio non obſtat d.conſ.150. nu 1.verſ.Secundo arguitur vbi ait ita DD communiter tenere,& nu.3 in fi.& d conſ 206.ante nu 1.d.conſ.306.nu.7. verſic. Primo & conſ.557.nu 9.verſ.Prædictis, Pariſ.conſ.1 num 10. & 54.conſ.2.nu.5,conſ.3.nu.4.& conſ 10 nu.119 vol.2. Gabr. d. conſ.29.nu.6.vol 1.Roll.conſ.88 nu.3.vol.1.Chaſſ.conſ.31.n. 16. Bec conſ 36.nu.2 Menoch.conſ.181.nu 44 Surd.d.conſ.1.n.74. verſ Reſpondetur ſecundo & nu.76.verſ Confirmatur, Andr. Fach.d lib 3 controu.cap 58.verſ.Ad primum Lader.d conſil. 100.nu.2.Lup d.comm.3.§. 3. num.2.* non ſolùm eo reſpectu,
36 quod non, niſi inter conſentientes exercetur, † *ſecundum ea, quæ dicemus infra nu.78.* ſed etiam eo,quod effectu neminem
37 lędit, † *ut ſupra dictum eſt, & in propoſito conſiderat Dec. d. conſ.55.nu.7 verſ.Tertio non obſtat & d conſ.306.nu.7. verſic. Primo.* Ergo,licet fuerit facta extra territorium,& de perſona non ſubiecta,nihilominus erit valida,& ſuos effectus vbique, & pro bonis vbique exiſtentibus operabitur.

Verùm hoc non obſtante verius,& receptius eſt, talem legitimationem non valere, nec tribuere ius ſuccedendi in bonis ſitis extra territorium legitimantis. † *Ita enim cenſuerunt* 38
omnes, quos referemus infra nu.81.& 100.loquentes de S.P. aut Imperatore nam ſi negant, valere legitimationem,quoties fuit facta ab ijs, qui iuriſdictionem vniuerſalem habent multò magis negabunt valere, quoties fuit facta ab ijs,qui iuriſdictionem habent reſtrictam & limitatam. Eiuſdem opinionis fuerunt omnes qui cenſent, ad bona alibi exiſtentia non trahi legitimationem ſubditi factam viuente,& petente patre quos referemus infra nu.140.& ſeqq.nam ijdem multò magis cenſent ad ea non trahi legitimationem non ſubditi, vtpote in quem Princeps difficilius, quam in ſubditum iuriſdictionem ſuam exercere poteſt. Denique fuerunt huius opinionis omnes qui generaliter ſcripſerunt. Principem non poſſe legitimare non ſubditum pro bonis extra ſuam ditionem exiſtentibus, etiam viuente, & petente patre, & conſentientibus ijs, de quorum agitur præiudicio ut Caſtr.conſ 343.n.1 verſ Plus vide ur vol 2.Gabr.(licet ſub dubio) conſ.29 num 9.verſic. Mihi quidem vol. 1. vbi ait, hanc eſſe veriorem Couar.in epito tit de ſponſal part.2 cap.8.§.8. nu. 14.Andr.Fach.d.lib 3.controuer.cap 58.vbi teſtatur, hanc eſſe magis communem. Probatur autem hæc ſententia,

Primò ex *cap.per venerabilem 13.verſic.Inſuper qui fil ſint legit* † vbi, cum quidam nobilis ab Innocentio III. poſtulaſ- 39
ſet,vt filios ſuos legitimationis dignaretur titulo decorare, ad hoc, vt eis naturalium obiectio noceret,quominùs patri ſuo ſuccederent, & adduxiſſet exemplum legitimationis ab eodem S.P. factæ de filio Regis Francorum ad ipſius inſtantiã, negauit Innocentius, ſe id facturum, varias adducens diuerſitatis rationes, & inter cęteras hanc, quia *cum Rex ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat, ſine iuris alterius læſione in eo ſe iuriſdictioni noſtræ ſubijcere potuit in quo videretur aliquibus, quòd per ſe ipſum (non, tamquam pater cum filijs, ſed, tamquam Princeps cum ſubditis) potuit diſpenſare,tu autem noſceris alijs ſubiacere* quibus verbis apertè ſignificat, ideò,ſe negare legitimationem à patre petitam, quia, cum is eſſet ſubditus alterius Principis, non poterat ſine iuris illius læſione ſeſe in eo ſubijcere iuriſdictioni S.P. Ergo ex hoc patet, legitimationem alieni ſubditi non poſſe etiam ad inſtantiam patris fieri à S. P. & conſequenter multò minus ab alijs Principibus ad hoc, vt legitimatus ſuccedat patri in bonis alibi exiſtentibus. *Et ita locum illum ad hoc ponderat Abb. ibi nu.23.verſ Et,quod non ſit prorogabilis, Iaſ conſil 70.col. 2. verſ.Confirmo prædicta,vol 3.Couar. in d. tit. de ſponſal.part.2. cap.8.§.8.nu.14.Roll d conſ.88 nu.35 vol.1.Pereg.de fideic. art. 23.nu.15 verſ.Sed contra,Andr.Fach d lib.3.controu.cap.58.*

Secundò probatur,quia in ijs, quæ pendent à poteſtate,& authoritate Principis,voluntas,& conſenſus patris nihil operatur,ſcilicet,quia priuatus non poteſt ea tribuere, quæ ſunt iuris publici † *l.priuatorum.3.C.de iuriſd omn iud* Sed legiti- 40
matio pendet à poteſtate,& authoritate Principis, † *ut diximus ſupra nu.4.* quippè,cuius actus, & donum eſt, † *ut dice-* 41 42
mus infra nu.144. Ergo, ſi in eo deficiat poteſtas, non poterit ad legitimationis validitatem patris conſenſus, & voluntas quicquam operari. *Ita arguunt Caſtr.conſ.343 nu.1 verſ. Plus videtur vol.2.Dec.d.conſ.150.num 6.verſic Tertio dici poteſt, Andr.Fach.d lib.3 controu.cap 58.verſ. Ad alterum.*

Tertiò probatur, quia ſubditus, qui petit filium ſuum ab alio, quam à ſuo Principe legitimari & hoc modo ſe ſubijcit illius iuriſdictioni, ſine dubio hoc facit in Principis ſui præiudicium, & iniuriam ac iuris eius læſionem † *d.cap per ve-* 43
nerabilem verſ Inſuper, & ſcribunt Affl in d.§.naturales in ſecundo not.in 12.verſ.Vnde alius pater, Iaſ.d.conſ.70 col.2. verſ. Confirmo prædicta vol.3.Crott in l. Gallus 29.§.& quid, ſi tantum nu.178 verſ.Item,quia legitimare ff de lib & poſth Soc. Iun conſ.100.num 31.vol.2.Mantic de coniect.ult.vol. lib. 11. tit.10.nu.45.verſ.Et not. Abb.Pereg.de fideicomm d art 23 nu. 5.verſic.Secundo, & nu. 5.verſ.Sed contra, Andr.Fach d.li. 3.controu cap.58.verſ.Secundum, non ſolùm, quia curat extraneum exercere iuriſdictionem in perſonas, & res ſuppoſitas iuriſdictioni ſui Principis, quæ res magnum illi præiudicium,& iniuriam affert, ſed etiam, † quia curat habere ſuc- 44
ceſſorem aliàs incapacem, & hoc modo excludere fiſcum illius Principis, cui bona ſubiunt, & ad quem illa deficientibus alijs agnatis,& cognatis, quaſi vacantia pertinerent excluſo naturali, aut ſpurio *l.1.C de nat l b & in propoſito conſiderant Bald in l.eam quam.14.nu.18.C.de fideicomm Peregr. d.art.*

d.art.23.n.5.uers.Quarto,& rectè,quicquid Castr.d.cons.125.
nu.1.vers Sed certè vol.2.Surd.d.cons.1 nu. 79. vers.Nec resi-
stit quartum, *& alij dicant*, Atqui hoc ei facere non est per
missum, cum sine consensu Principis sui non possit subditus
sese alterius iurisdictioni subijcere, & iurisdictionem etiam
45 voluntariam prorogare † *d.cap.per venerabilem vers.Insuper,*
& ibi Abb.nu.23.vers.Et, *quod non sit prorogabilis*, Ergo nec
petere legitimationem.

Quartò probatur, quia, dato etiam, quod subditus aliàs
posset iurisdictionem alterius Principis saltem voluntariam
prorogare, non tamen hoc debet ei licere, quoties agitur de
ijs, quæ in signum superioritatis specialiter Principi reser-
46 uantur,cuiusmodi est potestas legitimandi, † *ut diximus su-*
pra nu.4. quia auferendo illi hanc prærogatiuam magnam,
haud dubiè subditus illi faceret iniuriam, quod permitti non
debet. Quamobrem dicimus prorogationem non dari in ijs,
47 quæ Principi specialiter reseruantur, † *Ita scribunt Abb.in d.*
cap per venerabilem num.23.vers.Prima, *Ias.d.cons.70.col.3.*
vers.Cuius dicti,uol.3 Crott.in d.§.& quid,si tantùm num.178.
vers.Item,quia.Dec.d.cons.150.nu. 5.& 6.vers.Tertio dici po-
test, & d.cons.557.n.12 & 14.vers.vltimo, *Ruin.cons.66.nu.3.*
vol 3.Soc Iun.cons.142.nu.2.uol.1. Alciat consil.17.nu.1.lib.4.
Couar.in d epit tit.de sponsal.part.2.cap.8.§.8.nu.14.Roll.d. consil.
88.nu.19.& seqq.& n.34.uol.1.Gabr.d.cons.29 nu.7.& 9 uol.1.
Pereg.de fideicomm.d.art.23.nu.17.Gall,inter cons.Pereg.cons.
un.n.63.& 64.uol.3.

Quintò facit, quia valet argumentum ab arrogatione ad
48 legitimationem, † *vt scribunt Ias.d consil 40.col.3. vers. Non*
obstat etiam uol.3.Ruin cons.71 num.3.uol.3.Rip.in l. ex facto.
43.in prin nu.49.vers.Tertio adducitur ff.de vulg.Rol.d.consil.
*88.n.16.uol.1.Gall d cons.un.num.66.*scilicet, quia legitima-
49 tio est similis arrogationi † *l iubemus.6.in fi C. de natural.lib.*
gl.in l.1 in verb.parentibus ff.ad municip.in l.filios.3 in verb.non
in materia C.de municip.lib.10.Bald.in l.1.nu.5.vers.item legi-
timatio C de iur.aur.anul.Castr.d.cons.467.nu 3.vers.Item legi-
timatio, & nu 6.vers.Quarto uol 2 Roman.cons. 194. num. 9.
vers.Quamobrem. Ias.d.consil 40.col. 3. vers. Non obstat etiam
uol 3.Crott.in d.§.& quid si tantum nu.168.Dec.d.cons.150. n.
4 vers Confirmatur hoc Ruin cons.71.nu.3.uol.3.Roll.d. consil.
88.nu.15.vol.1.Gall in d.cons.vn.num.67. cum vtraque fiat ex
50 rescripto Principis, † *ut de arrogatione constat ex §. 1. §. cum*
autem impubes, inst de adopt.l.nam, & fœmina.21.ff.eod.l.ar-
rogationes 6 l.in adoptionem patris.8.C.eod. De legitimatione ve-
rò ex §.si quis sane, §.sit igitur licentia, Auth.quib.mod.nat.eff.
leg.coll.6.§.illud, Auth.quib.mod.nat eff.sui coll.7. & per vtrã
51 que filius transeat in potestatem, & familiam patris, † *ut*
de arrogatione constat ex l.adoptiuum.9 & l pen.§.fi C.de adopt.
§.illud,inst.eod.l.legem Anastasij.7.uers.Sint itaque C.de natur.
lib.De legitimatione verò ex §.ult inst.de nupt.§.liceat. & §.sit
igitur licentia, Auth.quib mod nat.eff.sui coll.6.§.illud vers. Sit
igitur licentia, Auth. quib. mod. natu.eff. sui, coll. 7. suusque
52 proinde hæres efficiatur. † *ut de arrogatione constat ex d.l. pe-*
nult.§.vlt.C.de adopt d.l.legem Anastasij,7.vers.Sint itaque C.
de nat.lib.De legitimatione verò ex §. quibus, inst de hered. quæ
ab inst.defer.& tot tit. Auth. quib.mod. nat. eff.sui, coll.7. Sed
Princeps non potest interponere decretum arrogationis in-
53 ter non subditos, † *vt scribunt Bald.in d.l.1.nu.5.vers.Item le-*
gitimatio C.de iur. anull.Castr. d.cons.467.num.6.vers. Quarto
vol.2.Dec.d. cons. 150. num.4.versic. Confirmatur hoc Roll. d.
cons.88.num.17.vol.1.Gall.d.cons. un. num. 65. Ergo nec legi-
timare.

Sextò demum prædicta confirmantur ea ratione, quia
Princeps non potest de personis, & rebus alienæ ditioni sup-
54 positis disponere, † *ut scribunt Ang in d.l.1.nu.1.versic.Item*
*dicunt quidam C.de iur.aur.anull.*ne immittat falcem in mes-
55 sem alienam, † *contra cap.1.6.qu.3.& cap.venerabilem 34. in*
prin.de electio. & hoc dato etiam, quod à volentibus adiretur,
56 † *per ea,quæ diximus supra num.40.* & actus, qui geritur res-
piceret principaliter personas, & in consequentiam bona.
57 Quamobrem nec tutorem alienis subditis dare potest † *l.ne-*
que à Præside.5.C.qui tut.dar.poss.& in his terminis considerant
Bald.in d.l.1 nu.5.C.de iur.aur.anull.& Castr.d cons.467.nu.6.
58 *vers Secundo uol.2.* nec iudicem, † *l.un.Cod.qui pro sua iurisd.*
iud.dar.poss.& in proposito considerat Bald.& Castr.in supra al-
legatis locis. Scilicet,quia etiam ea, quæ voluntariæ iurisdi-
ctionis sunt, debent apud Iudicem competentem expediri
† *l.ult.vers.Iubemus C. de emancip. lib. & scribunt Dec.consil.* 59
150.nu.4.& d.cons.557.nu.11.Roll.d.cons.88.nu. 23.uol 1. Sed
legitimando subditum alienum haud dubiè disponit de per-
sona, & rebus alienæ ditioni suppositis, quia facit, vt pater
habeat successorem ab intestato eum, qui aliàs de iure non
succederet, & sic dat ei hæredem, † *ut scribunt Bald.in d.l. 1.* 60
nu.5 C de iur.aur.anul. Ang.d.cons.350.num.7.Pereg.d.art.23.
nu.5.vers.Tertio. Ergo hoc facere non poterit.

Neque obstat, quod legitimatio sit voluntariæ iurisdi-
ctionis, quæ etiam extra territorium, & in personam non
subiectam potest exerceri, † quia respondeo, hoc procedere, 61
si exerceatur pro rebus subditis, non verò, si pro rebus extra
iurisdictionem existentibus, quod, vt liquidò constet, varij
casus distinguendi sunt, quorum

Primus est,quando iurisdictio exercetur extra territorium
inter subditos,& pro rebus subiectis,& sic prorogatio fit,non
respectu personarum,aut rerum, sed respectu loci, Et in hoc
casu certum est,actum valere, † *ut diximus supra num.31.&* 62
dicemus infra num. 75. quia iurisdictio voluntaria potest de
loco ad locum prorogari † *d.l.emancipari.36.in prin.ff. DD.* 63
adopt.& scribunt Ang.d.consil.350.nu.4.Surd.d consil.1 nu.77.
Quamobrem dicimus, eam posse etiam extra territorium
exerceri inter subditos, & pro rebus subiectis, † *uti uidere est* 64
apud Bald.in d.l.1.n.5.uers.Tu dic C.de iur.aur.anul.Castr. d.
cons.343.nu.1 uers.Similiter,& d.cons.467.num. 3. vers.Nam
inter subditos & nu.6.uers.Sexto uol.2.Corn.d consil.1.num.18.
vers.Sed potest intelligi uol.3.Dec.cons.557.num.12. uers. Non
obstat dictum, Soc.Iun.d.consil.100.nu.13.& 16.uol 2.Cagn.in
d.l ult num.24.vers Sed respondere potest ff.de iurisd.Couar. in
d tit de sponsal part.2.cap.8.§.8 nu. 15. Roll.d.cons. 88.num.36.
vers.Vltimo uol.1.Menoch.de præsump d.lib.4.præs 79.num.58.
Andr.Fach.d.lib.3.contro cap.58.vers.Ad primum; Non enim
debet attendi locus, vbi iurisdictio exercetur,sed is, in quem
iurisdictionis effectus confertur, † *ut scribunt Castr.cons.226.* 65
nu.2.& cons.343.nu.1.vol.2.Cran.d.cons.918.nu.2.Pereg.de fi-
deicomm.d.art.23.num. 2.

Secundus verò casus est, quando iurisdictio, aut in territo-
rio, aut etiam extra territorium exercetur inter subditos, sed
pro rebus non subiectis, & sic prorogatio fit, non respectu
personarum, sed respectu loci, & rerum, aut saltem respectu
rerum, Et in hoc casu verius est actum non valere, † *ut* 66
ostendemus infra num.75.& seqq. quia iurisdictio voluntaria
potest quidem prorogari de eo loco ad locum, sed non de re
ad rem, † *ut ibi latius ostendemus*. Quamobrem dicimus, 67
eam non posse exerceri etiam inter subditos pro rebus non
subiectis, † *uti uidere est apud Couar.d.part.2.cap.8.§.8.nu.14.* 68

Tertius casus est, quando iurisdictio intra, vel extra ter-
ritorium exercetur inter subditos, sed pro rebus subiectis, &
sic prorogatio fit respectu loci, & personarum, aut saltem
respectu personarum,sed non respectu rerum, Et in hoc casu
verius est, actum valere, † *ut diximus supra num.30.* quia iu- 69
risdictio potest de loco ad locum, & de persona ad personam
prorogari, † *ut scribit Ang.d.cons.350.n.5.* Quamobrem dici- 70
mus eam posse exerceri etiam inter non subditos pro rebus
tamen subiectis, † *uti uidere est apud eos, quos retulimus su-* 71
pra nu.30.& 61.

Quartus, & vltimus casus est,quando iurisdictio intra,vel
extra territorium exercetur inter non subditos, & pro rebus
non subiectis, & sic prorogatio fit,vel respectu loci,rerum,&
personarum, vel saltem respectu rerum, & personarum, Et
in hoc casu verius est actum non valere, † *ut diximus supra* 72
nu.38.& dicemus infra nu.75.& seqq. quia iurisdictio volun-
taria non potest de persona ad personam, & de re ad rem
prorogari, † *ut scribunt Ruin.con.67.num.3.uol.3. Soc. Iun.d.* 73
cons.100.nu.29.uol.2. Qua ratione dicimus, eam non posse,
aut intra,aut extra territorium exerceri inter non subditos,&
pro rebus non subiectis, † *uti uidere est apud Bald. in d. l. 1.* 74
nu.5.uers.Tu dic C.de iur.aur.anul.Castr.d.cons.467 nu.3.vers.
Nam inter subditos,& nu.6.vers.Sexto uol.2.Soc.Iun. d. consil.
100 nu.16.& 20.uol.2.Cagn.in d l.ult.num.24.vers.Sed respon-
deri potest ff.de iurisd Roll.d.cons.88.num.22.uol.1.Pereg. cons.
95.nu.12.vol.1.

Hinc intelligimus prorogationem iurisdictionis volunta-
riæ nunquam censeri prohibitam, † nisi,quoties fit respectu 75
rerum;

rerum: quia de rebus in aliena ditione existentibus nemo potest ius dicendo disponere, nisi consentiat is, cuius iurisdi-
76 ctioni res illæ sunt suppositæ, † ut diximus supra num.66. Et hoc est quod sensit Baldus in d.l.1 num. 5. versic. Tu dic C de iur.aur.anul. dum reprobando Bartolum existimantem posse Imperatorem legitimare subditum Ecclesiæ in terris ipsius Ecclesiæ, vtitur hac ratione, quia, inquit, aliud est disponere de loco, aliud in loco: nam qui legitimat, & sic iurisdictionem voluntariam exercet in aliena ditione, non ideò prohibetur, quia disponat in alieno loco, sed, quia disponit de loco alieno, idest, de rebus in aliena iurisdictione existentibus, cum legitimando hoc agat, vt filius legitimatus succedat Patri in bonis sitis in alieno territorio, quod ei facere non est permissum, ut diximus supra nu 60.

Secundò respondeo, quod dicimus, voluntariam iurisdictionem posse etiam extra territorium, & inter personas non
77 subiectas exerceri, procedere, † quando prorogatio fit de vno Iudice ad alium, qui tamen sit sub eodem Principe: nam tunc ideò permittitur; quia non offenditur iurisdictio Principis, quippè, cuius nomine tàm ab vno, quam ab alio exercetur. Cæterum, si prorogatio fiat de vno Principe ad alium, verius est, non permitti, quia Princeps, cui personæ, & bona subsunt, offenditur, quoties ad alium recurritur, ut diximus supra nu 43. cum id quod agitur, non eius, sed agentis nomine, & authoritate fiat. Ita respondet Roll. d.cons.88. nu.36. vers. Secundò respondet, vol.1.

Tertio respondeo, legitimationem esse voluntariæ iurisdictionis eo solo respectu, quod non potest exerceri, nisi in vo-
78 lentes, † scilicet, quia, nec pater inuitus cogitur recipere filium in suam potestatem, nec inuitus filius in patris potestatem transferri potest §. generaliter, & ibi Bart.num.2. Auth. quib.mod.nat.eff.sui coll.7. Affl.in d.§.naturales in 2 not.nu 14. Cœterum respectu iuris succedendi, eo scilicet, quod per eam filius efficitur capax paternæ successionis ad exclusionem agnatorum, & cognatorum, qui alioquin fuissent ab intestato successuri, verius esse, legitimationem non esse iurisdictionis voluntariæ, quia non pendet à voluntate, & consensu illorum, inter quos res agitur, sed à voluntate, & potestate Principis, cui personæ & bona subsunt, ideòque nil mirum, si in personas, & res alienæ iurisdictioni subiectas exerceri nequet. Ita respondent Abb in d.cap.per venerabilem nu.23. vers. Secunda ratio, Ias d.consil.70 col.3. vers. Secunda ratio, vol.3. Crott.in d.§.& quid, si tantùm, nu.178. vers. præterea, Roll. d.consil.88. num.33 vol.1. Lup d.comm.3.§.3 nu.2.

Planè hoc ita plerique censent accipiendum, vt procedat, si tractemus de successionibus ab intestato, quia, cum agnati, & cognati non fuerint vocati, nec consenserint legitimationi factæ ad instantiam patris, æquum non videtur, vt eis, maximè non subditis præiudicium afferri possit, ut declarant Bald in d l.1.num.5. vers. Tu dic. & ibi Ang.num.1. vers. Tu verò C. de iur.aur.anul. Cæterum, si tractemus de successionibus ex testamento, vt, quia pater in testamento filium legitimatum instituerit, verius putant, posse eum consequi
79 omnia bona, etiam alibi existentia, † per ea, quæ diximus supra num.27 & seqq. Ita scribunt Ang.in d l.1. num. 1. vers. Tu verò C. de iur anul. Soc.Sen.cons.47 num.39. vol.4.

Sed est verius, tàm ex testamento, quàm ab intestato pro-
80 cedere, † vt rectè scripsit Bald.in d.l. eam, quam.14. nu.28. vers. Dic, quod aut Cod de fideic. quod patet ex eo, quia, aut filius legitimatus est naturalis, aut spurius, si naturalis, si quidem nulla extet soboles legitima, verùm est, posse eum consequi omnia bona, vbiuis existentia, non, quod hoc legitimatio operetur, sed, quia pater etiam amota legitimatione potuit eum hæredem instituere, & ad totam suam substantiam vocare, cum naturalis non extante sobole legitima sit omnium bonorum paternorum capax, ut dicemus in hoc cap. qu. 14. nu.14. At, si legitima soboles extet, quia naturalis inspecta dispositione iuris communis non est capax solidi, ut diximus ibi nu 6. & legitimatio, quæ reddit eum capacem, tamquàm territorio limitata non operatur suam vim extra territoriũ, vt diximus supra nu 7. ideò fit, vt, quoad bona alibi sita non debeat haberi pro legitimato, & per consequentias, vt ex dispositione paterna non possit plus consequi, quã naturalis. Idẽ est, & si filius legitimatus sit spurius: nam legitimatio nõ operabitur, vt efficiatur capax bonorũ paternorũ, quæ extra territorium legitimantis sita sunt, etiamsi pater in testamento eum hæredem instituerit, quia non pendet eius capacitas à voluntate patris, sed à potestate Principis, quæ, tamquàm territorio limitata non potest in bonis alibi existentibus vim suam operari, vt diximus supra num.7.

Tertius casus est, quando subditus alienus, vel intra, vel extra territorium legitimatur à S. P. aut ab eo potestatem habente. Et tunc maior est dubitatio: Nam, quia S.P iurisdi-
ctionem etiam temporalem habet in toto orbe † cap. cuncta 81
per mundum 9.quæst.3. & scribunt Bart in extrauag. ad reprimendum, in verb totius orbis, num.9. Abb in cap. quoniam nu. 5 de constit Boss. in tit de for comp. num. 164. ideò legitimatio ex eius authoritate facta etiam de non subdito, & in loco non subiecto puta in terris imperij, aut aliorum Principum temporalium videtur valida, & trahenda ad omnia bona,
vbiuis existentia † Quod etiam de iure verius censuit Rota 82
apud Farin in recoll part.1. decis 191 num.12. & 13. Et dato etiam, quod non valeret, quoties agitur de præiudicio tertij, vt, cum sit post mortem patris, vel tractatur de excludendis vocatis à bonis feudalibus aut emphyteuticis, aut etiam fi-
deicommisso suppositis, † secundum ea quæ diximus supra n. 83
11. videtur tamen sustinenda, quoties de alterius non agitur
præiudicio, vt, cum fit patre viuente, & petente, † secundùm 84
ea, quæ diximus num.27. & seqq. Et ita in posteriore casu verius esse censuerunt Castr.d consil.125 num. 1. versic. & hoc casu placet, vol.2. & d.consil.16 num 2. vol.3. Dec.d.consil.52. nu. 2. Bec d consil.179. num. 22. & 23. Put.decis.222. lib. 2. vbi ait ita fuisse à Rota resolutum, per ea, quæ diximus supra nu.17. & seqq.

Sed hoc non obstante verius, & receptius est, legitimationem non subditi factam à S.P. Vel ex eius authoritate nõ tribuere ius succedendi in bonis sitis in aliorum Principum dominiis, puta in terris imperij, aut aliorum Principum tem-
poralium, † Ita enim scripserunt gl.in d. cap. per venerabilem, 85
in verb. habeat potestatem, & ibi Abb num 25. qui fil. sint leg. Bart in Auth. ex complexu num.5. C. de incest. nupt. Bald. in d. proem Cod. num.7. in d.l.1 num.5 C. de iur aur. an & cons.67. num.4. versic Item legitimatio vol. . & consil.306 num.1. vol.2. Cast d.consil 180. num 1. versic & idem si Papa vol.1. Affl. in d §. naturales in 2. not. num.9. Alex d.consil.67. num.8 versic. facit vol. . & consil.5 num.2. vol.5. Ias. d. consil.70 col.2. versic. sicut dicimus vol.3. Gul Ben in d.cap. Raynutius in verb & vxorem nomine Adelasiam num 197. & 202. Corn d. consil 1. num.18. vol 3. Dec. d.consil 52 num.2. Soc. Iun. d.consil.100. num. 17. & 27. vol.2. Chassa consil.32. num 15. Boss. in tit. de princip. num 28 Crau. consil 993 num 35 in fi. Gabr. d.consil.9 num.1. vol.1 Molin. de primog. Hispa. lib.3. cap 2. num 11. Mantic. de con. vlt vol. d.lib.11. tit.10. num.43 Surd d.consil.1. numer 75. Menoch.1126. num.43. vbi testatur, hanc esse magis receptam DD. Sententiam Pereg de fideicomm d art.25. num.5. & cons. 16 num 30. versic. Simile, vol.5. Lup. d.comm.3.§.3 numer.1. & 29. Quia S.P. in aliorum Principum ditionibus temporalem
iurisdictionem exercere nec potest, nec vult. † vt de potestate 86
constat ex cap. nouit de iudic cap. causam qui fil. sint leg. & scribunt Abb in cap. exposita, num.2 de arbitr & in d. cap. per venerabilem num. 25. qui fil sint leg Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum col 9. versic Tertia declaratio, de constit. & in cap. cum non liceat col.5. ve s c. Contrar am. de præscrip. Affl. in d.§. naturales. in 2. not. num.5. Rim. consil.212 num 6. vol.1 cons 70. nu. 18. & consil.116 num.5 vol.5 Olas. consil 25 num 22. & 24. de voluntate verò scribit Andr. Fach d.lib.3. contr. cap.58. versic.
Ad tertium. ne immittat falcem in messem alienam † contra 87
cap. venerabilem 34. in prin. de elect. cap.1.6. quæst 3 ut in proposito scribit gl.in d.cap. per venerabilem, in verb. habeat potestatem, qui fil. sint leg. Idque procedit, non solum, si legitimatio fiat post mortem patris, quo casu posset aliis afferre præiudicium, secundum ea, quæ diximus supra numer.10. in quibus terminis loquuntur Bald. d.consil.67 num 4. versic. item legitimatio vol. . Cast. d consil.16. num. 2. vol.3. Alex. d consil 3. nu. 2. vol.5. Dec. d.consil.52 num. . Crott. in d.§ & quid, si tantùm, num.177. versic Primus, sed etiam, si fiat eo viuente, & petente: nam, & si res sit valde controuersa, verius tamen, &
receptius est, non valere. † vti videre est apud Abb. in d cap. 88
per venerabilem, num 25. Affl in d.§. naturales, in 2. not. num. 4. & seqq. Ias. d.consil.70. col.2. versic. confirmo etiam vol 3. Crot.
in d.

*in d.§.& quid,si tantum num.*178.*versic.& ista opinio,vbi ait, hanc esse veriorem, Rum.consil.*77.*num.*3.*vol.*3 *Soc.Iun.d.cons.* 100.*nu.*27.*vol.*2.*Pereg.de fideic.d.art.*23.*num.*5. *vbi ait, contrariam opinionem communiter reijci,et d consil.*16.*num.* 30. *et consil.*17.*n.*4 *vol.*5.*Fratr.inter consil eiusdem Pereg.cons.* 112. *num.*2.*vol.*3.*Lup.d.comm.*3.§ 3.*num.*34. ne fiat præiudicium illi Principi, cuius iurisdictioni personæ, & bona sunt subiecta, *secundum ea,quæ diximus supra num.*44.*et seqq.* quod ita aperte probat *d.cap.per venerabilem*, *versic. insuper, qui fil. sint legit.* vt nullus esse possit probabili dubitationi locus, *vt patet ex ijs, quæ diximus supra num.*44.

Nec est contrarium, quod S.P.dicatur habere iurisdictionem etiam temporalem in toto orbe,quia hoc verùm est habitu, sed non actu, & exercitio, † *vt declarant Abb.in cap.*1. *num.*4.*de probat.et in cap.licet num.*2.*de for.compet. Affl.super const regn.lib.*1.*in constit Officiorum periculosa sub rubr.*58.*nu.* 6.*Rum.consil.*113.*num.*7 *vol.*4.*et consil.*85 *num.*1.*vol.*5. *Boss.in tit.de for compet.num.*164.*Osas.d.consil.*25 *num.* 25.*Pereg. de iur.fisc lib.*1.*tit.*2.*num.*30. Vnde, quia, qui legitimat, iurisdictionem exercet, cum legitimare sit actus iurisdictionis, *vt diximus supra num.*2. ideò fit,vt S.P. in aliorum Principum ditionibus legitimare nequeat.

89

Plane interdum valet legitimatio, & tribuit ius succedendi etiam in bonis sitis in aliorum Principum ditionibus.

Primum enim, si bona, quæ alibi sita sunt, pertineant ad Ecclesiam, vt sunt bona feudalia,& emphyteutica Ecclesię, magis est, vt ad ea trahatur à S.P. vel ex eius authoritate facta legitimatio, † *vt scribit Peregr.de fideicomm. d. artic.* 23. *numer.*4.

90

Secundo verò, si S.P. dispenset super radice matrimonij, puta permittat, vt matrimonium inter eos contrahatur, inter quos de iure contrahi non poterat, & filios anteà natos legitimet,verius est,per hoc tribuere ius succedendi in omnibus bonis etiam sitis in ditionibus Principum sæcularium, † *vt scribunt Abb in d.cap.per venerabilem n.*25.*qui fil.sint leg. Gul.Ben.in d.c Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam n.*202.*Soc.Sen.cons.*65.*n.*7.*vol.*3.*Purp.cons.*92 *n.*19.*Molin.de primog. Hispan.d lib.*3.*c.*2.*n* 12.*vers. Atque quando, Pereg.de fideicomm.d.art.*23.*n* 7.*& cons.*7 *num.*17.*vol.*2. *Lup.d. comm.*3.§.*n.*32.quia tale ius non consequuntur filij principaliter ex authoritate S.P.sed per quandam consequentiam, *vt declarat Gul.Ben.ibi, in verb. & vxorem nomine Adelasiam, num.*202 Nam principaliter disponit de matrimonio, dùm reddit illud validum,vt autem filij consequantur ius successionis,hoc venit per consequentias, quia, vbi matrimonium conualidatum est, & eo modo filij sunt facti legitimi, talis legitimatio non censetur facta ex rescripto Principis, sed per subsequens matrimonium, quæ res operatur, vt filij antea nati beneficio iuris communis consequantur ius succedendi in omnibus bonis vbique existentibus, non minus, quam, si post contractum matrimonium essent nati, † *l.cum quis.* 10. *l.nuper.*11.*C.de nat.lib.§ quibus,inst de hæred. quæ ab int. def.* Hoc autem Principes sæculares facere non possent, quia potestas dispensandi super matrimonio, tamquam respiciens rem spiritualem specialiter est S.P. reseruata, † *vt scribunt Castr.d.consil.*467.*nu.*7.*vol.*2.*Abb.in d.cap.per venerabilem n.* 26. *qui fil.sint leg.Ias.dict.consil.*11.*col.*4.*versic. Non obstat ergo vol.*3.*Soc Sen. in d l.Gallus.*29.*§ si eius num.*5.*versic.Sed aduerte,ff de lib.& posth & consil.*47.*num.*36.*versic.Si tamen diceretur vol.*4 *Rum.consil.*67.*num* 4.*vers.Vel secundo dici potest, & consil.*75.*nu.*14 *vol.*3 *Gozad.consil.*6.*num.*63.*Lup d. comm.* 3.§.3.*num.*45. Possent quidem amota causa matrimonij legitimarè filios ex tali complexu natos,& eos reddere capaces bonorum, † *vt declarant gl.in §.vlt. in verb. participium vers. Quero tamen, Auth.quib.mod.nat.eff.sui coll.*7. *Castr.d. consil.* 467.*num.*7.*vol.*2.*Ias.d.consil.*11 *col.*4.*uersic. Non obstat ergo vol.*3.*Soc.Sen.in dict.§.si eius num.*5.*uersic.Sed aduerte & dict. consil.*47.*num* 36.*versic.Si tamen diceretur vol.* 3. *Rum. dict. cons.*75.*num.*14.*vol.*3.*Lup.d.comm.*3.§.3.*num.*46. Et, licet hæc non dicatur propriè legitimatio sed dispensatio, † *vt scribit Ang.d.consil* 305 *num.*12.*Castr.consil.*30.*nu* 4.*vol.*1.*& d. cons.* 467.*num.*7.*vol.*2.*Barba.cons.*58.*num.*6.*uol.*2.*Dec. consil.* 263. *num.*3.*cons.*287 *nu.*6 *cons.*337 *nu.*3.*cons.*393.*num.*10. *& cons.* 576.*n.*6.*Paris.cons.*12.*n.*207.*vol.*2.*Soc.Iun.cons.*97.*n.* 6.*&* 41. *& cons.*120.*num.*19.*&* 19.*uol.*2.*Brun.cons.*15 *num.*8.*Menoch.*

91

92

93

94

95

*cons.*181.*nu.*17. tamen, quoad effectum successionis pro legitimatione habetur, † *ut declarant Castr.cons.*202.*n.*1.*vers.sed hic facta uol.*2.*Lup d.comm.*3.§.3.*nu.*46.*vers.Et licet*,& legitimationi comparatur, † *ut scribunt Castr.cons.*30.*num.*2.*vers. Ex his infero uol.*1.*Dec.cons.*52.*n.*1.*in fi.& n.*2.*vers.Non obstat, quod tradit, Lup.d.comm.*3.§.3.*nu.*46.*in fin.* 96 97

Tertio, si pater, ad cuius instantiam fit legitimatio, sit idemmet Princeps, cuius iurisdictioni persona, & bona sunt subiecta,dubium non est, quin valeat legitimatio, & tribuat ius succedendi in bonis, in illius ditione existentibus, † *ut scribunt Abb in d.cap.per venerabilem nu.*25. *Affl.in d.§ naturales in secundo not. num.*12.*Ias.d.cons.*70 *col.*2 *vers. Confirmo etiam uol.*3.*Lup.d.comm.*3.§.3.*nu.*31.*& patet ex d.cap.per venerabilem*, vbi S. P. ad instantiam Regis Francorum legitimauit eius filium naturalem, & virtute illius legitimationis filius successit in bonis in ditione regis existentibus, Et hoc ideò,quia cum consensu, illius, cui personæ,& bona subsunt, non solum S. P. sed etiam quilibet alius Princeps in alieno statu iurisdictionem exercere potest,*ut dicemus infra nu.*163. *& seqq.* 98

Quarto demum ex magna causa † potest S. P. legitimare subditum alienum, etiam pro bonis in alterius ditione existentibus, *vt scribunt Abb.in d.cap per venerabilem*, *num.*25. *Boss.in d.tit.de princip. nu.*182.*& Conar.in d.tit de spons.part.*2. *cap.*8.§.8.*nu.*16. vt, si ex legitimatione filij alicuius Principis magnam sit respublica Christiana vtilitatem, puta pacem, aut fidei prorogationem, aut aliam similem acceptura, *ut scribit Abb.in d.cap per venerabilem,nu.*25. 99

Quartus casus est, quando subditus alienus, vel intra, vel extra territorium legitimatur ab Imperatore, aut ab eius Comite Palatino, quo casu, tamquàm facta ex authoritate Imperatoris perinde habetur, atque,si ab ipsomet Imperatore facta fuisset, † *ut scribunt Paris.cons.*1.*nu.*3.*& cons.*15.*nu.* 69 *vol.*2.*Soc.Iun.consil.*121.*num.*3.*uol.*2. *Decia.cons.*19.*num.*5. *uol.*1.*cons.*38.*num.*5.*& cons.*40.*num.*7.*uol.*3. *Roll. cons.*12.*nu.* 32 *in fi.uol.*4.*Math.Brun.inter cons.ult.uol.cons.*175. *num.* 57. *& ibi Paul.Lanc.cons.*176.*num.*20.*&* 25.*uersic Nec isto casu uol.*1.*Bec.cons.*216.*num.*19.*& cons.*218 *num.*4.*Surd.d.cons.*1. *num.*27.*Pereg.cons.*20. *num.* 15.*uol.* 1. cum omnia nostra faciamus, quibus authoritatem nostram impartimur *l.*1.*§.omnia C.de uet.iur.enul.* Et in hoc casu magna est controuersia, nunquid huiusmodi legitimatio valeat, & tribuat ius succedendi in bonis sitis in aliorum Principum ditionibus; nam plerique censuerunt valere, & tale ius tribuere, siue sit facta in terris illorum Principum temporalium, qui, aut de iure, aut de facto neminem recognoscunt in superiorem, siuè etiam in terris Ecclesiæ; *Ita enim de terris Ecclesia censuerunt Bart cons.*75.*num.*4.*lib.*1.*Ang.in l.emancipari*,36.*num.*2 *ff.de adop.& cons.*350.*num.*6.*uers.vnde concludo, & cons.*402.*nu.*1. *&* 3.*Castr.cons.*352.*nu.*2.*uers.Et prædicta confirmantur,uol.*1. *Calder.consil.*3.*num.*1.*uers Sed contrarium, & num.seqq tit. qui fil.sint leg.Paris.consil.*2.*num.*17. *uol.* 2. *Paul. Lanc.inter d. cons ult.uol cons.*176.*num.*17.*&* 21.*uol.* 1. *Et de terris Principum non recognoscentium Superiorem Alciat.consil.*17.*num.*3. *vers.idem etiam lib.*4.*& cons.*73.*nu.*13.*uers.Item non procedit, lib.*9.*Et generaliter de personis, & rebus non subiectis Ang. d. cons.*350.*nu.*5 *Cast.cons.*467.*num.*3 *uers.ut igitur, uol.*2.*Paris. cons.*1.*n.*7.*& cons.*10 *n.*118.*uers.ad resolutionem, uol.*2.*Decia. cons.*3.*num.*107.*uol.*1. Idque sine dubio procedere,si simus in ijs casibus, in quibus legitimatio neminem lædit, vt quia, fiat viuente, & petente patre, † *ut in specie tradiderunt Bald. in d.proem. Cod.num.* 7. *vers. Sed in hoc potest distingui, Ang.d. cons.*350.*num.*8.*uers Si igitur Castr.d cons.*125.*num.*1. *uersic. Et hoc casu placet,& d.cons.*467.*num.*3.*uers. Vt igitur, uol.*2. *& d.consil.*16.*num.*9.*uol.*3.*Soc.Sen.d.consil.*47.*num.*31.*uersic. Non omitto uol* 4 *Corn.d.consil.*1.*num.*18.*uersic Et idem uult, & uersic Vide etiam, vol.*3.*Dec.d consil.*55.*num.*7.*uersic.Tertio non obstat, & d consil.*306.*num.*7.*uersic.Primò, versic.Pari ratione, Paris.d consil.*1.*num.*103.*uol.*1 *d consil* 1.*num.*8.*ubi testatur, hanc esse magis communem, & d.consil.*10 *num.*118. *uers.Et omissis pluribus uol.*2.*Alcia.cons.*73.*nu.*13. *uers. Item non procedit, lib.*9.*Paul.Lanc.inter cons.ult. uol. d. consil.*176. *num.*27.*uol.*1. *ubi testatur, hanc esse magis communem, & ab ea nullo pacto recedendum, Dec.d cons.*3.*n.*107.*uers.Attamen, uol.*1.*Bec.d.consil.*179.*num.*22.*&* 23.*ubi pariter testatur, hanc* 100 101

esse

esse magis communem & longo usu, & diuturna consuetudine receptam, & in viridi obseruantia, Surd.d.conf.1. num. 76. Fratta inter consil.Pereg.d.consil.112 num.2.vol.3.Laderch d. consil.100.num.1.versic. Sed his non obstantibus, & numer.6. versic.Vltimò, vbi testatur, hanc hodie receptiorem esse, aut etiam post eius mortem cum consensu illorum de quorum
103 agitur præiudicio, *in quibus terminis loquutur Castr. d. consil. 180.num.1.vers. Hæc tamen vera, vol.1.& d conf.125.nu. 1. versic. Aut legitimatio fit, vol.2.* Et ita de consuetudine seruari attestantur *Soc.Sen.d.cons.47 num.37 in fi. vol.4.Paris.d. consil 1.num.15.& d.consil.10.num 124.vol.2. Alciat.d. consil. 17.num 4.lib.4.& d.cons.73. num. 13. versic. Item non procedit lib.9. Decian.d consil.3.num.108.& 109. vol. 1.* Et ita in statu potissimum Veneto tolerari scribunt *Pereg.consil 84. nu. 28. volum.1.consil.7.num.17.vol.2.consil.15.num.5 consil.17.nu.4. volum.4.consil.16.num.21.& consil.17.num.4 volum.5. Fratta inter consil eiusdem Pereg.d.conf.112.numer. 4. & ibi Pereg. in subscriptione, vol.3.*

Mouentur autem, vt ita sentiant,quia cessat in hoc casu ratio, propter, quàm aliàs dicimus legitimationem ab vno Principe factam non valere pro bonis in alterius territorio existentibus nam: ratio est, quia Princeps in aliena ditione iurisdictionem exercere nequit,*ut diximus supra num.54.* At hæc ratio cessat in Imperatore,quia,cùm sit Dominus totius
104 Mundi † *l.deprecatio.9.ff.ad l.Rhod.de iact.l.bene à Zenone,3. C. de quadr præscrip.§ quod igitur,uth vt Eccl.Roma coll.2.§. hac considerantes Auth.vt om obed.Ind.prou coll.5. & scribunt Bart.in l.cunctos populos 1.num.1.& ibi Iaf.num.2.C.de Summ. Trin.Bart.in proem ff.in prin.num.3.vers. Ad leges contrarias, & in l.hostes.24.n.7.ff.de capt.& post reu Bald in cap.1. in prin. num.1.de pac iur firm. Abb.consil 84 nu.3.vers.Et primo,vol.1. Paris.cons.1.num.12.& cons.10.num 120 vol.2.Paul.Lanc. in ter d.cons ult vol.cons 176.num.22.vol.1.Dec.conf.306 num 9. Gabr.tit.de acq.rer.dom.concl.3.nu.1.Surd d consil. 1.num.78. Peregr.de iur.fisc.lib.1.tit.2.num.40.* & vbique iurisdictionem
105 habeat, † *vt scribunt Calder d.conf.3 num.1. vers. nam, cum Imperator, tit.qui fil.sint leg Dec.d.conf.306.nu.9.* Consequens videtur, vt vbique etiam eam exercere possit, *quod etiam explicitè scripserunt Paris.d.conf.10.nu.120 vol 2.Paul. Lanc. d.conf.176.num.23.vol.1 Surd.d conf.1.num.78.* maximè,si sit voluntaria, *vt declarat Calder.d cons.3.num.1.vers.nam,cum Imperator.*

Nec obstare videtur, quod hodie multi Principes liberta-
106 tem præscripserunt,† & hoc modo exclusserint Imperatorem à potestate iurisdictionis in ipsorum ditionibus exercendæ, quia talis præscriptio, siuè exclusio non videtur ad legitimandi potestatem extendendam, *vt declarant Soc.Sen.d.cõs. 47 num.37.vol.4.Dec d.conf.306.num.9.Paris.d.conf.1.nu. 13. & d.consil.10 num.121.& 123.vol.2.Paul Lanc.d.consil. 176. num.24.vol.1.* Nam, cum Imperatores perpetuò consueuerint saltem per suos Comites huiusmodi legitimationes vbique celebrare, *ut attestantur ij,quos retulimus supra nu. 103.* Consequens est, vt per tales actus censeantur sibi in hoc genere iurisdictionem,& authoritatem conseruasse, dato etiã, quod in alijs dici posset præscripta iurisdictio, quia præscriptio, tamquàm odiosa non extenditur de genere ad genus, sed eatenus tantùm procedit, quatenus præscriptum.

Hoc tamen non obstante verius, & receptius est, legitimationem subditi alieni factam ab Imperatore, vel eius Comite non tribuere ius succedendi in bonis sitis in aliorum Principum ditionibus, siuè facta sit in terris Ecclesiæ,aut Principum ab Ecclesia inuestitorum,siuè etiam in terris aliorum Principum temporalium, qui, aut de iure,aut de facto Impe-
107 ratorem non recognoscunt in superiorem. † *Ita enim de facta in terris Ecclesiæ scripserunt Bald in d.l.1.nu. 5. & ibi Ang. num.1.vers.Item dicunt quidam C.de iur.aur. anul. Bald. in d. proem Cod.num.7.& in d.l.eam quam.14.num.28.C. de fideic. Ang.d.cons.350.num.8.vers.si igitur, Castr.d.cons 180. num.1. vers. Hæc tamen vera, vol.1.cons.216.num 2 cons.343. num.1. vers.Eodem modo,& cons.467.num 1.vers eodem modo & nu 3.vers.per quod dictum vol.2. Abb in d.cap.per venerabilem nu. 26.qui fil.sint leg.& d.cons.84.num.2.lib.1. Affl.in d. §. naturales,in 2.not nu 8.& 9. Alex.d cons 67.num 8.vol.1 vbi testatur, ita se habere magis communem opinionem, à qua in iudicando non est recedendum, Iaf d.cons.70.col.2.vers sicut dicimus, vol. 3.Dec.in l.ult num.6. vbi testatur, hanc esse communem & ibi Cagn.num.24.ff.de iurisd Dec.d.consil.55.num.3 & 7.vers. Tertio non obstat vbi pariter testatur, hanc esse magis communem opinionem à qua in iudicando non est recedendum, & d. cons.150.num.6 vers.Tertiò principaliter, d.conf.206.nu.1,vbi similiter, hanc esse communem opinionem & d.cons 306. nu. 7. & d.consil.557.nu.9.vers.Prædictis, Crott.in d.§ & quid.si tantùm,nu.177.vers.Primus. Corn.d.conf.1.num. 18. vol.3 & d. cons.9.nu.4.vol.4. Ruin.consil.164.nu.4 & 10. vers. Nec postremò,vol.1.conf.60.num.1.conf.67.num.3.vol.3. Alcia.d.conf. 17. num.1.lib 4.Chassa.conf.31.num.15.Soc.Iun conf 142.num. 1. vol.1.& conf.100.nu 7.13.15 & 18.vol.2.Ceph conf 23.num. 76.Cran cons.993.num.35.in fi.Roll.d.consil.88.num. 14.vol.1. Mantic.de con ult.vol.d.lib.11.tit.10.num.43.& 45 versic.scribit etiam, Surd.d consil.1.nu.75.Fut.lib.1 decis.91.num 2. Pereg.de fideic.artic.23.num 13.& consil.95 num.12 vol 1. Et de facta in terris Principum ab Ecclesia inuestitorum; Affl. decis. 128.num.4.& in d.§.naturales in 2.not num.8 Peregr d.consil. 95.num. 12. vol.1. De facta verò in terris non recognoscentium superiorem Iaf.d.consil.70.col.1.vers.Sed istis non obstantibus, vol. 3.Dec d.cons.55.nu.3.vers & Retenta & nu 7.vers Tertiò non obstat & d.cons.306.num.7.Ruin.d.conf.66.nu.1 & seqq vol.3. Paris.d.conf.2.numer.13 & 20.vol.2 Anto.Gab tit.de acq. rer. dom.conclu.3,nu.12.& 17 Soc.Iun d.conf.142.num. 1. vol.1. d. conf.99.num.36 & d cons.100 nu.6.10. & 11. versic conclusio autem, & num.13.21 & 27 versic.& demum, vbi testatur, hanc esse communem, & nu.42.vol 2.Decian conf.90 num. 21. vol.2. Roll.d.conf.88.num.36.vol.1 Mantic.de con ult.vol.d lib. 11.tit 10.num.43.Bursat.conf.433.nu.6.Pereg de fideic. d. art. 23.num 14.& d.consil.17.num.4.vol 4.Lup.d.comm.3 §.3. num. 29.& 30. Et generaliter de facta respectu personarum, & rerum non subiectarum, Bart.in d.l.quis in Prouincia,57.6.Dinus, ff de rit.nupt.Barba.conf.58 num.14. vers. Et ideo Bar. vol 2. Dec.d.consil.554.nu.11.Paris d.conf.1.nu.103.vol.1.Soc.Iun d. consil.142.num.1.vol.1.& d conf.100.num.13 vol.2.Decian. d. conf.90.num.21.vol.2.vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem, Gabr conf.29.num.6.vol.1.Bec. consil. 184.num 23. vbi pariter testatur hanc esse magis communem Put.lib 2 decis. 2.in fi.Lader.d.conf.100.num.4.* Et siuè facta sit post mortem patris, aut simus in alijs casibus, in quibus de aliorum agitur
præiudicio, † *secundùm ea,quæ diximus supra num 87.in quibus terminis loquuntur Bald in d proem. Cod. num. 7. versic.* 108
Aut ista legitimatio, & conf.67 num.4.versic Item legitimatio, vol.1.& consil.336.in fin vol.2.Castr.d. consil.180.num.1.versic. Hæc tamen vera,vol.1.& d.conf.125.num.1.vers.si verò fieret, vol.2.Crott.in d.§.Et quid si tantùm, num. 177 vers.Primus, Alex.d.conf.67 nu.8.vol.1.Dec d. conf.55.num 7.vers Tertio non obstat, siuè etiam facta sit patre viuente, & petente quo
casu non videtur agi de præiudicio alterius, † *vt diximus supra nu.17.& seqq. Ita enim censuerunt Castr.d.conf 343. nu. 1. vers. Plus videtur vol.2. Affl.in d. §. naturales, in secundo not. nu.2.vers.Vnde aliàs pater, & vers Ex quibus concludo, vbi ait, ita seruari in Regno, Iaf.d conf.70 col 2.vers.Confirmo prædicta vol.3.Crott.in d.§ & quid si tantum n. 177.vers. Sed contrarium, & n.178.vers. Et ista opinio, vbi ait, hanc esse veriorem, Dec d.conf.150 nu.6 vers.Tertiò principaliter,& d.consil. 557 nu.9.vers.Prædictis,Ruin.d conf.66.nu.1. 2. 3. & 6.vers.Et propterea vol.3.Soc.Iun d.conf.142 nu.1.vol 1.& d.conf.100.nu. 24.& 27 in prin.& vers.Et demum,& nu.29 vbi testatur,hanc esse communiorem, & veriorem volum.2. Alciat d. consil. 17. num. 6. vers. Sed ista opinio lib. 4. vbi ait, contrariam opinionem, nec esse veram, nec communem, Pereg de fideicomm.d. art.23 num.5 & 15.vers.Sed contra, & consil.95.num 12.vol. 1 & conf 15.num.5.vol.4. Lup. d comm. 3. §. 3. numer. 34 & versic. Nihilominus, vbi ait, ab hac opinione non esse recedendum.* 109

Probatur autem hæc sententia iisdem rationibus, quas adduximus *in secundo casu num. 38.& seqq.* Nam eædem militant etiam in Imperatore, quippe, qui nec in terris Ecclesiæ, nec in terris eorum Principum, qui, aut de iure, aut de facto illum in superiorem non recognoscunt, iurisdictionem exercere potest, † *vt de terris Ecclesiæ constat ex clem. vn.§. porro, de iureiur. cap. fundamenta 17. versic Nec autem de elect in 6.& scribunt Castr. d consil. 343. numer.1.versic.Eodem modo, & d.consil.467. numer.0. versic.*

risdictionem ordinariam; Magis igitur est, vt, nec per se, nec
per Comitem possit inuestiens legitimare subditum Princi-
pis inuestiti pro bonis in illius territorio existentibus, *secun-
dùm ea, quæ supradicta sunt*.

Nec obstat; quod hoc posito sequeretur, non posse sub-
ditum Principis inuestiti ab aliquo legitimari, cum Princeps
ipse, tamquàm recognoscens superiorem non habeat legiti-
123 mandi potestatem, † quia respondeo, distinguendo, aut lo-
quimur de ijs Principibus, qui recognoscunt superiorem,
124 etiam, quoad particularem iurisdictionem in subditos, † vt
sunt ij, à quorum sententijs appellatur ad inuestientē, prout
euenit in omnibus casibus, in quibus Inuestiens sibi specialiter
vltimas appellationes reseruauit, Et tunc verum est, non ha-
bere eos legitimandi potestatem, non magis, quam habeant
simplices Vassalli, qui Principis titulo decorantur, scilicet,
quia talis potestas est propria illorum, qui sunt supremi, *vt
diximus supra nu.* 4. quales nullo respectu dici possunt præ-
dicti Principes. Quamobrem eorum subditi non à Dominis
immediatis, sed à mediatis erunt legitimandi, vt valeat legiti-
matio, & tribuat ius succedendi in bonis sitis in territorio in-
feudato, *vt scribunt Roll d.consil.88.num.32.in fi.vol.1. Lup.d.
comm.3.§.3.num.25.vers.Nihilominus, Et in his terminis pro
cedet doctr.eorum, quos in contrarium allegauimus*. Aut verò
loquimur de ijs Principibus, qui recognoscunt quidem supe-
riorem, quoad vniuersitatem, sed non, quoad particularem
iurisdictionem in subditos, *secundùm ea, quæ diximus in 6.ca.
q.36.num.42. & seqq.* vt sunt omnes, in quos etiam vltimæ
appellationes transferuntur, quo casu ab eis non appellatur
125 ad S. P. vel Imperatorem, † *vt scribunt Bald.in l.1. ff de off.
præf.præto.& in proem.ff.Felin.in cap.cum non liceat col.5.vers.
Et dicit, Bald.de præscript. Affl.in prælud. constit regn. qu.21.
per tot.Cepoll.cons.crim.17.nu.45.Nat.cons.608.nu.4. & 5.vol.
5.Osas.consil.9.nu.41.& 43.Pereg.de iur.fisc.lib.1.tit.2.num.63.*
sed tantùm recurritur in casum denegatæ iustitiæ, vel no-
toriæ iniustitiæ, *vt declarant gl.in cap.quoniam, in verb.dis-
creuit 10. distin Abb.in cap exposita numer. 2. de arbitr. & in
rubr.de appellat.nu.9.Felin.in cap.si duobus col.1.eod tit. Pereg.
de iur.fisc.d.lib.1.tit.2.num.62.* Et tunc verius est, habere eos
126 legitimandi potestatem, † *vt scribunt Castr.consil.226.nu 1.
vers.Si verò vol.2.Barbat.cons. 34.num.59.vol. 2.* quia, licet
recognoscant superiorem, quoad Vniuersitatem totius Re-
gni, Ducatus, aut Principatus, non tamen eum recognos-
cunt, quoad particularem iurisdictionem in subditos, sed
hoc respectu censentur supremi, atque directi Domini, di-
cunturque habere eandem potestatem, quam habent S. P.
aut Imperator in terris immediatè subiectis, *vt diximus in eo-
dem 6.cap.qu.36.num.46.& seqq.* ideòque nil mirum, si quasi
supremi subditos suos legitimare possint, & alios legitimare
volentes impedire, non minus, quam ij, qui, aut de iure, aut de
facto non recognoscunt superiorem, quippè quibus in hoc
illi assimilantur, *vt ibi dictum est*.

Sextus, & vltimus casus est, quando Princeps, vel ab eo
potestatem habens legitimat subditum proprium, aut in suo
Statu, aut etiam extra, quod eum facere posse dubium non
127 est, † *vt scribunt Ang.d.consil.350.num 4.& 6.vers. Vnde con-
cludo, Castr.d.consil.467.num.3.vers.Vt igitur vol.2.Crott in d.
§.E quod si tantùm num.179.vers.Tertius casus, Corn.d.cons.
1.nu.18.versic.Tamen subditum vol 3.& d.cons 9.nu 4 vol.4.
Paris d.cons.1.num.17 & cons.2.in fi.vol.2.Alciat.cons.17.nu.4.
vers.Idem quoque esset lib.4.Couar in d.tit.de sponsal.part.2.ca.
8.§.8.num.17. Et habent in confesso omnes, quos retulimus su-
pra num.9.* cum voluntaria iurisdictio possit inter subditos
etiam extra territorium exerceri, & de loco ad locum proro-
gari, *vt diximus supra nu. 69. & seqq* Qua ratione dicimus,
posse Principem etiam in alieno territorio Comitem Palati-
128 num constituere, † *vti videre est apud Soc.Sen.d.consil.47.nu.
31.vol.4.Roll.d.cons.88.nu.4.& 36.vers.Tertio non obstat vol.1.
Lup.d.comm.3.§.3 num.40.* Et tunc magna est controuersia,
nunquid huiusmodi legitimatio tribuat ius succedendi non
solùm in bonis sitis in territorio ipsius legitimantis, *secun-
dùm ea, quæ diximus supra num.5.* sed etiam in ijs, quæ in
aliorum Principum ditionibus existunt: Nam plerique cen-
129 suerunt tribuere. *Ita enim censuerunt Alciat.cons.73.nu.13.
vers.Item non procedit lib.9.Couar.in d.tit.de spons.part.2.cap.8.
§.8.num.17.Gamma.decis.387.num.5.Bursat.consil.255.n.11.
& 22.versic. Secundo arbitror, & num.24.& cons.375.n.16.*
Idque procedere non solùm, si facta sit ab eo, qui iurisdictio-
nem vniuersalem habet, puta à S.P. vel Imperatore, *in quibus
terminis loquuntur Alciat.& Bursat.supra allegati*, quo casu
res minorem videtur habere dubitationem, *per ea, quæ dixi-
mus supra nu.81.& 111.* sed etiam, si facta sit ab eo, qui iuris-
dictionem habet restrictam, & limitatam, puta à Rege, *in qui-
bus terminis loquitur Gamma*, nec solùm in ijs casibus, in qui-
bus de aliorum præiudicio non agitur, vt cum fit patre viuē-
te, & petente, aut consentientibus ijs, qui ius, aut spem pro-
babilem in bonis alibi sitis habere possunt. quo etiam casu, res
videtur sine dubio procedere, *vti videre est apud Castr.d.cons.
467.nu.3.vers.Vt igitur vol.2.& Bursat d.cons.255.nu.12.vers.
Secundo arbitror, In quibus terminis videntur accipiendi, qui
simpliciter scripserunt, legitimationem trahi ad bona sita extra
territorium, si facta sit ad instantiā patris vt Dec cons.206.n.7.
Cagn.in d.l.ult.nu.25.vers.Et sic non obstat ff.de iurisd.Bursat.
d.cons.255.n.24.vbi testatur, hanc esse communiorem, receptio-
rem & vsu, ac in praxi seruatam sententiam, Et fuit etiam de
mēte omnium existimantium trahi ad bona alibi sita legitima-
tionem factam ad instantiam patris, si de non subdicto facta sit,
quos retulimus supra nu.30.& seqq nam ijdem multò magis cē-
sent trahi si sit facta de subdito*, sed etiam si de aliorum agatur
præiudicio, modo illi sint subditi legitimantis, licet aliud sit,
si non sint subditi, *vt declarant Couar.in d.tit.de spons part.2.
cap.8.§.8.nu.17.Peregr.de fideicomm d.art.23.num.22.Lup.d.
com.3.§.3.n.37.* Vnde inferunt, Laicum à suo Principe legiti-
matum succedere etiam in emphyteusi Ecclesiastica, si sit
transitoria ad omnes hæredes, licet aliud sit, si non sit ad eos
transitoria, † *vti videre est apud Gamma d.decis 387.num.4.* 130
Bursat.d.consil.255 num 11.& 24.d.consil.375.nu.16. Mouen-
tur autem, vt ita sentiant

Primò, quia, quoties actus, qui geritur, respicit principali-
ter personam, & in consequentiam bona, sufficit eum esse va-
lidum respectu personæ, vt vim suam operetur, etiam, quoad
bona alibi existentia, † vt patet ex datione tutoris: nam, quia 131
tutor principaliter datur personæ, & in consequentiam re-
bus, ideò sufficit personam, cui datur, esse suppositam iurisdi-
ctioni dantis, vt valeat datio, & trahatur ad bona vbicunque
sita, † *vt latè ostendemus in quæst.seq.nu.10.* Qua ratione dici- 132
mus, decretum interpositum ab eo Iudice cui persona subest,
trahi etiam ad bona sita extra territorium † *l.magis puto.5.§.* 133
*illud ff.de reb.eor.& scribunt.Bart in l legitimos 5 in princ.nu.5.
vers.Nunc ad propositum ff.de legit.tutor.Roma cons.39.num.3.
vers.Secundò, Dec.in d l.ult.n.7.vers.Sicut in simili ff.de iurisd.
& d.cons.206.num.3.4 & 6.vers.Primò ergo, & nu.8.Chassa.
d cons.31.num.2.31 & 33.* & dispensationem, quæ principa-
liter respicit personam etiam ad res sitas extra territorium
extendi, *vti videre est apud Dec in d.l.ult.nu 7.vers Et in ta-
li, ff.de iurisd.& d.consil.206.num.2.versic.Quibus, & num.
5.versic.Et ideo*. Sed legitimatio est actus, qui principaliter
respicit personam, † *vt scribunt Dec.in l.pactum dotali.3.nu.* 134
*15.versic.Et vlterius, C.de collat & d.cons.150.num.4. vers.
Et certè, Couar.in d tit de sponsal.part.2.cap.8.§.8 numer. 17.
Gamm.d.decis.387.nu.5.Lup.d.comm 3.§.3.nu.41.* Hoc enim
per legitimationem agitur, vt naturalis, siuè spurius natali-
bus restituatur *§. liceat, & §.sit igitur licentia, versic. Quia
vult, Auth.quib.mod.nat effic.leg.coll.6.§.illud, versic.Si quis
ergo, & versic. Sit igitur licentia, Auth.quib.mod.nat.eff.sui,
coll.7.& scribunt Bart.in d.tit. Auth.quib. mod.nat.eff leg. nu.
14 Bald.in l.1.num.2.C.de iur.aur.annul Castr conf.34.in princ.
vol.2.Rum.consil 86.num.4.vol.3.Paris d.consil.1.numer.54. d.
consil.2.num.7.& consil.3.num.9.vol.2.Couar.in d.tit. de spon-
sal.part.2.cap.8 §.8.num.1.Gall.in suo consil.un.posito in fi.9.vol.
cons.Peregr.num.13.Lup.d.comm.3.§.3.num.41.* & sic vt fiat
legitimus *d.§.sit igitur licentia, & tot.tit. Auth. quib. mod.nat.
eff.legit.coll.6.& Auth.quib mod.nat.effic sui in prin & §.illud,
vers.si quis ergo coll. 7.* & transeundo in potestatem fiat suus,
vt diximus supra num.49.& seqq. vt autem consequatur ius
successionis, fit per consequentias, *vt declarant Curt. Iun.
consil.136. num.6. Dec.cons.366.num.5.vers Et ad hoc facit,
Couar.in d.tit.de sponsal.part 2.cap.8.§.8.n.17 Gamma d. decis.
387.numer.5.* quia, vbi filius est legitimus, & suus, ne-
cessariò debet patri suo succedere, *§ quibus instit. de hæred.
quæ ab int def.* Quamobrem dicimus ius succedendi

135 esse effectum legitimationis, † *vti videre est apud Bald. in l. 1. nu. 13. versic. Tunc arguo sic C. de Summ. Trin.* Ergo sufficit, legitimationem inspecta persona legitimati esse validam, vt tribuat ius succedendi in omnibus bonis vbicunque existentibus. Atqui in casu proposito legitimatio inspecta persona legitimati valida est: Supponimus enim in ea concurrisse illa tria, quæ pro illius validitate sūt necessaria, scilicet potestatē,
136 voluntatem, & formam, † *vt scribunt Soc. Sen. consil. 65. n. 4. & consil. 129. n. 4. vers. Sed præmissis vol. 3. Soc. Iun. cons. 95. nu. 38. vol. 3. Decian. cons. 90. n. 13. vol. 2. & cons. 38. nu. 13. vol. 3. Menoch. cons. 108. n. 4. & cons. 968. n. 1. Lup. d. comm. 3. §. 2. num 68. Et simpliciter de potestate, & voluntate Soc. Sen. d. cons. 47. nu. 30. vol. 4. Dec. cons. 287. nu. 6. Soc. Iun. d. cons. 120. n. 4. in fi. vol. 2. Decian. cons. 19. nu. 16. vol. 1. & cons. 40. nu. 21. vol. 3. Seraph. decis. 1321. num. 1. Et de potestate, & forma Soc. Sen. cons. 246. nu. 1. vol. 2. & d. cons. 47. num. 19. & 22. vol. 4.* potestatem, quia facta sit à Principe supremo, aut ab eo facultatem habente, & de persona subdita, in quam ille potuit suam iurisdictionem exercere, & in loco, vbi talis iurisdictio exerceri potuerit. Voluntatem verò, quia nullus in rescripto possit obreptionis, aut subreptionis defectus considerari, Formam denique, quia facta sit seruatis seruandis, *secundùm ea quæ considerant DD. supra allegati, & alij omnes, legitimationem de aliquo factam sustinentes, aut impugnantes.* Debet igitur vim suam operari etiam, quoad bona sita extra territorium legitimantis.

Secundò videtur hoc ipsum confirmari ea ratione, quia, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, si fiant ab eo, qui talem potestatem habet inspecta persona, operantur effectum etiā
137 in bonis, quæ non sunt agentis iurisdictioni supposita, † vt patet ex adoptione, quæ voluntariæ iurisdictionis est *l. 2. ff. de off. Proconf. & leg.* nam filius apud competentem Iudicem adoptatus succedit patri in omnibus bonis vbicunque exi-
138 stentibus † *l. pen. §. sed ne articulum C. de adopt. §. sed hodie inst. eod. §. sed ea omnia, inst. de her. quæ ab int. defer.* Sed legitimatio est voluntariæ iurisdictionis, *vt diximus supra numer. 78.* Ergo sufficit illam fuisse factam ab illo Principe, qui inspecta persona legitimati, potestatem habet, vt ad omnia bona, vbiuis existentia porrigatur.

Tertiò facit, quia valet argumentum, ab arrogatione ad
139 legitimationem, † *vt diximus supra num. 48. & seqq.* Sed filius ex rescripto sui Principis arrogatus succedit in omnibus bonis vbicunque sitis *l. legem Anastasij. 7. versic. Sint itaque, C. de nat. lib. l. pen. §. vlt. C. de adoptio.* Ergo est filius legitimatus.

His tamen non obstantibus verius, & receptius est, subditum à Principe suo, siuè ab eo potestatem habente legitimatum, vel intra, vel extra suam ditionem, succedere quidem in bonis sitis in territorio ipsius legitimantis, sed non in ijs,
140 quæ alibi sita sunt. † *Ita enim specialiter de S. P. aut Imperatoris aut habentis iurisdictionem restrictam, & limitatam loquentes censuerunt omnes, quos referemus infra n. 162. & seqq. Et generaliter de subdito alicuius Principis scripserunt Dec. d. cons. 106. n. 7. vers. Sed dato, Soc. Iun. d. cons. 100. n. 12. vol. 2. Couar. in d. tit. de sponsal. d. par. 2. c. 8. § 8. num. 14. Menoch. de præs. d. lib. 4. præsumpt. 79. n. 60. & consil. 629. n. 16. Lup. d. comm. 3. §. num. 26. Et accipi etiam possunt ij, quos retulimus supra nu. 7. simpliciter dicentes legitimationem à Principe factam non trahi ad bona sita extra territorium legitimantis,* siue legitimatio facta sit à Principe habente iurisdictionem restrictam, & limitatam, *in quibus terminis loquitur Barbat. consil. 34. nu. 59. vol. 2.* siue ab habente iurisdictionem vniuersalem, puta à S. P. vel Imperatore, *vt de S. P. scribunt Ang. d. consil. 350. numer. 7. & 8. Peregr. cons. 17. n. 4. vol. 1. Et accipiendi sunt, qui simpliciter scripserunt, legitimatum à S. P. non succedere in bonis sitis extra territorium Ecclesiæ, siue ad ea non trahi legitimationem ab eo factam, vt Bart. in l. 1. nu. 41. vers. Præterea C. de Summ. Trin. & in prin. tit. Auth. quib. mod. nat. eff. leg. num. 13. coll. 6. & in §. tribus n. 10. Auth. quib. mod. nat. eff. sui coll. 7. Bald. in l. eam, quam 14. n. 28. vers. Ex his apparet Cod. de fideicomm. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in uerb. & uxorem nomine Adelasiam n. 202. Ruin. cons. 86. nu. 10. vol. 3. Chassa. cons. 31. num. 15. Decian. cons. 19. nu. 62. vol. 3. Pereg. de fideicomm. d. art. 23. nu. 22. Lup. d. comm. 3. §. 3. nu. 28. De Imperatore uerò scribit Ang. d. consil. 350. numer. 7. Et accipiendi etiam sunt, qui simpliciter scripserunt legitimationem ab eo factam, uel ab eius Comite non trahi ad bona sita extra ipsius ditionem, nec in ijs succedere legitimatum ut Bald. consil. 306. nu. 5. vol. 2. Corn. cons. 9. num. 4. uers. Idem Paul. vol. 4. Mantic. de coniect. ult. vol. d. lib. 11. tit. 10. num. 43. ubi testatur hanc esse magis communem sententiam, a qua in iudicando non est recedendum, & num. 46. Pereg. d. art. 32. nu. 22. Lup. d. comm. 3. §. 3. nu. 26.* nec solum, si sit facta post mortem patris, *in quibus terminis loquitur Dec. d. cons. 206. n. 7.* sed etiamsi eo viuente, & petente, *ut videre est apud Corn. d. consil. 9. nu. 4. uersic. Nec distinguunt vol. 4.* Nam, cum potestas legitimandi, à qua vis legitimationis depēdet, sit territorio constricta, & limitata, Consequens est, vt vltra eius fines vim suam operari nequeat, *ut diximus supra nu. 7. & seqq. & patet etiam ex ijs, quæ diximus in qq. præced.*

Neque obstant contraria: Ad primum enim respondeo † id procedere, si actus trahatur ad bona per consequentiam 141
necessariam, vt euenit in datione tutoris: nam, quia bonorū administratio non potest à tutela personæ separari *l. sæpe. 53. ff. de uerb. signif.* ideò fit, vt tutor personæ datus per necessariam quandam consequentiam intelligatur datus vniuerso patrimonio, & consequenter omnibus bonis, etiam sitis, extra iurisdictionem dantis, *secundùm ea quæ dicemus in q. seq. num. 10. & seqq.* Ceterùm, si actus trahatur quidem ad bona per quandam consequentiam, sed nō necessariam, puta, quia ius bonorum tale sit, vt à iure personæ separari possit, magis est, vt non trahatur ad bona sita extra territorium, & iurisdictionem agentis, vt euenit in legitimatione: nam ius succedendi venit quidem in consequentiam, tamquam effectus legitimationis, *ut diximus in argumento contrario,* sed non in consequentiam necessariam, *ut declarat Curt. Iun. consil. 136. nu. 6.* quia tale ius à legitimatione separari potest imò dicitur ab ipsa separatum, & distinctum, † *ut scribunt Soc. Sen. cons.* 142
246. num. 3. uersic. Secundò vol. 2. Curt. Iun. dict. consil. 136. num. 6. Ruin. consil. 86. num. 5. vol. 3. Dec. in l. solet. 16. num. 9. ff. de iurisd. in d. l. pactum, 3. numer. 15. versic. Et ulterius C. de collat. & cons. 257. nu. 10. uers. Non obstat, quod successio & consil. 263. n. 3. uersic. Secundò alia ratione, & cons. 366. num. 5. uersic. Et ad hoc facit, Tiraque. in l. si unquam. 8. in uerb. donatione largitus nu. 317. C. de reuoc. don. Decian. cons. 91. n. 9. vol. 2. Seraph. decis. 351. n. 13. adeò, vt possit quis esse perfectè legitimatus, quoad statum, & qualitatem, licet non habeat ius succedendi, *ut declarat Castr. in l. ex facto. 43. in pri. num. 7. in fi. ff. de uulg. & pup. in l. tale pactum. 41. §. ult. num. 8. ff. de pact. Dec. in d. l. solet. 16. num. 9. ff. de iurisd. & d. consil. 257. num. 11. Tiraque. in d. l. si unquam, in uerb. donatione largitus num. 317. Paris. consil. 7. nu. 15. 17. 20. 22. & 45. vol. 2. Decian. d. consil. 91. num. 9. vol. 2. Seraph. d. decis. 351. num. 13.* ideoque, si fuerit facta simpliciter trahitur quidem in consequentiam ad bona sita in territorio legitimantis, sed non ad ea, quæ alibi sita sunt, *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Ad secundum verò respondeo, earum rerum, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, duo esse genera: Quædam enim 143
sunt, quæ continent actum priuatorum, quædam verò, quæ continent actum superioris. Prioris generis sunt, adoptio, & emancipatio: nam huiusmodi actiones re vera fiunt à priuatis, non a superiore, siue iudice: Non enim est Iudex, qui adoptat, vel emancipat, sed pater, licet in præsentia Iudicis, *ut declarant Bart. in l. Gallus. 29. §. forsitan num. 1. vers. Non obstat, ibi Soc. Sen. num. 7. ff. de lib. & posth. Idem Soc. Sen. consil. 47. nu. 36. uersic. Ad quæ clarè respondeo vol. 4. Decian. d. consil. 150. n. 5. uersic. ita ergo, Rui. cons. 165. num. 3. & 4. uersic. Confirmatur ista opinio, vol. 5. Crott. in d. § & quid, si tantùm num. 179. vers. Quartus, & ultimus, & num. 180. Rip. in cap. 2. num. 9. de Iudic. Luc. d. comm. 3. §. 3. numer. 42. uersic. Sed ista argumentatio;* Quamobrem dicimus, huiusmodi actiones fieri apud Magistratum *l. si Consul. 3. l. Magistratum 4. l. emancipari. 36. §. 1. ff. de adopt. l. vn. §. Consules ff. de offic. Consul. l. 1. l. 2. ff. de off. prætor. l. 1. & l. 2. ff. de off. proconf. & leg. l. 2. ff. de off. præsid. l. 1. ff. de off. iurid. Alex. l. 1. l. ego 8. l. apud Proconsulem. 17. l. apud filiumfam. 18. l. si rogatus. 20. §. ult. & l. apud præfectum. 21. ff. de manu. vind. l. ult. Cod. de vind. liber. Vlpian. tit. 1. inst. §. uindicta, & tit. 8. §. per populum,* & apud Magistratum legis actionem esse, *d. l. magistratum. 4. ff. de adopt. l. 1. Cod. eod. l. nec adoptare 3. off. Proconf. & leg.* Posterioris verò generis est legitimatio, quippe, quæ dicitur actus Principis legitimantis, non patris: Non enim est pater, qui legi-

legitimat, sed Princeps, licet hoc faciat patre requirente, *ut declarant Bart. in d. l. Gallus. 29. §. forsitan num. 1. versic. Non obstat, & ibi Soc. Sen. num. 7. ff. de liber. & posth. Soc. Sen. d. consil. 47. num. 36. vers. Ad quæ clarè respondeo vol. 4. Dec. d. cons. 150. num. 5 ita ergo, & d cons. 257 num 9 vers. Quinto non obstat, & consil. 557 num. 14. Ruin. d. cons. 165 num. 4. vers. Confirmatur ista opinio vol. 5. Crott. in d. § & quid si tantum num. 179. versic. Quartus, & vltimus, & num. 180. Soc. Iun. d. cons. 100. num. 30. & d. cons. 121. num. 19. vol. 2. Couar. in d tit. de sponsal. part. 2 cap. 8. §. 8. num. 19. Roll. d. consil. 88. num. 35 vol. 1. Peregr. consil. 16. num. 21 vol. 5. Lup. d. comm. 3. §. 3. num. 42. vers. Quæ opinio, & vers. Sed ista argumentatio*; Quamobrem, legitimatio dicitur donum, seu liberalitas, & munificentia Principis † *in*
144 *§. sit igitur licentia, vers. vt in vno, Auth. quib. mod. nat. eff. leg. coll. 5. & §. illud, vers. Si verò is, & §. pen. Auth quib. mod. nat. eff. sui coll 7. Auth. item sine C. de natu. lib. & à Bald. in d. l. 1. num. 2. C. de iur. aur. anul in l. 2. in fi. C. si quid in frau & patr. & consil. 67. num. 4. versic. item legitimatio vol. 1 Barba d. cons. 34. num. 10 vol. 2. Dec. d. cons. 150. num. 1. vers Quarto Paris. d. consil. 1. num. 51. vol. 2. Soc. Iun. d consil. 95. num 83. vol. 3. Decia. consil. 19. num. 14. vol. 1. Pereg. de fideicommiss. d art. 23. nu 22. & d cons. 16. num. 21. volum. 5.* Quod igitur dicimus, ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis operari suam vim in omnibus bonis vbicunque sitis, procedit in ijs, quæ continent actum priuatorum, non etiam in ijs, quæ continent actum superioris. Et ratio diuersitatis est, quia priuatus, tamquàm Dominus potest de bonis suis pro suo arbitrio disponere, vbicunque ea sita sint, dummodo disponat in personam capacem, *ut diximus supra num. 22.* At Princeps non potest suam iurisdictionem, & authoritatem exercere, nisi pro bonis in suo dominio existentibus, *ut diximus in hoc cap quest. 2. nu. 9.* Quo fit, vt licet adoptio, tamquàm actus priuati vim suam operetur in omnibus bonis, vbicunque sitis; non tamen eam operari possit legitimatio ex Principis rescripto, & authoritate facta, *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Ad tertium denique respondeo, legitimationem, licet in multis arrogationi comparetur, ac potissimum in eo, quod vtraque fit ex rescripto Principis, in eo tamen ab illa differ-
145 re, † quod legitimatio est actus Principis, *ut supra dictum est*, arrogatio verò est actus patris: Non enim et Princeps, qui arrogat filium, sed pater, licet ex authoritate Principis *l. 2. l. si paterfam. 15. § fi. l. nec ei, 17. ff. de adopt. §. 1. inst. eod. l. 2. C. eod. Et in specie declarat Ruin. d. consil. 165 num. 3. vol. 5.* Quo fit, vt, licet arrogatio facta ex authoritate illius Principis, cuius iurisdictioni personæ sunt subiectæ, trahatur ad omnia bona, vbicunque sita, tamquàm actus patris, qui liberè potest de bonis suis disponere, non tamen ad ea trahi debeat legitimatio, tamquàm actus Principis, qui non, nisi pro bonis in sua ditione existentibus iurisdictionalem actum exercere potest, *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Hæc autem vera sunt, vt procedant primo, non solum, si tractetur de exclusione, & sic præiudicio illorum, qui non sunt suppositi iurisdictioni legitimantis, vt sunt subditi alieni, sed etiam, si tractetur de exclusione subditorum: nam ne in eorum quidem præiudicium trahetur legitimatio ad bona
146 sita extra territorium legitimantis, † *vt rectè scripsit Ang. d. cons. 350. num. 10. vers. in contrarium, licet non determinet, & fuit de mente omnium, quos retulimus supra num. 140. & seqq. dum indistinctè loquuntur*: scilicet, quia potestas habilitandi incapacem ad succedendum, aut excludendi vocatum ex dispositione iuris communis, non debet in proposito æstimari ex personis, vtrum scilicet sint subditæ iurisdictioni Principis habilitantis, seu excludentis, sed ex rebus, quia in bonis alienę dictioni subiectis nemo potest, aut habilitando, aut excludendo Iurisdictionem exercere, *ut latè ostendimus in hoc cap. q. 2. nu. 9. & seqq.*

Secundò procedunt, etiamsi tractemus de bonis, aut iuribus, quæ sunt, aut exercentur intra districtum legitimantis,
147 sed non pertinent ad ipsius iurisdictionem; † quia paria sũt, aliquid esse extra territorium, vel esse exemptum à iurisdi-
148 ctione, † *ut not. in ca. 1. de priuil. in 6. & scribunt Ang. cons. 233. nu. 2. Ias. in l. fi. num. 5. & ibi Cagn. num. 13. ff. de iurisd. Sol in tr. de alien. bon. mul gl. 2. nu 27. Surd. cons. 63 num. 31.* Vnde infertur, si Princeps Sęcularis legitimet subditum suum, talem legitimationem non trahi ad feuda Ecclesię, sita intra fines ditionis legitimantis, † *Ita enim scribunt Bald. in d. l. eam quam.* 149
14 nu. 28. vers. ex his apparet C. de fideic. & cons. 214. nu. 1. vers. & quod dixi vol. 2. & cons. 129. nu. 2. vol. 3. Aluaro. in cap. 1. §. naturales, n. 13. vers. quæro, an Imperator si de feud. fuer. contro. Castr. consil. 202. num. 1. vol. 2. Affl. decis. 386. num. 3. Ias. cons. 70. col. 3. versic. circa secundum, vol. 3. Ruin. cons. 158. num. 14. vol. 1. Paris. consil. 1. num. 121. vol. 2. Rip. in d cap. 2 numer. 9. de Iudic Purp. consil. 92. num 21. Decian. consil. 90. num. 14. versic. Tertiò vol. 2. Pereg de fideic. d. artic. 23. nu. 11. nec ad emphyteusim Ecclesiasticam, † *ut tradunt Ang. d. cons 402. num. 1 in* 150
prin. & versic Non obstat & nu. 3 Ruin. d. cons. 158. nu. 14. vol. 1. & cons. 86, nu. 8. vol. 3. Rip in d. cap. 2 num. 9. de iudic. Decia. d. cons. 90. nu. 16. vol. 2. Surd. d. cons. 1. num. 75. Peregr. de fideic d. artic. 23 num. 11. nec operari, quoad spiritualia, dignitates & munera Ecclesiastica, † *ut docent gl. in cap. 1. in verb. diuisis* 151
Imperialis iudicio prouinciis 10. destin. in cap. si officia, in verb. quis. 59. destin. & in cap. un. in verb tale 101. destin. Bart. in d. l. qui in prouincia. 57. §. Diuus, nu. 1. ff. de rit. nupt. in auth. ex complexu, num. 5. C. de incest nupt. & in §. tribus, num 9. Auth. quib mod. nat eff. sui, coll. 7. Bald d. cons. 306. num. 1. vol. 2. Ang. d. consil. 350. num. 6. vers. & hoc, quod habilis, Alex. in l sed, si hac. 10. §. patronum, num. 6. ff de in ius voc. Abb in d cap. per venerabilem, num. 23. vers. Indubitatum est, & num. 26. qui fil. sint leg. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & uxorem nomine Adelasiam num 198. Crott. in d. § & quid, si tantùm, num. 176. Dec. d cons. 52 num. 1. Ruin d. cons. 86. num. 7. vol. 3. Soc. Sen. d. consil. 47. num. 36. vers. fatetur tamen, vol. 4 Rip in d. cap. 2. num. 9. de Iudic. Couar. in d tit. de sponsal. part. 2. cap. 8 §. 8. num. 18. Pereg. de fideic. d. artic. 23. num. 10. Lup. d. comm. 3. §. 3. num. 27. quoniam hæc omnia fuerũt exẽpta à iurisdictione Principis Sęcularis, & pertinent ad iurisdictionem Ecclesiæ *cap. 1. 10. destin. cap. 1. 96. destin. cap. lator. qui fil. sint leg. cap tuam, de ordin. cogn.*

Hinc inferunt nonnulli, filium Sacerdotis, seu Clerici non posse à Principe Sęculari legitimari, vt ius succedendi in bonis paternis consequatur † *vt Soc. Sen cons. 65. num. 4 vers. sed* 152
præmissis, vol. 3. Barbat cons. 58 num. 5. vers. & præmitto, & nu. 14 vol. 2. Curt. Iun. cons. 84. num. 7. & seqq. & consil 136. num. 8. Paris cons. 2. num 22. & seqq. & in fi. vol. 2. vbi ait, hanc esse veriorem. Rip. in d. cap. 2. num. 9. de iudic. Soc. Iun. d. cons. 100. n. 19. vol. 2. Men cons. 181. num. 21. vbi testatur hanc opinionem esse magis receptam, quia, cum ea sint exempta à iurisdictione Principis Sęcularis † *cap similiter 16. qu. 1. cap. Ecclesia S Mariæ & ibi Abb. num. 7. de constit.* Consequens est, vt quoad ea legitimatio nihil operari possit, *ex ijs, quæ supra diximus, & in his terminis arguunt Soc. Sen. d. cons. 65 num. 6. vol. 3. Rip. in d. cap. 2. num 9. de iudic. Soc. Iun. d. cons. 100. num. 19 vol. 2. Men. d. consil. 181. num. 21.* Denique, cum talis legitimatio fieri non possit sine consensu patris, qui in proposito interuenire nequit, cum pater, tamquam Clericus non possit in Laicum consentire † *cap. si diligenti, 12 & cap. significasti 18. de foro compet.* & iurisdictionem eius etiam voluntariam prorogare, 153 154
† *ut scribunt Dec. d. cons. 150. num. 5 vers. Secundo non obstat, Ruin. d cons. 165 num. 3. vol. 5. Paris. d. cons. 2. nu. 24. & 25. vol. 2.* 155
Qua ratione fit, vt non possit emancipare filium suum coram Iudice Laico, † *vt scribunt Curt. Iun d cons. 84 num. 7 in* 156
fi. Crott. in d. § & quid si tantum, num. 180. Rip. in d. cap. 2. nu. 9. in fi. de Iudic. Roll. d. consil 21. volum. 4. Consequens est, ut à Principe Sęculari fieri non possit, *vt in his terminis arguunt Soc. Sen d. consil. 65. num. 5. vol. 3. Curt. Iun. d consil. 84. num. 8. Paris. dict. consil. 2 num. 24. volum. 2. Soc. Iun. d consil. 100. num. 19. vol. 2.*

Verum his non obstantibus, verius, & receptius est filium Sacerdotis, aut alterius Clerici posse à Principe Sęculari legitimari, non solum, quoad honores, & munera ciuilia, sed etiã, quoad ius succedendi in bonis patris, † *Ita enim censuerunt* 157
Bald. in l. & si contra, 6 num. 4. versic. Sed, nunquid C de nupt & d. consil. 306. num. 1. vers. Primùm dubium, vol. 2. Calder. d. cons. 3. num. 3 vers. Imò plus dicit, tit. qui fil. sint leg. Castr. in l. si quis posthumos, 9. in prin. num. 3. ff. de lib. & post. Soc. Sen. in d. l. Gallus. 29. § forsitan, nu. 7. in fi. ff. de lib. & post. vbi refert ita fuisse Florentiæ iudicatum, & d. cons. 47. num. 29 vers. Nam, si esset, & num. 36. in prin. & vers. Et pro hac opinione, vol. 4. Dec. d. cons. 150. num. 6. vers. hinc est, & cõs. 257. num. 9. vers. Quintò

Ruin.consil.67.nu 4.vol.3.& conf.167.num.4.versic. Quinimò, vol.5.Crott.in d.§.& quid si tantùm, num. 179. *versic Quartus.& vltimus. Paris.consil.8.num.19.vol. 2. Alciat. consil.* 73. *num.11.lib.9.Couar.in d.tit.de Sponsal.par.2.c.8.§.8.nu. 19 vbi testatur hanc esse communem Roll.d.consil.12.num.* 34.60. *& 63.vers.Sed vlterius,& nu.64 vol.4. Andr.Fach.lib.3.controu. c.59.Lup.d.comm 3.§.3 num.42 Et fuit etiam de mente Castr. conf.102.num.3.vol.2.* Quod. vt tempore Iustiniani indubitatum erat, *vti constat ex §.illud, vers.si quis ergo. Auth.quib. mod.nat.eff.sui coll.7.* ita etiam hodie procedere, conuincitur ea ratione,quia,aut consideramus personam , quæ natalibus restituitur,& cum ea sit Laica,& per consequentias subiecta Principi Sęculari,Consequens est, vt in eam possit Princeps iurisdictionem suam exercere , *vt in his terminis considerant Soc.Sen.d.conf.65.n 4.in fi.vol.3 Couar in d.tit.de Sponsal. par 2.cap 8.§.8.n.19 Roll.d.consil 12.nu.63.vers.Sed vlterius, vol. 4. Andr.Fach.d.lib.3.contr.c.59.Lup.d.comm.3.§.3.n.42. vers. Quæ opinio,* Aut verò consideramus bona , in quæ legitimatus debet succedere,& cum ea sint temporalia , & per consequentias supposita iurisdictioni Principis Sęcularis , non obstante,quod sint Clerici, *vt mox ostendemus* , sequitur Principem etiam in ea iurisdictionem exercere posse, *vt considerant Bald.d.consil.306.num.1.versic.Primum dubium , vol. 2. Calderin.d.consil.3 num.3 in fi. qui fil.sint leg. & omnes supra num proximo allegati.*

Neque obstat, quod bona Ecclesiasticorum sint exempta
158 à iurisdictione Principis Sęcularis, † quia respondeo , id procedere,si bona sint Ecclesiæ, aut ex ipsorum redditibus acquisita . Quamobrem,quoad ea non valebit legitimatio, *vt Roll.d.conf.12.num.63.in fi.vol,4.* Ceterum , si sint Patrimonialia,verius est,non censeri exempta,*vt ait Alcia.conf.5. nu. 25.vers.quod non extenderetur lib.4.* ideoque etiam ad ea trahi legitimationem à Principe Sęculari factam.*Ita in specie respondet Lup.d.comm,3.§.3.nu.42. versic. Quid argumentum , Et est de mente omnium, quos retulimus supra num.157.*

Non obstat,quod eodem iure censeantur, quo bona Ec-
159 clesiæ † *cap Ecclesiarum seruos,12.q.2 cap.similiter.16.q.1.ca. Ecclesia S.Mariæ.10.vbi gl.in verb. personis Ecclesiasticis , de constit.gl.in c.fin.in verb.suis facultatibus , de vit. & hon. cler. Roll.d.consil.12.num.60.& 64.vol.4.*quia id verum est,quoad protectionem,& priuilegia,non etiam,quoad iurisdictionem *vt in specie declarant Soc Sen.d.consil.47.num.36.uersic.facit, vol.4. Andr Fach d lib.3 contro cap.59.*

Denique non obstat,quod pater , tamquàm clericus non
160 possit in Laicum consentire, † eaque ratione non possit ex eiusdem authoritate voluntarium etiam actum facere , quia respondeo id procedere in consensu. qui respicit actum proprium ipsius clerici,non etiam in eo,qui respicit actum alienum:nam alienis actibus non prohibentur clerici etiam corã Iudice Laico consentirę Itaque, si tractemus de adoptione , vel emancipationę filij quoniam hi actus sunt patris non iudicis.*vt diximus supra* verùm est,non posse à clerico fieri coram Iudice Laico,sed tantùm coram Iudice Ecclesiastico, *ut supra dictum est.* Ceterum, si tractemus de legitimatione , quæ dicitur actus Principis non patris,*vt diximus supra num.* 144. verius est,posse à Laico fieri etiam cum consensu Clerici. *Ita distinguendo respondent Soc.Sen in d.l.Gallus.29.§.forsitan n.7.ff.de lib.& posth.& d.conf.47.n.36. uers. ad quæ clarè respondeo,uol.4.Crott.in d.§ & quid si tantum,num.179. uersic. Quartus.& ultimus Ruin.d.consil.165.nu.2.& 4. uersic. Confirmatur ista opinio,vol.5.Dec.d consil.150.num.5. uersic. non obstant,Rip.in d.cap.2,num 9.in fi.de iudic.Roll.d conf.12. nu. 63.uersic.Sed ulterius,uol.4.Lup.d.comm.3.§.3.nu.42.uers.Sed ista argumentatio,* scilicet, quia talis consensus non consideratur, vt quid principale,sed, vt quid accessorium : nã principale censetur id, ex quo legitimationis actus in esse deducitur,vel per modum agentis, vt est voluntas Principis legitimantis, vel per modum patientis,vt est consensus filij,qui legitimatur . At patris consensus neutro modo considerari potest,quia pater,nec legitimat,nec legitimatur, sed consentit actui alieno,& sic venit ad actum accessoriè,ideoque non
161 debet attendi,quia actus tribuitur facienti,† non consentienti, cum aliud sit facere, aliud facienti consentire, *l.aliud est uendere. 121.ff.de reg.iur. Et in his terminis declarant Crott. in d.§.& quid si tantum, num.179.uers.Quartus , & ultimus Dec d.cons.150.num.5.vers.Non obstant,& d cons.257 nu. 10. Ruin.d.cons.165.nu.4.versic.Confirmatur ista opinio,vol.5.Lup. d.comm.3.§.3.num.42.vers.Sed ista argumentatio.*

Ex his intelligimus,verissimum esse,quod initio diximus , legitimationem ex Principis rescripto factam tribuere quidem ius succedendi in bonis sitis in territorio ipsius legitimantis;sed non trahi ad ea,quæ in aliorum Principum ditionibus existunt : † Hoc enim generale est in omnibus legiti- 162
mationibus, siuè fiant in territorio legitimantis , siuè etiam extra territorium,& siuè ab eo. qui iurisdictionem habet restrictam,& limitatam,siuè à S.P. vel Imperatore,& siuè post mortem patris,siuè ad eius instantiam,nec solùm si legitimetur non subditus, sed etiam, si subditus, *ut latè ostendimus in casibus præcedentibus .*

Sanè vno casu valebit legitimatio,& tribuet ius succedendi etiam in bonis alibi existentibus, si nempè fiat cum consensu illius principis cui bona subsunt, † *vt scribunt Soc. Iun.* 163
conf.142.nu 3 & seqq.& nu.9.uol.1.Boss.in tit.de princip.n.183. Lup.d.comm.3.§.3 num 35. Hoc enim est, quod tàm frequenter dicimus,non valere legitimationem,nisi fiat cum consensu seu licentia Principis cui bona subsunt,*vti videre est apud Ias.d cons.70.col.1.vers.Sed istis non obstantibus & col.2. versic. item communis,vol.3.Soc.Iun.d.conf.100.nu.6.10.& 27.vol.2. Ceph.d.consil.23.num.76.& seqq Roll.d consil.88. numer.26.& 36.uolum.1.Bursat consil. 433. num. 6.* scilicèt quia Principis consensus omnem læsionis , & iniuriæ causam excludit, cum volenti, & consentienti iniuria non fiat, *ut diximus supra num.*18. Quamobrem cum tali consensu poterit in terris Principum Sęcularium fieri legitimatio,non solum ex authoritate Imperatoris,sed etiam ex authoritate S. P. *d.cap.per venerabilem , versic Insuper , & ib. Abb.numer.25 qui fil sint leg.* Et contra in terris Ecclesiæ , aut Principum ab Ecclesia inuestitorum ex authoritate Imperatoris. *ut scribunt Alcia. d.cons.17.num 3.lib.4. Paul. Lanc. inter consil.ult.uol d. consil. 176 num.27.versic.Maximè uol.1.vbi ait , ita omnes DD. indubitanter tenere,Mantic.de con.ult.uol d.lib.11.tit.10.nu 45. versic Scribit etiam* , adeò, vt etiamsi clericus in Sacris constitutus à Principe Sęculari legitimetur , valida sit, quoad omnes effectus legitimatio,si de S.P. consensu fiat, †*ut scribit* 164
Lup.d.comm.3.§.3 num.41. in fi.

Planè, qualis debeat esse hic consensus, †dubitari solet: 165
Quidam enim putant,sufficere consensum tacitum , & tolerantiam,seu dissimulationem Principis,in cuius ditione legitimatio fit, *ut de legitimatione , quæ fit in statu Veneto loquens scribit Pereg.de fideic.d.artic.23.num.18.& conf.84 nu. 28.uol. 1.conf.8 num.17.uol 2.conf.15 num. 5. & consil.17.nu.4.vol.4. consil 16.nu.32.& cons.17 num.4.uol.5.* Sed alij probabilius dixerunt,requiri consensum expressum, † *vt Ruin.cons 66. nu.* 166
*14.vol.3.Lup.d.comm.3.§.3.nu.35.vers.& in tali casu,*quia in iis,quę de iure fieri prohibentur (vt prohibetur in alieno statu iurisdictioni exercitium) permissio requiritur,*tit.inst.quib. non est perm.fac.test.§.permissum,inst.de tutel.*& sic actus positiuus,non autem intellectus,aut præsumptus.

Hunc autem consensum non solent Principes præstare , quando legitimatio per modum contentiosæ iurisdictionis , vt euenit, cum fit post mortem patris, aut tractatur de excludendis iis, qui in bonis paternis ius aliquod habent , aut spem probabilem,& sic agitur de præiudicio tertij;nam,quia eo casu necessaria est citatio illorum , quibus fieret præiudicium,*ut diximus supra n 16.*& res non,nisi causa cognita potest expediri, † ideò non solent Principes permittere , vt ab 167
aliis hoc fiat,quàm à propriis iudicibus . At , quoties legitimatio fit per modum iurisdictionis voluntariæ,vt euenit,cũ fit ad instantiam patris, & tractatur de successione illorum bonorum quæ sunt in libera ipsius dispositione,quia non est necessaria citatio agnatorum , aut cognatorum,*ut diximus supra num.*27. ideò solent Principes facillimè permittere, vt etiam ab aliis, puta à Comitibus Palatinis legitimatio fiat .
† Quamobrem ad hoc respicientes dicimus, legitimationem 168
ex Imperiali authoritate factam valere,si sit facta ad instantiam patris , & cum consensu illius Principis,cui personæ,& bona subsunt,†*vti videre est apud Alex.conf.11.nu.11,uol. 7.* 169
vbi testatur hanc esse communem opinionem,& Alc.conf 17.n.3. lib.4.Roll.d.conf.88.num.36 uol.1.& sic, si duo prædicta concurrant,aliàs non valere,*vt in specie scribunt Decian consil.90.*

num.21.verſ.attamen, *vol.2.& Roll.d.conſ.88.num.36 vol.1.*
non, quia Principis conſenſus non ſufficiat, etiamſi patris
voluntas non interueniat, ſed, quia Principes, vt plurimum,
non, niſi eo caſu conſentire ſolent.

Quinimo plerique Principes tollendæ dubitationis gra-
tia, &, ne viderentur diſſimulando conſentire, & permittere,
vt Comites Palatini abſolutè poſſent in ſuo ſtatu legitima-
re, & voluntariam iuriſdictionem exercere, ſpecialiter con-
ſtitutione promulgata cauerunt, ne liceat eis id facere, niſi
170 prius impetrata licentia, vt in Ducatu Mediolani, † *ſicuti*
referunt Barba.d.conſ.58.nu.8.verſ.Et ideò,& nu.12.verſ. Ad
hoc facile vol.2.Boſſ.in d.tit.de Princip.nu.184.Burſa.cons.433.
nu.5. vel, ne liceat, niſi legitimatio fiat ad inſtantiam patris,
171 & ſine alterius præiudicio, vt in ſtatu Veneto, † *ſicuti refert*
Pereg.cons.112.in ſubſcriptione, vol.3.& conſ.15.num.5.vol.4.
Sed ſi vellent, quin etiam in his caſibus permittere poſſent,
nulla eſt dubitatio. Et hæc de legitimatione.

S V M M A R I V M.

1 *Tutoris datio iuriſdictionis eſt, & num.3. Declara, ut num.2.*

4 *Tutor non poteſt dari, niſi ei, qui eſt ſuppoſitus iuriſdictioni dantis.*

5 *Tutor datus à Iudice non poteſt adminiſtrare bona ſita extra territorium dantis; Sed contra nu.10.& cur.num.11. Declara, ut n.18.& ſeqq.*

6 *Tutor poteſt ſe excuſare ab adminiſtratione bonorum, quæ ſunt alibi ſita, Declara, ut num.8.*

7 *Excuſatio non eſt Tutori neceſſaria, quoties datio non valet.*

9 *Tutor teſtamentarius poteſt adminiſtrare bona vbicunque ſita, ſed non tutor datiuus, ſed contra, nu.10.*

12 *Tutor datur perſonæ, non rebus.*

13 *Tutor datur etiam rebus, Declara, ut n.14.& 15.*

16 *Declaratur l.propter litem.24.§.licet, ff.de excu.tutor.*

17 *Declaratur l.non ſolùm.12.§.&, qui in teſtamento, ff.de excu.tutor.*

18 *Tutor datur pupillo ſubiecto, vel ratione originis, vel ratione domicilij.*

19 *Tutores à diuerſis Iudicibus competentibus dati, cenſentur dati pro bonis ſitis in territorio dantis, & cur, num.20.*

21 *Tutor poteſt dari à Iudice cuiuſque loci, ſi pupillus habeat bona in diuerſis territorijs.*

22 *Tutor à Iudice datus debet adminiſtrare bona etiam alibi ſita, niſi ibi de alio Tutore fuerit prouiſum.*

23 *Tutorem dare poteſt Iudex pro bonis tantùm ſitis in ſuo territorio.*

24 *Tutor, ſi detur tantùm pro bonis ſitis in territorio dantis, debet alius; aut Tutor, aut Curator dari à Iudice, ubi bona ſita ſunt.*

25 *Tutor ſimpliciter datus cenſetur datus vniuerſo patrimonio, etiam ſi bona ſint extra territorium dantis.*

26 *Tutor ſi ſe excuſet ab adminiſtratione bonorum ſitorum in alieno territorio, dandus erit pro iis bonis alius Tutor, aut Curator.*

27 *Tutor ſi nominatim ſit datus à Iudice etiam pro bonis ſitis in alieno territorio, non valet datio, Sed contra, num.28.& cur, num.29.*

30 *Tutor dari poteſt, etiam ab eo, cuius iuriſdictioni ſunt ſubiecta bona, licet pupillus non ſit ſubditus, Sed contra, numer.31.*

32 *Curator datur principaliter rebus.*

33 *Iudex, ſub cuius territorio ſita ſunt bona pupilli, poteſt dare Curatorem, etiamſi pupillus non ſit ſubditus.*

34 *Declaratur l.1.C.vbi pet.tutor.*

35 *Tutor datus à Iudice originis, vel domicilij poteſt adminiſtrare bona ſita in alieno territorio.*

36 *Tutor vnus, ſi ſit datus à Iudice originis, alter verò à Iudice domicilij, quis eorum debeat adminiſtrare bona ſita in alieno territorio, & nu.37.*

An, & quando Tutoris datio porrigatur ad bona ſita extra territorium dantis.

Q V Æ S T I O V.

QVartum exemplum afferri poteſt in tutela datiua: Nã,
quia tutoris datio iuriſdictionis eſt, † *vt ſcribũt Io.Iuuen.* 1
in l.imperium.3.n.28.ff.de iuriſd.Eduar.in apolog. Egrim.Ba-
ron.aduer Gouea.fo.9 & Donell lib.17.comm.cap.8. non qui-
dem eius, quæ competit iure magiſtratus, ſed eius, quę ſpecia-
liter tribuitur † *l.muto.6.§.tutoris datio, ff.de tut.& cur.dat.* 2
ab his & nos oſtendimus in tract.de mand.iuriſ.cap.8.q.3.nu.7.
& ſeqq. & ſic iuriſdictionis in genere, non in ſpecie ſumptæ,
ut oſtendimus ibi nu.53. Qua ratione dicimus † ad Iuſdicentis 3
officium pertinere, tutores pupillis dare *l.1.ff.de iuriſd.* tuto-
rem ab eo dari, cuius de ea re iuriſdictio eſt *l.3.ff.de poſtul.* &
dari à Præfecto vrbis, vel à Prætore ſecundùm ſuam iuriſdi-
ctionem *§ ſed hoc iure, inſt.de Attil.tuto.* Denique non poſſe
dari, niſi ei, qui eſt ſuppoſitus iuriſdictioni dantis † *l.neque à* 4
Præſide.5.C.qui dar.tut.poſſ l.1.in fi l.ius dandi.3.l.Diuus.24.in
fi ff.de tut.& cur dat ab his, Et ſcribũt gl in l etiam.10.in verb.
municeps ff.de tutel.Bart.in l.1 in prin & ibi Angel nu.1.verſ.
Sed lectura, C.vbi pet tut.Bart.in l.1.nu.5.& in l.pupillo.27.n.1.
ff.de tut.& cur.Alex.cons.44.num.17.verſ.in tutore verò vol.5.
Ruin cons.48.nu.4.vers.Et iſtam opinionem,& cons.49.num.5.
verſ.in tutore verò vol.3. Ideò (ſecundùm aliquos) fit, vt, quo-
ties tutor à Magiſtratu datur, valeat quidem datio, quoad
bona ſita in territorio dantis, ſed non, quoad ſita in alieno
territorio, & ſic, vt, quoad ea ius accreſcendi ceſſet. † *Ita* 5
enim cenſuerunt Hugo. quem refert, & ſequitur gl.in d.l.1.in
verb.vbi morantur C.vbi pet.tut.gl.in l.non ſolùm,12.§.& qui in
teſtamento in glo.1.ff.de excuſ.in tut.Bart.in §.datus, inſt.de
excu.tut.Iaſ.in addit.ad Fort.in §.item Rom.5 poſt num.5.inſt.
eod.Martin.Laud.inter conſil.crim.diuerſ.conſ.58.nu.18.vol.1.
Quamobrem legimus, tutorem ab eo dari, ſub cuius territo-
rio bona ſita ſunt *in d.l.1.C.ubi pet.tut.* &, ſi pupillus habeat
bona in diuerſis territorijs, vnumquemque Iudicẽ dare tuto-
rem, puta Prætorem rerum, quæ ſunt Romæ, Præſidem ve-
rò rerum prouincialium, *ut in l.pupillo,27 ff.de tut & cur.* aut
certè eundem tutorem conſtitui à Prætore, & Præſide, quo-
ties bona ſub vtriuſque iuriſdictione ſita pupillus habet, *ut*
in l.iuriſperitos.33.§.cum oriundus, ff.de excu.tut.

Nec obſtare videtur, quod alibi dicitur, tutorem eius pu-
pilli, qui habet bona in diuerſis territorijs, poſſe ſe excuſare
ab adminiſtratione eorum bonorum, quæ non ſunt ſita in
loco, vbi pupillus moratur, & ideo pro ijs bonis, vel alium
tutorem, vel certè curatorem dandum eſſe à Iudice compe-
tente, † *l.non ſolùm.12.§.&, qui in teſtamento l.illud.22.l.prop-* 6
ter litem.24.§.licet & l.fi.§ fi.ff.de excu.tuto.& l.2.C.eod. quæ
res oſtendere videtur, dationem etiam reſpectu bonorum,
quæ alibi ſita ſunt valere, ſcilicet, quia, ſi eſſet nulla, non eſſet
neceſſaria excuſatio, † *l.ſcire.15.§.qui non iuſtè, ff.de excu.tut.* 7
ut argumẽt Bart.in d.l.pupillo.27.num.1.verſ.Si igitur, ff.de
tuto.& cur.Bald.conſ.439.num.4.verſ.Sed ibi loquuntur vol.4.
quia videtur hoc accipiendum † de tutore teſtamentario, nõ 8
etiam de datiuo: Nam tutor teſtamento datus ideo ſe excu-
ſare debet, quia valet datio, non ſolùm reſpectu bonorum,
quæ ſita ſunt in territorio, in quo teſtator morabatur, ſed
etiam reſpectu bonorum alibi exiſtentium, ſcilicet, quia hu-
iuſmodi datio non pendet à iuriſdictione, ſed à poteſtate, &
voluntate teſtatoris, quæ, tamquàm lex vbique vim ſuam
operatur. At tutor datus à Iudice ideò non debet ab admi-
ſtratione bonorum alibi exiſtentium ſe excuſare, quia reſpe-
ctu eorum non valet datio, propterea quod pendet à iuriſdi-
ctione, quæ, tamquàm territorio limitata non operatur ſuam
vim in bonis alibi ſitis. † *Et ita in ſpecie diſtinguendo declarat* 9
gl.in d.l.non ſolũ.12.§.&, qui in teſtamẽto in gl.1.ff.de excu.tuto.

Verùm hæc ſententia meritò fuit ab alijs communiter re-
probata, quia verius eſt, tutorem datum ab eo Magiſtratu,
cuius iuriſdictioni ſubiecta eſt perſona pupilli, cenſeri da-
tum vniuerſo patrimonio, & ſic, non ſolùm ijs bonis, quæ
ſunt ſita in territorio dantis, ſed etiam ijs, quæ alibi ſita
ſunt, &, niſi ſe excuſet, omnium adminiſtrationem ſuſcipe-

Secundus verò casus est, quando pupillus, qui habet bona in duobus territorijs, non est subiectus iurisdictioni vtriusq; Iudicis, sed tantùm vnius. Et tunc, licet Hugo. censuerit, non solùm eum posse dare tutorem, cuius iurisdictioni subiecta est persona pupilli, sed etiam eum, sub cuius territorio bona
30 sita sunt, licet ei pupillus non subsit, † motus *d.l.* 1. *C. vbi pet. tut.* quæ vult, tutorem, aut curatorem posse dari, vel à Iudice originis, aut domicilij, vel ab eo, sub cuius iurisdictione bona sita sunt. Verius tamen, & receptius est, solùm Iudicem, qui pupillum habet sub sua iurisdictione posse dare tutorē, *per ea quæ diximus supra num.* 4. *&* 11. & ita datum posse ad-
31 ministrare bona etiam alibi sita; † *Ita enim censuerunt omnes, quos retulimus supra num.* 10. *Et in specie Ang. in d.l.* 1. *n.* 1. *vers. Ex prædictis apparet, C. vbi pet. tut. vbi ait, opinionē Azo. esse ipsam veritatem.* Planè hoc etiam verum est, & apud omnes in confesso, posse Iudicem loci, in quo bona sita sunt, dare curatorem, etiam si persona non sit ei subdita, quia cu-
32 rator datur principaliter rebus, non personæ, † *l. in copulandis* 8. *Cod. de nupt.* quæ res operabitur, vt tutor ab alio datus non possit sese intromittere in administrare bonorum alibi
33 existentium. † *Et ita in specie declarant Bart. in d. l. pupillo.* 27. *num.* 1. *vers. Dico etiam, ff. de tut. & cur. Bald. in d.l.* 1. *nu.* 1. *C. vbi pet. tut. Castr. cons.* 352. *numer.* 2. *vol.* 1. *Alex. d. consil.* 44. *num.* 17. *vol.* 5. Nec obstat *l.* 1. *C. vbi pet. tut.* quia, quatenus loquitur de Iudice loci, vbi bona sita sunt, ita debet intelligi,
34 vt, si habeat etiam personam pupilli subiectam, saltem ratione originis, possit dare tutorem, aliàs non, nisi curatorem, *per ea, quæ supra diximus.* Et ita eam intelligunt omnes, *& in specie declarat Bald. ibi num.* 1.

Tertius, & vltimus casus est, quando pupillus, qui duorum Iudicum iurisdictioni subiectus est, vnius scilicet respectu originis alterius verò respectu domicilij habet etiam bona sita in territorio Iudicis, qui nullam in persona pupilli iurisdictionem habet, Et in hoc casu magna inter veteres nata est controuersia, quis eorum tutorem vtiliter dare possit, Et, cum in his propriè terminis dissentirent Hugo, & Azo *quos retulimus supra nu.* 5. *&* 10. obtinuit tandem sententia Azonis existimantis, Iudicem, cuius iurisdictioni, non pupillus, sed bona sunt supposita, posse quidem, si velit, dare curatorem, *secundum ea, quæ diximus supra num.* 33. sed non tutorem, quia, cum tutor detur personæ, Consequens est, vt ab eo tantùm dari possit, qui pupillum habet suæ iurisdictioni subiectum, *vt diximus supra num.* 4. Esse igitur tutorem dandum, vel à Iudice originis, vel à Iudice domicilij, & ita datum habiturum administrationem bonorum etiam alibi existentium, nisi à Iudice bonorum fuerit curator con-
35 stitutus, † *secundùm ea, quæ diximus. Ita in specie declarant Bart. in d.l. pupillo* 27. *num.* 1. *ff. de tut. & cur. Ang. in dict. l.* 1. *num.* 1. *vers. Ex prædictis apparet Cod. vbi pet. tutor. vbi ait, hanc opinionem communiter approbari.* Planè, si, tàm Iudex originis, quàm Iudex domicilij det tutorem, & quæramus, vter ex tutoribus debeat administrare bona alibi sita, puta-
36 rim eos communiter administrare debere, † quia, cum vterque sit vtiliter tutor datus, & ad vniuersum patrimonium datus, intelligatur, Consequens est, vt necessariò sit inter eos inducendus concursus, qui communionem operatur, Nisi (quod erit consultius) tollendæ dubitationis gratia, Iudex loci, vbi bona sita sunt, alterutri bonorum administrationem decernat, quod eum facere posse, non puto dubitan-
37 dum, † *prout in specie declarat Ang. in d. l.* 1. *num.* 1. *versic. Et ex hoc infero, C. vbi pet. tut. vbi ita Hugo. intelligit.* Et his quidem modis ius accrescendi cessat ex defectu potestatis, cum de causa legis loquimur.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi lege, vel statuto tolli potest, & cur, numer.* 2.
3 *Lex Papia sustulit ius accrescendi.*
4 *Lege, vel statuto caueri potest, vt portio vacans non accrescat instituto, seu vocato.*
5 *Lege, vel statuto caueri potest, vt ea, de quibus testator non disposuit, non accrescant institutis, sed pertineant ad venientes ab intestato.*

An ius accrescendi lege, vel statuto tolli possit.

Q V Æ S T I O VI.

Ex defectu verò voluntatis tunc cessat ius accrescendi, cum id lege, vel statuto sublatum est, quod, quin fieri possit, non est dubitandum. † *Ita enim scribunt Bald. in l.* 1. 1
num. 19. *vers. Sed hic quæro C. de Summ. Trin. Decia. consil.* 61. *num.* 41. *vol.* 2. *Cran. cons.* 706. *nu.* 10. *vers.* 6. *circa fin. Et est de mente eorum quos referemus infra n.* 4. *&* 5. *Quemadmodum, & eorum, quos referemus in qu.* 7. *& seqq. vsque ad q.* 15. *nam eo ipso, quod scribunt, per taxationem, seu limitationem, aut aliam dispositionem à lege, vel statuto factam cessare ius accrescendi, haud dubiè supponunt legem vel statutum posse tollere ius accrescendi*: Nam, † cum principaliter lege sit introdu- 2
ctum, *vt ostendimus in* 2. *cap. q.* 2. *num.* 45. Consequens est, vt contraria lege, vel statuto tolli possit: Nihil enim tàm naturale est, quàm vnumquodque dissolui eo genere, quo colligatum est *l. nihil tàm naturale* 36. *ff. de reg. iur. l. prout.* 80. *ff. de solut.* Quamobrem & olim sublatum fuit lege Papia, † *l. vn.* 3
§. 1. *Cod. de cad. toll. Vlpia tit.* 24. *in §.* 6. *si duobus, Et scribunt Bald. nouell. in l. cum filiosfam.* 11. 59. *ff. de leg. primo Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. in l. testamento* 6. *Cod. de impub. & al. subst. in tit. Cod quand. non pet. part. & lib.* 12. *obs. cap.* 11. *Hoto in epito. tit. ff. de vsufr. accr. num.* 16. *& nos latius ostendemus in hoc cap. quæst.* 8. *num.* 4. *& seqq.* Et, si hodie lege, vel statuto caueatur, vt portio vacans non accrescat, dubium non est, quin valeat dispositio, † *vt scribit Claud. Tort.* 4
in l. vn. num. 6. *Cod quand. non pet. part.* Quemadmodum, &, si caueatur, vt ea, de quibus testator non disposuit, non accrescant institutis, sed pertineant ad venientes ab intestato, † *vt* 5
docet Pereg. cons. 145. *num.* 3. *vol.* 5. *Et est de mente eorum qui scribunt lege, vel statuto fieri posse, vt quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, quos retulimus in* 5. *cap. quæst.* 41. *numer.* 15.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi, quando censeatur lege, vel statuto sublatum.*
2 *Ius accrescendi, non solum expressè, sed etiam tacitè potest à lege, vel statuto tolli.*
3 *Ius accrescendi, quando censeatur expressè sublatum lege, vel statuto.*
4 *Ius accrescendi, quando censeatur tacitè sublatum lege, vel statuto.*

Quando ius accrescendi censeatur lege, vel statuto sublatum.

Q V Æ S T I O VII.

Hinc de illo dubitari potest, quando ius accrescendi censeatur lege, vel statuto sublatum. Constat autem toties id euenire, quoties, aut ex verbis, aut ex coniecturis apparet, talem fuisse mentem disponentium: † Nam hoc ius 1
non solùm expressè, sed etiam tacitè lege, vel statuto tolli potest, † *vt docet Decia. consil.* 61. *num.* 41. *vol.* 2. Expressè, 2
quoties id nominatim cauetur, † puta statuitur, vt portio 3
vacans non accrescat, *secundùm ea quæ diximus in quæst. præced. num.* 4. *&* 5. Tacitè verò, quoties id deducitur a dispositione legis, aut statuti, vel per antecedens, vel per consequens necessarium, † Per antecedens, quando lex, aut statutum 4
disponit de parte vacante, *vt dicemus in quæst. seq. num.* 1. *& seqq.* Per consequens verò necessarium, quando tollit ipsius iuris accrescendi causam, *vt dicemus in quæst.* 9. *nu.* 1. *& seqq.* vel taxat, aut limitat alicuius portionem, *secundum ea, quæ dicemus in q.* 10. *&* 4. *seqq.* de quibus singulis modis separatim nobis erit in hoc loco dispiciendum.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi censetur sublatum, si lex, aut statutum disponat de parte vacante, & cur, num.* 2.

3 Por-

3 *Portio tunc demum accrescit, cum de ea non est à lege dispositum.*
4 *Lex Papia faciebat partem caducam.*
5 *Lex Papia quomodo censeatur ius accrescendi sustulisse.*
6 *Declaratur Vlpianus tit.24.inst.§.si duobus,& num.41.*
7 *Caduca quæ.*
8 *Caduca propter bella ciuilia introducta.*
9 *Lex Iulia cur introducta.*
10 *Lex Iulia de vicesima hæreditatum.*
11 *Lex Iulia de centesima rerum venalium.*
12 *Lex Iulia de caducis.*
13 *Lex Iulia de maritandis ordinibus.*
14 *Lex Papia fuit ab Augusto lata.*
15 *Lex Papia introduxit præmia patrum.*
16 *Declaratur l.vn.in princ C.de cad.toll.*
17 *Caduca introducta Lege Iulia.*
18 *Pleb.scita, quo iure parem cum legibus habere cœperint potestatem.*
19 *Caduca cur introducta.*
20 *Caduca Fisco deferebantur.*
21 *Caduca interdum deferebantur populo.*
22 *Caduca interdum deferebantur ciuitati.*
23 *Caduca interdum deferebantur legioni.*
24 *Declaratur l quid ergo 4.§.eodem,ff. de fideic. libert.*
25 *Caduca interdum vindicabantur a coniuncto propter liberos.*
26 *Declaratur l. si in testamento 5.ff. de vulg.*
27 *Lex Papia seruabat ius antiquum liberis, & parentibus vsque ad tertium gradum.*
28 *Princeps legibus caducarijs erat solutus.*
29 *Caduca cessabant in vsufructu,& cur,nu.30.& seqq.*
31 *Vsusfructus non venit in confiscationem, & cur, numer.32. & seqq.*
32 *Vsusfructus sine sui interitu à persona separari non potest.*
33 *Vsusfructus finitur maxima & media capitis diminutione, & cur num.34.*
35 *Vsusfructus sine persona consistere non potest.*
36 *Caduca cessabant facta substitutione, & cur, numer.38. & seq.*
37 *Declaratur l.vnic. in princip. versic. Sed & ipsis, Cod. de cad. toll.*
40 *Coniunctus re præferebatur fisco venienti per ius caduci, & cur, num.42.*
43 *Caduca cessabant in successionibus, quæ ab intestato deferuntur.*
44 *Lex Papia de caducis hodie sublata.*
45 *Relictum contra dispositionem l.hac edictali.6. C.in princ.C. de sec.nupt applicatur filijs primi matrimonij.*
46 *Ius accrescendi cessat in eo, quod relinquitur contra dispositionem l.hac edictali 6 Cod de sec.nupt. & cur,numer.47. & seq.*
51 *Relictum contra dispositionem l. hac edictali 6. Cod. de sec. nupt. si repudietur à coniuge, non applicatur filijs primi matrimonij. Sed contra,n.52. & cur,n.53.*
54 *Relictum non videri, quod est repudiatum, qualiter intelligatur.*
55 *Relictum contra dispositionem l. hac edictali 6.Cod. de sec. nupt. accrescit coniuncto, si coniux ante diem cedentem moriatur.*
56 *Ius accrescendi cessat in eo, quod à nubente intra annum luctus relinquitur secundo viro vltra tertiam lege definitam, & cur.*
57 *Relictum à nubente intra annum luctus supra tertiam lege definitam manet apud hæredem, Sed contra,num.58.*
59 *Declaratur l,1.C.de sec.nupt.& num.seqq.*
62 *Ius accrescendi cessat in eo, quod à viris in dignitate constitutis relinquitur filijs susceptis ex vxore vili, Sed hodie contra,num.63.*
64 *Tutor amittit legatum sibi relictum à patre pupilli,si se excuset à tutela.*
65 *Portio legata tutori, qui se excusat accrescit coniuncto, & cur,num.66.*
67 *Portio legata ei, qui celauit testamentum, non accrescit coniuncto,& cur,num.68.*
69 *Portio indigni non accrescit coniuncto, & cur.*
70 *Portio relicta spurio non accrescit coniuncto, Sed contra, numer.71.*
72 *Portio relicta naturali supra vnciam extantibus legitimis an accrescat coniuncto.*
73 *Portio fœmina statuto exclusæ contemplatione masculi applicatur ipsi masculo, non autem alijs accrescit.*
74 *Portio filijfam. repudiantis non accrescit coniuncto, & cur, num.75.*

An, & quando lex, aut statutum de parte vacante disponendo censeatur tollere ius accrescendi.

QVÆSTIO VIII.

PRimùm igitur, si lex, aut statutum disponat de parte vacante, puta certis eam deferat personis, dubium non est, quin eo modo censeatur tacitè, & per necessarium antecedens ius accrescendi sustulisse, † scilicet, quia illa dispositio 1
est, veluti quædam substitutio a lege facta, quæ tamquàm expressa excludit ius accrescendi, quod est substitutio tacita,
† *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap q.20.num.1 & seqq. Et* 2
in his terminis considerant Decia,consil.61,nu.39 & 42.vol.2. Men.consil.50 num.14. Hinc dicimus, partem vacantem ita demum accrescere, si de ea non sit a lege dispositum, *vti videre est apud Bart in l.pater filium.14. num.8.versic. præterea, ff. de inoff.test. Fabia in Auth nouissima,nu.214.C.eod. Franch. decis.63 num.8. Decia.d.consil.61.n.39.vol.2.* Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primùm in lege Papia, quæ partem non capientis olim
faciebat caducam, † *l.vn.§.1.C.de cad.toll.Vlpia.tit.1 inst.§.in-* 4
ter medias,& tit.24.§. si duobus,& scribunt Vaco. à Vacu lib.4 declar.iur.ciuil.declar.62.nu.5, Duar.lib.1.de iur accr.cap.10. Ant.Cont lib.1.dispu. iur.ciuil cap.1.Forcat. in Necyo. dialog. 87.num.2.Cuiac.in not.ad tit.8.inst.Vlp. & in l. si duobus 16.in princ. ff. de leg primo Hotom epito tit. ff de vsufr.accr. num.16. Petr.Fab.in l non videtur 51.ff. de reg.iur. Ant.Fab.lib.3.con-
iect.cap.16. Nam,quia, † hoc modo de ea disponebat, subro- 5
gando fiscum in locum deficientis, *vt ait Vlpia d.tit.1. inst §. inter medias,* & eum coniuncto præferendo, *vt scribit Cuiac. in d.l. si duobus 16.in princ.ff. de leg.primo*, ideò per necessarium antecedens credita fuit ius accrescendi sustulisse. *secundum ea, quæ supra diximus, Et in his terminis cõsiderat Cuiac. in d.l.vn.§.his ita definitis, C. de cad.toll.* Quod significat Vlpianus *d tit.24.inst.§. si duobus*, dum, *si duobus*, inquit, *eadem res per vindicationem legata sit*, & paulo post, *non concurrente altero pars eius alteri accrescebat, sed post legem Papiã Poppæam non capientis pars caduca fit*: Nam his verbis ostendit,
† post legem Papiam non potuisse partem vacantem con- 6
iuncto accrescere, quia lex eam faciebat caducam, idest, fisco deferebat.

Et sanè iure vetere non erant in vsu caduca, sed partes deficientium, vel accrescebant coniuncto, vel remanebant in hæreditate, vel destituto testamento ad venientes ab intestato pertinebant. Sed Augusti temporibus, introductis caducis ius antiquum mutatum est, & constitutum, vt, quod quis sibi testamento relictum, ita, vt iure ciuili capere posset, aliqua ex causa non cepisset, quasi ab eo cecidisset, fisco ad-
diceretur, † *vt post Vlp tit.17.inst. in princ. scribunt Ant. Cont.* 7
d.lib.1.dispu.iur. ciuil.cap.1.Cuiac.in d.l.vn.in princ. C.de cad. toll.Forca.in Necyo d.dial.87 nu.2.Balduin.ad tit. ff. de his, quæ pro non scriptis hab.post tit. inst. de adempt.legat.numer.6.Petr. Fab.in d.l.non videtur 51.ff.de reg.iur. Cuius rei introducen-
dæ causam constat ex bellis ciuilibus processisse, † *l.2.§.so-* 8
lum, C.de vet.iur.enucl.d.l.vn in prin.C de cad.toll.& scribunt Bald Nou.in l.cum filiofam.11.num.59.ff.de leg. primo Alcia. lib.3.dispun.cap.6.Vaco à Vacu.lib.4.decla.iur ciuil.decl.62.n.5 Ant Cont.d.lib.1.dispu iur ciu.capit.1. Duar.lib.1.de iur.accr. cap.10.Coras lib.2.miscell.cap.23.nu.9.Balduin.ad d. tit. ff. de his,quæ pro non scrip. hab. sub tit.instit.de adempt.legat.num.8. Nam, cùm exhaustum esset ærarium, & Vrbs ciuibus exinanita, Augustus locupletandi fisci, replendæque Ciuitatis gratia legem Iuliam rogauit multa capita continentem, omnia ferè ad id vnum relata, vt ærarium pecunijs, & ciuitas hominibus repleretur, † vt sunt illa, de vicesima hæreditatum, 9

† *de*

10 † *de qua fit mentio in l. vlt. in princ. C. de ed. Diu. Hadr. toll. & tractant Alcia lib. 3. dispunct. cap. 6. Coras. d. lib. 2. Miscell. c. 23. num. 10. Ant. Gou. dict. d. hereditatum computationi 68. ff. ad l. Fal. Forcat. in Necyo. dial. 22. num. 1. Menoc. de adipsc. poss. remed. 4. num. 2. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. & in not. ad lib. 4. sent. Paul. tit. 6. Et accipiendæ sunt l. 2. C. de transact. l. filiusfa. 117. §. Diui 2. ff. de leg. primo. si credimus Cuiac. lib. 9. obs. cap. 24. & in not. ad d. lib. 4. sent. Paul. tit. 6.* De centesima
11 rerum venalium, † *apud Tacit. lib. 1. Annal.* De caducis,
12 *l. quidam 99. §. quoties. ff. de leg. primo. & apud Vlp. tit. 28. instit.*
13 De maritandis ordinibus † *l. 1. §. liberta, ff. vnd. vir. & vx. l. adigere 6. §. vlt. ff. de iur. patro. & apud Vlp. tit. 11. inst. Sueto. in Augusto cap. 34. Apul. in 2. apolog. Alex. ab Alex. lib. 4. Genial. dier. cap. 1. & ibi Tiraq. in lit. G. & cap. 8.* & similia. Mox senior factus, vt ærarium magis augeret, & ciues ad sobolem procreandam acrius incitaret, M. Papio, & Q. Poppæo Con-
14 sulibus eandem repetijt materiam, rogata lege Papia, † *cap. quædam 2. destin. & scribunt Alcia. d. lib. 3. dispunct. cap. 3. & 6. Coras. d. lib. 2. miscell. cap. 23. num. 9. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. Conna. lib. 8. comm. iur. ciuil. cap. 1. num. 7. Brisso. de iur. connu. fo. 554. Ant. Aug. lib. 3. emend. capit. 8. Ant. Cont. dict. lib. 1. dispu. iur. ciu. capit. 1. Forca. in Necyo. dial. 87. nu. 2. Men. de adip. poss. d. remed. 4. num. 2. Baldu. ad d. tit. ff. de his, quæ pro non scrip. hab. sub tit. inst. de adempt. legat. nu. 8.* quæ præmia
15 patrum introduxit, † *d. cap. quædam secunda distin. Brisso. de iur. connu. d. fo. 554.* cœlibum pœnas, & caducorum materiã auxit. Vnde Tacitus lib. 3. *Relatum deinde est*, inquit, *de moderanda Papia Poppæa, quam Senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat, nec ideò coniugia, & educationes liberorum frequentabantur præualida orbitate*, & paulo post, *Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus quæ triumuiratu iusserat, aboleuit deditque iura, quis pace, & Principe vteremur. acriora ex eo vincla inditi custodes, & lege Papia Poppæa præmijs inducti, vt, si à priuilegijs parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret*, & Cassiodorus lib. 1. Tripart. capit. 9. *Cæterum*, inquit, *has leges prisci Romani posuerunt frequentatam hominibus Romam, & illius subdita ditioni fore arbitrantes propterea quod non multum ante plurimos in bellis intestinis amisissent*; Et hoc est, quod significat Iustinianus, *in dict. l. vn. in princ. C. de cad. toll.* dum ait, *Et nomen, & materiam caducorum ex bellis ortam, & auctam ciuilibus, quæ in se Popu-*
16 *lus Romanus mouebat*: Ortam enim dixit, † propter legem Iuliam, auctam verò propter legem Papiam, Ex quo intelligimus caduca re vera fuisse introducta lege Iulia, & eadem
17 lege fisco deferri consueuisse, † *d. l. quidam 99. §. quoties, ff. de leg. primo, & scribunt Duar. dict. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Cuiac. in not. ad tit. 17. inst. Vlp. tit. 28. inst.* Sed, quia lex Papia eandem repetijt, auxitque materiam, ideò factum est, vt lege Papia fieri dicantur, *in ijs locis, quos retulimus supra n. 4.* quod moris esset, vt ea, quæ prioribus legibus fuerant inducta, adscriberentur posterioribus, quæ eandem materiam repetijssent, vt legi Hortensiæ adscriptum legimus, quod prius induxerat lex Horatia, vt scilicet plebiscita parem cum legibus
18 haberent potestatem, † *l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iur. § plebiscitum, inst. de iur. nat.* Hinc etiam intelligimus, caduca non aliam ob causam fuisse introducta, quam, vt publicum
19 ærarium augeretur, † *ex Tacit. d. lib. 3. Bald. Nou. in d. l. cum filiofam. 11. nu. 59. ff. de leg. primo. Alcia. d. lib. 3. dispunct. cap. 6. Conna. lib. 8. comm. cap. 1. nu. 7. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. num. 9. Balduin. ad d. tit. ff. de his, quæ pro non scrips. hab. sub tit. inst. de adempt. leg. numer. 8. Ant. Cont. d. lib. 1. dispu. iur. ciuil. cap. 1. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de*
20 *cad. toll.* Quamobrem, vel fisco deferebantur † *l. item veniunt 22. § ait Senatus, ff. de pet. hered. d. l. quidam 99. §. quoties ff. de leg. primo l. recusare 6. §. si fisco, ff. ad Treb. & scribunt Vlp. dict. tit. 17. inst. §. hodie, Bald. Nouell. in d. l. cum filiofam. 11. num. 59. ff. de leg. primo Mynsi. in §. si eadem. numer. 16. inst. de leg. Bern. Vnals. lib. 2. Miscell. cap. 13. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. capit. 10. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. num. 10. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. & in not. ad d. tit. 17. inst. Vlp. Forcat. in Necyo. dict. dial. 87. num. 2. Hoto. in epito. d. tit. ff. de vsufr. accr. nu. 16. Petr. Fab. in d. l. non videtur 51. ff. de reg. iur. Ant. Fab. lib. 3. coniect. cap. 16. & nos etiam diximus in 17. cap. q. 24. nu. 40.* vel popu-
21 lo, † *vti constat ex Vlp. tit. 28. inst. § intestati, & ex Tacit. dict. lib. 3.* Sanè interdum deferebantur alijs, puta ciuitati si hoc ei speciali priuilegio fuerat indultum † *d. l. item veniunt 22. §. ait Senatus, in fin. de pet. hered.* vel legioni, si à milite bona ceciderint † *l. si quis filio 6. § irritum, vers. quod, si qui radio. ff. de inoff. rupt. & l. quid ergo 4. §. eadem, ff. de fideic. lib. vbi* † *recte legitur in Pand. Flor. caducis legionis, vt Hoto lib. 8. obs. cap. 8. & alijs visum est malè verò quidam reponunt, caducarijs legibus, vt Cuiac. in not. ad tit. 28 instit. Vlp. in verb. ex lege Iulia caducaria.* Denique si coniunctus habuisset liberos, poterat vindicare caducum, non iure antiquo, idest, iure accrescendi, sed per legem Papiam, quæ hoc illi veluti præmium liberorum indulgebat, † *vti constat ex Vlp. tit. 25. inst. § si quis in fraudem, & scribunt Conna. lib. 8. comm. cap. 1. nu. 6. in fin. Ant. Conca. in l. si in testamento 5. n. 2. ff. de Vulga. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 1.* Ad quod respiciens Iuuen. Sat. 9. 22 23 24 25

Iura parentis habes, inquit, *propter me scriberis hæres*
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Et hoc est, quod innuunt illa verba, *cum hoc commodum lege competit*, quæ leguntur *in l. si is, qui duos 30. ff. de lib. leg.* & significat Caius *in d. l. si in testamento 5. ff. de vulg.* dum ait, *neque interesse iure institutionis quisque ex maiore parte hæres factus esset, an, quia per legem alteram alicuius partem vindicasset*: nam per legem alteram vindicare partem is dicebatur, † qui, cum iura parentis haberet, per legem Papiam 26
vindicabat partem deficientis, quam alioquin lex Iulia quasi caducam fisco detulisset, *vt diximus in 2. cap. q. 1. nu. 23. & in cap. 7. quæst. 24. num. 40.*

Interdum tamen cessabant leges caducariæ, & ius antiquum locum obtinebat.

Primùm enim liberis, & parentibus testatoris vsque ad tertium gradum seruauit lex Papia ius antiquum, quod huiusmodi personis suum imponere iugum erubuerit † *d. l. vn.* 27
§. 1. vers. Et cum lex C. de cad. toll. & scribunt Vlp. tit. 27 inst. §. hodie, & tit. 18. Fab. Acoromb. in l. hæredes mei 57. §. cum ita, num. 28. ff. ad Trebell. Ant. Cont. d. lib. 1. dispu. iur. ciuil. capit. 1. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. nu. 10. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Cuiac. ad l. si filius hæres 16. ff. de lib. & post. tract. 4. ad Aphrica. & in not. ad tit. 18. inst. Vlpia. Quamobrem hi dicebantur capere partem vacantem iure antiquo *l. Celsus 29. §. vlt. ff. de l. 2.* idest eo iure, quod ante legem Papiam obtinebat, *vt diximus in secundo cap. q. 1. n. 28.*

Secundo verò Princeps legibus caducarijs solutus erat † *l.* 28
Princeps 30. ff. de legib. quam de legibus caducarijs esse accipiẽdam constat ex eius inscriptione & docet Cuiac. lib. 15 obs. c. 30. Quamobrem & in eo ius antiquum seruabatur.

Tertio cessabant leges caducariæ in legato vsusfructus,
† *secundum Cuiac. ad l. si Titio 33. in princ. ff. de vsufr. in 17. lib. q. Papin.* quia † inanis esset proprietas, si vsusfructus transiret in fiscum, quippè, qui nunquam moritur, nunquam capite minuitur, *vt ibi Cuiac. ait*. Qua ratione dicimus vsumfructum non venire in confiscationem, † *vti videre est apud Bald. in l. 1. num. 4 C. de bon. lib. Alex. cons. 23. n. 8. & 13. vol. 1. Men. cons. 223. num. 12. & 13. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. n. 73. & 116.* Quamquam, & alia fuerit translationis impediendæ ratio ab vsusfructus natura ducta, scilicet, quia vsusfructus sine sui interitu non potest ab ijs separari, quibus relictus est, & in alios transferri † *l. si vsusfructus 67. ff. de iur. dot. § item finitur inst. de vsufr.* Quamobrem finitur maxima, & media capitis diminutione † *l. corruptionem. 16. Cod. de vsufruct.* quia † per eam debet vsusfructus, à damnati persona separari, & in fiscum transferri, quæ res sine ipsius intentu fieri non potest, *vt declarat Pereg. d. lib. 5. tit. 1. nu. 116.* Denique vsusfructus non potest consistere sine persona † *l. vsusfructus 26. ff. de stip. seruo.* quam verè fiscus non habet. 29 30 31 32 33 34 35

Quarto cessabant leges caducariæ, si testator aliquem deficienti vulgariter substituisset, † Quod significat Iustinianus *in d. l. vn. in princ. verbis. Sed & ipsis C. de cad. toll.* dum *Sed & ipsis testamentorum conditoribus sic grauissima caducorum obseruatio visa est*, inquit, *vt & substitutiones introducerent, ne fiant caduca, & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent, vias recludẽtes, quas lex Papia posuit in caducis*: Non enim significat, † substitutiones fuisse occasione legis Papiæ introductas, quia constat earum vsum fuisse antiquissimum, & ex eodem iure, à quo & institutiones profluxerunt, idest, ex 12. tab. descendisse *l. verbis legis 120 ff. de verb. signif.* 36 37

sed

sed significat, occasione legis Papiæ testatores induxisse substitutiones idest, consueuisse in testamentis vulgariter substituere, & huiusmodi substitutiones frequentare, vt legis Papiæ vim, atque dispositionem effugerent, & hoc modo supponit, substitutum consueuisse excludere fiscum venientem per ius caduci. Quod & duplicem rationem habet, vna
38 est, quia † fiscus, quasi in coniuncti locum subrogatus idem, quod ille fuisset antiquo iure consecutus, obtinebat. Atqui antiquo iure non fuisset coniunctus partem deficientis consecutus existente substituto, quippe, qui coniunctum excludit, *vt latè, ostendemus in hoc cap. qu. 20, num. 1.* Nec igitur
39 eā poterat obtinere fiscus. Altera verò ratio est, quia † propositum legis Papiæ fuit illud tantùm fisco lucrum deferre, quod ex dispositione legis, non etiam, quod ex dispositione testatoris proueniebat, ne alioquin videretur morientibus liberam de bonis suis disponendi facultatem auferre. Cū igitur lucrum, quod quis ex substitutione consequitur, nō proueniat ex dispositione legis, sed ex dispositione testatoris Consequens fuit, vt non potuerit censeri lege Papia sublatum, & in fiscum translatum.

Quintò cessabant leges caducariæ existente re coniuncto,
40 quippè qui & ipse fisco præferebatur, † *vt scribit Cuiac lib. 24. obseru cap. 34.* & non obscurè probat Vlpiani locus *in tit. 24. inst. § si duobus*, vbi, *si duobus eadem res per vindicationem legata sit*, inquit, *si quidem disiunctim, singulis insolidum debetur, si verò coniunctim, veluti, Titio, & Seio hominem Stichum do lego, iure ciuili concursu partes fiebant, non concurrente altero pars eius alteri adcrescebat: Sed post legem Papiam non capientis caduca fit*: Nam his verbis ostendit, † magnam in hac
41 re fuisse differentiam inter coniunctos, & disiunctos, quia tunc ait partem deficientis fieri consueuisse ex dispositione legis Papiæ caducam, cum loquitur de coniunctis nō etiam, cum de disiunctis. Itaque hoc modo significat, diuersum in hac re ius inter eos obtinuisse: Quod etiam ratione pro-
42 batur: Nam † lex Papia non sustulit id, quod ex dispositione testatoris expressa deferebatur, sed tantùm id, quod deferebatur, ex dispositione legis, & sic per ius accrescendi, quod veluti quoddam legitimum lucrum est. Quamobrem cessabat lex Papia, cum testator expressim aliquem deficienti substituerat, *vt supra dictum est*. Sed, vt disiunctus totum retineat non concurrente disiuncto fit ex dispositione legis, sed ex dispositione testatoris, qui expressim, & palàm solidū illi assignauit *d. l. vn. §. sin verò non omnes C. de cad toll.* Non debuit igitur id censeri lex Papia sustulisse.

Sexto demum cessabant leges caducariæ in hæreditati-
43 bus, quæ ab intestato deferuntur, † *vt scribunt Cuiac. lib. 12. obser. cap 11. & Hoto in Epito tit. ff. de vsufr. accr. nu. 16.* ideo que in ijs ius antiquum seruabatur *l. si ex pluribus 9. ff. de suis & legit. Paul. lib. 4. sent. tit. 8. §. vlt. & nos diximus in 2. cap. quæst 1, num. 22.*

Sed hodie sublatis Constitutione Iustiniani caducis *in dict. l. vn. C. de cad toll.* manet ius antiquum, & portio hæreditatis, vel legati vacans, non fisco; sed coniuncto communi iure
44 vindicatur † *d. l. vn. §. pro secundo: § sin autem aliquid sub conditione, § his ita definitis, & § vbi autem legatarij C. de cad. toll. & scribunt Bald. Nou in d. l. cum filiosof. 11. num 59. ff. de leg. 1. Mynsin d. §. si eadem, nu. 16. inst. de legat. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 1 Cuiac. d. lib 24. obseru. cap. 34.*

Secundum exemplum afferri potest in vxore transeunte ad secunda vota, quæ plus reliquit secundo viro, quam vni ex filijs proprij matrimonij contra dispositionem *l. hac edictali 6. in princ C. de sec. nupt.*

Nam, quia lex applicat id, quod excedit iisdem prioris ma-
45 trimonij filijs † *d. l. hac edictali 6. in princ. uers. Sin uerò plus, & l. quoniam prætерita 9. C. de sec. nupt. §. optimè uers. Et hoc decernens, Auth. de nupt coll. 4.* & hoc modo de eo disponit, ideò eius respectu censetur per necessarium antecedēs ius accre-
46 scendi sustulisse † *secundum ea, quæ diximus supra nu. 1. & seqq.* Itaque, si, verbi gratia, Mulier, quæ vni ex filijs prioris matrimonij quinquaginta reliquit, leget secundo coniugi simul cum Titio ducenta, coniux non, nisi quinquaginta cōsequitur, & alia quinquaginta quæ ad integram aliam dimidiam supersunt, nō accrescent Titio, sed ad filios prioris ma-
47 trimonij pertinebunt, quia † licet coniux non capiat totam partem suam, sed tantùm partem partis, nihilominus coniuncto facit partem, *ex ijs, quæ diximus in 7. capit. q 40. num. 7.* 48
Denique, cum † relicti pars illi auferatur contemplatione filiorum primi matrimonij, & in recompensationem iniuriæ eis illatæ, † *vt declarat Bald. cons. 333 num. 3. vers. Sanè pœna* 49
vol. 3. Consequens est, vt illis, non Titio debeat applicari, † *ex* 50
traditis à Bald consil 401 num. 1. vers. Postmodum vol. 2. & d. cons. 333 num. 3. vers. Sanè pœna vol. 3. Et faciunt etiam ea, quæ diximus in 5. cap. q 49 num. 3.

Planè, si coniux relictum repudiarit, an Titius per ius accrescendi admitti debeat exclusis filijs prioris matrimonij, dubitari potest. Facit autem dubitationem illud, quod scribit † Baldus *in d. cons. 401. in fi, vol. 2* dùm ait, si coniux à prin- 51
cipio repudiet relictum, facere cessare dispositionem *l. hac edictali*, quia non dicitur relictum, quod est repudiatum *l. proinde 8. ff. si cert pet.*

Sed hoc non obstante mihi verius videtur, si dies relicti cessit in persona coniugis, eius repudiationem non obesse filijs prioris matrimonij † quia, cum illico ius illis fuerit quæsi- 52
tum *§ quia verò hactenus, Auth de nupt. coll. 4.* Consequens est, vt alterius repudiatione non potuerit illis auferri, † *ex* 53
traditis à Berir in d. l. hac edictali 6. in princ. vers. Si verò plus, num. 23. Quod enim dicimus non censeri relictum, quod repudiatum est, procedit, † nisi repudiatio fiat in fraudem, & 54
præiudicium alterius, cui statim ius quæsitum est, *vt diximus in 9. cap q. 8. nu. 29.* Quod, si coniux defecerit prius, quam dies relicti cedat, puta moriatur ante testatorem, tunc, quia nullum ius filijs primi matrimonij quęsitum est, ideò secundum iuris communis dispositionem putarim Titium ius accrescendi habiturum, † *ex regula, quam exposuimus in 7.* 55
cap. q. 33. num. 1.

Tertium exemplum afferri potest in muliere intra annū luctus quæ secundo viro plus tertia bonorum parte reliquit contra dispositionem *l. 1. C. de sec. nupt.* nam, quia lex applicat id quod legitimum excedit modum, certis personis, idest, ascendentibus, descendentibus, fratribus, & filijs fratrum *d. l. 1* ac eo modo de eo disponit, ideò fit, vt in eo † non possit esse 56
locus iuri accrescendi.

Nec obstat, si dicatur, imò debere accrescere coniuncto, exclusis personis ibi enumeratis, quia, cum coniunctus præferatur hæredi instituto, *vt ostendemus in 9. cap. q. 8 numer. 5.* Hæres autem institutus in eo, quod excedit tertiam, præferatur personis ibi enumeratis, † *secūdum Saly. in l. 1. C. de natu.* 57
lib. quem refert. & sequitur Corn cons. 310 numer. 18 versic. Et præterea vol. 1. Consequens videtur, vt multò magis debeat eis præferri coniunctus, ex regula, si vinco vincentem te, multò fortius te *l. de accessionibus 14. ff. de diuers & temp præscript.* quia respondeo, negando hæredem institutum personis ibi enumeratis præferri: nam verius est, quod marito supra tertiam relictum est, ad veniētes ab intestato ibi enumeratos non verò ad hæredes institutos pertinere, † *vt ostendit* 58
Io. de Garro. in d. l. 1. num. 124 Cod de sec. nupt. Ita enim apertè scribitur *in dict. l. 1.* Et dicere, verba Imperatoris esse intelligenda, si alius non sit institutus, seù vocatus ex eodem testamento, † *vt dicunt supradicti*; est mera diuinatio, † quia, si 59
hoc dicere voluisset, facilè expressisset; Quinimò ex eo, quod 60
scribit, † relicta non à marito, sed ab extraneo, accrescere co- 61
hæredibus, seù a cohæredibus vindicari *d. l. 1. vers. omnium, C. de sec. nupt. quod etiam scribitur in §. prima, si quidem, uersic. Si enim Auth. de nupt. coll. 4.* intelligimus, aliud sentire in relictis ab vxore, quia, si hoc voluisset, facilè expressisset, vt in alieno casu expressit.

Quartum exemplum afferri potest in eo, quod à viro illustri, & in dignitate constituto relinquitur filijs susceptis ex vili, & abiecta muliercula, cum qua, vel ante, vel post copulā contraxit matrimonium: nam, quia lex improbato coniugio de rebus ita relictis disponit, eas deferendo filijs ex alia coniuge legitima, & non vili susceptis, aut fratribus, vel sororibus, aut patri, vel matri, aut denique fisco *l. 1. C. de natur. lib.* ideò fit, vt per necessarium antecedens censeatur ius accrescendi sustulisse; † Sed hodie, quia huiusmodi mulieres cum 62
omnibus hominibus etiam dignitate præditis iustas nuptias contrahere possunt, *§. quia uerò legem Auth. ut lic matr. & au. coll. 8. Auth. sed nouo iure, Cod. de natur. liber.* ideò fit, vt & filijs ex eis susceptis, quasi legitimis relinqui possit, cessetque † proinde eo casu *d. l. 1. C. de natur lib.* dispositio. 63

Quintum

Quintum exemplum fit in legato coniunctim relicto Titio,& ei quem pater dedit filio tutorem, vt enim ad suscipiẽdam tutelam inuitaret: nam, si se excuset, & per consequentias à legato repellatur † *l. post legatum 5.§. ammittere, ff. de his, quib. vt ind. l. tutor petitus 31.§.1. l. Nesennius 35. l. amicissimos 39. in princ. ff. de excus. tut. l. 1.§. vlt. ff. vbi pup. edu. deb.*
64
eius portio non accrescet Titio, sed ad pupillum pertinebit,
65 † quippè, cui lex deferendo legatum † *l. pen. C. de legat.* cen-
66 setur per antecedens necessarium ius accrescendi prohibuisse, *qua de re latè diximus in 7. cap. q. 54. n. 161.*

Sextum exemplum potest afferri in eo, qui celauit testamentum: nam, licet testator coniunctim ei, & Titio legatum reliquerit, non tamen eius portio, qua priuatur, Titio accre-
67 scet, sed ad hæredem pertinebit † *dict. l. penul. Cod. de leg.* quoniam & hic vocando hæredem, censetur lex ius accrescen-
68 di sustulisse, † *secundum ea, quæ diximus in 7. capit. qu. 54. numer. 139.*

Septimum exemplum afferri potest in omnibus casibus, in quibus legatum, aut quid aliud ei, cui relictum est, vt indigno aufertur, *quos retulimus in 7. cap. q. 48. n. 1.* nam, quia tale legatum applicatur fisco, ideò fit, vt in eo ius accrescendi lo-
69 cum habere non possit. † Itaque licet indignus habeat coniunctum; eius tamen portio, non ei, sed fisco deferetur, *vt diximus in 7. cap. q. 48. num. 40.*

Octauum exemplum afferri potest in eo, quod à Patre relinquitur spurio: nam, quia (secundum aliquos) id certis personis applicatur, nempè filijs legitimis, aut fratribus, vel sororibus aut patri, vel matri, secundùm dispositionem *d. l. 1. C. de natur. liber.* quæ (secundum eos) in omnibus spurijs locum habet, *vt retulimus in 7. cap. qu. 53. num. 14.* ideò fit, vt eius re-
70 spectu ius accrescendi cesset. † Sed hæc opinio magis communiter est improbata: nam verius, & receptius est, dispositionem *d. l. 1. C. de natur. liber.* non habere locum, nisi in spurijs illustrium personarum, ideòque, quod alijs relinquitur, vel ad coniunctos per ius accrescendi pertinere, vel remane-
71 re apud hæredes, † *vt latè ostendimus in eodem 7. cap. qu. 53. nu. 15.* Idem est, &, si naturali relinquatur supra vnciam, quã ei per legem capere permittitur: nam, quod excedit, non ad legitimos defuncti hæredes, & sic venientes ab intestato, sed, vel ad coniunctum, vel ad hæredem institutum pertinebit,
72 † *vt latè ostendimus in eodem 7. cap. q. 54. n. 12.*

Nonum exemplum fit in omnibus casibus, in quibus statutum contemplatione masculorum fœminas excludit ab ea portione, quam de iure communi essent ab intestato habituræ: nam, quia censetur de huiusmodi portione saltem tacitè disponere, masculos includendo, ideò fit, vt in ea ius accre-
73 scendi cesset, † *secundum ea, quæ latè diximus in 5. cap. qu. 49. n. 1. & in cap. 9. q. 12. n. 22.*

Decimum fit exemplum in filiof. quem extraneus coniunctim cum alio vocauit ad hæreditatem, aut legatum: nã, si repudiet suam portionem, ea, non accrescet coniuncto, sed
74 ad patrem pertinebit, † *vt ostendimus in 9. capitul. quæst. 42.*
75 *numer. 500.* scilicet, quia † lex de ea disposuit eo ipso, quod cauit, vt repudiante filio perinde pater admittatur, ac, si ipse fuisset à testatore vocatus *l. fi. §. similique modo, Cod. de bon. quæ liber.*

SVMMARIVM.

1 *Lex, aut statutum tollendo iuris accrescendi causam censetur etiam ipsum ius accrescendi tollere.*
2 *Causa sublata tollitur effectus.*
3 *Ius accrescendi, quod inter cohæredes omnimodò disiunctos solet habere locum, censetur sublatum eo ipso, quod lege, vel statuto cauetur, vt possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
4 *Hæredi in re certa instituto non accrescit tota hæreditas, si lege, vel statuto cautum sit, vt possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
5 *Hæredi in re certa instituto non accrescit tota hæreditas, si lege vel statuto cautum sit, vt testamentum absque hæredis institutione valeat.*
6 *Ius accrescendi cessat inter cohæredes omnimodò disiunctos, quoties absurdum non est, quem decedere pro parte testatum & pro parte intestatum.*
7 *Portio hæreditatis, de qua testator non disposuit, non accrescit institutus, quoties absurdum non est, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum.*

An lex, aut statutum tollendo iuris accrescendi causam censeatur etiam ipsum ius accrescendi sustulisse.

QVÆSTIO IX.

Secundo verò, si lex, aut statutum tollat iuris accrescendi causam, censebitur per consequentias, & ipsum ius accrescendi sustulisse, † quia sublata causa tollitur effectus † *l. adigere 6. § quamuis. ff. de iur. patro. cap. & si Christus de iure-* 1
iur. cap. cum cessante de appellat. Exemplum sit, si lege, aut 2
statuto caueatur, vt possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod fieri posse diximus *in 5. capitul. q. 41. n. 15.* Nam hoc ipso censebitur sublatum ius accrescendi, quod inter omnimodò disiunctos cohæredes locum habet, † *vt scribit Caual. in tract. commun. contra comm. q. 214. n. 12. & seqq.* Et simili modo censebitur prohibitum, ne hære- 3
di in re certa instituto tota hæreditas accrescat, † *secundum eundem Caual. d. q. 214. nu. 12. & seqq.* quia permittendo, vt 4
possit quis de parte bonorum testari tollit lex, aut statutum causam illius iuris accrescendi, quod in supradictis casibus locum habet, *vt patet ex ijs, quæ diximus in 3. cap. q. 1. nu. 1. & cap. 5. q. 41. nu. 10. & cap. 7. q. 1. num. 15.* Idem est, & si lege caueatur, vt valeat testamentum absque hæredis institutione, vt cautum esse lege Tauri testantur Hispani: Censebitur enim eo ipso prohibitum, ne hæredi rei certæ tota hæreditas accrescat, † *vt rectè scripsit Caual. dict. quæst. 214. num. 3 & seqq. reprobata Molin. lib. 1. de primogen. Hisp. cap. 17. num. 23. contra sententiis opinione,* quia, licet id expressim lex non disponat, tacitè tamen id cauere intelligitur, eo ipso, quod permittit, vt possit quis de parte bonorum testari *secundum ea, quæ supra diximus.* Generaliter enim verum est, quoties ex dispositione legis, aut statuti non est absurdum, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, toties censeri sublatum ius accrescendi, quod habet locum inter omnimodò disiunctos cohæredes, *vt diximus in 5. cap. q. 41. nu. 8.* 5
aut respectu eius partis, de qua testator non disposuit † *vt scribit Pereg. consil. 145. n. 3. vol. 5. & clariùs patebit ex ijs, quæ de testamento militis dicemus in hoc cap. q. 21. n. 1. & seqq.* 6 7

SVMMARIVM.

1 *Lex aut statutum, si taxet, aut limitet dispositionem, censetur etiam per consequentias ius accrescendi sustulisse.*
2 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
3 *Ius accrescendi cessat in dispositionibus limitatis.*
4 *Testatum pro parte, & pro parte intestatum quem decedere absurdum non est, quando lex portionem, seù dispositionem limitauit, & cur. num. 5.*
6 *Limitatio quotupliciter censeri possit à lege, vel statuto facta.*

An, & quando per taxationem, seù limitationem à lege, vel statuto factam censeatur sublatum ius accrescendi.

QVÆSTIO X.

Tertiò demum, si lex, aut statutum taxet, seù limitet dispositionem, censebitur etiam per consequentias ius accrescendi sustulisse, † quia limitata causa limitatum produ- 1
cit effectum † *l. in agris 16. ff. de acquir. rer. demon.* Quamobrem 2
dicimus, in dispositionibus limitatis non habere locum ius accrescendi, † *vti videre est apud Bald. in l. 1. num. 10 & ibi Io. de Garro. numer. 114. Cod. sec. nupt. Ias. in dict. l. re coniuncti, num. 119. & 210. & ibi. Alciat. nu. 48. & 52. Ias. in l. qui quartam 15 in fin. n. 3. ff. de leg. 2. & cons. 61 col. 4 vers. Quintò in fin. & cõs. 72. cons. 72. col. 2. vers. Tertiò vol. 3. Cagn. in rubr. quand. non pet. part. n. 56. & in l. vn. n. 41. & ibi Gozad. n. 29. ves. Tertiò, C. eod. Purp. cons. 558. n. 31. Hug. Cels. cons. 69. nu. 3. uers. Cum quidem. Ceph. cons. 60. n. 11. & 20 Cran. cons. 766. n. 10. uers. Sextò, Surd. cons. 123. n. 23. & decis. 152. n. 5. Gratian. cap. 533. discept. for. num. 3. uol. 3.* 3

Nec

num.6.C.de testa. Mil.in d.l.si mora.19.num.7.ff.Sol.Matr.in d.l.vn.num.10.ff.si quis iussd non obt. & d.cons.61.col.4.versic. Quinto, & d.cons.72.col.2.vers.Tertio,vol.3.Rum.d.cons.86. n.4.vol.2.Duran.de art.testan.d.tit.6.caut.15.num.3.vers.Et si vsufructu, & in fin.Mantic.d lib.10.tit.3.nu.25.Men.de pras. lib.4 pras.159 num.4.Surd d.cons.123.num.21. Duar. lib.2.de
11 *iur.accr.cap.14.* quia † illa verba,pro alimentis, siuè, ad alimenta, tamquàm adiecta taxationis gratia restringunt dispositionem præcedentem, & operantur,vt legatum, quasi non habens causam reiterabilẽ ius accrescendi non recipiat, *secundum ea,quæ supra diximus*. Et hoc dato etiam, quod
12 esset relictũ pauperibus,& sic piæ causæ, † *vt scribunt Bald. in l.1.num.48.& ibi Andr.de Bessei.num 133.C.de Sacr.Eccl. Iasan d.l.re coniunctis.num 176.& ibi Rip.num.141. vers.Amplia. Alcia.num.48.Mantic.d lib.10.tit.3. num.26.Menoc.dict. pras.158.num.4.* Quinimò,licet testator non exprimeret, se relinquere pro alimentis, si tamen id tacitè ex aliqua circunstantia intelligeretur, adhuc in eo cessaret ius accrescendi,
13 † *vt declarat Rip.in d l.re coniunctis.num.142.*vt euenit in vsufructu relicto vxori,vna cum filijs: Nam,si ex coniecturis, seù præsumpta mente testatoris restringatur ad alimenta, in
14 eo cessabit ius accrescendi, † *vt diximus 6.cap qu.20.num.48.* Idem est,&, si quid annuum pauperibus relinquatur: Nam,
15 quia id tacitè censetur relictum pro alimentis † *l cum hi 8.§ in singulos,& ibi Bart.in fin.ff de transf.Bart in l.si Stichum.16. §.1.num,2.& ibi Alex.num.7. Iaf.nu.11.ff.de verb oblig. Bald. in l.antiquitas 14 num.6.C.de vsufr. & in Auth ingressi nu.19. C.de Sacr.Eccl.Rum.cons.124.num 9 vol.1.Tiraq. de iure primog q.75.num.2.Crott.in d.l.re coniunctis n.73.& ibi Rip.n 142. Pereg.d.artic.9.num.4.Surd d cons.123.nu.22. Men.cons.421. num.3.& pras.158.num.5 Morot.consil.86.num.1.* ideò fit, vt
16 in eo cesset ius accrescendi, † *vt scribunt Crott.in d. l.re coniunctis,num.73. & ibi Rip num.142. Io:Gaud.num.61.Mantic. d lib.10.tit.3 num.27.Pereg.d artic.9.num.4. Surd.d.cons 123. num.22.Men.d pras.158.num.5.*

Planè, si non pauperibus, sed alijs relictum sit annuum legatum,dubitari solet, nunquid in eo sit locus iuri accrescẽdi,maximè,si collegatarij per aliquod temporis interuallum concurrerint, & annuum perceperint legatum: Nam plerique censuerunt vno ex ijs postea deficiente non esse iuri ac-
17 crescendi locum. † *Ita enim censuerunt Rum. dict.consil.86. num.4.in fin.vol.2. Nat.cons.306.num.1.Surd.d.cons.123 n.22. & d cons.211.n.5.& Gratia cap.178. discep. for num.7 tom.1.* Mouentur autem
18 Primo, quia valet argumentum à re ad tempus † *l.miles ita 41.vers.Et,quia diximus, ff.de mil.testa.* Sed in dispositionibus taxatis, & limitatis respectu rei nõ habet locum ius accrescendi,*vt diximus supra num.5.& dicemus in hoc cap.q.14. num.1.* Nec igitur habebit locum in dispositionibus taxatis, & limitatis respectu temporis. Atqui legatum annuum dicitur taxatum,& limitatum respectu temporis,quia testator censetur illud limitare ad tempus vitæ legatarij, vltra quod
19 non progreditur, † *l. si in singulos 4.l. in singulos 8.l.Caius Seius 12.ff.de ann.leg l si stipulatus 16.§.1.ff.de verb.oblig.l legatum 10.ff.de capit.minu.* Ergo in annuo legato non habebit locum ius accrescendi.

Secundo mouetur, quia post acquisitionem semel factam cessat in legatis ius accrescendi *l.1.§ interdum, ff.de vsufruct. accr.& diximus in 7.cap.qu.59.num.13.* Cum igitur in quæstione proposita facta semel fuerit annui legati acquisitio, Consequens videtur,vt, etiamsi postea deficiat aliquis, non tamen debeat eius portio collegatario accrescere. *Ita Nat. d.consil.306.num.1.*

Tertio mouentur, quia pars extincta non potest ad con-
20 iunctum per ius accrescendi pertinere, † *vt scribunt Rum.d. cons.211.num.18.vers. Et, quod dictum*; tanquàm pars, quæ non est, & consequenter non potest alicui deferri *l. ex facto 19. ff.de hared.inst.*cum non entis nullæ sint qualitates *l.eius, qui 41.ff.si cert.pet.*Sed per mortem collegatarij censetur pars annui legati,quæ ad eum pertinebat,extincta,*vt diximus supra num.19.* Non poterit igitur ad coniunctum per ius accrescendi pertinere.

Quarto,& vltimo mouentur *l.vlt.C de legat.* vbi Iustinianus constituit, † legata, quæ ad tempus relicta sunt, finito
21 tempore redire ad hæredem, nec distinguit, vtrum adsit coniunctus, nec ne. Omnimodo igitur etiam existente coniuncto debet legatum, quod tempore finitum est, ad hæredem pertinere, *Ita Rum.d.cons.86.n.5. vol.2.*

Verùm his non obstantibus puto contrariam sententiam esse veriorem,scilicet in annuo legato regulariter habere locum ius accrescendi, siue legatarius non concurrat quod indubitatum est, siue desinat concurrere. † *Fuit hæc Sententia* 22
Crott.in dict.l.re coniunctis.num.73. & Surd sibi contrarius in d. cons.123.nu.20.vbi sustinet hanc partem, licet in additionibus contrariam postea Sententiam male sit amplexus. Quamobrem & à Viu in decis.406.n.15.pro hac parte adducitur. Idem apertius censuit Surd.cons.211.nu.19. & post eum Viu. d decis. 406.num.15.& Pereg de fideic d.art.9 n.4. dum ait opinionem contrariam non esse tutam. Quinimò huius Sententiæ fuerunt omnes,quos retulimus supra num.16.Nam,dum aiunt ideò non esse locum iuri accrescendi in annuo legato relicto pauperibus, quia censetur relictum pro alimentis tacitè fatentur,aliud esse, si factum sit diuitis,quo casu non censetur relictum pro alimentis. Probatur autem hæc Sententia

Primo, quia ius accrescendi locum habet in omnibus legatis habentibus causam reiterabilem, † *vt scribunt Bart. in* 23
d.l.re coniunct.n.42. Ant.Fum.de coniun.cap.14.n.1. & patet ex legato vsusfructus,in quo locus est iuri accrescẽdi,*l.1 in prin. & tot.tit.ff de vsufr accr.& nos diximus in sexto cap q.20 n.35* quoniam habet causam reiterabilem, † *vt scribit Ant.Fum.* 24
d.cap.14.n.1. Sed annuum legatum reiterabilem causam habet † *l.Titia 19.§.qui Marco,& ibi Bart.nu.2. ff.de ann.legat.* 25
Quid enim impedit,quominus is, qui cẽtum annua percipit, ducenta,vel etiam maiorem summam percipere possit? Habebit igitur etiam in annuo legato ius accrescendi locum.

Secundo probatur,quia legatum annuum comparatur legato vsusfructus, † *l in singulos 8.ff. de ann leg.* Sed in vsufru- 26
ctu legato locum habet ius accrescendi, siue coniunctus non concurrat,siue desinat concurrere *d l.1 §.interdum,ff de vsufruct.accr.* Ergo & in annuo legato.

Tertio probatur,quia in annuo legato subest eadem,imò maior, quam in vsufructu ratio, cur etiam post acquisitionẽ ius accrescendi locum habere debeat. † *ut considerat Viu dict.* 27
decis 406.nu.16. Nam ideò in vsufructu dicimus, etiam post acquisitionem deficiente collegatario locum habere ius accrescendi, quia vsusfructus quotidie legatur, & constituitur, *d.§.interdum,*adeò,vt tot videantur esse legata,quo anni,mẽses, dies, & ideò,licet collegatarius concurrerit ratione vsusfructus præteriti, non tamen dici potest, ratione futuri concurrisse, *ut ostendimus in septimo capit.quæst 59.numer.122.* Hæc autem ratio multò magis habet locum in annuo legato quippe,quod non censetur vnum,sed multiplex;tot enim censentur legata, quot anni, menses, dies, per quos singulos dies legati cedit † *l.si in singulos 4. l. cum in annos 11.ff. de* 28
ann.legat.l.1.§. si in annos,ff. ad l Falcid l.Senatus 35.§. fin. ff.de mort caus.donat.l.unic.in princip.ff.quand. dies usufruct. leg.ced. cum alioquin dies vsusfructus legati semel cedat † *d.* 29
l.unic.in princip.ff. quand. dies usufruct. leg. ced. Omnimodò igitur etiam in annuo legato dici potest legatarius non concurrisse respectu futurorum annorum, licet respectu præteritorum concurrerit, † *ut declarat Surd. dict. consil.123.* 30
numer.20.ubi ait, hanc rationem vix posse tolli. Sequitur Viu. dict.decis.406.numer.16. Quo fit, vt ita post acquisitionem locum habere debeat ius accrescendi in annuo legato, vt in vsufructu.

Neque obstant contraria: nam ad primum respondeo, licet annui legati pars,quæ vacat, coniuncto superuiuenti accrescat, non tamen eius legatum dici recipere incrementum respectu temporis, quia, † quoad eum non fuit limi- 31
tatum vsque ad mortem alterius collegatarij, sed tantùm vsque ad mortem propriam, & ideò, quandiù viuit, potest dici percipere legatum intra tempus sibi præfinitum; Alioquin enim sequeretur, per mortem vnius ex fructuarijs impediri ius accrescendi in persona superuiuentis, quia legatum etiam vsusfructus censetur limitatum vsque ad mortem legatariorum, & tamen certum est non impediri, quia respectu superuiuentis non censetur limitatum vsque ad mortem socij, sed vsque ad mortem suam, & ideò, quandiù viuit, dicitur percipere totum vsumfructum intra tempus sibi limitatum.

Ad

Ad secundùm verò respondeo, id procedere in legato, quod semel acquiritur, secus verò in eo, quod acquiritur quotidie, vt est legatum vsusfructus, & legatum annuum, quod illi comparatur: Nam in huiusmodi legatis locum habet ius accrescendi, etiam post acquisitionem, quia, licet censeantur acquisita respectu annorum præteritorum, non tamen censentur acquisita respectu futurorum, *vt diximus in tertio fundamento*.

Ad tertium respondeo per mortem vnius ex collegatarijs non censeri extinctam annui legati partem, quoad superuiuentem, sed tantùm, quoad decedentem, quia legatum annuum censetur vtrique relictum vsque ad propriam mortem, *secundum ea quæ supra diximus*.

Ad quartum denique respondeo primo, legem illam esse
32 intelligendam, † nisi adsit coniunctus, qui hæredi præferatur, *secundum regulam l.vn.§.in primo §. pro secundo, & §. sin autem aliquid sub conditione. C.de cad toll. de qua diximus in 5 cap.quæst.8.n 6.* Secundo respondeo, licet vnus ex legatarijs moriatur, non tamen dici finitum legatum, nec transactum tempus, quod legato finiendo præstitutum est: nam respectu superuiuentis non fuit præfinitum tempus mortis collegatarij, sed tempus mortis propriæ, *vt supra dictum est*, & ideò quandiù viuit, tandiù dici potest legatum in suo statu manere *l.1.§ idem au, ff.de vsufr.accr.*

Hinc intelligimus, ius accrescendi multò magis habere locum in legato dotis, puta si coniunctim legentur mille pro maritandis duabus puellis: nam quia tale legatum causam
33 habet reiterabilem, † cum dos, tamquàm vniuersitas augeri possit *l quod dicitur 5. ff.de impen in reb.dot fact.* ideò fit, vt in
34 eo locum habeat ius accrescendi. † *vt scribunt Ang. in d.l domimus 65.§.1 in princ ff.de vsufr. Soc.Iun.cons.72 num 5.vol.3. Mantic.d.lib.10.tit.3.n.28. Men.de præs.lib.4. præs.149.num.4. Peregr.d cons.77 num.21.vol.5.*

Nec est cõtrarium quod dos recipiat taxationem ex qua-
35 litate personarum † *cum post 70 § gener. ff.de iur dot.* ideoque non videatur admittere ius accrescendi, quia respondeo, id
36 procedere. † si do em consideremus respectu obligationis paternæ: nam pater necessariò cogitur dotem filiæ suæ constituere secundum quantitatem sui patrimonij, & qualitatem personarum, & talem censetur constituisse, si simpliciter dotẽ promittat *d.§.gener, & nos declarauimus in tract. de mand. iurisd.cap.8.q.2 num.154. versic.Nec est obscura*. Cœterùm, si eam consideremus, quatenus est ab obligatione constituendi separata, vt consideratur in iis dispositionibus, quæ voluntarie fiunt, & certam continent quantitatem, magis est, vt talem non recipiat taxationem: Quid enim impedit, quominus etiam pauperrima, & vilis conditionis puella amplissimam ex alterius dispositione, & liberalitate dotem cõsequatur? Tamquàm igitur non taxata, sed reiterabilis non debet esse iure accrescendi destituta. nisi fortè essemus in casibus, in quibus pro maritandis puellis essent diuersæ summę relictæ, puta, quia testator dixisset, lego singulis filiabus Titij mille pro eis maritandis: Nam tunc, si vna ex eis deficeret, dos eius Ceteris non accresceret, sed in hęreditate remaneret, *vt ostendimus in 5.cap.q.4.nu.6.& q.17.n.5.* quia inter eos, qui ad res diuersas vocantur, locum non habet ius accrescendi, *vt diximus in d.q 4.nu.2. & d q.17.num.5.* Et his quidem modis censetur facta limitatio ex natura rei.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi cessat, vbi potentia causæ efficientis est ad certa bona, vel certam partem limitata.*
2 *Potentia causæ efficientis vbi est limitata, limitatus quoque inducitur effectus.*
3 *Filiusfam si testetur de peculio Castrensi aut quasi Castrẽsi bona eius aduentitia non accrescunt instituto, sed pertinent ad venientes ab intestato & cur num.4.*
5 *Filiusfam testamentum facere non potest.*
6 *Filiusfam, testari potest de peculio Castrensi, aut quasi Castrensi.*
7 *Filiusfam non potest testari etiam de ijs aduentitijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus.*
8 *Filiusf si post conditum testamentum de peculio Castrensi, aut quasi, decesserit factus sui iuris, ad hæredem institutum omnia bona pertinent, & cur num.9.*
10 *Paterfam.de omnibus bonis suis testari potest.*
11 *Cessante causa imped menti, cessat & ipsum impedimentum.*
12 *Bona etiam, quæ quis se habere ignorat pertinent ad hæredem institutum in testamento, quod iure communi sustinetur.*
13 *Substituere pupillariter non potest pater arrogator, nisi in quarta, & alijs bonis à se profectis.*
14 *Substituto à patre arrogatore non accrescunt bona, quæ pupillus habuit aliunde.*
15 *Arrogati pupilli bona propria pertinent ad substitutos à patre naturali, aut venientes ab intestato.*
16 *Arrogatus impubes potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus Declara, vt num 17.*
18 *Arrogati impuberis successores vtiles tantùm actiones consequuntur.*
19 *Substitutus à patre arrogatore succedit iure ciuili, substitutus verò à patre naturali succedit iure prætorio.*
20 *Substitutus à patre naturali consequitur etiam bona patris arrogatoris deficiente substituto ab eo dato, & cur, numer.21.*
22 *Substitutio si facta sit filio furioso, tàm à patre, quàm à matre, & alter ex substitutis deficiat, alter vtriusque testatoris bona consequitur, Declara, vt numer.23. & 24.*

An, & quando ius accrescendi cesset, si potentia causæ efficientis sit à lege, vel statuto limitata.

QVÆSTIO XII.

Secundò verò potest ea lege, vel statuto censeri facta limitatio, non respectu rei, sed respectu potentiæ causæ efficientis, si nempè sit ad certa bona, vel certam partem restricta, & limitata: nam tunc respectu aliorum bonorum, vel partium ius accrescendi cessat, † quia, vbi limitata est poten- 1
tia causæ efficientis, limitatus quoque inducitur effectus, † *vt* 2
scribunt Bald.in l.sed, si plures 10.§.in arrogato versic.Hoc dicit & ibi Alex num.2. ff.de vulg.Bald.in l.1.n.14.C.de Summ. Trinit.Imol.in d.l.sed, si plures 10.§.ad substitutos, num.7 & ibi Ias num.5. Ias.consil.163.col.2.vers.Nec potest vol.2. Curt.Iun. cons.108.num.32. Ruin cons 48.nu.1.vers.Et, quia virtus vol 3 Purp.cons 527.num.32. Cagn in l fi.num.17.vers.Verum, ff. de iurisd. Andr.Gail lib.2.obseru.124.num.6. Huius rei duo possunt exempla afferri

Primum in filiofam. qui testatus est de peculio Castrensi, aut quasi Castrensi; nam, licet habeat bona aduentitia, non tamen ea accrescent hæredibus institutis, sed ad venientes ab intestato pertinebunt, si modo filiusfam. in potestate patris constitutus decesserit. † *Ita enim scripsit Corn cons.85 nu.8.* 3
& per tot vol.3. Nam, quia † potentia causæ efficientis est li- 4
mitata, scilicet, quia filiusfam. non potest testari † *l qui in po-* 5
testate 6.in princ l. filiusfam.16.in princ.& l. si filiusfam.19. ff. de testam.l. senium 13.Cod.qui testam. fac. poss.l.tam is 25.§.1. ff.de mort.caus.don.tit.instit quib non est perm. fac.test. in princ. l.1.§.exigit vers.Sed etsi filiusfam. ff.de bon poss sec.tab l.2.§. si quis decesserit, ff. vnd. legit.l.1.§.1. ff. de leg.3. nisi de peculio
Castrensi, aut quasi Castrensi † *l. filiusfam.7.in fi. ff. de do-* 6
nat l vlt.C.de inoff.testam.l.1.§.in filij quoque ff.ad Treb §.præter hoc, inst.quib.nõ est perm.fac test.l per procuratorem 89.alias est l.Paulus 90.ff.de acq.hæred.l.Senatusconsulto 8.§.vlt. ff. ad Sylla.l.3.§.dari, ff.de bon. poss.l.1.§. sed, si filiusfam. ff de bon. poss.sec tab.l.si quis filio 6.§.vlt. ff.de iniust.rupt.l.vlt C.qui test. fac.poss. adeò, vt etiamsi testetur de eo peculio aduentitio, in quo pater non habet vsumfructum, non tamen sustineatur testamentum † *l.penult. & ibi Castr num.2. Alex num.2.* 7
Ias num 2.C qui test. fac. poss. & scribunt glo.in dict.l qui in potestate 6.in verb.nihilo magis & ibi Bart.num.3. Castr. num.10 & Cuiac. ff.de testa. Imol.in l.2.§.Titio decem, n 11. ff.de donat. Port ad tit.inst.quib. non est perm. fac. test.numer.24 Couar.in rubr.de testa.par.3.num.9.& 28. Clar in §.testamentum qu.18. nu.2. Crass. in § testamentum q.23.nu.2. Thes.decis.150.nu.11. Et ex recentioribus Vigl.in princ tit.instit.quib non est perm. fac. test.num.16. Conna.lib.9 comm. iur.ciuil.cap.4.nu.5. Duar.ad tit ff.

tit. ff. de testam. cap de his, qui test. fac. poss. Donell lib. 6. comm. iur. ciuil. cap 5. Balduin. in §. 1. n. 12. inst. quib. non est perm. fac. test. Andr. Fach. lib. 5. controu iur. capit. 94. ideò fit, vt respectu aliorum bonorum ius accrescendi cesset, *secundum ea, quæ supra diximus.*

Planè, si filiusfam. post conditum de peculio Castrensi, aut quasi Castrensi testamentum sui iuris factus decesserit, quin ad hæredes institutos omnia bona pertineant, siuè sint
8 aduentitia, siue profectitia, non est dubitandum † *l. idem est. 13. ff. de mil. testa. l. hæreditate 19. §. filiusfam ff. de Castr. pecul.*
9 quia, † cum cesset tunc limitatio potentiæ, scilicet, quia, qui sui iuris factus est, tamquam paterfam. de omnibus bonis
10 suis testari potest † *l. verbis legis 120. ff. de verb. sign. §. disponat, Auth de nupt. coll. 4. §. 1. instit. de leg. Falcid.* Consequens est, vt debeat etiam cessare iuris accrescendi impedimentum a limitatione proueniens, cum cessante causa impedimenti
11 cesset, & ipsum impedimentum, † *l. & si contra 6. Cod. de nupt. cap. post translationem. 11. versic. Cæterùm de renunt. late Tiraq. in reg. cessante causa, in vers. impedimentum, num. 118.* Quamobrem eius testamentum etiam ante conditum regulabitur secundum iuris communis dispositionem, secundum quam ad hæredem etiam ex certo genere bonorum institutum vniuersa pertinet hæreditas, ne alioquin testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt diximus in 7. cap. q. 1. n. 2. & seqq.* Idque adeò verū est, vt procedat etiamsi tempore mortis ignorauerit patrē suū decessisse: nam ex testamento, quod iure communi sustinetur, pertinent ad hære-
12 des etiam ea, quæ testator se habere ignorat † *d. l. idem est 13. ff. de mil. test. d. l. hæreditate 19. §. filiusf. ff. de Castr. pecul.*

Secundum exemplum afferri potest in patre arrogatore, qui impuberi a se arrogato substituit; nam, quia substituendi potestas in eius persona fuit ad quartā debitam ex rescripto Diui Pij, & si quæ sunt alia ab eo profecta bona restricta, &
13 limitata † *l. sed, si plures §. in arrogato ff. de vulg. l si arrogator. 22. ff. de adoptio. & scribunt Bart. in dict. §. in arrogato in princ. & ibi Bald in prin. Alex. n. 1. & Cuiac. Bart. in d. l. si arrogator, n. 9. vers. Opp. septimo, & ibi Sign de Homod. n. 7. Ias. n. 33 Imol. l. in d. l. sed. si plures 10. §. ad substitutos, n. 7. & ibi Castr n. 1. & 2. Ias. nu. 4. ff. de vulg. Alex. in l. si is qui ex bonis, 6. nu. 3. ff. de eod. Nicol. Bell. ad princ. tit. inst. de pupillar n. 28 & ibi Vigl. n. 14 Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 15.* ideò fit, vt, si deficiat, qui à patre naturali fuerat eidem impuberi substitutus, aut nemo fuerit ab eo substitutus, non habeat substitutus ab arrogatore ius accrescendi respectu bonorum, quę nō sunt ab eo profecta, sed ea debeant ad legitimos pupilli successores pertine-
14 re, † *vt scribunt Bart. in l. vlt. nu. 4. ff. de acq hæred Bald. in l. si arrogator. 22. ff. de adopt. Hyer. Verr. in l. ex facto 43. n. 494. ff. de vulg & est de mente omnium, quos referemus infra num. 16.* quemadmodum pertinerent, si nemo fuisset à patre natura-
15 li substitutus † *l. causa cognita 40. ff. de vulg. dict. l. si arrogator 22. ff. de adot.* Decedet igitur in hac specie pro parte testatus,
16 & pro parte intestatus. † *secundum Bart. in l. 1. n. 36. in fi C. de Summ. Trinit. & in d. § in arrogato in princ. & n. 1. & ibi Bald. vers. in text non debere. Alex. n. 4. Bart in l. si arrogator nu. 31. vers. Decimo. & ibi Sign. de Homod. n. 23 & 24. Ang in d. l. si is, qui ex bonis 6 in princ. & ibi Imol. n. 1. Alex. n. 3. Imol. in d. §. ad substitutos n. 8 & 10. vers. in gl militem & ibi Ias n. 6. Alex. cōs. 128. nu. 2. vers. Sed ad hoc respondeo vol. 1. Corn. cons. 85 nu. 3. & 8. vol. 3. Ias in d. l. re coniuncti n. 115. Ruin. cons. 48 num. 2. vol. 3. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis secundo in tract. de subst. pupill. num. 74. De testam Hyer. Verr. in d. l. ex facto. 43. in princ. nu. 495. ff. de vulg. Nicol. Bell. in d. princip. tit. inst de pupill. nu. 28 Roll. cons. 80. n. 38. vol. 4.* non quidem ipso
17 iure, sed effectu, † vt nos verius arbitramur: Nam ipso iure magis est, vt totum pupilli patrimonium ad substitutū pertineat, & consequenter, vt pupillus in totum testatus decedat, quoniam legitimis pupilli successoribus, quemadmodum & substitutis à patre naturali non succurritur ipso iure, sed vtiliter, & vinculo cautionis, quam præstat arrogator de restituendis pupilli bonis iis, ad quos ea res pertineret, si arrogatio facta non esset *iuxta l. non aliter 18. ff. de adopt. & § cum autem instit. eod.* quo vinculo succurritur, & substituto a patre naturali, & legitimis pupilli successoribus, vt
18 ad vtiles actiones admittantur † *dict. l. causa cognita. 40. ff. de vulgar. & in specie declarant glo. ibi in substituto, Vigl. in dict. princip. tit. instit. de pupill. num. 14. Anton. Gouea. in dict. § in arrogato & ibi Cuiac.* Nec effectu differt hæc sententia a communi, quæ vult vtramque substitutionem valere, vna iure ciuili, nempè factam ab arrogatore, alteram verò iure prætorio, nempè factam a naturali, † *vti videre est apud* 19
Bart. in dict. l. si arrogator, numer. 13. versicul. Non obstat, & ibi Sign. de Homod. numer. 23. Imol. in dict. §. ad substitutos, nu. 8. vers. Nam, licet, Hyer. Verr. in d. l. ex facto, numer. 464. Nam, cum, vt diximus substitutus a patre naturali succedat vinculo cautionis, & vtiles tantùm actiones hæreditarias consequatur, fit, vt, non, nisi prætorius successor dici possit, exemplo aliorum, quibus vtiles tantùm actiones hæreditariæ conceduntur, *secundum ea, quæ diximus in sexto cap. in princip. numer. 17. & seqq.*

Planè, si contra deficiat substitutus ab arrogatore, quin substitutus a patre naturali totum (saltem vtiliter) consequatur, nulla dubitatio est, † *vt scribit Hyer. Verr. in dict. l. ex* 20
facto n. 495. vers. Secundò vbi nu 496. declarat, totum ad eum per ius non decrescendi pertinere, secundùm ea, quæ decemus infra nu. 24. † Non enim, vt in arrogatore, ita & in naturali 21
patre substituendi potestas fuit ad certa bona restricta, & limitata *d. l. sed si plures 10 §. ad substitutos ff. de vulg. Et in specie declarant Bald. in d. § in arrogato in princ. & ibi Alex. n. 3. Imol. in d. §. ad substitutos, nu. 8. & ibi Ias. nu 4. Sign. de Homod. in d l. si arrogator num. 7 & ibi Ias num. 33.*

Hinc (*secundum Bald. in l. humanitatis 9. n. 39. C. de impub. & al. subst.*) decidi potest illa quæstio, nunquid, si pater, aut mater furioso filio substituant, & (posita communi, quod vtraque substitutio valeat) alter ex substitutis deficiat, debeat alter consequi totum per ius accrescendi: Nam verius est, totum ad eum pertinere, † *vt scribit Verr. in d. l. ex facto* 22
num. 494. & duob. seqq. ff. de vulg. non quidem † iure accre- 23
scendi, quippè, quod inter venientes ex diuersis testamentis, diuersoque iure succedentes locum non habet, *vt ostendimus in 5. cap. q. 43. n. 1. & seqq* sed iure proprio, & ex natura ipsius substitutionis, quæ, quoniam ad certa bona non est restricta, ideò trahitur ad totam: Nec enim, aut patri aut matri fuit substituendi potestas ad bona tantùm propria limitata, sed simpliciter permissum est, vt possint filio furioso substituere *d. l. humanitatis, Cod. de impub. & al. subst. §. qua ratione inst. de pupill.* & ideò, siuè pater substituat, siuè mater censetur in tota furiosi hæreditate substituere; sed, quia tota hæreditas non potest ad vtrumque substitutum insolidum pertinere, ideò necessitas ipsa diuisionem, & distinctionem patrimoniorum induxit, ita, vt alter alteri concurrendo patrimonium à suo testatore relictum, & aduentitij dimidiam abstrahat. Cessante igitur hoc concursu, & alterutro deficiente retinebit alter totam furiosi hæreditatem, non quidem per ius accrescendi: Nec enim ei quicquam accrescit, quod a proprio testatore datum non sit, sed potiùs per ius retentionis, siuè (vt alij loquuntur) per ius non decrescendi,
† *secundum ea, quæ de re tantùm coniunctis diximus in 4. cap* 24
q. 2. n. 9 & in cap. 5. q. 40. nu. 15. Et ita in specie declarat Hyer. Verr. in d. l. ex facto. 43 in princ. n. 496. ff. de vulg.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi cessat, si portio vocati sit à lege, vel statuto limitata.*

2 *Patronus præteritus, qui contra tabulas bonorum possessionem agnouit, totum consequitur deficiente hærede instituto non per ius accrescendi, sed alio iure.*

3 *Portio, quæ debetur coniugi pauperi ex Auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor fuit à lege limitata.*

4 *Ius accrescendi non competit coniugi pauperi, qui quartam habet ex Auth. præterea C. vnde vir, & vxor.*

5 *Vxori à marito instituta in quarta residuum accrescit, hæredibus vniuersalibus deficientibus, & cur, num. 6.*

7 *Vxor, quæ quartam habuit ex Auth. præterea C. vnd. vir. & vx. & deficientibus omnibus agnatis, & cognatis totum consequitur, venit per ius accrescendi, Sed contra, nu. 8. & cur n. 10. Declara, vt num. 9.*

11 *Ius accrescendi non habere locum inter diuerso iure succedentes, quod dicimus, procedit iure prætorio, non ciuili, Sed contra ibi.*

12 *Quarta debita vxori pauperi ex Auth. præterea, C. vnd. vir,*

Secundus verò caſus eſt, quando pupillus, qui habet bona in duobus territorijs, non eſt ſubiectus iuriſdictioni vtriuſq; Iudicis, ſed tantùm vnius. Et tunc, licet Hugo. cenſuerit, non ſolùm eum poſſe dare tutorem, cuius iuriſdictioni ſubiecta eſt perſona pupilli, ſed etiam eum, ſub cuius territorio bona
30 ſita ſunt, licet ei pupillus non ſubſit, † motus *d.l.1.C. vbi pet. tut.* quæ vult, tutorem, aut curatorem poſſe dari, vel à Iudice originis, aut domicilij, vel ab eo, ſub cuius iuriſdictione bona ſita ſunt, Verius tamen, & receptius eſt, ſolùm Iudicem, qui pupillum habet ſub ſua iuriſdictione poſſe dare tutorẽ, *per ea quæ diximus ſupra num.4.* & 11. & ita datum poſſe ad-
31 miniſtrare bona etiam alibi ſita; † *Ita enim cenſuerunt omnes, quos retulimus ſupra num.10. Et in ſpecie Ang. in d.l.1.n.1. verſ. Ex prædictis apparet, C. vbi pet. tut. vbi ait, opinionẽ Azo. eſſe ipſam veritatem.* Planè hoc etiam verum eſt, & apud omnes in confeſſo, poſſe Iudicem loci, in quo bona ſita ſunt, dare curatorem, etiamſi perſona non ſit ei ſubdita, quia cu-
32 rator datur principaliter rebus, non perſonæ, † *l. in copulandis 8. Cod. de nupt.* quæ res operabitur, vt tutor ab alio datus non poſſit ſeſe intromittere in adminiſtrare bonorum alibi
33 exiſtentium. † *Et ita in ſpecie declarant Bart. in d.l. pupillo. 27. num.1. verſ. Dico etiam, ff. de tut. & cur. Bald. in d.l.1. nu.1. C. vbi pet. tut. Caſtr. conſ.352. numer.2. vol.1. Alex. d. conſil.44. num.17. vol.5.* Nec obſtat *l.1. C. vbi pet. tut.* quia, quatenus loquitur de Iudice loci, vbi bona ſita ſunt, ita debet intelligi,
34 vt, ſi habeat etiam perſonam pupilli ſubiectam, ſaltem ratione originis, poſſit dare tutorem, aliàs non, niſi curatorem, *per ea, quæ ſupra diximus.* Et ita eam intelligunt omnes, *& in ſpecie declarat Bald. ibi num.1.*

Tertius, & vltimus caſus eſt, quando pupillus, qui duorum Iudicum iuriſdictioni ſubiectus eſt, vnius ſcilicet reſpectu originis alterius verò reſpectu domicilij habet etiam bona ſita in territorio Iudicis, qui nullam in perſona pupilli iuriſdictionem habet, Et in hoc caſu magna inter veteres nata eſt controuerſia, quis eorum tutorem vtiliter dare poſſit, Et, cum in his propriè terminis diſſentirent Hugo, & Azo *quos retulimus ſupra nu.5. & 10.* obtinuit tandem ſententia Azonis exiſtimantis, Iudicem, cuius iuriſdictioni, non pupillus, ſed bona ſunt ſuppoſita, poſſe quidem, ſi velit, dare curatorem, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num.33.* ſed non tutorem, quia, cum tutor detur perſonæ, Conſequens eſt, vt ab eo tantùm dari poſſit, qui pupillum habet ſuæ iuriſdictioni ſubiectum, *vt diximus ſupra num.4.* Eſſe igitur tutorem dandum, vel à Iudice originis, vel à Iudice domicilij, & ita datum habiturum adminiſtrationem bonorum etiam alibi exiſtentium, niſi à Iudice bonorum fuerit curator con-
35 ſtitutus, † *ſecundùm ea, quæ diximus: Ita in ſpecie declarant Bart. in d.l. pupillo 27. num.1. ff. de tut. & cur. Ang. in dict. l.1. num.1. verſ. Ex prædictis apparet Cod. vbi pet. tutor. vbi ait, hanc opinionem communiter approbari.* Plane, ſi, tàm Iudex originis, quàm Iudex domicilij det tutorem, & quæramus, vter ex tutoribus debeat adminiſtrare bona alibi ſita, puta-
36 rim eos communiter adminiſtrare debere, † quia, cum vterque ſit vtiliter tutor datus, & ad vniuerſum patrimonium datus, intelligatur, Conſequens eſt, vt neceſſariò ſit inter eos inducendus concurſus, qui communionem operatur, Niſi (quod erit conſultius) tollendæ dubitationis gratia, Iudex loci, vbi bona ſita ſunt, alterutri bonorum adminiſtrationem decernat, quod eum facere poſſe, non puto dubitan-
37 dum, † *prout in ſpecie declarat Ang. in d. l.1. num.1. verſic. Et ex hoc infero, C. vbi pet. tut. vbi ita Hugo. intelligit.* Et his quidem modis ius accreſcendi ceſſat ex defectu poteſtatis, cum de cauſa legis loquimur.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi lege, vel ſtatuto tolli poteſt, & cur, numer.2.*
3 *Lex Papia ſuſtulit ius accreſcendi.*
4 *Lege, vel ſtatuto caueri poteſt, vt portio vacans non accreſcat inſtituto, ſeu vocato.*
5 *Lege, vel ſtatuto caueri poteſt, vt ea, de quibus teſtator non diſpoſuit, non accreſcant inſtitutis, ſed pertineant ad venientes ab inteſtato.*

An ius accreſcendi lege, vel ſtatuto tolli poſſit.

QVÆSTIO VI.

EX defectu verò voluntatis tunc ceſſat ius accreſcendi, cum id lege, vel ſtatuto ſublatum eſt, quod, quin fieri poſſit, non eſt dubitandum. † *Ita enim ſcribunt Bald. in l.1.* 1
num.19. verſ. Sed hic quæro C. de Summ. Trin. Decia. conſil.61. num.41. vol.2. Crau. conſ.706. nu.10. verſ.6. circa fin. Et eſt de mente eorum quos referemus infra n.4. & 5. Quemadmodum, & eorum, quos referemus in qu.7. & ſeqq. vſque ad q.15. nam eo ipſo, quod ſcribunt, per taxationem, ſeu limitationem, aut aliam diſpoſitionem à lege, vel ſtatuto factam ceſſare ius accreſcendi, haud dubiè ſupponunt legem vel ſtatutum poſſe tollere ius accreſcendi: Nam, † cum principaliter lege ſit introdu- 2
ctum, *vt oſtendimus in 2.cap.q.2. num.45.* Conſequens eſt, vt contraria lege, vel ſtatuto tolli poſſit: Nihil enim tàm naturale eſt, quàm vnumquodque diſſolui eo genere, quo colligatum eſt *l. nihil tam naturale 36. ff. de reg. iur. l. prout. 80. ff. de ſolut.* Quamobrem & olim ſublatum fuit lege Papia, † *l. vn.* 3
§.1. Cod. de cad. toll. Vlpia. tit.24. inſt. §. ſi duobus, Et ſcribunt Bald. nouell. in l. cum filiofam. 11.59. ff. de leg. primo Cuiac. in d. l. vn. §. his ita definitis, C. de cad. toll. in l. teſtamento 6. Cod. de impub. & al. ſubſt. in tit. Cod. quand. non pet. part. & lib.12. obſ. cap.11. Hoto. in epito. tit. ff. de vſufr. accr. num.16. & nos latius oſtendemus in hoc cap. quaſt.8. num.4. & ſeqq. Et, ſi hodie lege, vel ſtatuto caueatur, vt portio vacans non accreſcat, dubium non eſt, quin valeat diſpoſitio, † *vt ſcribit Claud. Tort.* 4
in l. vn. num.6. Cod. quand. non pet. part. Quemadmodum, &, ſi caueatur, vt ea, de quibus teſtator non diſpoſuit, non accreſcant inſtitutis, ſed pertineant ad venientes ab inteſtato, † *vt* 5
docet Pereg. conſ.145. num.3. vol.5. Et eſt de mente eorum qui ſcribunt lege, vel ſtatuto fieri poſſe, vt quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quos retulimus in 5. cap. quaſt. 41. numer.15.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi, quando cenſeatur lege, vel ſtatuto ſublatum.*
2 *Ius accreſcendi, non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè poteſt à lege, vel ſtatuto tolli.*
3 *Ius accreſcendi, quando cenſeatur expreſſè ſublatum lege, vel ſtatuto.*
4 *Ius accreſcendi, quando cenſeatur tacitè ſublatum lege, vel ſtatuto.*

Quando ius accreſcendi cenſeatur lege, vel ſtatuto ſublatum.

QVÆSTIO VII.

HInc de illo dubitari poteſt, quando ius accreſcendi cenſeatur lege, vel ſtatuto ſublatum. Conſtat autem toties id euenire, quoties, aut ex verbis, aut ex coniecturis apparet, talem fuiſſe mentem diſponentium: † Nam hoc ius 1
non ſolùm expreſſè, ſed etiam tacitè lege, vel ſtatuto tolli poteſt, † *vt docet Decia. conſil.61. num.31. vol.2.* Expreſſè, 2
quoties id nominatim cauetur, † puta ſtatuitur, vt portio 3
vacans non accreſcat, *ſecundùm ea quæ diximus in quaſt. præced. num.4. & 5.* Tacitè verò, quoties id deducitur à diſpoſitione legis, aut ſtatuti, vel per antecedens, vel per conſequens neceſſarium, † Per antecedens, quando lex, aut ſtatutum 4
diſponit de parte vacante, *vt dicemus in quaſt. ſeq. num.1. & ſeqq.* Per conſequens verò neceſſarium, quando tollit ipſius iuris accreſcendi cauſam, *vt dicemus in quaſt.9. nu.1. & ſeqq.* vel taxat, aut limitat alicuius portionem, *ſecundum ea, quæ dicemus in q.10. & 4. ſeqq.* de quibus ſingulis modis ſeparatim nobis erit in hoc loco diſpiciendum.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi cenſetur ſublatum, ſi lex, aut ſtatutum diſponat de parte vacante, & cur num.2.*

3 Por-

Digitized by Google

An, & quando lex, aut statutum de parte vacante disponendo censeatur tollere ius accrescendi.

QVÆSTIO VIII.

PRimùm igitur, si lex, aut statutum disponat de parte vacante, puta certis eam deferat personis, dubium non est, quin eo modo censeatur tacitè, & per necessarium antecedens ius accrescendi sustulisse, † scilicet, quia illa dispositio 1
est, veluti quædam substitutio a lege facta, quæ tamquàm expressa excludit ius accrescendi, quod est substitutio tacita,
† *secundum ea, quæ dicemus in hoc cap q.20.num.1 & seqq. Et* 2
in his terminis considerant Decia, consil.61.nu.39 & 42.vol.2. Men.consil.50 num.14. Hinc dicimus, partem vacantem ita demum accrescere, si de ea non sit a lege dispositum, *vti videre est apud Bart in l.pater filium.14. num.8.versic. præterea, ff.de inoff.test. Fabia in Auth nouissima,nu.7 14 C.eod. Franch. decis.63 num.8. Decia.d.consil.61.n.39.vol.2.* Huius rei multa possunt exempla afferri.

Primùm in lege Papia, quæ partem non capientis olim faciebat caducam, † *l.vn.§.1 C.de cad.toll. Vlpia.tit.1.inst.§.in-* 4
ter medias,& tit.24.§. si duobus,& scribunt Vaco. à Vacu lib.4 declar.iur.ciuil. declar.62.nu.5, Duar.lib.1.de iur accr.cap.10. Ant.Cont lib.1.dispu. iur.ciuil cap.1.Forcat. in Necyo. dialog. 87.num.2.Cuiac.in not.ad tit.8.inst.Vlp. & in l. si duobus 16. in princ. ff.de leg primo Hotom epito tit. ff de vsufr.accr. num.16. Petr. Fab.in l non videtur 51. ff. de reg.iur. Ant.Fab.lib.3.contect.cap.16. Nam, quia, † hoc modo de ea disponebat, subro- 5
gando fiscum in locum deficientis, *vt ait Vlpia d.tit.1. inst §. inter medias*, & eum coniuncto præferendo, *vt scribit Cuiac. in d.l. si duobus 16. in princ. ff. de leg. primo.* ideò per necessarium antecedens credita fuit ius accrescendi sustulisse. *secundum ea, quæ supra diximus, Et in his terminis cõsiderat Cuiac. in d.l.vn.§.his ita definitis, C. de cad.toll.* Quod significat Vlpianus *d tit.24 inst.§. si duobus*, dum, *si duobus*, inquit, *eadem res per vindicationem legata sit*, & paulo post, *non concurrente altero pars eius alteri accrescebat, sed post legem Papiã Poppæam non capientis pars caduca fit*: Nam his verbis ostendit,
† post legem Papiam non potuisse partem vacantem con- 6
iuncto accrescere, quia lex eam faciebat caducam, idest, fisco deferebat.

Et sanè iure vetere non erant in vsu caduca, sed partes deficientium, vel accrescebant coniuncto, vel remanebant in hæreditate, vel destituto testamento ad venientes ab intestato pertinebant. Sed Augusti temporibus, introductis caducis ius antiquum mutatum est, & constitutum, vt, quod quis sibi testamento relictum, ita, vt iure ciuili capere posset, aliqua ex causa non cepisset, quasi ab eo cecidisset, fisco addiceretur, † *vt post Vlp tit.17 inst. in princ. scribunt Ant. Cont.* 7
d.lib.1.dispu.iur. ciuil.cap.1.Cuiac. in d.l.vn.in princ. C.de cad. toll. Forca.in Necyo d.dial.87 nu 2. Balduí.ad tit. ff. de his, quæ pro non scriptis hab.post.tit. inst. de adempt.legat.numer.6.Petr. Fab.in d.l.non videtur 51. ff.de reg.iur. Cuius rei introducendæ causam constat ex bellis ciuilibus processisse, † *l.2.§.so-* 8
lum, C.de vet.iur.enucl.d.l.vn in prin.C de cad.toll.& scribunt Bald Nou in l.cum filiofam.11.num.59. ff.de leg.primo Alcia. lib.3.dispun.cap.6.Vaco à Vacu.lib.4.declar.iur ciuil.decl.62.n.5 Ant Cont.d lib.1.dispu iur ciu.capit.1. Duar.lib.1.de iur.accr. cap.10.Coras.lib.2.miscell.cap.23.nu.9.Balduin.ad d.tit. ff de his, quæ pro non scrip. hab. sub tit.instit.de adempt.legat.num.8. Nam, cum exhaustum esset ærarium, & Vrbs ciuibus exinanita, Augustus locupletandi fisci, replendæque Ciuitatis gratia legem Iuliam rogauit multa capita continentem, omnia ferè ad id vnum relata, vt ærarium pecunijs, & ciuitas hominibus repleretur, † vt sunt illa, de vicesima hæreditatum, 9

† *de*

10 † *de qua fit mentio in l. vlt. in princ. C de ed. Diu. Hadr. toll. & tractant Alcia lib. 3. dispunct. cap. 6. Coras. d. lib. 2. Miscell. c. 23. num. 10. Ant Gou. dict. l. hæreditatum computationi 68. ff. ad l. Fal. Forcat. in Necyo. dial. 22. num. 1. Menoc. de adipsc. poss. remed. 4. num. 2. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. & in not. ad lib. 4. sent. Paul. tit. 6. Et accipienda sunt l. 2. C. de transact. l. filiusfa. 117. §. Diui 2. ff. de leg. primo. si credimus Cuiac. lib. 9. obs. cap. 24. & in not. ad d. lib. 4. sent. Paul. tit. 6.* De centesima

11 rerum venalium, † *apud Tacit. lib. 1. Annal.* De caducis,

12 *l. quidam 99. §. quoties. ff. de leg. primo. & apud Vlp. tit. 28. instit.*

13 De maritandis ordinibus † *l. 1. §. liberta, ff. vnd. vir, & vx. l. adigere 6. §. vlt. ff. de iur. patro. & apud Vlp. tit. 11. inst. Sueto in Augusto cap. 34. Apul. in 2. apolog. Alex. ab Alex. lib. 4. Genial. dier. cap. 1. & ibi Tiraq. in lit. G. & cap. 8.* & similia. Mox senior factus, vt ærarium magis augeret, & ciues ad sobolem procreandam acrius incitaret, M. Papio, & Q. Poppæo Con-

14 sulibus eandem repetijt materiam, rogata lege Papia, † *cap. quædam 2. destin. & scribunt Alcia. d. lib. 3. dispunct. cap. 3. & 6. Coras. d. lib. 2. miscell. cap. 23. num. 9. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. Conna. lib. 8. comm. iur. ciuil. cap. 1. num. 7. Brisso de iur. connu. fo. 554. Ant. Aug. lib. 3. emend. capit. 8. Ant. Cont. dict. lib. 1. dispu. iur. ciu. capit. 1. Forca. in Necyo. dial. 87. nu. 2. Men. de adip. poss. d. remed. 4. num. 2. Baldu. ad d. tit. ff. de his, quæ pro non script. hab. sub tit. inst. de adempt. legat. nu. 8.* quæ præmia

15 patrum introduxit, † *d. cap. quædam secunda distin. Brisso. de iur. connu. d. fo. 554.* cœlibum pœnas, & caducorum materiā auxit. Vnde Tacitus lib. 3. *Relatum deinde est,* inquit, *de moderanda Papia Poppea, quam Senior Augustus post Iulias rogationes incitandis cælibum pœnis, & augendo ærario sanxerat, nec ideò coniugia, & educationes liberorum frequentabantur prævalidá orbitate.* & paulo post, *Sexto demum consulatu Cæsar Augustus potentiæ securus, quæ triumuiratu iusserat, aboleuit deditque iura, quis pace, & Principe vteremur. acriora ex eo vincla inditi custodes, & lege Papia Poppæa præmijs inducti, vt, si à priuilegijs parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret,* & Cassiodorus lib. 1. Tripart. capit. 9. *Cæterum,* inquit, *has leges prisci Romani posuerunt frequentatam hominibus Romam, & illius subdita ditioni fore arbitrantes propterea quod non multum ante plurimos in bellis intestinis amisissent;* Et hoc est quod significat Iustinianus, *in dict. l. vn. in princ. C. de cad. toll.* dum ait, *Et nomen, & materiam caducorum ex bellis ortam, & auctam ciuilibus, quæ in se Popu-*

16 *lus Romanus mouebat:* Ortam enim dixit, † propter legem Iuliam, auctam verò propter legem Papiam, Ex quo intelligimus caduca re vera fuisse introducta lege Iulia, & eadem

17 lege fisco deferri consueuisse, † *d. l. quidam 99. §. quoties, ff. de leg. primo, & scribunt Duar. dict. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Cuiac. in not. ad tit. 17. inst. Vlp. tit. 28. inst.* Sed, quia lex Papia eandem repetijt, auxitque materiam, ideò factum est, vt lege Papia fieri dicantur, *in ijs locis, quos retulimus supra n. 4.* quod moris esset, vt ea, quæ prioribus legibus fuerant inducta, adscriberentur posterioribus, quæ eandem materiam repetijssent, vt legi Hortensiæ adscriptum legimus, quod prius induxerat lex Horatia, vt scilicet plebiscita parem cum legibus

18 haberent potestatem, † *l. 2. §. deinde cum esset ff. de orig. iur. §. plebiscitum, inst. de iur. nat.* Hinc etiam intelligimus, caduca non aliam ob causam fuisse introducta, quam, vt publicum

19 ærarium augeretur, † *ex Tacit. d. lib. 3. Bald. Nou. in d. l. cum filiosfam. 11. nu. 59. ff. de leg. primo. Alcia. d. lib. 3. dispunct. cap. 6. Conna. lib. 8. comm. cap. 1. nu. 7. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. num. 9. Balduin. ad d. tit. ff. de his, quæ pro non script. hab. sub tit. inst. de adempt. leg. numer. 8. Ant. Cont. d. lib. 1. dispu. iur. ciuil. cap. 1. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de*

20 *cad. toll.* Quamobrem, vel fisco deferebantur † *l. item veniunt 22. §. ait Senatus, ff. de pet. hæred. d. l. quidam 99. §. quoties ff. de leg. primo l. recusare 6. §. si fisco, ff. ad Treb. & scribunt Vlp. dict. tit. 17. inst. §. hodie, Bald. Nouell. in d. l. cum filiosfam. 11. num. 59. ff. de leg. primo Mynsi. in §. si eadem numer. 16 inst. de leg. Bern. Vualt. lib. 2. Miscell. cap. 13. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. capit. 10. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. num. 10. Cuiac. in d. l. vn. in princ. C. de cad. toll. & in not. ad d. tit. 17. inst. Vlp. Forcat. in Necyo dict. dial. 87. num. 2. Hoto. in epito. d. tit. ff. de vsufr. accr. nu. 16 Petr. Fab. in d. l. non videtur 51. ff. de reg. iur. Ant. Fab. lib. 3. coniect. cap. 16. & nos etiam diximus in 17. cap. q. 24. nu 40.* vel popu-

21 lo, † *vti constat ex Vlp. tit. 28. inst. §. intestati, & ex Tacit. dict. lib. 3.* Sanè interdum deferebantur alijs, puta ciuitati si hoc ei speciali priuilegio fuerat indultum † *d. l. item veniunt 22. §.* 22

ait Senatus, in fin. de pet. hæred. vel legioni, si à milite bona cecidissent † *l. si quis filio 6. §. irritum, vers. quod, si quis ædio. ff.* 23

de iniust. rupt. & l. quid ergo 4 §. eadem, ff. de fideic. lib. vbi † *recte legitur in Pand. Flor. caducis legionis, vt Hoto lib. 8. obs. cap. 8. & alijs visum est male verò quidam reponunt, caducarijs legibus, vt Cuiac. in not. ad tit. 28 instit. Vlp. in verb. ex lege Iulia caducaria.* Denique si coniunctus habuisset liberos, poterat vindicare caducum, non iure antiquo, idest, iure accrescendi, sed per legem Papiam, quæ hoc illi veluti præmium liberorum indulgebat, † *vti constat ex Vlp. tit. 25. inst. § si quis in fraudem, & scribunt Conna. lib. 8. comm. cap. 1. nu. 6. in fin. Ant. Concea. in l. si in testamento 5. n. 2. ff. de Vulga. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 1.* Ad quod respiciens Iuuen. Sat. 9. 24 25

Iura parentis habes, inquit, propter me scriberis hæres
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Et hoc est, quod innuunt illa verba, *cui hoc commodum lege competit,* quæ leguntur *in l. si ijs, qui duos 30. ff. de lib. leg.* & significat Caius *in d. l. si in testamento 5. ff. de vulg.* dum ait, *neque interesse iure institutionis quisque ex maiore parte hæres factus esset, an, quia per legem alteram alicuius partem vindicasset:* nam per legem alteram vindicare partem is dicebatur, † qui, cum iura parentis haberet, per legem Papiam vindicabat partem deficientis, quam alioquin lex Iulia quasi caducam fisco detulisset, *vt diximus in 2. cap. q. 1. nu. 23. & in cap. 7. quæst. 24. num. 40.* 26

Interdum tamen cessabant leges caducariæ, & ius antiquum locum obtinebat.

Primùm enim liberis, & parentibus testatoris vsque ad tertium gradum seruauit lex Papia ius antiquum, quod huiusmodi personis suum imponere iugum erubuerit † *d. l. vn. §. 1. vers. Et cum lex C. de cad. toll. & scribunt Vlp. tit. 27 inst. §. hodie, & tit. 18. Fab. Acoromb. in l. hæredes mei 57. §. cum ita, num. 28. ff. ad Trebell. Ant. Cont. d. lib. 1 dispu. iur. ciuil. capit. 1. Coras. d. lib. 2. Miscell. cap. 23. nu. 10. Duar. d. lib. 1. de iur. accr. cap. 10. Cuiac. ad l. si filius hæres 16. ff. de lib. & post. tract. 4. ad Aphrica. & in not. ad tit. 18. inst. Vlpia.* Quamobrem hi dicebantur capere partem vacantem iure antiquo *l. Celsus 19. §. vlt. ff. de l. 2.* idest eo iure, quod ante legem Papiam obtinebat, *vt diximus in secundo cap. q. 1. n. 28.* 27

Secundo verò Princeps legibus caducarijs solutus erat † *l. Princeps 30. ff. de legib. quam de legibus caducarijs esse accipiēdam constat ex eius inscriptione & docet Cuiac. lib. 15 obs c. 30.* Quamobrem & in eo ius antiquum seruabatur. 28

Tertio cessabant leges caducariæ in legato vsusfructus, † *secundum Cuiac. ad l. si Titio 33. in princ. ff. de vsufr. in 17. lib. q. Papin.* quia † inanis esset proprietas, si vsusfructus transiret in fiscum, quippè, qui nunquam moritur, nunquam capite minuitur, *vt ibi Cuiac. ait.* Qua ratione dicimus vsumfructum non venire in confiscationem, † *vti videre est apud Bald. in l. 1. num. 4 C. de bon. lib. Alex. cons. 23. n. 8. & 13. vol. 1. Men. cons. 223. num. 12. & 13. Pereg. de iur. fisc. lib. 4. tit. 1. n 73. & 116.* Quamquam, & alia fuerit translationis impediendæ ratio ab vsusfructus natura ducta, scilicet, quia vsusfructus sine sui interitu non potest ab ijs separari, quibus relictus est, & in alios transferri † *l. si vsusfructus 67. ff. de iur. dot. § item finitur inst. de vsufr.* Quamobrem finitur maxima, & media capitis diminutione † *l. corruptionem. 16. Cod. de vsufruct.* quia † per eam debet vsusfructus, à damnati persona separari, & in fiscum transferri, quæ res sine ipsius interitu fieri non potest, *vt declarat Pereg. d. lib. 5. tit. 1. nu. 116.* Denique vsusfructus non potest consistere sine persona † *l. vsusfructus 26. ff. de stip. seru.* quam verè fiscus non habet. 29 30 31 32 33 34 35

Quarto cessabant leges caducariæ, si testator aliquem deficienti vulgariter substituisset, † Quod significat Iustinianus *in d. l. vn. in princ. versic. Sed & ipsis C. de cad. toll.* dùm *Sed & ipsis testamentorum conditoribus sic grauissima caducorum obseruatio visa est,* inquit, *vt & substitutiones introducerent, ne fiant caduca, & si facta sint, ad certas personas recurrere disponerent, vias recludētes, quas lex Papia posuit in caducis:* Non enim significat, † substitutiones fuisse occasione legis Papiæ introductas, quia constat earum vsum fuisse antiquissimum, & ex eodem Iure, à quo & institutiones profluxerunt, idest, ex 12. tab. descendisse *l. verbis legis 120 ff. de verb. signif.* 36 37

sed

sed significat, occasione legis Papiæ testatores induxisse substitutiones idest, consueuisse in testamentis vulgariter substituere, & huiusmodi substitutiones frequentare, vt legis Papiæ vim, atque dispositionem effugerent, & hoc modo supponit, substitutum consueuisse excludere fiscum venientem per ius caduci. Quod & duplicem rationem habet, vna
38 est, quia † fiscus, quasi in coniuncti locum subrogatus idem, quod ille fuisset antiquo iure consecutus, obtinebat. Atqui antiquo iure non fuisset coniunctus partem deficientis consecutus existente substituto, quippè, qui coniunctum excludit, *vt late, ostendemus in hoc cap. qu.* 20. *num.* 1. Nec igitur
39 eã poterat obtinere fiscus. Altera verò ratio est, quia † propositum legis Papiæ fuit illud tantùm fisco lucrum deferre, quod ex dispositione legis, non etiam, quod ex dispositione testatoris proueniebat, ne alioquin videretur morientibus liberam de bonis suis disponendi facultatem auferre. Cũ igitur lucrum, quod quis ex substitutione consequitur, nõ proueniat ex dispositione legis, sed ex dispositione testatoris Consequens fuit, vt non potuerit censeri lege Papia sublatum, & in fiscum translatum.

Quintò cessabant leges caducariæ existente re coniuncto,
40 quippè qui & ipse fisco præferebatur, † *vt scribit Cuiac. lib.* 24. *obseru. cap.* 34. & non obscurè probat Vlpiani locus *in tit.* 24. *inst.* § *si duobus*, vbi, *si duobus eadem res per vindicationem legata sit*, inquit *si quidem disiunctim, singulis insolidum debetur, si verò coniunctim, veluti, Titio, & Seio hominem Stichum do lego, iure ciuili concursu partes fiebant, non concurrente altero pars eius alteri adcrescebat, Sed post legem Papiam non ca-*
41 *pientis caduca fit*: Nam his verbis ostendit, † magnam in hac re fuisse differentiam inter coniunctos, & disiunctos, quia tunc ait partem deficientis fieri consueuisse ex dispositione legis Papiæ caducam, cum loquitur de coniunctis nõ etiam, cum de disiunctis. Itaque hoc modo significat, diuersum in hac re ius inter eos obtinuisse: Quod etiam ratione pro-
42 batur: Nam † lex Papia non sustulit id, quod ex dispositione testatoris expressa deferebatur, sed tantùm id, quod deferebatur, ex dispositione legis, & sic per ius accrescendi, quod veluti quoddam legitimum lucrum est. Quamobrem cessabat lex Papia, cum testator expressim aliquem deficienti substituerat, *vt supra dictum est*. Sed, vt disiunctus totum retineat non concurrente disiuncto nit ex dispositione legis, sed ex dispositione testatoris, qui expressim, & palàm solidũ illi assignauit *d. l. vn.* §. *fin verò non omnes C. de cad. toll.* Non debuit igitur id censeri lex Papia sustulisse.

Sexto demum cessabant leges caducariæ in hæreditati-
43 bus, quæ ab intestato deferuntur, † *vt scribunt Cuiac. lib.* 12. *obser. cap.* 11. *& Heto in Epito. tit. ff. de vsufr. accr. nu.* 16. ideo que in iis ius antiquum seruabatur *l. si ex pluribus* 9. *ff. de suis & legit. Paul. lib.* 4. *sent. tit.* 8. §. *vlt. & nos diximus in* 2. *cap. quæst.* 1. *num.* 32.

Sed hodie sublatis Constitutione Iustiniani caducis *in dict. l. vn. C. de cad. toll.* manet ius antiquum, & portio hæreditatis, vel legati vacans, non fisco, sed coniuncto communi iure
44 vindicatur † *d. l. vn.* §. *pro secundo.* § *fin autem aliquid sub conditione*, §. *his ita definitis, &* § *vbi autem legatarij C. de cad. toll. & scribunt Bald. Nou. in d. l. cum filiosof.* 11. *num.* 59. *ff. de leg.* 1. *Mynsin d.* §. *si eadem, nu.* 16. *inst. de legat. Duar. d. lib.* 1. *de iur. accr. cap.* 1 *Cuiac. d. lib.* 24. *obseru. cap.* 34.

Secundum exemplum afferri potest in vxore transeunte ad secunda vota, quæ plus reliquit secundo viro, quam vni ex filiis proprii matrimonij contra dispositionem *l. hac edictali* 6. *in princ. C. de sec. nupt.*

Nam, quia lex applicat id, quod excedit iisdem prioris ma-
45 trimonij filijs † *d. l. hac edictali* 6. *in princ. vers. Sin verò plus, & l. quoniam præterita* 9. *C. de sec. nupt.* §. *optimè vers. Et hoc decernens, Auth. de nupt. coll.* 4. & hoc modo de eo disponit, ideò eius respectu censetur per necessarium antecedẽs ius accre-
46 scendi sustulisse † *secundum ea, quæ diximus supra nu.* 1. *& seqq.* Itaque, si, verbi gratia, Mulier, quæ vni ex filiis prioris matrimonij quinquaginta reliquit, leget secundo coniugi simul cum Titio ducenta, coniux non, nisi quinquaginta cõsequitur, & alia quinquaginta, quæ ad integram aliam dimidiam supersunt, nõ accrescent Titio, sed ad filios prioris ma-
47 trimonij pertinebunt, quia † licet coniux non capiat totam partem suam, sed tantùm partem partis, nihilominus coniuncto facit partem, *ex iis, quæ diximus in* 7. *capit. q.* 40. *num.* 7. 48
Denique, cum † relicti pars illi auferatur contemplatione filiorum primi matrimonij, & in recompensationem iniuriæ eis illatæ, † *vt declarat Bald. cons.* 333. *num.* 3. *vers. Sanè pœna* 49
vol. 3. Consequens est, vt illis, non Titio debeat applicari, † *ex* 50
traditis à Bald. consil. 401. *num.* 1. *vers. Postmodum vol.* 2. *& d. cons.* 333 *num.* 3. *vers. Sanè pœna vol.* 3. *Et faciunt etiam ea, quæ diximus in* 5. *cap. q.* 49. *num.* 3.

Planè, si coniux relictum repudiarit, an Titius per ius accrescendi admitti debeat exclusis filijs prioris matrimonij, dubitari potest. Facit autem dubitationem illud, quod scribit † Baldus *in d. cons.* 401. *in fi. vol.* 2 dùm ait, si coniux à prin- 51
cipio repudiet relictum, facere cessare dispositionem *l. hac edictali*, quia non dicitur relictum, quod est repudiatum *l. proinde* 8. *ff. si cert. pet.*

Sed hoc non obstante mihi verius videtur, si dies relicti cessit in persona coniugis, eius repudiationem non obesse filiis prioris matrimonij † quia, cum illico ius illis fuerit quæsi- 52
tum §. *quia verò hactenus, Auth. de nupt. coll.* 4. Consequens est, vt alterius repudiatione non potuerit illis auferri, † *ex* 53
traditis à Berir in d. l. hac edictali 6. *in princ. vers. Si verò plus, num.* 23. Quod enim dicimus non censeri relictum, quod repudiatum est, procedit, † nisi repudiatio fiat in fraudem, & 54
præiudicium alterius, cui statim ius quæsitum est, *vt diximus in* 9. *cap. q.* 8. *nu.* 29. Quod si coniux defecerit prius, quam dies relicti cedat, puta moriatur ante testatorem, tunc, quia nullum ius filijs primi matrimonii quęsitum est, ideò secundum iuris communis dispositionem putarim Titium ius accrescendi habiturum, † *ex regula, quam exposuimus in* 7. 55
cap. q. 33. *num.* 1.

Tertium exemplum afferri potest in muliere intra annũ luctus quæ secundo viro plus tertia bonorum parte reliquit contra dispositionem *l.* 1. *C. de sec. nupt.* nam, quia lex applicat id quod legitimum excedit modum, certis personis, idest, ascendentibus, descendentibus, fratribus, & filijs fratrum *d. l.* 1 ac eo modo de eo disponit, ideò fit, vt in eo † non possit esse 56
locus iuri accrescendi.

Nec obstat, si dicatur, imò debere accrescere coniuncto, exclusis personis ibi enumeratis, quia, cum coniunctus præferatur hæredi instituto, *vt ostendimus in* 9. *cap. q.* 8 *numer.* 5. Hæres autem institutus in eo, quod excedit tertiam, præferatur personis ibi enumeratis, † *secũdum Saly. in l.* 1. *C. de natu.* 57
lib. quem refert. & sequitur Corn. cons. 310. *numer.* 18 *versic. Et præterea vol.* 1. Consequens videtur, vt multò magis debeat eis præferri coniunctus, ex regula, si vinco vincentem te, multò fortius te *l. de accessionibus* 14. *ff. de diuers. & temp. præscript.* quia respondeo, negando hæredem institutum personis ibi enumeratis præferri: nam verius est, quod marito supra tertiam relictum est, ad veniẽtes ab intestato ibi enumeratos, non verò ad hæredes institutos pertinere, † *vt ostendit* 58
lo. de Garron. d. l. 1. *num.* 124 *Cod. de sec. nupt.* Ita enim apertè scribitur *in dict. l.* 1. Et dicere, verba Imperatoris esse intelligenda, si alius non sit institutus, seu vocatus ex eodem testamento, † *vt dicunt supradicti*; est mera diuinatio, † quia, si 59
hoc dicere voluisset, facilè expressisset; Quinimò ex eo, quod 60
scribit, † relicta non à marito, sed ab extraneo, accrescere co- 61
hæredibus, seu a cohæredibus vindicari *d. l.* 1. *vers. omnium, C. de sec. nupt. quod etiam scribitur in* §. *prima, si quidem, versic. Si enim Auth. de nupt. coll.* 4. intelligimus, alind sentire in relictis ab vxore, quia, si hoc voluisset, facilè expressisset, vt in alieno casu expressit.

Quartum exemplum afferri potest in eo, quod à viro illustri, & in dignitate constituto relinquitur filijs susceptis ex vili, & abiecta muliercula, cum qua, vel ante, vel post copulã contraxit matrimonium: nam, quia lex improbato coniugio de rebus ita relictis disponit, eas deferendo filijs ex alia coniuge legitima, & non vili susceptis, aut fratribus, vel sororibus, aut patri, vel matri, aut denique fisco *l.* 1. *C. de natur. lib.* ideò fit, vt per necessarium antecedens censeatur ius accrescendi sustulisse; † Sed hodie, quia huiusmodi mulieres cum 62
omnibus hominibus etiam dignitate præditis iustas nuptias contrahere possunt, §. *quia verò legem Auth. vt lic. matr. & au. coll.* 8. *Auth. sed nouo iure, Cod. de natur. liber.* ideò fit, vt & filijs ex eis susceptis, quasi legitimis relinqui possit, cessetque † proinde eo casu *d. l.* 1. *C. de natur. lib.* dispositio. 63

Quintum

Quintum exemplum fit in legato coniunctim relicto Titio,& ei quem pater dedit filio tutorem, vt enim ad suscipiendam tutelam inuitaret: nam, si se excuset, & per consequentias à legato repellatur † *l post legatum 5.§.amittere, ff. de his,quib. vt ind.l tutor petitus 31.§.1.l.Nesennius 35.l amicissimos 39.in princ. ff de excusat.tut.l.1.§.vlt. ff.vbi pup.edu.deb.* eius portio non accrescet Titio, sed ad pupillum pertinebit,
64

65 † quippè,cui lex deferendo legatum † *l. pen C.de legat.* cen-
66 setur per antecedens necessarium ius accrescendi prohibuisse, *qua de re latè diximus in 7.cap.q 54.n.161.*

Sextum exemplum potest afferri in eo, qui celauit testamentum: nam,licet testator coniunctim ei,& Titio legatum reliquerit,non tamen eius portio, qua priuatur,Titio accre-
67 scet, sed ad hæredem pertinebit † *dict.l.penul.Cod.de leg.* quoniam & hic vocando hæredem, censetur lex ius accrescen-
68 di sustulisse, † *secundum ea, quæ diximus in 7.capit. qu.54. numer.139.*

Septimum exemplum afferri potest in omnibus casibus, in quibus legatum,aut quid aliud ei,cui relictum est,vt indigno aufertur,*quos retulimus in 7.cap.q.48.n.1.* nam, quia tale legatum applicatur fisco,ideò fit,vt in eo ius accrescendi lo-
69 cum habere non possit. † Itaque licet indignus habeat coniunctum; eius tamen portio, non ei, sed fisco deferetur, *vti diximus in 7.cap.q.48.num.40.*

Octauum exemplum afferri potest in eo,quod à Patre relinquitur spurio: nam,quia (secundum aliquos)id certis personis applicatur, nempè filijs legitimis, aut fratribus, vel sororibus aut patri,vel matri,secundùm dispositionem *d.l.1.C. de natur.liber.*quæ (secundum eos)in omnibus spurijs locum habet,*vt retulimus in 7.cap.qu.53.num 14.* ideò fit, vt eius re-
70 spectu ius accrescendi cesset, † Sed hæc opinio magis communiter est improbata: nam verius,& receptius est, dispositionem *d l.1.C.de natur.liber.* non habere locum,nisi in spurijs illustrium personarum, ideòque, quod alijs relinquitur, vel ad coniunctos per ius accrescendi pertinere,vel remane-
71 re apud hæredes, † *vt latè ostendimus in eodem 7. cap. qu.53. nu.15.* Idem est,&,si naturali relinquatur supra vnciam,quã ei per legem capere permittitur: nam, quod excedit, non ad legitimos defuncti hæredes,& sic venientes ab intestato, sed, vel ad coniunctum, vel ad hæredem institutum pertinebit,
72 † *vt latè ostendimus in eodem 7 cap q 54.n.12.*

Nonum exemplum fit in omnibus casibus,in quibus statutum contemplatione masculorum fœminas excludit ab ea portione,quam de iure communi essent ab intestato habituræ: nam, quia censetur de huiusmodi portione saltem tacitè disponere, masculos includendo, ideò fit, vt in ea ius accre-
73 scendi cesset, † *secundum ea, quæ latè diximus in 5.cap. qu.49. n.1.& in cap.9.q.12.n.22.*

Decimum fit exemplum in filio,quem extraneus coniunctim cum alio vocauit ad hæreditatem,aut legatum: nã, si repudiet suam portionem,ea,non accrescet coniuncto, sed
74 ad patrem pertinebit, † *vt ostendimus in 9 capitul.quæst.42.*
75 *numer.500.* scilicet, quia † lex de ea disposuit eo ipso, quod cauit, vt repudiante filio perinde pater admittatur, ac, si ipse fuisset à testatore vocatus *l. fi. §.similique modo, Cod. de bon. quæ liber.*

S V M M A R I V M.

1 *Lex,aut statutum tollendo iuris accrescendi causam censetur etiam ipsum ius accrescendi tollere.*
2 *Causa sublata tollitur effectus.*
3 *Ius accrescendi, quod inter cohæredes omnimodò disiunctos solet habere locum, censetur sublatum eo ipso, quod lege, vel statuto cauetur, vt possit quis decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus.*
4 *Hæredi in re certa instituto non accrescit tota hæreditas, si lege,vel statuto cautum sit, vt possit quis decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus.*
5 *Hæredi in re certa instituto non accrescit tota hæreditas, si lege vel statuto cautum sit, vt testamentum absque hæredis institutione valeat.*
9 *Ius accrescendi cessat inter cohæredes omnimodò disiunctos, quoties absurdum non est, quem decedere pro parte testatum & pro parte intestatum.*
7 *Portio hæreditatis, de qua testator non disposuit, non accrescit institutus, quoties absurdum non est, quem decedere pro parte testatum,& pro parte intestatum.*

An lex, aut statutum tollendo iuris accrescendi causam censeatur etiam ipsum ius accrescendi sustulisse.

Q V Æ S T I O IX.

Secundo verò,si lex, aut statutum tollat iuris accrescendi causam,censebitur per consequentias,& ipsum ius accrescendi sustulisse, † quia sublata causa tollitur effectus † *l.* 1
adigere 6.§ quamuis. ff de iur.patro.cap.& si Christus de iureiur cap.cum cessante de appellat. Exemplum fit, si lege, aut 2
statuto caueatur, vt possit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod fieri posse diximus *in 5.capitul. q.41.n.15.* Nam hoc ipso censebitur sublatum ius accrescendi, quod inter omnimodò disiunctos cohæredes locum habet, † *vt scribit Canall in tract.commun.contra comm q.214.* 3
n.12.& seqq. Et simili modo censebitur prohibitum,ne hæredi in re certa instituto tota hæreditas accrescat, † *secundum* 4
eundem Canall.d.q.214.nu.12.& seqq. quia permittendo,vt possit quis de parte bonorum testari tollit lex, aut statutum causam illius iuris accrescendi, quod in supradictis casibus locum habet, *vt patet ex ijs,quæ diximus in 3.cap.q.1 nu.1.& cap.5.q 41.nu.10.& cap.7.q.1 num.15.* Idem est,& si lege caueatur,vt valeat testamentum absque hæredis institutione, vt cautum esse lege Tauri testantur Hispani: Censebitur enim eo ipso prohibitum, ne hæredi rei certæ tota hæreditas accrescat, † *vt rectè scripsit Canall. dict.quæst.214. num.3 &* 5
seqq. reprobata Molin.lib.1.de primogen. Hisp.cap.17.num.23. contra sententiis opinione, quia, licet id expressim lex non disponat,tacitè tamen id cauere intelligitur, eo ipso, quod permittit,vt possit quis de parte bonorum testari *secundum ea, quæ supra diximus.* Generaliter enim verum est, quoties ex dispositione legis, aut statuti non est absurdum, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, toties censeri sublatum ius accrescendi, quod habet locum inter omnimodò disiunctos cohæredes,*vt diximus in 5 cap.q.41.nu.8.* 6
aut respectu eius partis, de qua testator non disposuit † *vt* 7
scribit Pereg.consil.145.n.3.vol.5.& clariùs patebit ex ijs, quæ de testamento militis dicemus in hoc cap.q.21.n.1.& seqq.

S V M M A R I V M.

1 *Lex aut statutum,si taxet,aut limitet dispositionem, censetur etiam per consequentias ius accrescendi sustulisse.*
2 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
3 *Ius accrescendi cessat in dispositionibus limitatis.*
4 *Testatum pro parte,& pro parte intestatum quem decedere absurdum non est, quando lex portionem, seù dispositionem limitauit,& cur,num.5.*
6 *Limitatio quotupliciter censeri possit à lege, vel statuto facta.*

An,& quando per taxationem, seù limitationem à lege, vel statuto factam censeatur sublatum ius accrescendi.

Q V Æ S T I O X.

Tertiò demum, si lex,aut statutum taxet,seù limitet dispositionem, censebitur etiam per consequentias ius accrescendi sustulisse, † quia limitata causa limitatum produ- 1
cit effectum † *l in agris 16. ff.de acq rer. demon.* Quamobrem 2
dicimus, in dispositionibus limitatis non habere locum ius accrescendi, † *vti videre est apud Bald. in l.1 num.10 & ibi* 3
Io:de Garro.numer.114.Cod.sec.nupt. Ias. in dict.l.re coniuncti, num.119.& 210.& ibi. Alciat nu.48. & 52.Ias in l.qui quartam 15 in fi.n.3. ff.de leg.2.& cons.61.col.4 vers. Quintò in fin. & cõs.72.cont.72.col.2.vers.Tertiò vol.3.Cagn. in rubr.quand. non pet.part.n 56.& in l.vn n 41.& ibi Goz.ad n.29.ves.Tertiò, C.eod.Purp.cons.558.n.31.Hug Cels.cons.69.nu.3.vers.Cui quidem,Ceph.cons.60.n.11.& 20 Cran cons.766.n.10. uers Sextò, Surd.cons 123.n.23.& decis.152.n.5. Gratian.cap.533.discept. for.num.3.vol.3.

Nec

num.6.C.de testa.Mil.in d.l.si mora 10.num.7.ff.Sol.Matr.in d.l.vn.num.10.ff.si quis iusd non obt & d.cons.61.col.4.versic. Quinto, & d.cons.72.col.2.vers.Tertio,vol.3.Rum.d.cons.86. n.4.vol.2.Duran.de art.testan.d.tit.6.caut.15.num.3.vers.Et si vsufructu, & in fin.Mantic.d lib.10.tit.3.nu.25.Men.de praes. lib.4 praes.159 num.4.Surd d.cons.123.num.21. Duar. lib.2.de
11 *iur.accr.cap.14.* quia † illa verba,pro alimentis, siuè, ad alimenta, tamquàm adiecta taxationis gratia restringunt dispositionem præcedentem, & operantur,vt legatum, quasi non habens causam reiterabilē ius accrescendi non recipiat, *secundum ea,quæ supra diximus.* Et hoc dato etiam, quod
12 esset relictū pauperibus,& sic piæ causæ, † *vt scribunt Bald. in l.1.num.48.& ibi Andr.de Besset.num 133.C.de Sacr.Eccl. Iasin d.l.re coniuncti,num 176.& ibi Rip.num.141. vers. Amplia.Alciat.num.48.Mantic.d lib.10.tit.3.num.26.Menoc.dict. praes.158.num.4.* Quinimò,licet testator non exprimeret, se relinquere pro alimentis, si tamen id tacitè ex aliqua circunstantia intelligeretur, adhuc in eo cessaret ius accrescendi,
13 † *vt declarat Rip.in d l.re coniuncti,num.142,*vt euenit in vsufructu relicto vxori,vna cum filijs: Nam,si ex coniecturis, seu præsumpta mente testatoris restringatur ad alimenta, in
14 eo cessabit ius accrescendi, † *vt diximus 6.cap qu.20.num.48.* Idem est,&, si quid annuum pauperibus relinquatur: Nam,
15 quia id tacitè censetur relictum pro alimentis † *l cum hi 8.§ in singulos,& ibi Bart.in fin.ff de transf.Bart in l.si Stichum.16. §.1.num,2.& ibi Alex.num.7. Ias.nu.11.ff.de verb oblig. Bald. in l.antiquitas 14 num.6.C.de vsufr. & in Auth ingressi nu.19. C.de Sacr.Eccl.Rum.cons.124.num.9 vol.1.Tiraq. de iure primog q.75.num.2.Crott.in d.l.re coniuncti n.73.& ibi Rip.n 142. Pereg.d.artic.9.num.4.Surd d.cons.123.nu.22. Men.cons.421. num.5.& praes.158.num.5 Morot.consil.86.num.1.* ideò fit, vt
16 in eo cesset ius accrescendi, † *vt scribunt Crott.in d. l.re coniuncti,num.73. & ibi Rip num.142. Io:Gaud.num.61.Mantic. d lib.10.tit.3 num.27.Pereg.d artic.9.num.4. Surd d.cons 123, num.22.Men.d praes.158.num.5.*

Planè, si non pauperibus, sed alijs relictum sit annuum legatum,dubitari solet, nunquid in eo sit locus iuri accrescēdi,maximè,si collegatarij per aliquod temporis interuallum concurrerint, & annuum perceperint legatum: Nam plerique censuerunt vno ex ijs postea deficiente non esse iuri ac-
17 crescendi locum. † *Ita enim censuerunt Rum. dict.consil.86. num.4.in fin.vol.2. Nat.cons.306.num.1.Surd.d.cons.123.n.22. & d cons.211.n.5.& Gratia cap.178. discep.for num.7.tom.1.* Mouentur autem

18 Primo, quia valet argumentum à re ad tempus † *l.miles ita 41.vers.Et,quia diximus,ff.de mil.testa.* Sed in dispositionibus taxatis, & limitatis respectu rei nō habet locum ius accrescendi,*vt diximus supra num.5.& dicemus in hoc cap.q.14. num.1.* Nec igitur habebit locum in dispositionibus taxatis, & limitatis respectu temporis. Atqui legatum annuum dicitur taxatum,& limitatum respectu temporis,quia testator censetur illud limitare ad tempus vitæ legatarij, vltra quod
19 non progreditur, † *l. si in singulos 4.l. in singulos 8.l Caius Seius 12.ff.de ann.leg l si stipulatus 16.§.1.ff.de verb.oblig.l legatum 10.ff.de capit.minu.* Ergo in annuo legato non habebit locum ius accrescendi.

Secundo mouetur, quia post acquisitionem semel factam cessat in legatis ius accrescendi *l.1.§ interdum,ff.de vsufruct. accr.& diximus in 7.cap.qu.59.num.13.* Cum igitur in quæstione proposita facta semel fuerit annui legati acquisitio, Consequens videtur,vt, etiamsi postea deficiat aliquis, non tamen debeat eius portio collegatario accrescere. *Ita Nat. d.consil.306.num.1.*

Tertio mouentur, quia pars extincta non potest ad con-
20 iunctum per ius accrescendi pertinere, † *vt scribunt Rum.d. cons.211.num.18.vers. Et, quod dictum;* tamquàm pars, quæ non est, & consequenter non potest alicui deferri *l. ex facto 19. ff.de hæred.inst.*cum non entis nullæ sint qualitates *l.eius, qui 41.ff.si cert.pet.*Sed per mortem collegatarij censetur pars annui legati,quæ ad eum pertinebat,extincta,*vt diximus supra num.19.* Non poterit igitur ad coniunctum per ius accrescendi pertinere.

Quarto,& vltimo mouentur *l.vlt.C de legat.* vbi Iustinia-
21 nus constituit, † legata, quæ ad tempus relicta sunt, finito tempore redire ad hæredem, nec distinguit, vtrum adsit cōiunctus, nec ne. Omnimodo igitur etiam existente coniuncto debet legatum, quod tempore finitum est, ad hæredem pertinere, *Ita Rum.d.cons.86.n.5. vol.2.*

Verùm his non obstantibus puto contrariam sententiam esse veriorem,scilicet in annuo legato regulariter habere locum ius accrescendi. siue legatarius non concurrat quod indubitatum est. siue desinat concurrere. † *Fuit hac Sententia* 22
Crott.in dict.l.re coniuncti num.73. & Surd sibi contrarius in d. cons.123,nu.20.vbi sustinet hanc partem, licet in additionibus contrariam postea Sententiam male sit amplexus. Quamobrem & a Vin in decis.406.n.15.pro hac parte adducitur. Idem apertius censuit Surd.cons.211.nu.19. & post eum Vin. d decis. 406.num.15.& Pereg de fideic d.art.9 n 4. dum ait opinionem contrariam non esse tutam. Quinimò huius Sententiæ fuerunt omnes,quos retulimus supra num.16. Nam,dum aiunt ideò non esse locum iuri accrescendi in annuo legato relicto pauperibus, quia censetur relictum pro alimentis tacitè fatentur aliud esse, si factum sit diuiti,quo casu non censetur relictum pro alimentis. Probatur autem hæc Sententia

Primo, quia ius accrescendi locum habet in omnibus legatis habentibus causam reiterabilem, † *vt scribunt Bart. in* 23
d.l.re coniūcti,n.42. Ant.Fum.de coniun.cap.14.n.1. & patet ex legato vsusfructus,in quo locus est iuri accrescēdi,*l.1 in prin. & tot.tit.ff de vsufr. accr.& nos diximus in sexto cap q.20 n.35* quoniam habet causam reiterabilem, † *vt scribit Ant.Fum.* 24
d.cap.14.n.1. Sed annuum legatum reiterabilem causam habet † *l.Titia 19.§.qui Marco, & ibi Bart.nu.2. ff.de ann.legat.* 25
Quid enim impedit,quominus is, qui cētum annua percipit, ducenta,vel etiam maiorem summam percipere possit? Habebit igitur etiam in annuo legato ius accrescendi locum.

Secundo probatur,quia legatum annuum comparatur legato vsusfructus, † *l.in singulos 8.ff. de ann leg.* Sed in vsufru- 26
ctu legato locum habet ius accrescendi. siue coniunctus non concurrat,siue desinat concurrere *d l.1 §.interdum,ff de vsufruct.accr.* Ergo & in annuo legato.

Tertio probatur,quia in annuo legato subest eadem,imò maior, quam in vsufructu ratio, cur etiam post acquisitionē ius accrescendi locum habere debeat † *ut considerat Vin.dict.* 27
decis 406.nu.16. Nam ideò in vsufructu dicimus, etiam post acquisitionem deficiente collegatario locum habere ius accrescendi quia vsusfructus quotidie legatur, & constituitur, *d.§.interdum,*adeò,vt tot videantur esse legata,quo anni,mēses, dies, & ideò,licet collegatarius concurrerit ratione vsusfructus præteriti, non tamen dici potest, ratione futuri concurrisse, *ut ostendimus in septimo capit.quæst.59.numer.122.* Hæc autem ratio multò magis habet locum in annuo legato quippe,quod non censetur vnum,sed multiplex;tot enim censentur legata, quot anni, menses, dies, per quos singulos dies legati cedit † *l. si in singulos 4 l. cum in annos 11. ff. de* 28
ann.legat.l.1.§. si in annos,ff. ad l Falcid l.Senatus 35.§. fin. ff.de mort caus.donat.l.unic.in princip.ff.quand. dies usufruct. leg.ced. cum alioquin dies vsusfructus legati semel cedat † *d.* 29
l.unic.in princip.ff. quand.dies usufruct. leg.ced. Omnimodò igitur etiam in annuo legato dici potest legatarius non concurrisse respectu futurorum annorum, licet respectu præteritorum concurrerit, † *ut declarat Surd. dict. consil.123.* 30
numer.20.ubi ait, hanc rationem vix posse tolli Sequitur Vin. dict.decis.406.numer.16. Quo fit, vt ita post acquisitionem locum habere debeat ius accrescendi in annuo legato, vt in vsufructu.

Neque obstant contraria: nam ad primum respondeo, licet annui legati pars,quæ vacat, coniuncto superuiuenti accrescat, non tamen eius legatum dici recipere incrementum respectu temporis,quia, † quoad eum non fuit limi- 31
tatum vsque ad mortem alterius collegatarij, sed tantùm vsque ad mortem propriam, & ideò, quandiù viuit, potest dici percipere legatum intra tempus sibi præfinitum; Alioquin enim sequeretur, per mortem vnius ex fructuarijs impediri ius accrescendi in persona superuiuentis, quia legatum etiam vsusfructus censetur limitatum vsque ad mortem legatariorum, & tamen certum est non impediri, quia respectu superuiuentis non censetur limitatum vsque ad mortem socij, sed vsque ad mortem suam, & ideò, quandiù viuit. dicitur percipere totum vsumfructum intra tempus sibi limitatum.

Ad

tit. ff. de testam. cap. de his, qui test. fac. poss. Donell lib. 6. comm.
iur. ciuil. cap 5. Balduin. in §. 1. n. 12. inst. quib. non est perm. fac.
test. Andr. Fach. lib. 5. controu. iur. capit. 94. ideò fit, vt respectu
aliorum bonorum ius accrescendi cesset, secundum ea, quæ
supra diximus.

Planè, si filiusfam. post conditum de peculio Castrensi,
aut quasi Castrensi testamentum sui iuris factus decesserit,
quin ad hæredes institutos omnia bona pertineant, siuè sint
8 aduentitia, siue profectitia, non est dubitandum † l. idem est.
13. ff. de mil. testa. l. hæreditate 19. §. filiusfam ff. de Castr. pecul.
9 quia, † cum cesset tunc limitatio potentiæ, scilicet, quia, qui
sui iuris factus est, tamquam paterfam. de omnibus bonis
10 suis testari potest † l. verbis legis 120. ff. de verb. sign. §. dispo-
nat, Auth de nupt. coll. 4. §. 1. instit. de leg. Falcid. Consequens
est, vt debeat etiam cessare iuris accrescendi Impedimentum
a limitatione proueniens, cum cessante causa impedimenti
11 cesset, & ipsum impedimentum, † l. & si contra 6. Cod. de
nupt. cap. post translationem. 11. versic. Cæterùm de renunt. latè
Tiraq. in reg. cessante causa, in vers. impedimentum, num. 118.
Quamobrem eius testamentum etiam ante conditum regu-
labitur secundum iuris communis dispositionem, secundum
quam ad hæredem etiam ex certo genere bonorum institu-
tum vniuersa pertinet hæreditas, ne alioquin testator dece-
dat pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt diximus in 7.
cap. q. 1 n. 2. & seqq. Idque adeò verũ est, vt procedat etiamsi
tempore mortis ignorauerit patrẽ suũ decessisse: nam ex te-
stamento, quod iure communi sustinetur, pertinent ad hære-
12 des etiam ea, quæ testator se habere ignorat † d l. idem est. 13.
ff. de mil. test. d. l. hæreditate 19. §. filiusf. ff. de Castr. pecul.

Secundum exemplum afferri potest in patre arrogatore,
qui impuberi a se arrogato substituit; nam, quia substituendi
potestas in eius persona fuit ad quartã debitam ex rescripto
Diui Pij, & si quæ sunt alia ab eo profecta bona restricta, &
13 limitata † l. sed, si plures §. in arrogato ff. de vulg. l si arro-
gator. 22. ff. de adoptio. & scribunt Bart. in dict. §. in arrogato in
princ. & ibi Bald in prin. Alex. n. 1. & Cuiac. Bart. in d. l. si arro-
gator, n. 9. vers. Opp. septimo, & ibi Sign de Homod. n. 7. Ias. n. 33
Imol. in d. l. sed. si plures 10. §. ad substitutos, n. 7. & ibi Castr n. 1.
& 2. Ias. nu. 4. ff. de vulg. Alex. in l. si is qui ex bonis, 6. nu. 3. ff. de
eod. Nicol. Bell. ad princ. tit. inst. de pupillar n. 28 & ibi Vigl. n. 14
Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 15. ideò fit, vt, si deficiat, qui à pa-
tre naturali fuerat eidem impuberi substitutus, aut nemo
fuerit ab eo substitutus, non habeat substitutus ab arrogato-
re ius accrescendi respectu bonorum, quę nõ sunt ab eo pro-
fecta, sed ea debeant ad legitimos pupilli successores pertine-
14 re, † vt scribunt Bart. in l. vlt. nu 4. ff. de acq hæred Bald. in l. si
arrogator. 22. ff. de adopt. Hyer. Verr. in l. ex facto 43. n. 494. ff.
de vulg & est de mente omnium, quos referemus infra num. 16.
quemadmodum pertinerent, si nemo fuisset à patre natura-
15 li substitutus † l. causa cognita 40. ff. de vulg. dict. l. si arrogator
22. ff. de adot. Decedet igitur in hac specie pro parte testatus,
16 & pro parte intestatus † secundum Bart. in l. 1. n. 36. in fi C. de
Summ. Trinit. & in d. §. in arrogato in princ. & n. 1. & ibi Bald.
vers. in text non debere. Alex. n. 4. Bart. in l. si arrogator, nu. 11.
vers. Decimo. & ibi Sign. de Homod. n. 23 & 24. Ang in d. l. si is,
qui ex bonis 6 in princ. & ibi Imol. n. 1. Alex. n. 3. Imol. in d. §. ad
substitutos n. 8 & 10. vers. in gl militem & ibi Ias n. 6. Alex. cõs.
128. nu. 2. vers. Sed ad hoc respondeo vol. 1. Corn. cons. 85. nu. 3. &
8. vol. 3. Ias in d. l. re coniuncti n. 115. Rum. cons. 48 num. 2. vol. 3.
Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. si absque liberis secundo
in tract. de subst. pupill. num. 74. De testam Hyer. Verr. in d l. ex
facto. 43. in princ. nu. 495. ff. de vulg. Nicol. Bell. in d. princip. tit.
inst de pupill nu. 28 Roll. cons. 80. n. 38. vol. 4. non quidem ipso
17 iure, sed effectu, † vt nos verius arbitramur: Nam ipso iure
magis est, vt totum pupilli patrimonium ad substitutũ per-
tineat, & consequenter, vt pupillus in totum testatus dece-
dat, quoniam legitimis pupilli successoribus, quemadmo-
dum & substitutis à patre naturali non succurritur ipso iu-
re, sed vtiliter, & vinculo cautionis, quam præstat arrogator
de restituendis pupilli bonis ijs, ad quos ea res pertineret, si
arrogatio facta non esset iuxta l. non aliter 18. ff. de adopt. &
§ cum autem instit. eod. quo vinculo succurritur, & substi-
tuto a patre naturali, & legitimis pupilli successoribus, vt
18 ad vtiles actiones admittantur † dict. l. causa cognita. 40. ff. de
vulgar. & in specie declarant glo. ibi in substituto, Vigl. in dict.
princip. tit. instit. de pupill. num. 14. Anton. Gouea. in dict. § in ar-
rogato & ibi Cuiac. Nec effectu differt hæc sententia a com-
muni, quæ vult vtramque substitutionem valere, vna iu-
re ciuili, nempè factam ab arrogatore, alteram verò iure
prætorio, nempè factam a naturali, † vti videre est apud 19
Bart. in dict. l. si arrogator, numer. 13. versicul. Non obstat, & ibi
Sign. de Homod. numer. 23. Imol. in dict. §. ad substitutos, nu. 8.
vers. Nam, licet, Hyer. Verr in d. l. ex facto, numer. 464. Nam,
cum vt diximus substitutus a patre naturali succedat vincu-
lo cautionis, & vtiles tantùm actiones hæreditarias conse-
quatur, fit, vt, non, nisi prætorius successor dici possit, exem-
plo aliorum, quibus vtiles tantùm actiones hæreditariæ con-
ceduntur, secundum ea, quæ diximus in sexto cap in princip.
numer. 17. & seqq.

Planè, si contra deficiat substitutus ab arrogatore; quin
substitutus a patre naturali totum (saltem vtiliter) conse-
quatur nulla dubitatio est, † vt scribit Hyer. Verr. in dict. l. ex 20
facto n. 495. vers Secundò vbi, nu 496. declarat, totum ad eum
per ius non decrescendi pertinere, secundum ea, quæ decemus in-
fra nu. 24. † Non enim, vt in arrogatore, ita & in naturali 21
patre substituendi potestas fuit ad certa bona restricta, & li-
mitata d. l. sed si plures 10 §. ad substitutos. ff. de vulg. Et in spe-
cie declarant Bald. in d. § in arrogato in princ. & ibi Alex. n. 3.
Imol. in d. §. ad substitutos, nu. 8. & ibi Ias. nu 4. Sign. de Homod.
in d l. si arrogator num. 7 & ibi Ias num. 33.

Hinc (secundum Bald. in l. humanitatis 9. n. 39. C. de impub.
& al. subst.) decidi potest illa quæstio, nunquid, si pater, aut
mater furioso filio substituant, & (posita communi, quod
vtraque substitutio valeat) alter ex substitutis deficiat, de-
beat alter consequi totum per ius accrescendi: Nam verius
est, totum ad eum pertinere. † vt scribit Verr. in d. l ex facto 22
num. 494. & duob. seqq. ff. de vulg. non quidem † iure accre- 23
scendi, quippè, quod inter venientes ex diuersis testamentis,
diuersoque iure succedentes locum non habet, vt ostendimus
in 5. cap. q. 43. n. 1. & seqq sed iure proprio, & ex natura ipsius
substitutionis, quæ, quoniam ad certa bona non est restricta,
ideò trahitur ad totam: Nec enim, aut patri, aut matri fuit
substituendi potestas ad bona tantùm propria limitata, sed
simpliciter permissum est, vt possint filio furioso substituere
d. l. humanitatis, Cod. de impub. & al. subst. §. qua ratione inst. de
pupill. & ideò, siuè pater substituat, siuè mater censetur in to-
ta furiosi hæreditate substituere; sed, quia tota hæreditas
non potest ad vtrumque substitutum insolidum pertinere,
ideò necessitas ipsa diuisionem, & distinctionem patrimo-
niorum induxit, ita, vt alter alteri concurrendo patrimo-
nium à suo testatore relictum, & aduentitij dimidiam ab-
strahat. Cessante igitur hoc concursu, & alterutro defi-
ciente retinebit alter totam furiosi hæreditatem, non qui-
dem per ius accrescendi: Nec enim ei quicquam accrescit,
quod a proprio testatore datum non sit, sed potiùs per ius re-
tentionis, siuè (vt alij loquuntur) per ius non decrescendi,
† secundum ea, quæ de re tantùm coniunctis diximus in 4. cap 24
q. 2. n. 9 & in cap. 5. q. 40. nu. 15. Et ita in specie declarat Hyer.
Verr. in d. l. ex facto. 43 in princ. n. 496. ff. de vulg.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi cessat, si portio vocati sit à lege, vel statuto limitata.*

2. *Patronus præteritus, qui contra tabulas bonorum possessionem agnouit, totum consequitur deficiente hærede instituto non per ius accrescendi, sed alio iure.*

3 *Portio, quæ debetur coniugi pauperi ex Auth. præterea, C. vnd. vir. & vxor fuit à lege limitata.*

4 *Ius accrescendi non competit coniugi pauperi, qui quartam habet ex Auth. præterea C. vnde vir, & vxor.*

5 *Vxori à marito instituta in quarta residuum accrescit, hæredibus vniuersalibus deficientibus, & cur. num. 6.*

7 *Vxor, quæ quartam habuit ex Auth. præterea C. vnd. vir. & vx. & deficientibus omnibus agnatis, & cognatis totum consequitur, venit per ius accrescendi, Sed contra, nu. 8. & cur. n. 10. Declara, vt num. 9.*

11 *Ius accrescendi non habere locum inter diuerso iure succedentes, quod dicimus, procedit iure prætorio, non ciuili, Sed contra ibi.*

12 *Quarta debita vxori pauperi ex Auth. præterea, C. vnd. vir,*

vir, & vxor, pertinet ad alios mariti successores, si vxor repudiet, & quo iure.

13 *Statuto si caueatur, vt extantibus agnatis mater, aut soror, aut etiam filia non, nisi in certa portione succedat, non habebit fœmina ius accrescendi, licet quidam ex agnatis deficiant, Et quid si deficiant omnes; Distingue, vt n.14. & seqq.*

18 *Legitimato ea lege, ne possit succedere vltra certam portionem nihil potest accrescere.*

19 *Declaratur Baldus in l.vn.§.vbi autem legatarij, num.10. C.de cad.toll.*

An, & quando ius accrescendi cesset, si portio vocati sit à lege, vel statuto limitata.

QVÆSTIO XIII.

TErtio censeri potest à lege, vel statuto facta limitatio,
non respectu rei, vel potentiæ causæ efficientis, sed res-
pectu ipsius portionis, ad quam quis principaliter vocatur:
Nam, si lege, vel statuto caueatur, vt in certa tantùm quis
portione succedit, quia talis portio censetur à lege, vel statu-
to limitata, ideò fit, vt respectu residui non habeat voca-
1 tus ius accrescendi, † quoniam, vt sæpe dictum est, in dis-
positionibus limitatis ius accrescendi cessat, *vt ostendimus*
in hoc capit.quæst.1. num.6. Huius rei multa possunt exempla
afferri

Primum in patrono præterito a liberto, qui contratabu-
las bonorum possessionem agnouit: Nam, quia talis bono-
rum possessio fuit ad certam partem limitata, nempè ad
dimidiam, si prætoris edictum spectamus, vel ad tertiam, si
spectamus Iustiniani Constitutionem, ideò fit, vt, licet hæ-
res scriptus posteà deficiat, non tamen habeat patronus
2 respectu residui ius accrescendi, † *l.sed cum patrono 6. in*
princip.ff.de bon.poss. Et nos late diximus in quinto capitul.
quæst.43. num 55. & seqq. Et quamquam possit ex capite
vnde legitimi bonorum possessionem agnoscere, & eo mo-
do totam consequi successionem, *dict.l.sed cum patrono*,
non tamen iure accrescendi fit, sed ex alia, & noua causa,
nempè ex causa successionis ab intestato contingentis, *vt*
ibi ostendimus num.6.

Secundum exemplum afferri potest in vxore paupere, cui
debetur in bonis mariti prædefuncti quarta ex Constitutio-
ne Iustiniani *in Auth.præterea, C.vnd.vir, & vx.* Nam quia
3 talis portio fuit à lege definita, & limitata, † *vt considerant*
Alciat.in d.l.re coniuncti n.56.Cagn.in rubr C.quand.non pet.
part.n.56.Gozad in l.vn.n.29.vers.Tertiò, C.eod, ideò fit, vt,
quandiù extat aliquis ex descendentibus, aut ascendenti-
bus, aut transuersalibus mariti, non possit vxor habere
ius accrescendi in portionibus deficientium, sed illæ de-
beant, aut alijs cohæredibus accrescere, aut ad sequentes
4 gradus pertinere, † *vt contra Bulga. rectè censuit Petr. quem*
refert, & sequitur gl.in d.Auth præterea. in verb non extanti-
bus, & post eum Bart.ibi num 5.Bald.num 3.Alex numer.10.
Ias.in fin. Pic.num.29.& 31. Fabia.de Pep.nu.94. vbi testatur,
hanc esse magis communem, Bald. in l vn.num.15 & ibi Cagn.
num.40.in fin.Gozad.num.29 C.quand.non pet. part.Crott.in d.
l re coniuncti, num.183 & ibi Alciat.num.56. Cagn. in d.rubr.
C.quand.non pet.part.num.56.

Planè, si vxor in tali portione fuerit à marito instituta, du-
bitandum non est, quin in defectum alterius cohæredis vni-
5 uersalis residuum sit per ius accrescendi habitura, † *vt scri-*
bit Fabian de Pep.in d.Auth.præterea, n.103.C.vnd.vir, & vx.
6 quia † in hoc casu nō venit, tamquàm vocata ex prouisione
legis, sed tamquam vocata ex prouisione hominis, & ideò de-
bet censeri eodem iure, quo censeretur quilibet extraneus a
marito institutus, cui haud dubiè ius accrescendi secundum
iuris communis dispositionem competeret, *vt ostendimus in*
5.cap.q.41.n.8. & in cap.6.q.1.n.1.& seqq.

Denique, si transuersales omnes repudient mariti hære-
ditatem, aut aliter deficiant, non est dubiam, quin ad vxo-
rem, quæ quartam habuit, residuum pertineat excluso fi-
sco, Sed, quo iure, dubitatur: Nam plerique censent per ius
7 accrescendi pertinere, † *vt Bald. in d.Auth.præterea, n.3.&*
ibi Fabian d. Pep num.94.97 & 103. versic.Secundò, Bald. in
d.l.vn.num.15. & ibi Cagn.num.41.C.quand.non pet.part.Corn.
cons.324.num.4. vers.His tamen, & nu.7.vol.4. Peregr.de iur.
fisc.lib.4.tit.3 num.4.

Sed est veriùs, non iure accrescendi pertinere, sed iure suc-
cessionis, † nempè iure bonorum possessionis, vnde vir, & 8
vxor, cui locus est deficientibus omnibus agnatis, & cognatis
l.1.ff.vnde vir & vx.l.1.C.eod. Et hoc ita demum, † si eam 9
vxor agnoscat; alioquin enim bona, tamquam vacātia fisco
deferrentur, *l.vlt ff.de success.ed.Ita in specie declarat Pic in d.*
Auth.præterea, nu.29.C.vnd.vir, & vx. Nam vxori non pos-
sunt ipso iure accrescere, tum, quia † portionem habet a iure 10
ciuili limitatam, quæ proinde non potest vllo modo recipere
incrementum. *secūdum ea, quæ supra diximus*, tum quia suc-
cedit vxor diuerso iure, ideòque non debet habere ius accre-
scendi, *vt ostedimus in 5.c.q.43.n.61.* sed debet exemplo pa-
troni, qui per contratabulas bonorum possessionem fuerat
consecutus, deficientibus ijs, qui ad residuum vocabantur,
agnoscere bonorum possessionem sibi ab intestato delatam,
non autem per ius accrescendi residuum vindicare, *vt dixi-*
mus supra nu.& latius in 5 cap.qu.43.n.2.& seqq.

Nec est, quod aliquis respondeat, id, quod dicimus, inter di-
uerso iure succedentes locum non habere ius accrescēdi, pro-
cedere de iure prętorio, nō verò de iure ciuili, † *Quomodo res-* 11
pondēt Bald.in d.Auth præterea, n.3.& fatētur etiā omnes quos
retulimus in d 5.c.q.43 nu.45. quia falsum hoc esse perspicuè
demonstrauimus *in d.5 c.q.43 n.46.* vt proinde nō sit necesse
hic iterum ea repetere, quæ latiùs ibi commemorauimus.

Planè, si vxor nolit quartam pertinebit ea ad cęteros ma-
riti successores, non accrescendi iure, sed iure successionis, si-
ue iure vetere, cui remoto nouæ legis obstaculo locus esse so-
let, † *l.1.§ si nemo, & §. si quis adita ff.ad Tertul. Ita scribit* 12
Pic in d.Auth, præterea n.29.

Tertium exemplum afferri potest in statutis limitantibus
alicuius portionem, puta cauentibus, vt extantibus agnatis
mater, aut soror, aut etiam filia non, nisi in certa portione
succedat: nam, licet quidam ex agnatis repudient, aut aliter
deficiant, non tamen fœminæ poterit quicquam supra por-
tionem definitam accrescere, † *vt scribit Gul.Ben.in dict.cap.* 13
Raynutius, in verb.& vxorem nomine Adelasiam, n.124. vers.
Sin autem omnes, Et est de mente eorum, quos referemus infra
nu 17. quia, cum eius portio fuerit a statuto limitata, Conse-
quens est, vt incrementum recipere nullo modo possit, *ex ijs,*
quæ diximus supra num.1. & seqq.

Planè, si omnes agnati deficiant, puta repudient, aut ante
aditam hæreditatem moriantur, & quæramus, an residuum
accrescat fęminæ, quæ portionē habuit a statuto definitam,
constat duos esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando fœmina fuit à residuo exclusa non
odio sui, sed fauore alterius, vt, quia dictum sit, quod extan-
tibus agnatis fœmina non, nisi in vncia succedat, Et tunc
certum est, agnatis deficientibus posse fœminam totum con-
sequi non obstante limitatione; † *Ita enim scripserunt Bald.* 14
in l.1, num.11. & ibi Ioan. de Garro.num.115. Cod. de sec.nupt.
Corn.dict.consil 324 numer.9.vol.4. Imò totum ei etiam inul-
tæ accrescere, si portionem à statuto definitam agnouit,
† *vt scripserunt Gul.Ben.in dict.cap.Raynutius in verb & vxo-* 15
rem nomine Adelasiam, num.97. & 124. vers.Sin autem om-
nes, & nos etiam diximus in 8 cap.quæst.4.num.8. quia, cum
talis limitatio fuerit facta fauore agnatorum, Consequens
est, vt ijs cessantibus, quasi cessante causa limitationis cessare
debeat, & ipsa limitatio.

Secundus verò casus est, quando fęmina fuit a residuo ex-
clusa odio sui, puta propter malos eius mores, *secundum de-*
clarationem eiusdē Bald.in d.l.1.n.12.& ibi Io:de Garro n.116.
C.de.sec.nupt. Et tunc, † si quidem statutum vltra disponat, 16
stabitur eius dispositioni, *vt ibidem Bald.n.11.& Io:de Garro.*
n.115.tradiderunt. Cęterùm, si nihil vltra disponat, quæstio
est dubia. *secūdum Bald.ibi n.11.& Io:de Garro.n.115.* Sed est
verius, cessare ius accrescendi, & reliquas hæreditatis partes,
non ad fœminam, sed ad fiscum, quasi vacantes pertinere.
† *Ita enim fuit de mente Bald.in relato loco num.11. quem pro-* 17
bat Corn d.consil.324.num.11. vol.4. Tametsi Io:de Garro. ibi
numer.117.versic. Addo etiam, contrarium censuerit: Nam
fœmina neque iure accrescendi, neque iure successionis
totum

totum habere potest, non iure accrescendi, quoniam id cessat in dispositionibus limitatis, *vt sæpè dictum est*, neque iure successionis, quia statutaria dispositio sustulit ei ius succedendi vltra portionem definitam. Quamobrem illa bona, quæ fœminæ non deferuntur, tamquàm vacantia debent ad fiscum pertinere, *vt diximus in 9 cap. q. 1. n. 25.*

Quartum exemplum afferri potest in legitimatione facta ea lege, vt legitimati non possint succedere, nisi vsque ad certam partem, & sic limitatiuè: Nam vltra illam portio-
18 nem non poterunt legitimati habere ius accrescendi, † *vt rectè scripsit Beret. cons. 84. n. 11. Hoc igitur stante.*

Nec est contraria doctrina Baldi *in l. vn. §. vbi autem lega-*
19 *tarij n. 10. C. de cad. toll.* quia loquitur Baldus † de patre, cum quo simpliciter dispensatum est, vt possit spurijs relinquere nulla portionis, aut quātitatis, intra quam relinquere possit, taxatione, seu limitatione facta; nam tunc ait Baldus, dubitari posse, numquid inter ipsos spurios locum habeat ius accrescendi, *prout etiam nos retulimus in 7. cap. q. nu.* & sine dubio habere locum, si secuta sit legitimatio, quoniam ex tali priuilegio sequitur ius commune, scilicet habilitas, Ex quibus verbis intelligimus, eum loqui de legitimato simpliciter, non verò limitatiuè, quia dicendo ex tali priuilegio legitimationis sequi ius commune, idest, habilitatem, significat haud dubiè, legitimatos, de quibus loquitur, esse habiles, & capaces successionis, quæ res simpliciter dici non possit, si legitimatio fuisset ad certam portionem limitata. *Et ita Baldum declarat Beret. dict. consil. 84. num. 11. versicul. Hoc igitur stante.*

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi cessat, si lege, vel statuto limitata sit, tàm causa efficientis potentia quàm vocati portio.*
2 *Vir & vxor non erant olim inter se solidi capaces, sed decimam tantùm matrimonij nomine capere poterant.*
3 *Ius accrescendi non habebat olim vir, aut vxor vltra decimam, Sed hodie contra num. 5.*
4 *Lex Papia decimarum hodie sublata.*
6 *Pater extante sobole legitima non potest relinquere naturali plus, quàm vnciam.*
7 *Naturalis non habet ius accrescendi vltra vnciam.*
8 *Testatum quem pro parte decedere, & pro parte intestatum absurdum non est, vbi naturalis est institutus extante sobole legitima.*
9 *Baldus in l. 1. n. 3. C. de sec. nupt. reprobatur.*
10 *Naturalis habet ius accrescendi vsq. ad vnciā & cur. n. 11*
12 *Naturalis habet ius accrescendi, si legitimi filij deficiant, & cur, num. 13.*
14 *Naturalis est capax totius hæreditatis paternæ non extante sobole legitima.*
15 *Spurius est incapax bonorum paternorum.*
16 *Institutio spurij facta à patre nullius est momenti.*
17 *Spurio instituto nihil potest accrescere, siuè extet soboles legitima, siuè non, & cur num. 18.*
19 *Naturalis à patre substitutus impuberi filio legitimo non habet ius accrescendi respectu bonorum patris supra vnciam, & cur, num. 25.*
20 *Declaratur l. si is, qui ex bonis 6. ff. de vulg. & nu. seqq.*
23 *Spurius à patre substitutus impuberi filio capit bona aduentitia non profectitia.*
24 *Spurius si à patre substituatur, bona profectitia non applicantur fisco, sed deferuntur venientibus ab intestato, & hoc modo decedit pupillus pro parte testatus, & pro parte intestatus.*
26 *Vir, aut vxor non habet ius accrescendi supra id, quod à coniuge testante relictum est vni ex filijs prioris matrimonij.*
27 *Maritus, qui duxit viduam intra annum luctus, non habet ius accrescendi supra tertiam, & residuum applicatur venientibus ab intestato, eoque modo decedit mulier partim testata, & partim intestata.*
28 *Mulier, quæ intra annum luctus nupsit secundo, si quid ei relinquat vltra tertiā, id applicatur fisco, Sed contra, n. 29.*
30 *Mulier, quæ intra annum luctus nupsit secundo si quid ei supra tertiam reliquit accrescit id marito, sed tenetur id venientibus ab intestato restituere, Sed contra, num. 31.*
32 *Incapax censetur capax, vt alijs restituat, Declara, vt n. 33.*
34 *Declaratur l. 2. C. de nat. lib. & num. seqq.*
35 *Reddendi verbum qualiter accipiatur, & num. 36.*
37 *Ius accrescendi cessat, si statuto caueatur, ne cui possit relinqui vltra certam portionem & cur, num. 38. & 39.*
38 *Relinquere dicitur, qui dat capiendi occasionem.*
39 *Alienare dicitur, qui præstat occasionem acquirendi.*
40 *Vxori à marito instituta in vsufructu non accrescit tota hæreditas, si cohæres vniuersalis datus non sit stante statuto, quo cauetur, ne maritus possit vxori relinquere proprietatem & cur num. 41.*
42 *Vxori à marito instituta in vsufructu non accrescit tota hæreditas, etiamsi hæres institutus deficiat stante statuto, quo cauetur, ne maritus possit vxori relinquere proprietatem, & cur, numer 43. Reprobata contra sentientium opinione, n. 44. & seqq. Limita tamen, vt num. 48.*
45 *Statutum auferens liberam relinquendi facultatem, censetur odiosum.*
46 *Statutum odiosum loquens de casu simplici non trahitur ad casum mixtum, Declara, vt num 47.*

An, & quando ius accrescendi cesset, si à lege, vel statuto limitata sit, tàm hominis disponentis potentia, quàm vocati portio.

QVÆSTIO XIV.

QVarto, & vltimo censeri potest à lege, vel statuto facta limitatio respectu vtriusque: Nam, si lex, aut statutum simul, vt potentiam hominis disponentis, & vocati portionem limitet, certi iuris est, multo faciliùs, quam in superioribus speciebus cessare ius accrescendi, quia, si cessat, quando lex alterutrum tantùm limitauit, † *vt ostendimus in duabus* 1
quæstionib. præced. quantò magis cessare debet, quando limitauit vtrumque, cum duo impedimenta maiorem vno vim habeant, *vt diximus in 5. cap. qu. 43 num. 23.* Huius autem rei multa quoque possunt exempla afferri

Primum in viro, vel vxore, qui regulariter olim non erāt inter se solidi capaces: Non enim plus, quam decimam bonorum partem poterat alter alteri matrimonii nomine relinquere, nisi filius, aut filia communis extitisset, ita cauente lege Papia † *l. 2. C. de infirm. pœn cælib. l pro commoditate 7. C.* 2
Theod de Nauicul. Vlp. tit. 15. & tit. 16. inst. Et sunt accipienda l. vn. C. de his, qui se def. lib. 10. l. vn. C. Theod de inoff. dot. l. 1. C. Th. de bon. prosl. l. 1. C. Theod. de testam. Et omnes Pandectarum leges loquentes de ijs, qui non sunt solidi capaces, vt l. si is, qui ex bonis 6. ff. de vulg. l. si quis solidum 72. ff. de hæred. inst. l. cum ei, qui 43. & l. si Titio 57. §. 1. ff de legat. 2. l. sed, si hoc 61 §. 1. ff. de cond. & demonst. l. si seruus eius 81. ff. de acq. hæred l. cogi. 16. §. hi qui solidum, ff. ad Trebell. Ad quod videtur respexisse Iuuen. *in eo loco, quem retulimus, & exposuimus in hoc cap. q. 8. num. 25. dum ait,*

cc Legatum omne capis.

Significat enim nato filio adulteri beneficio maritum ex testamēto vxoris solidum relictum habiturum, quod alioquin eo non existente capere non potuisset: Nam, quia hoc modo lex Papia limitauerat, & disponentis potentiam, & capientis portionem, ideò, si coniux coniugi quicquam reliquisset, cessabat supra decimam ius accrescendi. † Sed hodie, 3
quia sublata lege Papia decimarum solidum inter se vir, & vxor capere possunt † *d. l. 2. Cod. de infir. pœn. cælib.* ideò fit, vt 4
quasi cessante limitatione nihil sit, quod impediat ius accrescendi, † nisi fortè contrarium lege municipali caueatur, *se-* 5
cundum ea, quæ dicemus infra num. 40. & seqq.

Secundum exemplum afferri potest in filio naturali, cui pater extante sobole legitima non potest plus, quam vnciam relinquere, ita lege cauente † *l. 2. & Auth. nunc soli, C. de nat.* 6
liber. §. ne igitur Auth. quib mod nat. effic. sui coll. 7. Nam, quia hoc modo lex, & patris potentiam, & filij capacitatem limitauit, ideò, siuè hæres instituatur, aut substituatur, siuè legatum, aut fideicommissum accipiat, nihil ei de bonis paternis poterit supra vnciam accrescere. † *Ita scribunt Bald.* 7
in l. si in testamento 5. versicul. Not. in hac lege, & ibi Angel. vers. Et per hanc legem, ff. de vulg. Alex. in l. si is, qui ex bonis 6. num. 5. versic. Et per prædicta, ff eod. Crott in d. l. re coniuncti, num. 163.

nu 163. Rip. in l. Lucius 45 in princ. n. 4. vers. Ex præmissis, ff. de
vulg. Peregr. de iur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 14. sed, quod excedit,
aut in hæreditate remanebit, aut pertinebit ad venientes ab
intestato, & hoc modo decedet testator pro parte testatus, &
pro parte intestatus. Nec id censebitur absurdum, cum ex
hæredis incapacitate, & limitatione à lege facta proficisca-
8 tur, † *secundum ea quæ diximus in hoc cap. q. 10. nu 4. Et in his*
terminis considerat Gomez. tom. 1. variar. resolut. cap. 10. nu. 11.
vers. item fortiter. Ex quo patet, verum non esse, quod scri-
9 psit Baldus † *in l. 1. num. 3 C. de sec nupt.* si is, qui solidum ca-
pere non potest, hæres instituatur, totum capere, ne testator
decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, licet secus
sit in alijs relictis, quia verius est, nec ex legato, vel fideicom-
misso, nec ex institutione posse eum capere supra portio-
nem limitatam, *per ea, quæ supra diximus.*

Planè vsque ad vnciam, quin secundum iuris communis
dispositionem ius accrescendi habere possit, si fortè in mino-
10 re parte fuerit institutus, nulla est dubitatio, † *vt scribu*
Angel. in dict. l. si in testamento 5, versic. Et per hanc legem, ff.
de vulg. Et est de mente omnium quos retulimus supra num. 7,
11 *à contrario sensu*; quia † limitatio non intra, sed vltrò ter-
minos operatur.

Denique, si legitimi filij deficiant, puta moriantur, aut re-
pudient, non est dubium, quin naturalis etiam totam hære-
12 ditatem per ius accrescendi habere possit, † *vt scribũt Alex.*
in d. l. si is, qui ex bonis 6. nu. 5. versic. Et per prædicta ff. de vulg.
Rip. in d. l. Lucius 45. in princ n. 4 vers. Ex præmissis, ff. eod Pe-
13 *regr. de iur. fisc d. lib. 3. tit 18. nu. 15*, quia † cessat tunc limita-
tio à lege facta, cum legitima sobole deficiente naturalis sit
14 capax totius hæreditatis paternæ † *Auth. licet, C de nat. lib. §.*
si verò filios, Auth. quib mod. nat. eff. sui coll. 7.

Sanè si sit spurius, magis est, vt nihil ei possit accrescere,
15 quia est incapax bonorum paternorum † *d. Auth. licet in fin.*
C de natu. lib. Auth ex complexu, C. de incest. nupt. §. vlt. Auth.
quib. mod. nat. eff. sui coll. 7, & ideò, si instituatur in aliqua re,
16 nullius erit momenti institutio, † *§. posthumus inst. de legat. l.*
si quis posthumos 9 in prin. versic. Sed, si ex ea, ff. de lib. & posth.
Et, licet talis dispositio sustineatur de æquitate canonica pro
modo alimentorum, non tamen ex hoc sequitur, posse ei
quicquam accrescere, siue extet soboles legitima, siue non,
17 † *vt scribunt Ruin cons. 98. num. 5. vol. 3. Crau. cons. 756 nu. 10.*
18 *vers. Sexto, Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 158. nu 7*, quia † &
alimentorum causa, tamquam taxata, & limitata ius accre-
scendi non recipit, *vt ostendimus in hoc cap. q. 11. nu. 1. & seqq.*
& supra modum alimentorum censetur spurius incapax
etiam hodie, ideòque non potest habere ius accrescendi, *vt ait*
Crau d consil. 765. num. 10. versic. Sextò.

Tertium exemplum afferri potest in specie, qua pater im-
puberi filio, quem habet in potestate naturalem substituit:
Nam ita substitutus capiet quidem bona pupilli aduentitia,
sed non profectitia præter vnciam, quam ei pater relinque-
re potest. Itaque respectu profectitiorum cessabit ius accre-
scendi, ideò, quia & potentia substituentis, & substituti portio
19 fuit à lege limitata, † vti probat *l. si is qui ex bonis 6. ff. de vulg.*
quæ, quamuis verè loquatur de ijs, qui solidum capere non
20 poterant, ex lege Iulia, & Papia, † *vt constat ex eius inscriptio-*
ne, idest de viro, & vxore, qui solidi capaces non erant,
21 † *vt ostendimus in primo exemplo, Et in specie declarant Ant.*
Gouean. & Cuiac in d. l. si is, qui ex bonis, non malè tamen à
nostris trahitur ad naturales, quippe, quorum eadem est ho-
die, quæ olim erat viri, & vxoris ratio: Sunt enim, & ipsi, vt
22 & olim coniuges capaces, sed non solidi. † *Et ita legem il-*
lam de naturalibus accipiendam censent ibi gl. in verb. non pos-
sit, Bald. & Ang in princ. Castr. num. 3. Alex. nu. 4. versic. in gl. 1.
& versic. Sed certe, Ias. numer. 3. Bart. in l. quod conditionis 36.
num. 3. ff. de donat. caus. mort. Bald. in l. eam, quam 14. num. 50.
Cod. de fideicomm. Gul. Ben in d. cap. Raynutius in verb. & vxo-
rem nomine Adelasiam, decis. 5. nu. 119. vers. Si verò pater, &
in verb. si absque liberis 2 in tract. de subst. pupill. num. 74. Ceph.
consil. 60. num. 13 & 14. Menoch. cons. 1065. num. 5. & 7. Idem
erit, &, si spurius à patre substituatur impuberi suo: Capiet
enim ex tali substitutione bona pupilli aduentitia, non etiam
23 profectitia, † *vt scribunt gl. in §. fin. in verb participium, versic.*
Sed, quid, si pater, Auth. quib. mod nat. eff. sui coll. 7. quam pro-
barunt Bart. in l. si is, qui ex bonis. 6. num. 1. & ibi Bald. versic.
Quæro virum, Ang. num. 1. Imol. num. 1 Castr. numer. 3. versic.
Sed. quid, Alex. num. 4. Ias. num. 3. Bald in d. l. eam quam 14.
num. 53 Cod. de fideicomm. ff. Gul. Ben in dict. cap. Raynutius, in
verb & vxorem nomine Adelasiam, decis 5. nu 128 & in verb.
si absque liberis 2, in tract. de subst. pup. nu 74. Couar. in epitom.
tit. de spons. part. 2, cap. 8. § 5. n. 4. Roll. cons. 87. n. 26. vol. 3. Duar.
ad tit ff. de vulg. cap 15. & ea non ad fiscum pertinebunt, cum
incapacitas substituti non proueniat ex ipsius delicto, sed ad
venientes ab intestato, & eo modo decedet pupillus pro par-
te testatus. & pro parte intestatus, † *vt scribunt Bart. in d. l.* 24
si is, qui ex bonis 6 num. 2. vers. Quæro. & ibi Bald versic Not.
hanc responsionem Angel. in princ. Imol. num. 1. Castr. nu. 6. in fin.
Alex. num. 3. Ias. num. 9. vers. Circa primum, vbi testatur hanc
esse communem opinionem, Bald. in l. 1. numer. 10. & ibi Io: de
Garro. num. 114. Cod. de sec. nupt. Gul. Ben. in dict. capit. Raynu-
tius, in verb. si absque liberis secundo in tract. de subst. pupill. nu.
74. & nos latius dicemus infra num. 27. & seqq. quod ideò fit,
quia substituendi potestas, & substituti capacitas fuit ad cer-
ta bona limitata, † *vt in specie declarat Bald. in dict. l. 1. nu.* 25
10. Cod. de sec. nup.

Quartum exemplum afferri potest in viro, aut vxore, qui
extantibus ex priore matrimonio liberis transiuit ad secun-
da vota: nam, quia ex dispositione legis non potest relinque-
re plus secundo coniugi, quàm vni ex filijs prioris matrimo-
nij, *vt diximus in hoc cap. quæst. 8. num. 45.* & hoc modo limi-
tata est, tàm facultas disponentis, quàm portio vocati, ideò
fit, vt supra illam portionem non possit † coniux habere ius 26
accrescendi.

Quintum exemplum fit in muliere nubente intra annũ
luctus, cui lex prohibuit ne secundo viro plus quàm tertiam
bonorum partem relinquat *l. 1. C. de sec. nupt.* Nam, quia hoc
modo limitauit vtrumque, ideò fit, vt supra illam tertiam
non possit maritus habere ius accrescendi, sed residuum de-
beat ad venientes ab intestato pertinere, & ita mulier dece-
dere partim testata, & partim intestata, † *d. l. 1. & ibi in specie* 27
declarant gl in verb. testamento vers. dixerunt. Bart. n. 1. Bald.
n. 5. 9. 10. & 17 Io: de Garro. n. 107. 113. in fi. 114. & 119 vbi te-
statur hanc esse magis communem C. de sec. nupt. Bald. in l. un.
n. 16. C quand non pet part. Imol in d l. si is qui ex bonis 6 n. 1. &
ibi Castr. n. 6 in fi Ias. n 9. vers circa primam, ff de vulg Rub. in l.
pater filium 14 n. 127. in fi. C. de inoff. Crau. d. cons. 760 num. 10.
vers. Sexto, Ceph. consil. 60. nu. 4. & 12. Men. cons. 1065 nu. 13. &
Mynsi. in § hereditas, n 12. inst. de hered. inst.

Nec est, quod quisquam putet, imò partes illas accresce-
re marito, sed fisco restitui debere, † *vt arbitrabantur qui-* 28
dam veteres, quorum opinionem refert glo. in dict. l. 1. in verb. te-
stamento C. de sec. nupt. & probat gl. in l. ius nostrum 7 in verb.
ius nostrum ff. de reg. iur. quia, cum incapacitas mariti non
proueniat ex ipsius delicto, sed ex odio mulieris intra an-
num luctus nubentis, non debet per consequentias facere lo-
cum fisco. Quamobrem illa opinio, † *tamquam repugnans* 29
manifestis verbis d. l. 1. Cod. de sec. nupt. meritò fuit ab omni-
bus improbata.

Minus est, quod putet quisquam accrescere marito, cæte-
risque bonorum incapacibus, sed ab eis debere venientibus
ab intestato restitui, † *vt arbitrati sunt alij veteres, quorum* 30
opinionem refert gl. in d. l. 1 in verb. testamento C. de sec nupt &
probant Bald. in l. eam quam 14. nu. 51. C. de fideic. Alex. in d. l.
si is qui ex bonis 6 nu. 3. vers Sed certè, ff. de vulg. Sign de Ho-
mod. in l. si arrogator. 22. n 19. ff de adopt Crott in d. l. re coniun-
ctis, nu. 163. Dec. in d. l. ius nostrum 7. n. 13. ff de reg. iur. Men. d.
cons. 1065. n. 11. quia præter id, quod hæc opinio effectu non
differt à communi, probatur etiam falsa ea ratione, quia fi-
deicõmissa non inducuntur a lege, sed a testatore, vel verbis,
vel coniecturis. Cũ igitur nulla subsit coniectura voluntatis
testatricis circa vocationem legitimorum hæredum, quippè,
cum testando voluerit eos omnino ab hæreditate sua exclu-
dere, Consequens est, vt nullum censeri possit inductum fi-
deicommissum, per quod maritus, aut alius incapax teneatur
hæreditatem venientibus ab intestato restituere, retenta, ter-
tia parte. Quamobrem & hæc sententia † meritò fuit *ab* 31
Imol. in d. l. si is qui ex bonis 6 n 1. & alijs improbata.

Nec obstat, quod incapax censetur capax, vt alijs resti-
tuat † *Leogi 16. §. his, qui solidum ff. ad Trebel. l. cum ei, qui 43.* 32
ff. de legat. secundo. Et in his terminis arguit Alex. in dict. l. si
is, qui

is, qui ex bonis.6.nu.3.vers.Sed certè, quia respondeo, id proce-
33 dere, † si restitutio sit iniuncta à testatore; Cœterùm, si nullum extet vestigium voluntatis eius circa restitutionem, prout non extat in terminis nostris, non posse per consequentias censeri capacem, ob causam fideicommissi, quod inductum non est.

Denique non obstat, quod in hac materia dicantur bona
34 venientibus ab intestato reddenda † in l. 2. C de nat. liber & reddendi verbum ad eas restitutiones referatur per quas quis
35 capit de manu alterius, † ut arguit Alex.in d.l.si is qui ex bonis.nu.3.vers.Certè quia respondeo, verbum hoc ambiguum esse, & posse sui natura intelligi de vtroque genere restitutio-
36 nis prout subiecta materia patitur, † l.cum quidam uxori.21. ff.de leg.secundo l. verbum reddendi 94.ff.de verb.sign. & in casu nostro subiectam materiam non pati, vt intelligatur de restitutione, quæ fit ex causa fideicommissi, quippè, quod à testatore, neque expressè, neque tacitè relictum est, ut supra diximus.

Sextum exemplum afferri potest in statutis prohibentibus, ne cui possit relinqui supra certam portionem: nam quia huiusmodi statuta limitant, & hominis disponentis potentiam, & vocati portionem, ideò fit, vt supra illam portionem non possit vocatus habere ius accrescendi, sed, quod excedit
37 debeat ad venientes ab intestato pertinere. † Ita enim scripserunt Bald.in d.l si is, qui ex bonis.6.col.2.vers Vltimo not.ff. de vulg.Pereg.cons.155.nu.21.vol.5 & Men.d.cons.1065.nu. 15. Prohibito enim relicto censeri quoque debet prohibitum ius accrescendi, quia relinquere dicitur, qui dat capiendi oc-
38 casionem † l.codicillis 9.§.matre ff.de leg.secundo vt alienare
39 dicitur, qui præstat occasionem acquirendi † l. si ita quis 135. §.ea lege ff. de verb.oblig. Et in his terminis considerat Bald.in l.vra.num.16.C.quand.non pet.part.nosque retulimus in secundo cap qu.2.nu.2.& seqq.

Vnde infertur, stante statuto Papiensi, quo cauetur, ne maritus possit vxori relinquere proprietatem, sed tantum vsumfructum, vxorem institutam in vsufructu non posse per ius accrescendi totam consequi hæreditatem, siuè nullus ei cohæres vniuersalis datus fit, quo casu res caret dubio,
40 † cum manifestè constet, id fuisse factum in fraudem Statuti
41 † vt declarat Galiaul consuet. Alex in verb vltra, quæst.5.nu. 14.quem refert, & sequitur Carpan.ad statu.Med.cap.295 nu. 157.vers.tamen contrarium, & fatetur etiam Ceph. cons 60
42 num 12. siuè datus defecerit, puta repudiauerit, † ut rectè ex facto consultus censuit Crau. cons. 766 per tot. quem probarunt Men.de præs.lib 4 præs.86.in fi.& Pereg.cons.155. num. 20. & seqq.vol 5.& censuerunt etiam Galiaul.in d qu.5 nu 4. & seqq. & Carpa.d.cap.295 num. 157 vers.tamen contrarium: Nam,
43 † licet prædictum statutum loquatur de relictis, & sic de ijs rebus, quæ capiuntur ex iudicio mariti, ideòque non videatur pertinere ad hæreditatem, quæ capitur per ius accrescendi, quippè quæ non ex iudicio, & dispositione testatoris; sed ex dispositione legis proficiscitur, maximè in proposita specie, in qua tractatur de tota hereditate deferenda instituto in re certa, quo casu certum est, ius accrescendi non ex vi coniunctionis, sed ex mera potestate iuris induci, ne scilicet testa-
44 tor decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus † Qua ratione moti contrariam in eadem facti specie sententiam sunt amplexi Ceph.cons 59.num. 13 vers.Præmissis & cons.60.n. 11. vers.His tamen.& Nat.cons.463.nu.15 quos sequitur Mantic. de coniect.ult vol.lib.4.tit.11.num.12.& post eum Men sibi contrarius in tract de ad pisc.possess.rem.4.nu. 129 vbi responsum illud Ceph. mirum in modum commẽdat, eo tamen ipso, quod limitat potentiam mariti, & capacitatem vxoris, debet per consequentias censeri ius accrescendi sustulisse, quia (Vt sæpè dictum est) in dispositionibus limitatis ius accrescendi cessat, maximè cum esset ratio propter quam iure constitutum est, vt hæredi particulari tota hæreditas accrescat, scilicet, quia absurdum non est, testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, quoties lex, aut statutum portionem alicuius limitauit, ut d ximus in hoc cap quæst.10.num 4. Nam sublata causa iuris accrescendi censeatur & ipsum ius accrescendi sublatum, ut ostendimus in hoc ipso cap. quæst. 9. nu.1 & seqq.

Nec est contrarium, quod huiusmodi statutum, tamquam auferens liberam relinquendi facultatem censeatur odiosum † verbis legis 120.ff.de verb.sign.l.1.C.de Sacr.Eccl § disponat, 45
Auth.de nupt coll.4 ideoque, cum loquatur de casu simplici, nempe de ijs, quæ capiuntur ex iudicio, & dispositione mariti non videtur posse trahi ad casum mixtum, † ut docent 46
Bald.in l.hac consultissima 8 n 7.C.qui testa.fac.poss.Roma.cons. 294.num.4.Alex.in rubr.C.de iudic.n.3.Iason §.omnium n.29. inst de actio.Ruin cons.114.num 5.uol 1 Paris.cons.54.num 28. vol.2.Nat.d.cons.463.num.18.Decia consil.16.num.7.uolum 1. Men.cons 11 num.5 & 20.cons.187 num.27.& cons 678.nu.24 nempè ad ea, quæ capiuntur per ius accrescendi, quippè quæ capiuntur principaliter ex dispositione legis, secundario verò, & occasionaliter ex iudicio, & dispositione testatoris, vti diximus in secundo cap quæst.2.num.45. Et in his terminis considerat Mantic.d.lib.4.tit.11.num.12.quia respondeo, quod dicimus statutum loquens de casu simplici non trahi ad casum mixtum, procedere, † nisi casus mixtus sub simplici 47
contineatur saltem per consequentias, vt euenit in casu nostro: Nam eo ipso, quod per casum simplicem inducitur limitatio, & efficitur, ne sit absurdum, testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, censetur etiam per consequentias inducta iuris accrescendi exclusio, scilicet, quia, vt dictum est, in dispositionibus limitatis ius accrescendi cessat, &, vbi non est absurdum, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, heredi rei certæ non accrescit hæreditas, ut ostendimus in 7 cap.quæst.1.nu.15.& in hoc ipso cap.quæst 9 num.4.& quæst.10.num.3.

Sanè, si deficerent omnes ab intestato venientes, posset vxor ad exclusionem fisci totam consequi hæreditatem, vel per ius accrescendi, quod in hoc casu non censeretur prohibitum, vel saltem ab intestato, cuius successio non censetur à prædicto statuto sublata, quippè, cum prohibeat, ne maritus vxori relinquat proprietatem, non verò, ne vxor marito intestato defuncto succedat, † ut in specie prædicti statuti declarant Galiau.d.q.5 num.15.& Carpa.d. cap. 295.num.158. 48
Et his quidem modis cessat ius accrescendi ex causa legis.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi quotupliciter cesset ex causa testatoris.*
2 *Testator vocando ad summas diuersas, quos poterat ad eandem summam vocare, censetur ius accrescendi excludere.*
3 *Testator vocando separatim ad eiusdẽ rei partes, quos poterat vocare coniunctim cẽsetur excludere ius accrescendi.*
4 *Testator disponendo per modum legati aut fideicommissi facit, ne vocato ad rem particularẽ tota hæreditas accrescat.*
5 *Ius accrescendi cessat ex causa testatoris, si ab eo fuerit prohibitum.*

An, & quando ius accrescendi cesset ex causa testatoris.

QVÆSTIO XXXV.

NVnc videamus; quando cesset ex causa testatoris, quæ in re separatim nobis erit dispiciendum, Primo, quid, si testator sit paganus, Secundo quid, si sit miles.

Et, si quidem sit paganus, dupliciter ex eius causa cessare potest ius accrescendi, † vno modo, si faciat dispositionem 1
non continentem ea, quę sunt necessaria ad inducendum ius accrescendi; Altero verò, si adhibeat quidem omnia necessaria, sed nihilominus ius accrescendi prohibeat. Prioris generis exempla sint.

Primùm, si testator, qui poterat vocare honoratos, velut ad eandem rem, & eo modo sine maiore grauamine hæredis inter eos inducere ius accrescendi, nihilominus ita conceperit dispositionem, vt per eam videatur illos ad res diuersas vocasse, vt euenit in patre, qui duas aut plures habens filias nobiles, voluit singulis certam summam, puta mille pro dote relinquere: nam sine dubio poterat sine maiore grauamine sui hæredis ita concipere dispositionem, vt vna ex filiabus deficiente dos illius superstitibus accresceret, coaceruando scilicet omnes summas, & eas, velut vnam summam coniunctim filiabus relinquendo, puta dicendo, Lego Titiæ, Caiæ, & Seię filiabus meis tria millia pro earũ dotibus, quo casu effectu nõ videretur singulis plus, quã mille pro dote reliquisse,

ſcilicet,quia,cum eſſent tres,quæ concurrere debuiſſent,ſingulæ concurſu non,niſi tertiam ſummæ relictę partem fuiſſent habituræ,& tamen ita diſponendo effeciſſet, vt vna ex iis deficiente dos illius cęteris ſororibus accreſceret,quia communiter vnam ſummam omnibus relinquendo,re, & verbis eas coniunxiſſet, quæ res fuiſſet ſufficiens ad inducendum inter eas ius accreſcendi, *vt oſtendimus in 5.cap. quæſt.8. num. 13.& quæſt.21 num* 5. Sed, quia fortaſſis ita concepit diſpoſitionem, Lego, Titiæ, Caiæ, & Seiæ filiabus meis ſingulis mille pro earum dotibus, & hoc modo vocauit eas ad res diuerſas, nempè ad diuerſas ſummas, ideò cenſetur illas omnimodo diſiunxiſſe, & per conſequentias effeciſſe,vt etiamſi vna deficiat, non tamen eius dos poſſit alijs filiabus accre-
2 ſcere, † *vt latè oſtendimus in eodem quinto cap. quæſt.5.n.8. & quæſt.17.num.*5.

Secundùm exemplum ſit,ſi teſtator volens duobus fundum ita relinquere, vt quilibet habeat dimidiam, ita conceperit diſpoſitionem,vt per eam cenſeatur vocatos omnimodo diſiunxiſſe, puta dixerit, Lego fundi Tuſculani dimidiã Primo,& alteram dimidiam Lego Secundo: Nam,quia hoc modo vocauit legatarios ad eiuſdem rei partes factas in diuerſis orationibus,& ſic eos re,& verbis diſiunxit, *ſecundum ea quæ diximus in eodem 5.cap.q.1 num.*5. ideò cenſetur ius
3 accreſcendi excluſiſſe, † *vt oſtendimus in quinto cap.qu.42. num.*4. Et tamen dubium non eſt,quin,ſi alio modo diſpoſitionem concepiſſet, nempè vocando ſimpliciter legatarios ad fundum,quo caſu eſſent re,& verbis coniuncti, *vt diximus in eodem 5 cap.q.25 nu.*21. feciſset iuri accreſcendi locũ, *vt patet ex ijs,quæ diximus in eodem 5.cap.q.39.nu.*1. non obſtante,quod effectu cenſeretur eos ad partes vocaſse,*vt oſtendimus in eodem 5.cap q.30.n.*8, Quemadmodum & (ſecundũ communem) ſi legatarios coniunxiſset verbis,puta dixiſset, Lego fundum Tuſculanum Primo, & Secundo æquis partibus, *vt oſtendimus in eodem 5.cap.quæſt 15.n.*2. aut etiam (vt ipſis communiter viſum eſt) Lego dimidiam fundi Tuſculani Primo, & alteram dimidiam Secundo ,*vt ex eorum ſententia retulimus in eodem 5.cap.quæſt.16.num.26. & ſeqq.* tametſi nos diſputando contrariam opinionem , vtì verio rem tàm in poſteriore exemplo , quàm in iure accreſcendi inter verbis tantum coniunctos legatarios admittendo , ſimus amplexi, *vt videre eſt in eodem 5.cap q.16.n.29.& ſeqq. & quæſt.23.num.2.& ſeqq.*

Tertium ſit exemplum . ſi teſtator volens aliquem in re certa inſtituere, aut directò ſubſtituere , quo caſu tota illi hæreditas accreſceret; ſi nullus ei cohæres vniuerſalis datus eſſet,aut datus deficeret,*vt oſtendimus in 7.cap quæſt.7.n.1.& ſeqq.& quæſt.9.n.1.& ſeqq.* ita conceperit diſpoſitionem , vt ea non cenſeatur facta per modum inſtitutionis, aut ſubſtitutionis directæ, ſed per modum legati , aut ſubſtitutionis fideicommiſſariæ,puta dixerit,Lego,vel relinquo filio meo talem fundum,aut in tali fundo ſubſtituo, *ſecundum ea, quæ diximus in eodem 7.cap.quæſt.11.num.1.& ſeqq. & quæſt.15. num.1.& ſeqq.* nam hoc modo cenſebitur ius accreſendi ex-
4 cluſiſſe † quia non, vt hæredibus in re certa inſtitutis , aut directò ſubſtitutis, ita & legatarijs, aut fideicommiſſarijs tota hæreditas accreſcit, *vt oſtendimus in eodem 7.cap.quæſt.11. num.1.& quæſt 15.num.1.*

Poſterioris verò generis exemplum ſit,cum teſtator duos, aut plures coniunctim ad eandem rem vocauit,titulo legati, vel fideicommiſſi,aut duos,vel plures hæredes inſtituit, aut etiam directò ſubſtituit in certa,& ſic ita diſpoſuit,vt ſecundum regulas iuris ciuilis poſſit eſſe locus iuri accreſcendi , *ſecundum ea, quæ diximus in 5.cap.quæſt.1.& ſeqq.& in cap.7 quæſt.10.& quæſt.12.* ſed tamen ipſe noluit id habere locum, puta , quia illud, aut expreſſim, aut tacitè prohibuit: nam
5 hoc caſu ceſſat ius accreſcendi, † non ex defectu eorum,quę ſunt ad illud inducendum neceſſaria , ſed ex defectu voluntatis teſtatoris.

Ex his autem duobus excludendi modis, qui à teſtatore proficiſcuntur, non ſumus in hoc loco de primo tractaturi, quia non pertinet ad hoc caput, ſed ad eas quæſtiones, quas fuſiùs *in 5.& 7 cap.* expoſuimus, ſed ſumus tractaturi de ſecundo,nempè de excluſione, quæ ex teſtatoris prohibitione naſcitur; Sed,quia,cũ dicimus ex hac cauſa ceſſare ius accreſcendi,duo ſupponimus,nempè teſtatorem, & ius accreſcendi prohibere potuiſſe,& illud prohibuiſſe,ideò pro plena totius quæſtionis explicatione de duobus nobis erit diſpiciendum. Primo, an teſtator ius accreſcendi prohibere poſſit . Secundo, ſi poteſt,quando cenſeatur id prohibuiſſe .

S V M M A R I V M.

1 *Ius accreſcendi à teſtatore prohiberi poteſt , Declara , vt num.5.& ſeqq.*
2 *Ius accreſcendi non habet locum contra voluntatem teſtatoris, etiam præſumptam num.3.*
4 *Ius accreſcendi ceſſat , vbi conſtat de contraria voluntate teſtatoris.*
5 *Ius accreſcendi poteſt à teſtatore prohiberi in legatis, & fideicommiſſis particularibus.*
6 *Ius accreſcendi non habet locum contra voluntatem teſtatoris in ſingularibus relictis .*
7 *Ius accreſcendi non poteſt prohiberi in legitima .*
8 *Legitima debetur ex lege .*
9 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi in fideicommiſſis vniuerſalibus .*
10 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi in hæreditatibus, ſi teſtator ob id non decedat pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus .*
11 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi in perſona vnius ex pluribus cohæredibus .*
12 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi dato ſubſtituto .*
14 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi ab inteſtato, Declara, vt numer.14.*
15 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi, quoties quis poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus .*
16 *Miles poteſt prohibere ius accreſcendi .*
17 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi in teſtamento ad pias cauſas,& in teſtamento inter liberos num.18.*
19 *Ius accreſcendi poteſt prohiberi , ſi lege, vel ſtatuto caueatur, vt quis poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro partę inteſtatus .*
20 *Ius accreſcendi regulariter non poteſt prohiberi in hæreditatibus, Declara, vt num.21.*
22 *Teſtamentum valere, & prohibitionem iuris accreſcendi ſuſtineri ſunt incompatibilia .*
23 *Prohibitio iuris accreſcendi hæreditarij,an vitiet teſtamentum, varia ſententia conferuntur .*

An, & quando ius accreſcendi à teſtatore prohiberi poſſit .

Q V Æ S T I O XVI.

CVm autem primo loco quærimus , an teſtator ius accreſcendi prohibere poſſit, tradunt quidem nonnulli ſimpliciter, & indefinitè poſſe, † *vt Bart. in l. pater filium 14.n.12.ff.de inoff.in l.quoties 9.§.ſi duo nu.2.ff. de hæred. inſt. & in l.re coniunctis 87 num.35.& ibi Rip.n.131.verſic. Secundò, Io:Gand num.84. ff.de legat.3.Bart.conſil.156 n.2.& conſ.177. num.3.lib.1.Ang.conſ.91. num.3. & conſ.358.num,5.Iaſ conſil. 61.col.3.verſic.Quartò,vol.3. Rum.conſil.90.num.11.vol.2. & conſil.127.num.7.vol.3. Hugo Celſus conſ.24 numer.16. Purp. conſil.558.num.29. Decian.conſ.61. numer.41,vol.2. Luch.de Curt.inter conſ.vlt.vol. Zilet.conſ.110.num.1. vol.1.Craſſ.in §. ſubſtituto,quæſt.13.num.3.* Et videtur etiam ſenſiſſe,qui ſimpliciter dixerunt, ius accreſcendi non habere locum contra voluntatem teſtatoris,† *vt Ioan Gand.in d.l.re coniunctis,n.58.* 2
etiam præſumptam, † *vt Hond conſil.89.num.54. vol.1.* in 3
hanc rem adducentes doctrinam *gl. communiter approbatæ in l.Dominus 63.§.1.in verb.recurris,ff.de vſufr.* & rationem illam, quia ius accreſcendi prouenit ex tacita voluntate teſtatoris,*vt retulimus in 2.cap.q. num.1.* ideòque ceſſare debet, vbi de contraria illius voluntate conſtat, † *vt ſcribunt Crott.* 4
in d.l.re coniunctis,num.54.Soc.Iun. conſ.139.nu.23. vol.1.Clar. in §.teſtamentum,q.74 n.2.verſ. Ego tamen,Decian.d.conſil.61. nu.41.vol.2.& conſ.83.n.66.vol.4.Cran.conſ.856.nu.59.Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.10. tit.3.n.21. Menoch.conſ.483.nu.13. Surd.conſ.123.numer.23. Canall.in tract.comm.contra comm. qu.707 nu.2.& 3. Sed eſt verius in hac re varios caſus eſſe diſtinguendos, quorum

Primus

Primus eſt, quando tractatur de diſpoſitionibus ſingularibus, puta de legatis, & fideicommiſſis particularibus, Et tūc
5 verum eſt, poſſe teſtatorem ius accreſcendi prohibere. † *Ita enim ex prædicta doctr. gl. in l. Dominus 63. §. 1. in verb. recurrit, ff. de vſufr. ſcripſerunt Angel. ibi in princ. verſic. Ex qua not. & num. 2. Bald. in l. vn. nu. 23 C. quand. non pet. part. Angel. in l. pen. num. 1. verſ. Tu dic, & ibi Caſtr. num. 2. Imol. num. 3. ff. de iniuſt. rupt. Ang. in l. 1. in princ. num. 1. verſ. Secunda, ff. de vſufr. accr. & in l. Lucius 78. §. quæ habebat, num. 1. ff. ad Treb. Caſtr. in l. quoties 9. §. ſi duo, num. 6. & ibi Imol. num. 39. ff. de hæred. inſt. Imol. in l. 1. §. ſi ex fundo nu. 61. 62. & 69. ff. eod. & in l. militari, & Titio 73. nu. 2. verſ. in gl proderit, ff. de cond. & demon. Petr. de Beſut. in d. l. re coniuncti, num. 7. & ibi Iaſ. numer. 208. Crott. nu. 55. & 61. verſ. Quinto, Rip. num. 133. Io: Gaud. nu. 61. & 70. Ang. de Gamb. de teſtam. gl. 42. num. 1. & gl. 60. nu. 2. & 4. Gul. Ben. in cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 106. & 133. de teſtam. Soc. Sen. in l. 1. nu. 48 verſ. Ex quibus etiam patet, & ibi Rip. num. 183. verſ. Aduerte, ff. de vulg. Duran. de art. teſtand. tit. 6. caut. 15 num. 3. Ruin. conſ. 33. n. 9. in fi. conſ. 87. num. 7. conſ. 91. num. 14. vol. 2. conſ. 131. nu. 7. & conſ. 137. num. 7. vol. 7. vol. 3. Purp. in d. l. vn. num. 37. & ibi Seb. Sap. num. 49. Io: Gut. num. 24. C. quand. non pet. part. Purp. d. conſ. 558 num. 29. Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. num. 11. 17. 34. 54. verſ. Maior, & num. 58. Rub. in l. pater filium. 14. nu. 120. ff. de inoff. Zanch. in l. hæredes mei 57. §. cum ita part. 8 num. 279. ff. ad Treb. Ceph. conſ. 60. num. 22. Duar. lib. 2. de iur. accr. cap. 14. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 3 nu. 2. & 21. Peregr. de fideicomm. art. 9. num. 3 & 13. verſ. Contra facit, & art. 11. n. 65. Surd. deciſ. 152. n. 6. Vin. deciſ. 406. num. 7.* Quamobrem dicimus, in ſingularibus relictis ius accreſcendi non habere lo-
6 cum contra voluntatem teſtatoris, † *ut videre eſt apud Bald. in l. 1. num. 1. verſ. ſecunda, Cod. de ind. vid. toll. & in l. vn. §. vbi autem legatarij, numer. 10. Cod. de cad. tollend. Imol. in dict. l. militari, & Titio 73. num. 2. verſic. in gloſſ. proderit, ff. de cond. & demonſt. Iaſ. in d. l. re coniuncti, nu. 178 & ibi Crott. n. 74. in fi. Peral. in l. & Proculo 20. nu. 43. verſ. aſſignat, ff. de legat. 2.* & iis non competere, qui contra teſtatoris voluntatem de iure ſpeciali admittuntur in legatis, & fideicommiſſis, *ſicuti videre eſt apud eos, quos retulimus in 7. cap. q. 61. n. 31.* Nam, cum in iis ius accreſcendi proueniat à tacita voluntate defuncti, *vt diximus in 2. cap. 2. n.* Conſequens, vt contraria illius voluntate tolli poſſit, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra nu. 2.* Maximè, cum in legatis, & fideicommiſſis ceſſet abſurditas illa, quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, propter quam aliàs dicere ſolemus, non poſſe teſtatorem ius accreſcendi prohibere: Licet enim portio legati, vel fideicommiſſi vacans coniuncto non accreſcat, non tamen ob id decedat teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quoniam illa portio remanet apud hæredem, à quo fuit relicta, qui ſuſtinet cauſam teſtamenti, *vt diximus in 3. cap. q. 1. num. 6.*

Planè in legitima verius eſt, non poſſe teſtatorem ius ac-
7 creſcendi prohibere, † *vti demonſtrauimus in 6. cap. quæſt. 8 num. 51.* quamuis ea non ſit vniuerſalis, ſed particularis ſucceſſio, *vt ibidem oſtendimus num. 35.* quia, cum legitima de-
8 beatur ex lege † *§ aliud quoque capitulum Auth. vt, cum de app. cogn. coll. 8. §. ſi quis autem non implens Auth. de hæred. & Falc. coll. 1. Auth. vt lic. matr. & au. in prin. coll. 8.* Conſequens eſt, vt in ea voluntas teſtatoris nihil operari poſſit *l. nemo poteſt 57. ff. de legat. 1.*

Secundus caſus eſt, quando tractatur de ſucceſſionibus vniuerſalibus, non directis, ſed obliquis, nempè de fideicommiſſarijs hæreditatibus, Et in iis certi quoque iuris eſt, poſſe
9 ius accreſcendi à teſtatore prohiberi, † *vt ſcripſerūt Bald. ind. l. vn. num. 13. & 23. verſ. Sed an in fideicommiſſo, & ibi Purp. nu. 37. Seb. Sap. num. 46. C. quand. non pet. part. Ang. de Gamb. de teſtam. gl. 42. numer. 1. & 2. Iaſ. in d. l. re coniuncti, num. 206. verſ. Adde, & ibi Crott. num. 56. Rip. num. 113. Alciat. num. 49. Pariſ. conſ. 131. num. 28. vol. 4. Curt. Iun. conſ. 83. numer. 13. & conſ. 259. n. 2. & 13. verſ. Non obſtant, Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 11. & 54. verſ. Maior, & num. 58. Clar. in d. § teſtamentum, q. 74. nu. 1. Decian. conſ. 40. num. 1 verſ. Secundo, & num. 27. verſ. Non obſtat ſecundum vol. 1. Mantic. d. lib. 10. tit. 3. num. 2. & 21. Peregr. d. art. 9. num. 3. & 4. & dict. artic. 11. nu. 65. Vin. d. deciſ. 406. nu. 7. Gratian. diſcept. for. cap. 533. nu. 4.*

Nullum enim eſt inter fideicommiſſa vniuerſalia, & particularia diſcrimen in materia iuris accreſcendi, *vt diximus in quarto capitul. quæſt. 3. numer. 2.* ſcilicet, quia ſubeſt eadem ratio in vniuerſalibus, quæ & in particularibus, & ceſſat prædicta abſurditas, *vt oſtendimus in quinto capit. quæſt. 41. numer. 7.*

Tertius caſus eſt, quando tractatur de ſucceſſionibus vniuerſalibus directis, nempè de hæreditatibus, ſed ſumus in caſibus, in quibus etiam ſi ceſſet ius accreſcendi, non tamen ob id decedit quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, Et in hoc quoque caſu fatentur omnes, poſſe ius accreſcendi à teſtatore prohiberi, † *vt Cagn. in dict. rubr. quand. non pet. part.* 10
num. 11. & 37. Beret. conſ. 84. num. 9. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 14. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 11. num. 30. Surd. d. deciſ. 152. n. 8. & 16. Vnde infertur

Primo ſi tres fuerint hæredes inſtituti, poſſe teſtatorem in perſona vnius ius accreſcendi prohibere, quia, licet ille non admittatur ad partem vacantem, non tamen decedet teſtator pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, cum illa portio pertineat ad alium cohæredem, qui ſuſtinet cauſam teſtamenti. † *Ita ſcribunt Bart. conſ. 48. n. 3. lib. 1. Bald. in dict.* 11
l. vn. num. 23. verſ. Quid ergo C. quand. non pet. part. Imol. in dict. l. 1. §. ſi ex fundo num. 63 ff. de hæred. inſt. Crott. in d. l. re coniuncti num. 64. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelaſiam, num. 106 Cagn. in d. rubr. quand. non pet. part. n. 11. & 37. Bonif. Oliuar. inter conſ. Purp. d. conſ. 558. nu. 3. verſ. Sed, ſi conſtaret, & n. 4. & ibi Purp. n. 32. Pereg. d. art. 11. num. 66 in fin. & nos etiam diximus in d. cap. qu. num.

Secundo infertur, ſi teſtator deficienti dederit ſubſtitutum, qui teſtati cauſam ſuſtinere poſſit, non eſſe dubitandū, quin valeat iuris accreſcendi prohibitio, † *ut ſcribunt Bald.* 12
in l. quoties 13. in tertia opp. Cod. de hæred. inſt. Imol. in l. hæredes mei 57. §. cum ita, n. 1. verſ. Subdit tamen, ff. ad Treb. Duar. d. lib. 2 de iur. accr. cap. 14. Mantic. de lib. 4. tit. 11. nu. 30. Surd. d. deciſ. 152. nu. 8. & 16. Et eſt de mente eorum, quos referemus in hoc cap. q. 20. num. 1. dicentium, ſubſtitutum indiſtincte præferri coniuncto, ſi prohibitum ſit ius accreſcendi.

Tertio infertur, in hæreditatibus, quæ ab inteſtato deferūtur, poſſe ius accreſcendi prohiberi, † *ut ſcribunt Cagn. in dict.* 13
rubr. Cod. quand. non pet. part. num. 24. in fi. & num. 33. & 44. Beret. d. conſ. 84. n. 7. verſ. Reducta. quoniam in iis ceſſat prædicta abſurditas *ut diximus in 3. cap. q. 2. n. 12.* Sed hoc ita puto accipiendum, † vt valeat prohibitio, non directo, ſed iure 14
fideicommiſſi, quia legitimi ſucceſſores exiſtētes in pari gradu cum deficiente, non obſtante prohibitione teſtatoris, capient partem vacantem, ſed propter defuncti prohibitionem cenſebuntur grauati per fideicommiſſum reſtituere partem illam accreſcentem iis, quorum fauore facta fuit prohibitio, puta ſequentibus in gradu, *ſecundum ea, quæ dicemus in hoc cap. q. 18. n. 1. & ſeqq.* Nec enim talis prohibitio directò valere poteſt, quia eſt ademptio partis hæreditatis, quæ, vt valeat directò, ſine teſtamento fieri non poteſt *l. Scæuola 76. ff. ad Treb. §. codicillis inſt. de codic.*

Quartus caſus eſt, quando tractatur de hæreditate, & ceſſante iure accreſcendi decedit quis pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſed ſumus in caſibus, in quibus id non eſt abſurdum, Et tunc ſimiliter certum eſt, valere iuris accreſcendi prohibitionem. † Nam, qui poteſt decedere pro parte te- 15
ſtatus, & pro parte inteſtatus, poteſt haud dubiè ius accreſcendi prohibere, *ut ſcribit Iaſ. in l. 1. numer. 3. Cod. de teſt. mil.* Vnde infertur

Primo poſſe militem ſine dubio ius accreſcendi prohibere, † *vt not. Ang. in l. 1. num. 4. & ibi Iaſ. num. 1. & 3. Dec. n. 2.* 16
Cod. de teſtam. mil. Angel. in l. pen. num. 3. verſ. In teſtamento. ff. de iniuſt. rupt. & conſ. 358. num. 4. Imol. in dict. l. 1. §. ſi ex fundo, num. 63. & 69. & in d. l. quoties 9. § ſi duo, num. 39. ff. de hæred. inſt. Ang. de Gamb. de teſtam. gl. 60. num. 3. Dec. in l. vn. in prima lect. num. 4. Cod. quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C. eod. nu. 11. verſic. Prædicta, & n. 35. & 58. Clar. in §. teſtamentum quæſt. 16 num. 2. Vigl. in §. hæreditas, num. 8 inſt. de hæred. inſt. Duar. dict. lib. 2. de iur. accr. cap. 14. Craſſ. in § teſtamentum q. 6 num. 5. Et eſt de mente Bart. in l. 1. num. 70. Cod. de Sacroſ. Eccl. quia miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus *l. ſi miles vnum 6. l. ſi duobus 38. ff. de mil. teſtam. § non autem inſt. de hæred. inſt.*

Secundò infertur in testamento ad pias causas posse pariter ius accrescendi prohiberi † *vti uidere est apud Bart in d.l. 1.num 70 C.de Sacrosf.Eccl.* (*tametsi Bald.in d.l. 1. numer.8. C de Sacrosf.Eccl.& aliplerique contrarium censuerint*) quia fauore piæ causæ permissum est testatori, vt possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt diximus in 5.ca. qu 41.num.14* Idem est, si ius accrescendi prohibeatur in testamento inter liberos: valet enim prohibitio, † *secundùm Beret.in d.consil.84.num.9.* quia absurdum non est, patrem inter liberos disponentem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, *vt diximus in eodem 5. cap. qu. 41. numer.* 13.

17 (margin, line 2) · 18 (margin)

Tertiò infertur, si lege, vel statuto caueatur, vt testator possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, *secundùm ea, quæ diximus in d.cap.5.qu.41.n.15.* non esse dubitandum, quin valeat iuris accrescendi prohibitio † *vt scribit Canall.in tract comm.contra comm.qu.709.num.5.*

19 (margin)

Quintus, & vltimus casus est, quando tractatur de hæreditate, & cessante iure accrescendi sequitur absurditas, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & tunc generaliter quidem traditur, non posse ius accrescendi prohiberi, † *vti videre est apud Imol in l pen.nu.3. ff. de inust. rupt.& in d.l.mulieri & Titio.73.num.2.vers.in gl.proderit ff. de cond.& dem.& in l.si ita quis hæres institutus fuerit 74 num. 3.ff de hæred.inst Curt.Iun.conf 259 num.13. vers Non obstant. Soc.Sen in d.l 1,nu.48.vers.Ex quibus etiam patet, & ibi Rip. num.183.vers. Aduerte ff.de vulg. Dec.in rub C.quand non pet. part.in prima lect.num.3.& in tertia num.21.& ibi Cagn. num. 11.33.& 58.Purp num.15.Dec.in l.1.num.15.Dec.in l 1.num. 2 C.de testam.mil.in l.ius nostrum 7.num.4.ff.de reg.iur. & in d.l.vn.in prima lect.num 4.& ibi Seb.Sap.nu.7.49.Claud.Tut. n.27.Io Gut.nu.19.vers.Ergo verò,vbi testatur, hanc esse veriorem & communiorem, & Purp.num.23.in fi.& n.36.& 102.C. quand.non pet part. Duran.de art.testan d.tit.6.caut.15.num. 4.Beret d conf.84.num.5.& 9.Ceph conf.60 nu.22.Trentacinq. de subst.part.1.cap.15 num.13.vbi testatur, hanc esse communem opinionem. Aquilin.in d.l.centur.10.15 part.3.num 29. in fi. ff.de vulg. Duar.d.lib.2.de iur.accr.cap.14. Mantic. de conect. vlt.vol d.lib.4.tit.11 num.6.& 30.Men.consil. 595.numer. 14. Bec.consil.103.num.13.uol.1 Lader.consil.72.num.11. Surd.d. decis.152 num.8 Canall.in tract.comm. contra comm. qu. 707. nu 3 versic Sed contrariam, vbi testatur hanc esse magis communem* Sed hoc ita est accipiendum, vt non possit ita prohiberi, vt simul consistat prohibitio, & valeat testamentum, † *vt declarant Dec.in d.l.ius nostrum 7.numer.4.ff.de reg. iur. Polit.in d l.re coniuncti num.78.vers. Sexta Clar.in d § testamentum qu.74.numer 2.* quoniam hæc sunt incompatibilia, cum nemo possit decedere pro parte testatus & pro parte intestatus *l ius nostrum.7.ff.de reg.iur.§ non autem inst.de hæred. inst.* † *Et in specie declarant Bart.in d l.quoties.9.§.si duo num. 1.vers.Quod probo primò,& ibi Castr.num.4. ff de hæred. inst. Bart consil.156.num 2.uersic.Præterea,& consil.177.numer. 3, vers.Præterea lib.1. Ang.in d l.pen.num.1.uers.T n dic ff de iniust.rupt.Castr.in d l.quoties.13.num.1 uersic. Sed nunc Cod. de hæred.inst, Alex.in l si quis priore.29.num.9.uers. Altum ff. ad Treb.Ias.in l.cum quidam.19.num.2.ff.de lib.& posth.& conf. 8.col.9.versic.Decimò uol.3.Crott.in d.l.re coniuncti numer.59. vers.Secundò. Bertr consil.344. num.3.uol.3 part.1.Gomez. d. tom.1.uar.resol.cap.10.num.10.uers.Secundò quia, Peregr. d. art.11.num.66.vers. Cæterùm,* Vnde necessariò debet alterutrum vitiari.

Hinc dubitari solet, vtrum vitietur prohibitio, an testamentum. Fuerunt autem de hac re quinque veterum interpretum sententiæ, † Prima Bartoli *in d.l.quoties.9.§ si duo num.1. ff.de hæred.inst.in l.pen.in prin.ff.de iniust.rupt in l.pen. num.1. ff. de iniust rupt.in l.si quis priore.29.num. 3 ff. ad Treb.& consil. 156.num.1.& 2.& consil.177.num.3.lib.1.* existimantis, indistinctè vitiari testamentum, & rem ad intestati causam reduci. Secunda Dini *in d.l.quoties.9.§.si duo,* existimantis imò contra indistinctè vitiari prohibitionem, & ea non obstante locum esse iuri accrescendi. Tertia Baldi *in d.l.vn num. 13. & 23.C.quand.non pet.part.* distinguentis aut institutio trahitur ad vniuersum necessitate iuris, vt, cum testator instituit hæredem in quota, & tunc vitiatur prohibitio, aut trahitur fictione iuris, vt, cum instituit in re certa, & tunc vitiatur testamentum, & res ad intestati causam reducitur. Quarta Angeli *in l.si posthumus.14 num.2 ff.de lib.& posth.in l.pen.num.2 ff.de iniust.rupt.in l sed, si plures.10.§.si ex asse nu. 1 ff.de vulg.in l.1.nu.5 uersic.Sed an intelligatur C. de testam. mil.& consil.358.nu.4 uersic.in pagano,* distinguentis, aut causa testati est potentior, quam causa intestati, puta quia testator instituit hæredem in tota hæreditate, & prohibuit ius accrescendi in aliqua re particulari, Et tunc vitiatur prohibitio, aut contra causa intestati est potentior, quam causa testati, vt, quia testator instituit hæredem in re certa, & prohibuit ius accrescendi in vniuerso, Et tunc vitiatur testamentum, aut denique causæ pares sunt, puta, quia testator instituit hæredem in quota, & prohibuit ius accrescendi in alia quota, Et tunc, quia causa testati est dignior, & fauorabilior, quam causa intestati *l.si pars.10 ff.de inoff.* ideò vitiatur potius prohibitio, quam testamentum. Quinta, & vltima fuit opinio Salyceti *in l.quoties 13.num 14.Cod.de hæred. inst.* existimantis, siue hæres fuerit institutus in tota, siue in quota hæreditatis, siue in re certa, vitiari quidem prohibitionem, & ea non obstante consequi hæredem ipso iure patrimonium vniuersum, *iuxta Dini sententiam, quam secundo loco retulimus,* sed propter voluntatem testatoris, quæ colligitur ex prohibitione, censeri institutum grauatum per fideicommissum restituere venientibus ab intestato, aut hæredibus in primo testamento scriptis rem illam, in qua fuerat facta prohibitio, puta vniuersam hæreditatem, vel eius quotam, aut rem particularem. Ex his autem opinionibus quæ sit verior, si quæramus, duo nobis erunt principaliter discutienda. Primò, an prohibitio testatoris vitiet aliquo casu testamentum, & reducat rem ad causam intestati. Secundò verò dato, quod non vitiet, an propter eam censeatur hæres grauatus restituere portionem illam, in qua fuit prohibitum ius accrescendi venientibus ab intestato, aut hæredibus in primo testamento scriptis.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitio iuris accrescendi facta hæredi instituto in tota hæreditate vitiat testamentum, Sed contra num.2.*
3 *Prohibitio iuris accrescendi facta hæredi instituto in quota vitiat testamentum, Sed contra num.4.*
5 *Ius accrescendi inter institutos habet locum etiam inuitis testatoribus.*
6 *Prohibitio iuris accrescendi facta hæredi particulari vitiat testamentum, Sed contra num.13.*
7 *Ius accrescendi potest etiam hæredi instituto prohiberi.*
8 *Testamentum corruit non adita hæreditate.*
9 *Testamentum vitiat perplexitas, & repugnantia, Declara, vt num.46.& seqq.*
10 *Institutio proprij serui non potest sustineri sine libertate, & num.50.*
11 *Tacitum non debet plus operari, quam expressum.*
12 *Prohibitio iuris accrescendi tacita vitiat testamentum, Sed contra num.53.*
14 *Declaratur l.si quis ita hæres institutus fuerit 74.ff. de hær. inst.& num.16.& seqq*
15 *Exceptionis vis est priuatiua, & prohibitiua.*
24 *Declaratur l.si quis priore.29.ff.ad Treb.& nu.seqq.*
26 *Prohibitio iuris accrescendi facilius vitiat testamentum, quando præcessit aliud Sed contra nu.29.*
31 *Nemo potest facere, quin leges habeant locum in suo testamento, & num.52. Declara, vt num.32.*
33 *Conditio, quæ est contra leges, adiecta dispositioni testamentaria vitiatur, non vitiat.*
34 *Argumentum à tempore ad rem, & contra valet.*
35 *Prohibitio testatoris non vitiat testamentum respectu temporis & num.57 licet alij contra senserint num.56. Et, an idem sit respectu rei num.36.*
37 *Opinio, quæ fauet testamento, debet præualere.*
38 *Ius accrescendi à milite posse prohiberi, qualiter dicatur esse singulare, & num.39.*
40 *Ius accrescendi in institutionibus prohiberi non potest, & cur num.41.*
42 *Declaratur l.quoties.9.§ si duo ff. de hæred. instit. & num. seqq.*
45 *Euidens dicitur uoluntas, etiã, quæ colligitur ex conie ct uris.*

51 Con-

51 *Coniecturis opus non est in claris.*
53 *Declaratur l.pen.ff.de inoff.rupt.*
54 *Legitima supplementum peti potest, etiam inuito, & prohibente testatore.*
55 *Filio accrescit tota hæreditas cum supplemento legitimæ, etiam inuito testatore.*

An, & quando prohibitio iuris accrescendi à testatore facta vitiet testamentum.

QVÆSTIO XVII.

ET in prima quidem quæstione quatuor potissimum casus considerari possunt, quorum

Primus est, quando institutio hæredis est vniuersalis, prohibitio verò iuris accrescendi particularis, puta, quando testator instituit aliquem hæredem vniuersalem, excepto fundo, vel alia re particulari, Et tunc, licet Bartolus *consil. 156. num. in fi. et consil. 177. num. 3. uers. Non obstat prædictis, lib. 1.*
1 censuerit † vitiari testamentum, verius tamen, & receptius est, vitiari prohibitionem, siue exceptionem, & ea non obstante scriptum hæredem habiturũ vniuersum patrimoniũ
2 † *Ita enim scripserunt Bald. in d.l. quoties 9. § si duo qu. 4. versic. Quia ibi loquitur, & ibi Cast. num. 4. & 6. ff. de hæred. inst. Bald. in l. si quis ita institutus fuerit 74. in prin. & ibi Ang. num. 1. Imol. num. 1. uersic. Et ideò videtur. & num. 3. uersic. Sed certè ff. de hæred. inst. Bald. in l. extraneum 9. num. 1. in fi. C. eod. Ang. in d. l. pen. num. 2. & ibi Castr. num. 2. ff. de inoff. rupt. Ang. in d. l. si posthumus. 14. num. 2. ff. de lib. & posth. in d. l. sed, si plures. 10. §. si ex asse num. 1. ff. de vulg. in d. l. 1. num. 5. uersic. Secundò casu C. de testam. mil. & d. consil. 358. numer. 4. uersic. In pagano Ias. consil. 8. col. 10. versic. Vndecimò vol. 3. Crott. in d. l. re coniunctis n. 62. versic. Vel aliter, Hond. consil. 89. num. 53. uol. 1. Pereg. de fideicomm. art. 11. num. 66. uersic. Bald. verò. Et rectè*: Nam de hoc est textus apertus *in d. l. si quis hæres institutus fuerit, 74. ff. de hæred. inst.* qui sine cauillo non potest euitari, *vt postea demonstrabimus*.

Secundus casus est, quando testator instituit hæredem nõ in tota hæreditate, sed in eius quota, puta in dimidia, & in residuo prohibuit ius accrescendi, Et in hoc pariter casu, li
3 cet plerique censuerint vitiari testamentum, † *vt Bart. in d. l. pen. in prin. & ibi Castr. num. 2. ff. de inoff. rupt. Bart. dict. consil. 177. num. 3. lib. 1. Castr. in d. l. si posthumus. 14. num. 2. ff. de lib. & posth. & in d. l. quoties 9. §. si duo num. 5. & 6. ff. de hæred. inst. Rip. in d. l. re coniunctis num. 135. Claud. T. ut. in d. l. vn. num. 22. Cod. quand. non pet. part. Gomez. tom. 1. uar. resol. cap. 10. num. 10. & 19. uersic. aduertendum, Craff. in d. § institutio q. 21. nu. 3. uersic. Contrarium*, verius tamen, & receptius est, vitiari prohibitionem, & ea non obstante scriptum hæredem totam hæredi-
4 tatem habiturum. † *Ita enim censuerunt Bald. in l. vn. num. 13. & 23. C. quand. non pet. part. & in d. l. quoties 13. num. 3. C. de hæred. instit. Angel. in l. dominus. 63. §. 1. uersic. Ex qua not. ff. de vsufr. & in d. l. 1. num. 5. uersic. Est dare quantum C. de testam. mil. & d. consil. 358. num. 5. versic. interdum, Ias. in d. l. re coniunctis num. 207. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & uxorem nomine Adelasiam nu. 105. & 106. & in uerb. in eodem testam. reliqu. primo num. 272. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 2. Aquilin. in l. centurio. 15. part. 3. num. 22. uersic. Sed pro responsione, ff. de Vulg.* Eiusdem sententiæ fuerunt etiam ij, qui simpliciter dixerunt ius accrescendi non posse in hæreditatibus prohiberi, *quos retulimus in q. præc. num. 20.* vt, & qui scripserunt simpliciter, non posse testatorem impedire, seu prohibere ius accrescendi, *vt Ceph. consil. 59. num. 23. Luch. de Curt. inter consil. vlt. vol. Zilet. consil. 109. num. 2. vol. 1. Cœnall. in d. tract. comm. contra comm. q. 707. num. 3. uersic. Sed contrarium*, vel ius accrescendi in hæreditatibus siue in institutionibus habere lo-
5 cum, etiam in inuitis testatoribus. † *vt Purp. in d. rub. & ibi Cagn. num. 44. Cod. quand. non pet. part. num. 15.* & contra eorum voluntatem, *vt R. p. in d. l. re coniunctis, num. 146. & ibi Alcia. num. 51. Denique fuerunt eiusdem opinionis ij, qui censuerunt, etiam in sequenti casu vitiari prohibitionem; Nam ijdẽ multò magis censent vitiari in hoc casu.* Huius autem rei veritas faciliùs ex ijs apparebit, quæ sumus in sequenti casu dicturi.

Tertius casus est, quando testator instituit hæredem non in quota hæreditatis, sed in re certa, & ei prohibuit ius accrescendi, & in hoc casu res est mirum in modum controuersa, adeò, vt plerique dubitent, quæ sit receptior sententia: Nam prohibitionem valere, & reducere rem ad causam intestati † censuerunt *Bart. in d. l. quoties. 6. § si duo num. 1. & ibi Bald. qu. 4. Castr. num. 5. & 6. ff. de hær. inst. Bar. in d. l. si quis priore. 29. num. 3. & ibi Imol. num. 3. in fi. ff. ad Treb. Bart. in l. sed si plures 10. § si ex asse, num. 3. & ibi Ang. num. 1. ff. de vulg. Bart. in l. hæreditas ex die 34. num. 5. & in l. ex facto 35. num. 5. ff. de hær. inst. & d. consil. 156. num. 1. & 2. & d. consil. 177. num. 3. lib. Bald. in d. l. vn. num. 13. & 23. & ibi Claud. T. ut num. 22. Cod. quand. non pet. part. Bald. in d. l. quoties, 13. in 3. oppo. & ibi Castr. numer. 2. vers. Sed nunc C. de hæred. inst. Bald. in d. l. vn. §. ubi autem legatarij num. 10. C. de cad. toll. & consil. 468. nu. 1. versic. in contrarium uol. 1. Ang. in d. l. dominus. 63. §. 1. uers. Ex qua not. ff. de vsufr. in d. l. pen. num. 2. ff. de inoff. rup. in d. l. si posthumus. 14. n. 2. & ibi Castr. num. 2. ff. de lib. & posth. Ang. in d. l. 1. num. 5. uers. Primo casu, & uersic. si uero, & ibi Ias. num. 3. Dec. num. 2. Cod. de testa. mil. Ias. in d. l. re coniunctis, num. 207. & ibi R. p. numer. 135. Alcia. num. 47. Ias. consil. 8. col. 9. uersic. Decimo uol. 3. Curt. Iun. consil. 12. num. 6. & consil. 336. numer. 10. & 17. Bertr. consil. 122. num. 3. uol. 2. par. 1. Gul. Bened. in d. cap. Raynutius in uerb. & uxorem nomine Adelasiam numer. 105. & 106. et in uerb. in eod. testam. relinq. primo num. 272. Bonif. Oliuar. inter cons. Purp. cons. 558. num. 4. et ibi Purp. num. 30. et 33. vbi ait, ueritatem esse cum Bart. et eius opinionem esse communem et num. 37. vers. Ex tertia. vbi ait, hanc esse communem, et ab ea non recedendũ in iudicando. et in fi. consil. ait esse communiorem, et defensabiliorem. Idem censuerunt Cag. in d. rub. C. quand. non pet. part. nu. 36. Rub. in l. non solum. 8. § morte, numer. 366. ff. de op. nou. nunt. Galiaul. in l. centurio. 15. num. 147. ubi ait doct. Bart. esse communiter approbatam. et ibi Aquil. part. 3. num. 21. et 22. uersic. Sed pro resolutione ff. de Vulg. Clar. in d. § testamentum qu. 74. n. 2. Gomez. d. tom. 1. uar. resol. cap. 10. num. 10. vbi testatur hanc esse magis communem. et num. 19. vers. aduertendum Luch. de Curt. inter consil. vlt. vol. Zilet. consil. 109. num. 2. et consil. 110. n. 1. et 2. vol. 1. Ru. Cors. lib. 3. Indi. iur. cin. cap. 18. Crau. consil. 856. num. 17. Hond. consil. 89. num. 52. et 53. vol. 1. Odd. consil. 10. nu. 51. & 52. Craff. in §. Institutio qu. 22. num. 10. Men. consil. 483. n. 11.* Eiusdem sententiæ videntur fuisse, qui simpliciter scripserunt, etiam hæredibus institutis posse ius accrescendi prohiberi. † *ut Ang. in l. Lucius. 78. §. quæ habebat numer. 1. ff. ad Treb. Castr. in l. si in testamento 5. num. 3. ff. de uulg. Rub. in l. pater filium 14. numer. 127. ff. de inoff.* Idque tradunt procedere etiam in substitutione pupillari facta in re certa: Nam, si in residuo prohibitum sit ius accrescendi, corruet substitutio, & pupillo ab intestato succedetur. *secundum Bonif. Oliuer. inter d. consil. Purp. consil. 558. num. 8. uers. Verùm.* Mouentur autem, vt ita sentiant. 6 7

Primò, quia generaliter dicere solemus, testatorem posse ius accrescendi prohibere, *ut retulimus in q. præced. num. 1. ex doctr. gl. in d. l. dominus 63. §. 1. in uerb. recurrit ff. de usufr.* quia, cum proueniat ex tacita voluntate defuncti, consequens est, vt contraria ipsius voluntate tolli possit, *sicuti arguunt ij, quos retulimus in d. qu. præced. num. 4.* Sed, ut institutus in re certa totam habeat hæreditatem fit per ius accrescendi *d. l. 1. § si ex fundo ff. de hær. inst. et scribunt omnes, quos retulimus in 7. cap. quæst. 7. numer. 6.* Ergo testator id prohibere poterit.

Secundo mouentur *l. quoties. 9. §. si duo ff. de hær. inst.* ubi Vlpianus *si duo*, inquit, *sint hæredes instituti, unus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex besse eiusdem fundi, Celsus expeditissimam Sabini sententiam sequitur, ut detracta fundi mentione quasi sine partibus hæredes scripti hæreditate potirentur, si modo uoluntas patrisfam. manifestissimè non refragetur*, Nam ex his uerbis argumentantur. Quoties ex testamento nemo consequitur hæreditatem, toties id testamentum corruit, & res ad intestati causam reducitur † *l. 1. in prin. ff. de suis et leg. tit. inst. de hæred. quæ ab int. def. in prin. l. si nemo. 142. ff. de reg. iur. l. si nemo. 9. ff. de testam. tut. l. eam, quam 14. C. de fideicom.* Sed, quando testator prohibuit ius accrescendi hæredibus ex certis rebus institutis, nemo ex tali testamento consequitur hæreditatem, quia hæredes ex certis rebus instituti ita demũ consequuntur hæreditatem, *si uoluntas patrisfam. manifestissimè non refragetur.* Ergo à contrario sensu, si talis voluntas 8

mani-

manifestissimè refragetur, vt euenit, cum prohibuit ius ac-
crescendi, non consequentur hæreditatem. Debet igitur id
testamentum corruere, & res ad intestati causam reduci. *Ita
arguit Gomez. d.tom.1.uariar.resol.capit.10.numer. 10.uersic.
Primo.*

Tertio mouentur, quia perplexitas, & repugnantia ui-
9 tiat testamentum, siue institutionem, † *l. si Titius 16. ff.
de cond.ind.* Sed instituere hæredem ex re certa, & prohibe-
re, ne totum habeat, perplexitas est, & repugnantia, cum
hoc modo testator declaret, se uelle pro parte testatum, &
pro parte intestatum decedere, quæ res in se continet per-
plexitatem,& repugnantiam, *l.ius nostrum.7.ff.de reg.iur et
in specie declarant omnes,quos retulimus in q.praced.numer,21.*
Debet igitur institutionem, & per consequentias testamen-
tum vitiare. *Ita Aquilin in d.l.centurio,part.3.nu. 22. Gomez.
d.cap.10.num.10.versic.Secundo quia*

Quartò mouentur, quia, si testator prohibeat id, quod in-
ducitur à lege, & sine quo non potest institutio sustineri vi-
tiatur potius institutio, quàm prohibitio, vt patet ex institu-
tione serui proprij: nam,si fuerit facta simpliciter, inducitur
à lege tacita datio libertatis, sine qua non potest institutio
10 sustineri † *l.pen.§.1.C.de nec.ser.her.inst.§.idemque iuris, inst.
quib.ex caus.man non lic.§.1.inst.de har.inst.* & tamen, si te-
stator prohibeat dationem libertatis, puta exprefsè dicat, se
instituere sine libertate, non fit liber *l quoties.9.§.si.ff.de her.
inst.*nec hæres,sed vitiatur institutio *l.quia ratio 22.ff.de cond.
inst.& scribunt gl.in d.§.idemque iuris, in verb.sine libertate,
inst.quib.ex caus.man non lic. Aquilin.in d.l centurio.15.part.3.
num.23.ff de vulg.Vigl.in §.hereditas num.8.inst. de har. instit.*
Sed,quando testator instituit hæredem in re certa, & prohi-
bet id, quod inducitur à lege,*vt patet ex ijs,qua diximus in se-
cundo cap.in prin num.3,*& sine quo non potest institutio su-
stineri, cum non adita hæreditate totum testamentum cor-
ruat, *vt diximus supra num.8.* Debet igitur vitiari potius in-
stitutio, quam prohibitio.

Quintò mouentur,quia non debet plus operari tacita pro-
11 hibitio, quàm expressa *l. cum quid 3.ff si cert.pet.* Sed tacita
prohibitio iuris accrescendi, quæ fit per dationem vulgaris
substituti, vitiat testamentum, & reducit rem ad causam in-
12 testati † *l.pen ff de inoff.rupt.l.si posthumus 14. versic. Nam,
& cum duobus ff.de lib.& posth.* Ergo vitiare debet expressa.

Verum his non obstantibus puto contrariam sententiam,
quæ re vera frequentior est, esse veriorem, non obstante sci-
licet prohibitione testatoris, hæredem in re certa institutum,
totam ipso iure hæreditatem habiturum firmo manente te-
13 stamento. † *Fuit hac Sententia Dini in d.l quoties.9.§. si duo
ff.de har.inst.& Saly.in d.l.quoties 13 num.14.C.eod nam, & si
dissentiant in onere restitutionis, vt dicemus in qu.seq. numer.5.
consentiunt tamen in hoc, vt ualeat testamentum, & non ob-
stante prohibitione testatoris haredi totum accrescat. Eiusdem
sententia fuerunt Ang.consil.148 num.2.Imol.in d.l.1.§. si ex
fundo,num.68.uersic.Et istam partem,& num.69.in fi.& in d.
l.quoties.9.§.si duo,num.40.ff.de har.inst.& in d.l.si quis ita ha-
res institutus fuerit.74.num.3.versic. Sed certe, vbi ait opinio-
nem Dini videri veriorem ff.eod. Ang.de Gamb. de testa.gl. 56.
num.7.& gl.60.num.4. Alex.in d.l.quoties.13 num.11.Cod. de
hared.inst.& in d l.si quis priore 29.num.9.versic.Tamen, quia
alij ff.ad Treb.ubi testatur, hanc esse magis communem, Berir.
consil.344.num.5.versic Sed contrariam, vbi pariter testatur,
hanc esse magis communem, & ab ea non esse in consulendo, &
iudicando recedendum. Soc.Iun.consil.111.num.16.uol.1. Polit.
in d.l re coniuncti, num.78.versic.Breuiter,& ibi Io.Gaud num.
71.Seb.Sab.in d.l.vn.num.49.ubi testatur, hanc esse communẽ,
& ibi Io.Guter.num.19.uersis.Ego uerò C.quand.non pet.part.
Durant.de art.test.tit.6.caut.15.num.4.uersic. Adeò, quod Io.
Guter.in l.nemo potest 58.num.98.& 101 ff. de leg.primo Clar.
in d.§ testamentum qu.74.num.2.ubi consulit,ne ab opinione Di-
ni recedatur, tamquàm receptiore, licet subijciat Bart. Senten-
tiam sibi uideri ueriorẽ, Idem censuerunt Cœuall.in suis comm.
contra commu.quast.707.num.3.uers. Sed contrariam, Pereg.
de fideic.artic.5.num.13.& artic.11.num 66. uersic. Reperio.
Andr.Fach.lib.4.contro.cap.15. Et fuit etiam de mente omniũ,
qui indistinctè scripserunt in hæreditatibus siue in institutionibus
non posse ius accrescendi prohiberi, quos retulimus in qu.praced.
num.20.* Non distinguo autem, vtrum hæres particulariter
institutus sit filius an verò extraneus, quasi in filio vitietur
prohibitio, In extraneo verò vitietur testamentum, *Quomo-
do distinguunt Bald.consil.468.num.1.uers.in contrarium uol.1.
Luch.de Curt.inter consil.ult.uol.consil.110.num.2 uersic.Hoc
non obstante,uol.1.* quia verius est,hoc etiam in extraneo ha-
bere locum,tametsi facilius in filio procedat, *ut postea dice-
mus.* Itaque DD.qui Dini Sententiam sequuntur,non distin-
guunt, sed absolutè loquuntur. Probatur autem hæc Sen-
tentia.

Primò *l.si quis ita hæres institutus fuerit.74.ff.de hared.inst.*
vbi Lucinius, *Si quis ita hares institutus fuerit*, inquit, *exce-
pto fundo, excepto vsufructu heres esto,perinde erit iure ciuili,
atque,si sine ea re hares institutus esset*: Nã ex his verbis † ita 14
potest argumentum deduci. Si prohibitio iuris accrescendi
vitiaret testamentum, vtique id etiam vitiaret exceptio rei
facta a testatore, qui hæredem vniuersalem instituit, quia
testator, qui ab institutione excipit aliquam rem,censetur in
ea prohibere ius accrescendi, *vt fatetur Curt. Iun. cons. 336.
num.6.* cum exceptionis vis sit priuatiua, & prohibitiua † *l.* 15
quasitum.12.§.idem respondit domo ff.d.fund instr. Atqui talis
exceptio non vitiat testamentum, nec impedit, quominus
institutus consequatur totum patrimonium *d.l.si quis ita 74.*
Nec igitur vitiare debet iuris accrescendi prohibitio.

Huius autem argumenti vim nunquam euitare potue-
runt, qui contrariam sunt amplexi sententiam, quod facile
erit intelligere, si singulas,quæ solent accommodari respon-
siones perpenderimus.

Primùm enim respondent plerique negando, testatorem
ita dicentem, Instituo excepto fundo, censeri prohibere ius
accrescendi, quia (secundum eos) censetur dicere,non insti-
tuo in fundo,& sic, nolo eum habere fundum ex mea dispo-
sitione, sed non censetur prohibere, quominus eum habeat
ex dispositione legis, & sic per ius accrescendi. † *Ita respon-* 16
*dent Bart.in d.l.quoties.9.§.si duo num.2.ff.de hared inst.d. cons.
156.num.2.in fi & d.cons.177.num.3.vers.Non obstat pradictus
lib.1.Crott.in d l.re coniuncti num.62.Betr.d.cons.344.n.7.vol.
5.Purp.d.cons.558.num.38.*

Verum hæc responsio meritò fuit ab alijs improbata, † *vt* 17
*ab Imol.in d.l.si quis ita hares institutus fuerit 74. num. 3.uers.
Sed certè,* quia non solum non tollit vim argumenti, sed etiã
eam mirum in modum confirmat: nam, si dicendo,instituo
excepto fundo, censetur quidem testator prohibere, ne insti-
tutus consequatur fundum ex dispositione sua, sed non cen-
setur impedire, quominus eum habeat ex dispositione legis;
sequitur,idem esse dicendum, quando testator ita loquitur,
instituo Titium ex fundo, & volo, ut eo sit contentus, nec
aliud petere possit,nam censebitur voluisse prohibere,ne in-
stitutus aliud petere possit ex dispositione sua, sed non, ne
possit petere ex dispositione legis,& sic ex iure accrescendi;
scilicet,quia nulla subest ratio, cur potius de sola dispositio-
ne testatoris, non etiam legis intelligi debeant illa verba, ex-
cepto fundo,quam illa nihil aliud petere possit. Deinde ve-
rò falsum est testatorem ita dicentem, instituo, excepto fun-
do,non censeri prohibere ius accrescendi, quia,cum exceptio
debeat esse,& sic in dubio intelligatur esse de contentis sub
regula, consequens est, vt,cum testator ita loquitur, Titius
hæres esto,excepto fundo, & hoc modo excipit fundum ab
eo, quod dixit, perinde sit accipiendus, ac, si dixisset, Titius
hæres esto in alijs, & non in fundo,& ita manifestissimè de-
clarasse, se in fundo ius accrescendi prohibere; *vt considerat
Imol.in d.l.si quis ita hares institutus fuerit.74.num.3.uers. Sed
certè,* maximè, cum manifestissimè constare dicatur etiam
id, quod ex coniecturis per legem approbatis apparet *l. licet
Imperator.77 ff.de legat.1 & in his terminis considerat Imol. in
d.l.si quis ita 74.num.3.uersic.Sed certè.*

Secundò verò respondet Bartolus *in d.l.quoties.9.§.si duo,
nu.2.quem Crott.in d.l.re coniuncti num.62.uersic.Sed ab hac,
Aquil.in d.l.centurio part.3.nu.24. & alij plerique sequuntur,*
aliud esse, quando † præcedit institutio totius, & sequitur 18
exceptio, quæ continet ademptionem alicuius rei, puta fun-
di, aliud verò, quando præcedit institutio non totius,sed tã-
tum partis, aut certæ rei,& sequitur prohibitio aliarum par-
tium, vel totius hæreditatis: nam priore casu (secundùm
eum) non valet prohibitio, *d.l.si quis ita.74.* posteriore uerò
valet *d.l.quoties.9.§.si duo.*

Cuius

Cuius diuersitatis hanc afferunt rationem, quia, quando præcedit institutio totius, & posteà subijcitur exceptio alicuius rei particularis, talis exceptio nihil aliud est, quam adeptio facta hæredi à semetipso quæ quia fit inutiliter *l. sed etsi conditioni. 6. §. fin. ff. de hæred. instit.* ideò nil mirum, si nullius sit momenti. At hæc ratio cessat, quando præcedit institutio non totius, sed tantùm partis, aut alicuius rei particularis, &, sequitur prohibitio residui, quia tunc non potest dici adimi hæredi a semetipso, quod ei nondum datum est, cum priuatio præsupponat habitum *l. decem. 116. in prin. ff. de verb. oblig. l. manumissiones. 4. ff. de inst. & iur.* Nil mirum igitur, si talis prohibitio valeat.

Verùm nec huiusmodi responsio tollit vim argumenti,
19 *eamque proinde meritò reprobarunt Imol. in d. l. si quis ita nu. 3. Polit. in d. l. re coniuncti num. 78. uersic. Breuiter, & alij*, quia falsum est, quod supponit Bartolus, in hac specie, instituto excepto fundo, præcedere institutionem totius: Nec enim fundus exceptus dici potest datus, cum, vt supra dictum est, exceptio soleat a regula excludere casus exceptos *l. quæsitum. 12. § idem respondit domo ff. de fund. instr.*

Tertiò respondet Baldus *in d. l. vn. num. 13. & 23. C. quand. non pet. part. quem Ias. in d. l. re coniuncti num. 207. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in uerb. & uxorem nomine Adelasiam nu. 105. & 106. & in verb. eodem testamento relinquens primo nu. 272. Aquil. in d. l. centurio part. 3. num. 22. uersic. Sed pro responsione, aliyque sequuntur* dispositionem *d. l. si ita quis*, procedere
20 quando institutio trahitur ad vniuersum necessitate iuris, vt, cum hæres fuit institutus in quota, secus verò, quando trahitur ex iuris fictione, vt, cum fuit institutus in re certa.

Sed nec huiusmodi responsio vera est, eamque proinde
21 meritò † *Imol. in d. §. si duo num. 41. Crott. in d. l. re coniuncti nu. 57. aliyque* plerique reprobarunt, quia siue fuerit institutus in quota, siue in re certa, semper institutio dicitur trahi ad vniuersum, & necessitate, & fictione iuris ciuilis: nam, &, cum instituitur in re certa, trahitur institutio ad vniuersum necessitate iuris, *vt ait Imol. in d. §. si duo num. 41.* quia ius non patitur, quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, &, cum, instituitur in quota, trahitur fictione iuris ciuilis, quia, si hæres in semisse puta instituatur, totus as in semisse continebitur, *§ hæreditas, vers. Non autem. inst. de hær. inst.* quæ res fieri sine fictione iuris non potest, cum verè dimidium non sit totum.

Quartò igitur respondet Angelus *in d. l. si posthumus. 14. nu. 2. ff. de lib. & posth. in d. l. pen. numer. 2. ff. de inoff. & rupt. in d. l. sed, si plures. 10. § si ex asse num. 1. ff. de vulg. & in d. l. 1. numer. 5. uers. Sed, an intelligatur C de testam. mil. quem probarunt Ias. dict. cons. 8. col. 10. uersic Vndecimò uol. 3. Crott. in d. l. re coniuncti num. 62. uers. aliter, Purp. d. consil. 558. num. 38. uers. Se-*
22 *cundo, & alij* dispositionem *d. l. si quis ita*, procedere † quando causa testati est potentior quam causa intestati, vel saltem par, secus verò, quando potentior est causa intestati, *secundùm ea, quæ diximus in q. præced. num. 25.*

Verùm nec ea sustineri potest, *quare meritò reprobatur*
23 *† ab Imol. in d. §. si ex fundo, nu. 70. & in d. §. si duo numer. 42. Io. Guter. in d. l. nemo potest. 58. num. 100. ff. de leg. 1.* quia quando testamentum non defuit in solemnitate, causa testati semper est potentior, & ad se trahit causam intestati, *vt scribit Bald. in l. 1. num. 9. C. de sec. nupt.* Nec enim potentia causæ debet æstimari ex quantitate rei, de qua fuit dispositum, puta, quia sit dispositum de vniuerso, vel de re tantum particulari, sed ex vi tributa à lege, *vt ait Imol. in d. §. si ex fundo num. 70. & in d. §. si duo num. 42.* quia, quoties testator solemniter disponit, lex huiusmodi dispositioni, tametsi particulari tribuit eam vim, vt ad se trahat vniuersum patrimonium, & intestati successionem excludat *d. l. 1. § si ex fundo.* Ex quibus intelligimus, nullam ex ijs responsionibus, quę à veteribus afferuntur, vim huius argumenti primi sustulisse.

Secundò probatur hæc sententia *l. si quis priore. 29. ff. ad Treb. cuius verba referuntur, & in §. sed etsi quis priore, inst. quib. mod. test. inf.* Nam Martianus, *Si quis priore facto testamento posterius fecerit testamentum*, inquit, *etiamsi ex certis rebus in posterioribus tabulis hæredes instituit, superius tamen testamentum sublatum est, vt Diui quoque Seuerus, & Antoninus rescripserunt. cuius constitutionis verba retuli, cum alia quoque præterea in constitutione expressa sint. Imperatores Seuerus, & Antoninus Cocceio Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum hæres scriptus sit perinde iure valere, ac si rerum mentio facta non esset sed & teneri hæredem scriptum, vt contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia hæreditatem restituat ijs, qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria uerba, quibus, vt ualeret prius testamentum expressum est, dubitari non oportet. Et hoc ita intelligendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.* Ex quibus verbis ita argumentor. † Hic testator expresse pro- 24
hibuit hæredi in re certa instituto ius accrescendi vt apparet ex illis verbis, *propter inserta fideicommissaria verba, quibus, & ualeret prius testamentum expressum est* nam tunc dicitur testator expresse prohibere ius accrescendi, cum declarat, se nolle, institutum vltra rem datam, quicquã habere, *vt ostendemus in hoc cap. q. 19. num. 10.* Sed, quando in posteriore testamento instituit hæredem in re certa, & exprimit, se velle in residuo valere prius testamentum, vtique declarat, se nolle, institutum quicquam habere vltra rem datam, quia eo ipso, quod vult, residuum pertinere ad hæredem institutum in priore testamento, per necessarium antecedens non vult pertinere ad hæredem institutum in secundo. Ergo prohibet ius accrescendi. Quinimò (quod diligenter animaduertendum puto) magis prohibet, cum ait, se velle prius testamentum valere, quam, cum simpliciter iubet hæredi, ne plus habere possit: Nam in priore casu non solùm aufert instituto residuum, sed etiam id expresse dat alij, nempe hæredi instituto in priore testamento, cum alioquin in posteriore casu solùm auferat, non etiam alij det expresse: nam, vt censeatur residuum dedisse venientibus ab intestato non colligitur ex verbis, sed ex mente, & per interpretationem. Verùm igitur est, in specie *d. l. si quis priore*, testatorem hæredi in re certa instituto ius accrescendi prohibuisse, *ut ait Ang. consil. 148. nu. 2.* Et tamen ualet testamentum, vt patet ex illis verbis, *perinde iure ualere*, & etiam ex eo, quia testamentum illud tollit prius, quod facere non posset, si non esset validum *l. si quis enim. 16. §. ult. ff. de uulg.* Ergo prohibitio iuris accrescendi facta hæredi in re certa instituto non vitiat testamentum sed vitiatur.

Nec est, quod aliquis obijciat, imò *l. si quis priore*, probare contrarium in illis verbis. *Et hoc ita intelligendum est, si non ad aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum*, quippe, quæ videntur hunc habere sensum, † vt te- 25
stamentum secundùm valeat detracta mentione rerum, & tollat prius, nisi testator specialiter aliquid scribat in secundo testamento, quod sit contrarium validitati ipsius testamenti, puta prohibeat hæredi, ne plus petere possit, quod contrarium est validitati testamenti: nam tunc non valebit secundum testamentum, nec tollet prius *ut declarat Bart. in d. l. si quis priore num. 3. quem sequuntur Ias. d. cons. 8. col. 9. uers. Decimo uol. 3. Curt. Iun. d. consil. 12. num. 12. & d. cons. 336. num. 25. & 26. ubi ait, se neminem inuenisse, qui Bart. in hoc casu reprobarit, & sequitur etiam Surd. d. decis. 52. nu. 8. & 14.* Quinimò facilius videri sustinendam prohibitionem, quando ualidum præcessit testamentum, quàm ubi non præcessit, † se- 26
cundùm Curt. Iun. d. cons. 12. num. 11. & d. cons. 336. nu. 25. & 26. & Surd. d. decis. 152. num. 8. quia cessare tunc uidetur ratio, propter quam dicimus, in alijs casibus uitiari prohibitionem: Ratio enim est, ne detur absurditas, quod testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus *ut sæpè dictum est*, quæ ratio cessat in hoc casu, quia licet ualeat prohibitio, non tamen decedit testator pro parte tantùm testatus, sed in totum, cum ualeat prius testamentum, quod reddit testatorem in totum testatum; Tanquam igitur cessante ratione decisionis cessare debere decisionem, *ut in terminis arguunt Curt. Iun. & Surd. in relatis locis:* Nam, & generaliter dicimus, quoties cessat absurditas, quod testator decedat pro parte testatus, ualere prohibitionem iuris accrescendi etiam in hæreditatibus, *uti uidere est apud eos quos retulimus in hoc cap. qu. 16. num. 5.* Quoniam ad hanc obiectionem respondeo, illa uerba *si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum*, non esse † ad testamenti ualiditatem 27
referenda, sed ad onus restitutionis: nam hoc significant hæredem in posteriore testamento ex certis rebus institutum detracta mentione rerum ipso iure totam habere hæredita-

tem,

tem, sed ex eo, quod testator dixit, se velle prius testamen-
tum valere, censeri grauatum restituere id, quod superest de-
tractis rebus, aut suppleta quarta, si res illæ Falcidiæ non suf-
ficiant, hæredi scripto in priore testamento, nisi specialiter
aliquid contrarium in secundo testamento fuerit scriptum,
puta fuerit grauatus rem aliquam alteri restituere: Tunc
enim non erit tota hæreditas instituto in priore testamento
28 restituenda. Et ita verba illa esse intelligenda rectè † *glo. ibi
in verb. specialiter, & post eam alij* plerique tradiderunt: Nec
enim sunt accipienda de prohibitione iuris accrescendi, vt
potè, de qua iam constabat ex illis verbis, *quibus, ut ualeret
prius testamentum expressum est*, secundùm ea, quæ supra di-
ximus.

Nec obstat consideratio *Curt. Iun. & aliorum* dicentium,
maiorem subesse causam sustinendæ prohibitionis in casu, in
quo validum præcessit testamentum, quam in eo, in quo nō
præcessit, quia respondeo primò negando suppositam cau-
29 sæ maioritatem: † Nam, si iuris accrescendi prohibitio susti-
neri debet, quoties vitiato testamento, cessat absurditas, quod
testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus,
ita erit sustinenda, quando nullum præcessit testamentum,
vt, quando præcessit, quoniam vtroque casu data prohibi-
tionis validitate, & vitiato testamento cessat illa absurditas:
Vt enim præcedente testamento cessat, quia testator decedet
in totum testatus, ita etiam cessat, nullo præcedente testa-
mento, quia decedit in totum intestatus. *vt considerat Pereg.
de fideicommiss. d. art. 11. num. 66. vers. Quintò.* Non subest igi-
tur maior in vno, quam in alio sustinendæ prohibitionis
causa.

Secundò respondeo, quod dicimus, prohibitionem iuris
accrescendi etiam in hæreditatibus sustineri, quando cessat
illa absurditas, procedere, quando cessat, firmo manente te-
stamento, in quo fit prohibitio, vt, quando testator instituit
tres hæredes, & prohibet ius accrescendi in persona vnius,
quo casu, quia testamentum in totum sustinetur ab alio co-
hærede, & consequenter cessat illa absurditas, quod testator
decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, valet pro-
hibitio, *vt diximus in q. praeced. num. 14.* Cœterùm, quando
cessatio absurditatis pendet ab annullatione testamenti, in
quo fit prohibitio, verius est, non sustineri prohibitionem,
30 siue præcedat testamentum, siue non præcedat, † *vt rectè cē-
suit Bertr. d. cons. 344. num. 7. vol. 5.* & probat *d. l. si quis priore.
29. ff. ad Treb. secundùm ea, quæ supra diximus*, quia alioquin
semper esset sustinenda, cum semper verum sit, annullato
testamento cessare absurditatem.

Tertiò probatur hæc sententia, quia nemo potest facere,
quin leges, & earum dispositiones in suo testamento locum
31 habeant † *l. nemo potest. 58. ff. de leg. 1.* Sed, vt hæredi in re cer-
ta instituto non dato cohærede vniuersali totum accrescat,
dispositio legis est *d. l. 1. §. si ex fundo, ff. de hær. inst.* Non po-
test igitur testator prohibendo facere, quominus hæredi rei
certæ totum accrescat. *Ita arguunt Imol. in d. l. si quis ita. 74. n.
3. uersic. Sed certè, Canall. d. qu. 707. num. 4.*

Nec est, quod aliquis causetur, dispositionem *l. nemo potest*
32 procedere † in ijs, quæ non pendēt à voluntate testatoris, sed
absolutè disponuntur a lege, vt sunt testamentorum solem-
nitates *l. 3. ff. de testam. l. testandi. 13. C. eod.* non uerò in ijs, quę
supplentur a lege in defectum dispositionis testatoris, & sic,
quæ pendent ex eius voluntate, quomodo videtur pendere
ius accrescendi, *secundùm ea, quæ diximus in 2. cap. q. 2. numer.
1. & in specie respondet Bart. in d. l. quoties. 9. §. si duo nu. 2. uersic.
Secundo obstat ff. de hæred. inst. & d. cons. 256. num. 3. & d. cons.
177. num. 4. lib. 1. & post eum Crott. in d. l. re coniuncti num. 63.*
quia respondeo, imò in specie, de qua loquimur, ius accrescē-
di non pendere ex voluntate testatoris, sed absolutè à lege
prouenire, cum non oriatur ex vi coniunctionis, sed ex illa
causa, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte in-
testatus, *vt ostendimus in eodem 2. cap. qu. 2. num. 51.* ideoque
etiam in ea locū habere dispositionem *prædicta l. nemo potest.*

Quartò probatur, quia adiectio testatoris, quæ legibus re-
pugnat, non vitiat institutionem, sed vitiatur, vt patet ex
33 adiectione conditionis, quæ est contra leges † *l. conditiones. 14.
ff. de cond. inst. l. si quis inquilinos. 115. §. fi. ff. de leg. 1. l. 1. C. de his,
quæ pœn. nom. late Peregr. de fideicomm. art. 11. num. 116.* Sed
prohibitio iuris accrescendi est adiectio, quæ legibus repu-
gnat, quippè, quæ non patiuntur, aliquem decedere pro par-
te testatum, & pro parte intestatum *d. l. ius nostrum. 7. ff. de
reg. iur.* Non igitur institutionē vitiare, sed ipsa vitiari debet.

Quinto probatur, quia ualet argumentum à tempore ad
rem, & contra † *l. miles ita. 42. vers. Et, quia diximus ff. de mi- 34
lit. testam.* Sed prohibitio testatoris non uitiat institutionem
respectu temporis, † *vt dicemus infra num. 57.* Nec igitur ui- 35
tiare debet respectu rei. *Ita arguit Pereg. d. art. 11. numer. 66.*
Confirmatur hoc ex eo, quia una determinatio respiciens
plura determinabilia debet ea pariformiter determinare, *l.
iam hoc iure. 4. ff. de vulg. l. quamuis. 4. C. de impub. & al. subst.*
Sed regula *l. ius nostrum*, est una determinatio, quæ non so-
lùm respicit tempus, sed etiam res *d. l. miles ita. 42. ff. de mil.
test.* Ergo, quemadmodum uitiat prohibitionem testatoris re-
spectu temporis, ita etiam debet uitiare respectu rei. *Ita arguit
Pereg. d. art. 11. num. 66.*

Nec obstat, si dicatur, diuersam esse rationem eius prohi-
bitionis, quæ fit respectu temporis, & eius, quæ fit respectu
rei, quoniam illa non operatur initio, nec impedit, quomi-
nus institutio ualeat, sed operatur tantùm ex post facto, sci-
licet post aditam hæreditatem, & tempus à testatore præfi-
nitum, ideoque non debet institutionem uitiare, sed uitiari,
quia causa testati, quæ semel ualuit, trahit ad se causam in-
testati etiam contra uoluntatem testatoris, propter illam re-
gulam, qua dicimus, inutilem adiectionem factam post actū
perfectum vitiari *l. cum precario. 12. ff. de precar.* Contra uerò
prohibitio quæ fit respectu rei, operatur initio, & impedit, ne
institutio ualeat, ideoque uitiat, non uitiatur, † *ut in his ter- 36
minis considerat Castr. d. cons. 241. num. 4. uers. Posito etiam. vol.
2. & est etiam de mente Aquil. in d. l. censurio part. 3. num. 29.
in fin.* quia respondeo, imò non esse diuersam rationem: nam,
licet testator instituat hæredem non in tota hæreditate, sed
in re certa, non tamen ex hoc dicere possumus, institutio-
nem initio non valere: Valet enim detracta mentione rei ex
legis potestate *d. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæred. inst. d. l. si quis prio-
re. 29. ff. ad Treb.* & ideò sequens prohibitio tamquam adie-
cta post actum ualidum, non debet uitiare, sed uitiari. Dein-
de uerò, cum inutilis adiectio refragatur legibus, siue fiat
post actum perfectum, siue ante, nunquam uitiat, sed semper
ipsa uitiatur *l. filius emancipatus. 14. §. sequens ff. ad l. Corn. de
fals.* Cum igitur in proposita specie iuris accrescendi prohi-
bitio a testatore facta legibus, & earum regulis refragetur *d. l.
ius nostrum.* Consequens est, ut institutionem, siue perfectam,
siue imperfectam nunquam uitiare debeat.

Sextò probatur hæc sententia, quia in dubio pręualere de-
bet illa opinio, quæ sustinet, non, quæ infirmat testamentum,
† *l. si pars. 10. ff. de inoff. testam.* Sed Dini sententia sustinet te- 37
stamentum, opinio uerò Bartoli illud annullat. Debet igitur
Dini sententia opinioni Bartoli in hac iuris parte præualere.
*Ita arguunt Io. Guter. in d. l. vn. num. 19. vers. Ego verò & num.
20. C. quand. non pet. part. & Peregr. d. art. 11. num. 66.* Addu-
cunt alij, &

Septimu, quia ius singulare in uno denotat ius commune
in contrarium *l. cum hæredes. 23. § 1. ff. de acq. poss.* Sed singu-
lare est in milite, ut prohibitio iuris accrescendi ab eo facta
hæredi in re certa instituto ualeat † *l. si miles vnum. 6. ff. de 38
mil. testam.* Ergo de iure communi non ualebit. Sed leuis est
huius argumenti uis, quia facilè tolli potest, si quis respon-
deat, singularitatem in eo consistere, ut valeat utrumque, &
in hoc denotare ius commune in contrarium, scilicet, quia
de iure communi non potest vtrumque valere, *vt diximus in
quæst. præced. num. 21.* sed non inde sequi vitiandam esse po-
tius prohibitionem, quam testamentum † *quomodo respon- 39
dent Crott. in d. l. re coniuncti num. 63. uers. cum tamen. & Purp.
d. cons. 558. num. 39. uersic. Vltimò.* Quamobrem non est in eo
vis aliqua facienda, sed tantùm in ijs, quæ supra adducta
sunt, & quibus

Non obstant contraria: nam ad primum respondeo, id
procedere † in legatis, & fideicommissis, in quibus testator 40
ius accrescendi prohibere potest, *ut diximus in qu. præced. nu.
5.* nos verò loqui de institutionibus, in quibus ius accrescen-
di prohiberi nequit, *ut diximus ibi num. 20. Et in specie respon-
dent Imol. in d. §. si ex fundo num. 61. & in d. §. si duo numer. 41.
Ang. de Gamb. de testam. gl. 60. num. 4. Crott. in d. l. re coniuncti
num. 61. uers. Quintò.* Nam ius accrescendi prohiberi potest,
nisi

niſi per prohibitionem cauſa teſtati trahatur ad cauſam inteſtati: Tunc enim non valet prohibitio, † *ut in his terminis* 41
ſcribit Ang.conſ.142.num.3.

Ad ſecundũm verò reſpondeo illa verba, *ſi modo voluntas patrisfam manifeſtiſſimè non refragetur.* non eſſe referenda,
42 † ad ius accreſcendi, ſed ad partium æqualitatem: nam duo ſunt, quæ ibi deciduntur ab Vlpiano. Primum enim deciditur, ſi duo ſint hæredes inſtituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe eiuſdem fundi, eos detracta fundi mentione totam conſequi hæreditatem, cui deciſioni nulla ſubijcitur exceptio, ſcilicet quia procedit indiſtinctè, cum nemo poſſit de parte bonorum teſtari: Secundò verò deciditur, licet in ſpecie propoſita fuerint hæredes in fundi portionibus inæqualibus inſtituti, idest, vnus ex tertia parte, alter verò ex beſſe, non tamen eos inæquales hæreditatis partes habituros, ſed æquales quia detracta fundi mentione perinde habentur, atque ſi ſine partibus hæredes ſcripti fuiſſent, quo caſu ſine dubio pro æquis partibus inſtituti cenſerentur. Huic autem ſecundæ deciſioni ſubijcitur exceptio, vt procedat, niſi voluntas patrisfam. manifeſtiſſimè refragetur: nam tunc erunt hæredes pro portione data, idest, inſtitutus in tertia fundi, tertiam hæreditatis partem conſequetur, in beſſe vero fundi inſtitutus beſſem quoque hæreditatis accipiet. *Et ita illum text intelligi poſſe ſcripſerunt ibi Ang. ante num.1. & Caſt.nu.3. Quinimo ita eſſe intelligendum tradiderunt Ang. conſ.148.num.3. Imol.in d.§ ſi ex fundo num.60.& in d.§. ſi duo num.38.& 40. Aug de Gamb.de teſtam gl.60.num.4. Crott. in d l re coniunctis num.59 verſ.Sed ad illum text. Duar lib. 2. de iur.accreſc cap.14. lo.Gut.in l.vn num.22.C.quand non pet part. Pereg de fideicomm.d art.11.numer.66. verſ. Cæterũm. Andr. Facb.d lib.4 controu cap.15.* Et ſanè hunc eſſe verum eiuſce loci ſenſum, vel ex eo intelligimus, quia exceptio debet ad id potiùs referri, quod principaliter, quam, quod incidenter, *arg. l. 1. in prin. ff. de auth.tut.* Sed principaliter ibi deciditur quæſtio æqualitatis, vel inæqualitatis partium, non verò iuris accreſcendi, quod patet ex eo quia in quæſtione iuris accreſcendi non erat neceſſe proponere duorum inſtitutionem cum ſufficiat inſtitutio vnius facta in re certa, vt ei tota hæreditas accreſcat, nec, licet duo ſint hæredes, neceſſe erat proponere, eos fuiſſe inſtitutos in partibus fundi inæqualibus, cum eis accreſcat hæreditas, ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter fuerint in re certa ſcripti hæredes. Ergo eo ipſo, quod Vlpianus proponit, duos fuiſſe inſtitutos, & inſtitutionem fuiſſe inæqualem, intelligimus mentem eius fuiſſe principaliter decidere quæſtionem æqualitatis, vel inæqualitatis partium,
43 † *vt animaduertit Peregr.d.art.11.num.66.verſ.Cæterum.* Et, quamquam decidat etiam quæſtionem iuris accreſcendi hoc tamen facit incidenter, & implicitè, ac potiùs neceſſitate locutionis, quam, quod eſſet eius intentio quæſtionem huiuſmodi decidere: Nec enim dicere poterat, hæredes in re certa inſtitutos ex partibus inæqualibus detracta mentione rei fieri hæredes vniuerſales ex æquis partibus, quin etiam diceret implicitè, eos fieri hæredes vniuerſales, & ſic habere ius accreſcendi. Debet igitur exceptio ſubiecta referri potius ad æqualitatem partium, quam ad iuris accreſcendi deciſionem.

Nec eſt, quod aliquis obiiciat, imò verba illa, non poſſe ad æqualitatem, vel inæqualitatem partium referri, quia ad hoc vt hæredes cenſeantur ex inæqualibus partibus inſtituti, non requiritur manifeſtiſſima voluntas ſed ſufficit, qualitercunque de voluntate teſtatoris apparere *l quoties 9.§.1. ff. de her. inſt.* Vndè, cum ibi requiratur manifeſtiſſima voluntas, & ſit locus exceptioni, conſequens videtur, vt talis exceptio nõ ſit accipienda de partium æqualitate, ſed potius de iure accreſcendi, cuius prohibitio quia teſtamentum annullat, videtur manifeſtiſsimam exigere voluntatem, † *Qua ratione*
44 *motus hanc reſponſionem improbauit Bar.in d.§. ſi duo. num.2.* quia reſpondeo etiam partium inæqualitatem requirere euidentem teſtatoris voluntatem *l ſi plures 24 ff.de vulg.& in his terminis conſiderat Caſtr in d.§ ſi duo num.3* Neque obſtare, quod ſufficiant coniecturæ, quia euidens dicitur voluntas
45 etiam, quæ colligitur ex coniecturis † *l planè 24.§ ſi eadem, l licet.77 ff.de leg.1, Bald in l conuenticula.15 num.2.verſ.Non obſtat C.de Epiſc.& Cler. Et in his terminis conſiderant Ang. conſ.358 num.3.Caſtr.in d.§ ſi duo num.3.& ibi Imol.num.39. Imol.in d.§ ſi ex fundo num.60.& in d.l.ſi quis ita.74. num.3. ff.de hered.inſt.*

Ad tertium reſpondeo primo tũc demum perplexitatem vitiare inſtitutionem, cum † eſt indiſſolubilis, vt quando eſt 46
perplexitas facti *de qua loquitur l ſi Titius in contrarium allegata vt ait Pereg d.art.11 num.66 verſ.Secundo* Cæterũm, quando perplexitas eſt diſſolubilis, vt eſt perplexitas iuris, verius eſſe, non ipſam principalem diſpoſitionem vitiari, ſed id, quod perplexitatem inducit *l per ſeruum.14.§ ſi.ff.de vſu, & habit.l.1.ff.de adim legat* In caſu autem noſtro tractari de perplexitate diſſolubili, nempè de perplexitate iuris, quæ poteſt diſſolui reiecta prohibitione, ideoque non vitiare inſtitutionem, ſed ipſam vitiari. † *Ita reſpondent Caſt conſ.241.* 47
num.4.vol.2.Imol.in d.§.ſi ex fundo num.67.& in d.§ ſi duo nu. 40.& Crott.in d l re coniunctis num.59 verſ.Secundò

Secundò reſpondeo, perplexitatem demum vitiare diſpoſitionem, quando extrema ſunt paria. Cæterũm, quando alterum ex iis eſt fauorabilius, aut potentius, verius eſſe, non vitiare † *l fin.§.1.vbi Bart ff de vulg.* in caſu autem noſtro extrema non eſſe paria, quia cauſa teſtati eſt fauorabilior *l. ſi* 48
pars.10.ff.de inoff teſtam. & potentior, cum ad ſe trahat cauſam inteſtati *d l ſi quis ita.74.ff de her.inſt.* Nil mirum igitur, ſi perplexitas non vitiet inſtitutionem, ſed ipſa vitietur.† *Ita reſpondet Crott in d l re coniunctis num.59.verſ. Secundò.* 49

Tertiò reſpondeo perplexitatem tunc demum vitiare, cũ reſpicit totum, non, cum partem: nam tunc non remouet conſenſum ab actu, nec cenſetur indiſſolubilis, ſed vitiatur ea pars, quæ minùs eſt fauorabilis, *vt diximus in 9 cap.qu.28. num.49.*

Ad quartum reſpondeo id procedere quãdo teſtator prohibet id, quod non ſimpliciter, & abſolute, ſed ex veriſimili, & præſumpta mente teſtatoris inducitur à lege, vt, cum inducitur datio libertatis in ſeruo proprio ſimpliciter inſtituto: Hoc enim facit lex ex præſumpta mente teſtatoris, ſcilicet, quia non eſt veriſimile eum voluiſſe proprium ſeruum inutiliter hæredem inſtituere † *d l.pen §.1 C.de nec.ſeruum inſt.d.* 50
§ idemque iuris.Inſt.quib.ex cau.man.non lic. quo caſu, ſi conſtet de contraria ipſius voluntate ceſſare debet inductio, & prouiſio legis, quoniam in claris non eſt opus coniecturis,
† *l continuus 137.§.cum ita in fi.ff.de verb.oblig.l.ille.aut ille.25.* 51
§.cum in verbis ff.de leg.3. nos verò loqui de iure accreſcendi, quod inducitur a lege, non ex præſumpta mente teſtatoris, ſed ſimpliciter, & abſolute, cum tractemus de inſtituto in re certa, cui tota hæreditas accreſcit, non ex ui coniunctionis, ſed ex mera poteſtate iuris, *ſecundũm ea, quæ diximus in 2 cap. quæſt.2.num.57.* ideoque teſtatoris prohibitionem nihil operari, quia nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento † *d.l nemo.poteſt.58.ff.de legat.1. Ita reſpondent* 52
Imol.in d.§.ſi ex fundo num.68.& in d.§.ſi duo num 41.Crott.in d.l.re coniunctis num.60.

Ad quintum denique reſpondeo negando minorem: nam in ſpecie *l.penult.ff.de iniuſt. rupt.* non ideò reducitur res ad cauſam inteſtati, quia teſtator ſubſtituendo tacite prohibuerit ius accreſcendi, ſed quia poſthumus præteritus ideò rumpit teſtamentum, ut ſibi locum faciat non aliis, † *vt in ſpecie* 53
declarant Ang.in l.ſi poſthumus.14.in prin.verſ.Impeditur ff.de lib.& poſth.conſ.148.num.3.Imol in d.§ ſi duo num.41.& in d l. pen.num.3.ff.de iniuſt.rupt.Iaſ.in d.l ſi poſthumus num 5. Crott. in d.l.re coniunctis num.61. & nos latiùs oſtendemus in hoc cap. qu. n. quod patet ex eo, quia, ſi ſubſtitutio eſſet inutilis ex alia cauſa, quam ex cauſa præteritionis, non impediretur ibi ius accreſcendi, nec reduceretur res ad cauſam inteſtati, *vt oſtendemus ibi in pluribus num.* Ergo non ideò reducitur res ad cauſam inteſtati, quia teſtator ſubſtituendo cenſeatur prohibuiſſe ius accreſcendi, ſed, quia teſtamentum rumpitur agnatione ſui heredis. *Ita declarat Crott. in d. l. re coniunctis num.61.*

Ex quibus apparet, ueriſſimam eſſe ſententiam Dini, & aliorum exiſtimantium, prohibitionem iuris accreſcendi à teſtatore factam heredi in re certa inſtituto non uitiare teſtamentum ſed uitiari, quæ ſententia multò faciliùs procederet ſi daremus, filium fuiſſe inſtitutum in re certa non continente integram legitimam: nam ſine dubio talis prohibitio non poſſet ſuſtineri pro quantitate legitimæ, ſiue eius ſupplementi, quod etiam inuito, & refragante teſtatore peti poteſt

† §. ca-

54 † §.cæterùm, Auth.vt, cum de app.cogn.coll 8 & scribunt Bald. in l si quando 35.§.& generaliter num 1.C.de inoff.testam.Cast. in d.§.si duo num.6.& ibi Imol.num.39.Castr.in d.l pen numer. 2 ff.de iniust.rupt.Imol.in d.§.si ex fundo nu.69. Ang. de Gamb. de testam d gl.60.num.3. Alex cons.69.num,3.vers.Nec obstat vol.1.cons.8.num.21.uol.3.Ias.cons.69.num.1.uers. Imo fortius vol.1.Guido Pap.q.93.num.1.Dec cons.227.num. 2. cons. 241. num.4.consil.310.num 3.& cons.666.numer.1.Purp.in d. l. vn, num.102.C.quand.non pet part. Itaque necessariò deberet tale supplementum accrescere. Quo posito sequitur, debere etiam accrescere residuum hæreditatis, quia testator non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus.

55 Et ita in specie docuerunt Bald.in l.quoties 13 in 4.opp. Cod. de hered.instit.Rub.in d.l pater filium 14 num.127.ff.de inoff. test. Quæ sententia uera est, vt ait Pereg. de fideic.d.art.11.num. 66.vers.Rursus, quicquid Castr.in d.§.si duo num.6.& in d.l. quoties.13.numer.1.vers.Sed, quando esset C de hered.inst. Ias. d.cons.8.col.13.uers. Non obstat dum quarto vol.3 & alij censuerint: nam, quod aiunt §. cæterùm, loqui de supplemento legitimæ non de residuo hæreditatis, non tollit uim argumenti, quia eo ipso, quod non ualet prohibitio ratione supplementi, utpotè quod ea non obstante accrescit, sequitur debere etiam non ualere respectu residui, ne sequatur absurditas, quod idem pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat. Nec est, quod dicas, uitiari in totum testamentum, quia hoc esset contra expressam dispositionem §. cæterùm, ubi uitiatur prohibitio, non testamentum.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres particularis, cui prohibitum est ius accrescendi, non tenetur hæreditatem venientibus ab intestato restituere, Sed contra num.5.*
2 *Declaratur l.si quis ita institutus fuerit.74.ff.de hæred.inst. & num.24.*
3 *Declaratur l.cum pater.79.§.pater, qui filio ff. de legat. 2. & num.26 & 27.*
4 *Testator instituens hæredem in fundo censetur ei ius accrescendi prohibere sed contra num.28.*
6 *Prohibitio iuris accrescendi non vitiat testamentum, sed operatur, vt venientes ab intestato censeantur tacitè instituti.*
7 *Institutio tacitè fieri non potest.*
8 *Prohibitio iuris accrescendi reducit rem ad causam intestati sed hæredes legitimi tenentur per fideicommissum restituere instituto quod ei fuerat in testamento relictum.*
9 *Trebellianica olim non poterat prohiberi, hodie verò potest, num.10.*
11 *Trebellianica censetur prohibita ijs verbis, quibus prohibitum censetur ius accrescendi.*
12 *Hæres prohibitus plus petere in foro conscientiæ tenetur residuum venientibus ab intestato restituere.*
13 *Voluntas colligitur etiam ex actu inutili, & inualido.*
14 *Euangelica denunciatione succurritur venientibus ab intestato contra hæredem rei certa, cui prohibitum est ius accrescendi.*
15 *Declaratur l.peto.71.in prin.ff.de leg.1.& num. 18.*
16 *Fideicommissum inducitur his verbis, Volo eum esse tacitum, & contentum nec plus petere posse.*
17 *Prohibitio iuris accrescendi facta hæredi in re certa instituto censetur facta fauore venientium ab intestato.*
19 *Declaratur l si quis priore.29 ff ad Treb.*
20 *Fideicommissum, vt inducatur, non est necessaria expressio personæ fideicommissarij si de ea constare possit ex alijs coniecturis.*
21 *Argumentum à tempore ad rem valet.*
22 *Hæres ad tempus institutus, & prohibitus post tempus retinere, censetur grauatus hæreditatem venientibus ab intestato restituere.*
23 *Verba, quæ nunquam possunt valere iure directo, valent iure fideicommissi.*
26 *Declaratur l.hæreditas ex die.34 ff.de hær.inst.*
29 *Prohibitio iuris accrescendi operatur fideicommissum fauore venientium ab intestato sine dubio apposita clausula codicillari.*
30 *Clausula codicillaris operatur, vt ea, quæ non possunt valere iure directo, valeant iure fideicommissi.*

An prohibitio iuris accrescendi à testatore facta operetur, vt hæres institutus censeatur per fideicommissum grauatus hæreditatem venientibus ab intestato restituere.

Q V Æ S T I O XVIII.

HInc succedit secunda quæstio: Nam posito, quod iuris accrescendi prohibitio à testatore facta nullo casu uitiet testamentum, sed ipsa uitietur, quæritur, an saltem operetur, ut hæres institutus censeatur per fideicommissum grauatus hæreditatem ijs restituere, quorum fauore facta fuit prohibitio, puta venientibus ab intestato. Fuerunt autem de hac re duæ nostrorum interpretum sententiæ, Prima existimantium, non teneri restituere, sed hæreditatem irreuocabiliter ei accrescere, † *Quæ fuit opinio Imol.in d.l.1.§. si ex* 1 *fundo num 68.& in d.l.quoties.9 §.si duo num.42.ff.de hær.inst. Eiusdem opinionis fuisse videntur omnes, qui simpliciter tradiderunt, prohibitionem vitiari & ea non obstante totam hæreditatem instituto accrescere, quos retulimus in qu.præced. num.2.* Mouentur autem

Primò *d l. si hæres institutus fuerit.74. ff. de hæred, instit.* ubi Licinius † *Si quis ita hæres institutus fuerit, excepto* 2 *fundo, excepto vsufructu,* inquit, *perinde erit iure ciuili, atque, si sine ea re hæres institutus esset.* Sed, si sine tali exceptione, & prohibitione fuisset institutus, haberet totum, nec cogeretur id alij restituere. Idem igitur est dicendum, licet facta sit talis exceptio, seu prohibitio. *ita Imol.in d.§.si ex fundo n. 68.& in d.§.si duo num.42.*

Secundò mouentur *l.cum pater.79.§.pater, qui filio, ff.de leg 2.* ubi Papinianus *Pater qui filio semissem dederat,* inquit, *& sororibus eius impuberibus quadrantes; quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus. Fili contentus eris pro tuo semisse ducentis aureis, & vos filiæ pro vestris quadrantibus centenis aureis, vice mutua fideicommissum hæreditatis reliquisse non videbatur, sed æstimationem (vt à parentibus frugi fieri solet) patrimonij sui fecisse, nec idcircò fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei rationes, quandoque præscriptione demonstrata quantitatis exclusurum,* ex quibus verbis † apparet, etiamsi testator iusserit hæredibus, vt sint contenti certis rebus, non tamen censeri eos grauatos residuum alijs restituere. 3

Tertiò mouentur, quia taciti, & expressi par est virtus *l.cum quid.3 ff si cert.pet.* Sed, quando testator aliquem instituit in re certa, quo casu censetur tacitè ius accrescendi prohibere † *secundùm Imol.in d.§.si ex fundo n.68.& Rubeus in l.* 4 *non solum.8.§.morte n.366 ff.de oper.nou nunt.* nihilominus accrescit instituto tota hæreditas, *d.§ si ex fundo* nec cēsetur grauatus eam venientibus ab intestato restituere, *vt ostendimus in 7.c q.7.n.4.* Nec igitur censebitur grauatus, si testator expressim ius accrescendi prohibeat *ita Imol in d.§ si ex fundo n.68,*

Verum his non obstantibus veriorem esse puto sententiā existimantium, teneri institutum retenta re, vel portione data residuum ijs restituere, quorum fauore facta fuit prohibitio, puta venientibus ab intestato.† *Quæ fuit sententia Ang.* 5 *(licet sub dubio) cons.148.num 2.in fi.& Saly.in d l.quoties.13. num.14.C.de hæred.inst. Duran.de art test.tit 6 aant.15.num, 5.Gomez.d.tom.2.uar resol.cap.10.num.19.uers. Aduertendū, Pereg.de fideicomm.art.5.num 13. & 17.& art.11 num. 66. uers.Reperio,& cons.44 num.3.& 4.& cons.145.num 4.uol.5.* Nec multum ab hac sententia distant *Vigl. in §. hæreditas nu. 8.inst.de hæred.inst.& alij,* qui putarunt, † testatoris prohibi- 6 tionem non vitiare quidem testamentum, sed operari, vt venientes ab intestato censeantur tacitè instituti: Effectu enim censuerunt, residuum ex mente testatoris ad eos debere pertinere. Quamquam malè putent, pertinere directò, cum hoc fieri non possit salua ratione iuris, quæ tacitas hæredum institutiones non patitur † *l.inbemus.29. C.de testam.l. hæredes* 7 *palam.21.in prin.ff.eod.* Quinimò effectu idem sentiunt, qui Bartoli sententiam amplectuntur: Nam, licet arbitrentur, prohibitionem testatoris vitiare testamentum, & reducere rē 8
ad

ad causam intestati, hanc tamen suam opinionem ita tem-
perant, vt pertineat quidem tota hæreditas ad venientes ab
intestato, sed ij teneantur per fideicommissum restituere hę-
redi instituto id, quo mediante iussus fuerat esse tacitus, &
8 contentus, † *vti videre est apud Gomez. tom.1. var. resol. ca.10.*
num.10. vers. Verum tamen est, & num.1 , vers. Licet hæres, &
num.19. vers. Aduertendum, Crass. in d. §. institutio qu.21. nu.3.
vers. Contrarium. Itaque effectu sentiunt, voluntatem te-
statoris in hac re seruandam esse, & hæredi scripto solum id
tribuendum, quod testator assignauit, residuum verò dan-
dum venientibus ab intestato. Et si dixeris, Imò etiam effe-
ctu videri has opiniones diuersas, quia secundùm opinionem
Bartoli, nihil vltra id, quod testamento datum est, consequi
poterit institutus, dato etiam, quod quartam bonorum par-
tem non contineret, cum alioquin, si teneretur ipse hæredi-
tatem venientibus ab intestato restituere, posset supplere
quartam, si ei non sufficerent res in testamento relictæ, *se-*
cundùm l. si quis priore. 29. ff. ad Treb. & § sed & si quis priore,
inst. quib. mod. test. inf. Respondeo, hoc discrimen potuisse con-
siderari iure vetere, secundùm quod Trebellianica non po-
9 terat à testatore prohiberi, † *l. si, vt proponis, 11 C. ad l. Falcid.*
Cœterùm hodie, quo tempore prohiberi potest ex receptiore
10 DD. opinione, † *sicuti videre est apud gl. in §. si verò expres-*
sim, in verb. substitutis, Auth. de hæred. & falc. coll.1. Bart. in l.
Marcellus. 3. in prin. num.7. & ibi Ias. num.45. vbi testatur hanc
esse communem, & ab ea non esse in consulendo, & iudicando re-
cedendum ff. ad Treb. Bart. in Auth. sed, cum testator num.3. in
fi. C. ad l. Falc. Dec. cons.81. num.3. Guido Pap. qu.51. nu.1. Soc.
Iun. cons.170. num.24. vol.2. vbi ait, esse magis communem, Ant.
Gabr. lib.4. commun. opin. tit. ad Trebell. concl.1. num.2. vbi pari-
ter fatetur, hanc esse magis communem, Mantic. de coniect.
vlt. vol. lib.7. tit.11. num.7. Crass. in § testamentum qu.62. nu.4.
Men. de præsumpt. lib.4. præs.190. num.4. vbi ait hanc esse recep-
tiorem, & cons.164. num.25. discrimen ampliùs considerari
non poterit, quia eo ipso, quod testator iubet instituto, vt sit
contentus rebus sibi datis, nec quicquam vlterius petere pos-
11 sit, censetur ei prohibere Trebellianicam, † *vt docent gl. in l.*
cum patrem. 19. in verb. accepit in fi. & ibi Bald. num.4. vers. Ex
hac gl. C. de iur. dot. Curt. Iun. cons.91. num.3. Dec. (licet non fir-
met) cons.241. in fin. Ant. Gabr. d. lib.4. tit. ad Treb. concl.8. nu.1.
Men. d. lib.4. præs.198. num.17. & 18. & ideò nihil supra res te-
stamento datas consequi poterit, dato etiam, quod non con-
tineant integram quartam. Quod, non solùm in extraneis,
aut nepotibus testatoris procedit, sed etiam in filijs primi gra-
dus, si eam sequamur opinionem, quæ hodie in plerisque Ita-
liæ Tribunalibus obtinuit, vt etiam eis Trebellianica prohi-
beri possit: Nam secundùm eam, quæ in alijs Curijs obser-
uatur, vt prohiberi non possit, magis est, vt opiniones etiam
effectu sint diuersæ, In quo quidem spectanda erit obser-
uantia illius Tribunalis, in quo casu vertitur, *secundùm defi-*
nitionem Bertr. cons.152. num.12. vol.1. part.2. & cons.144. nu.2.
in fi. vol.3. part.2. Gabr. cons.93. in fin. vol.1. Clar. in §. testamen-
tum q.63. n.1. in fi. Men. cons.177. n.10. M. Ant. de Amat. decis.
31. nu.9. & 16. Gratian. discep. forens. cap.245. nu.2. Denique ad
eundem finem tendere videntur, qui sentiunt hæredem pro-
hibitũ plus petere, licet potestate, & subtilitate iuris totum
consequatur, non tamen in foro conscientiæ posse totum re-
tinere, sed teneri residuum venientibus ab intestato restitue-
12 re, † *vt Crott. in d. l. re coniunctis num.172. vers. Et ex hoc infe-*
ro, Io. Gut. in d. l. un. num.25. C. quand. non pet. part. (licet subij-
ciat, se hoc remittere Theologis) & Menoch. cons.483. num.15.
tametsi contrarium scripserit Duran. de art. test. d. tit.6. caut.15.
num.4. vers. Et procedit. Et est de mente omnium, *quos retu-*
limus in 7. cap. q.10. nu.28. dicentium, hæredem in re certa, aut
parte hęreditatis institutum non posse residuum, quod ei ac-
crescit, in foro conscientiæ retinere, sed debere id venienti-
bus ab intestato restituere: nam ijdem multò magis censent,
restituendum esse residuum, si retentioni voluntas testatoris
manifestissimè refragetur, vt euenit, cum ius accrescendi pro-
hibuit: Nec enim salua conscientia potest hæres retinere hę-
reditatem contra voluntatem testatoris, quę colligitur etiam
13 ex actu inutili, & inualido, † *l. fin. ff. de reb. cor. l. legatum sub*
conditione. 24. §. fin. ff. de adim. leg. & in his terminis considerat
Crott. in d. l. re coniunctis num.172. Quamobrem venientibus ab
14 intestato consulitur per denuntiationem Euangelicam † *se-*
cundum Crott. in d. l. re coniun. num.172. in fin. Probatur hæc
sententia.

Primò *l. peto. 71. in prin. ff. de leg.2.* vbi Papinianus *Peto Lu-*
ci Titi, contentus sis centum aureis inquit, *fideicommissum va-*
lere placuit idque rescriptum est. Quid ergo si cum hæredem
ex parte instituisset, ita locutus est. Peto pro parte tua contentus
sis Luci Titi centum aureis petere poterunt cohæredes partem
hæreditatis eo retinente seu percipiente quo contentum esse vo-
luit defunctus. Sine dubio facilius est hoc probare, quam proba-
ri potuit illud, cum ibi fideicommissum petatur ab iis, cum qui-
bus testator locutus non est. Idem dicemus, si, cum ex asse scrip-
sisset hæredem, eius gratia qui legitimus hæres futurus esset ita
loquatur. Peto pro hæreditate quam tibi reliqui, quæ ad fra-
trem iure legitima rediret, contentus sis centum aureis, Ex qui-
bus verbis apparet, † testatorem iubentem hæredi instituto 15
vt sit contentus aliqua re particulari, vel etiam portione,
censeri eius fidei committere, vt residuum restituat iis, quo-
rum fauore talem fecit iussionem, † *quod etiam scribitur in l.* 16
Paula. 27. §.1. ff. de leg.3. l.2. C. de codicill. & a Bald. cons.468. nu.
1. vers. Ista quæstio vol.1. Guido. Pap. qu.93. num.1. vers. De ver-
bis & qu.462. in fi. & Dec. cons.241. nu.4. vers. Nam illa verba,
Sed, quando in testamento neminem instituit, præter eum,
quem iubet esse tacitum, & contentum certa re, vel parte in-
telligitur facere talem iussionem, & prohibitionem fauore
venientium ab intestato, † *vt scribunt Bart. in d. l. quoties. 9.* 17
§. si duo num.2. vers. Tertio, & num.5. ff. de hær. inst. Ang. in d. l.
Dominus. 63. § 1. in prin. vers. Quod intellige ff. de vsufr. Peregr.
d. art.11. nu.66. vers. Quinto. Ergo censebitur grauasse insti-
tutum, vt hæreditatem venientibus ab intestato restituat.

Nec est, quod aliquis respondeat, diuersam esse rationem
speciei propositæ *in d. l. peto*, & eius, de qua nos loquimur,
quoniam ibi tractatur de eo, qui fuerat institutus in semisse
hæreditatis, & posteà iussus esset tacitus, & contentus certis
rebus, quo casu, quia semissem illum habet ex voluntate te-
statoris, ideò nil mirum, si teneatur residuum restituere, &
voluntatem eius in hoc seruare nos verò loquimur de eo, qui
ab initio non fuit institutus in toto, sed tantùm in re certa,
vel etiam in parte, & prohibitus habere residuum: nam, quia
totum id consequitur contra voluntatem testatoris, ideò non
videtur cogendus id restituere † *Quomodo respondent Imol.* 18
in d. §. si ex fundo num.68. & Crott. in d. l. re coniunctis, num.58.
quia verius est, Imò non esse diuersam rationem; nam ita
residuum capit contra mentem testatoris, qui primo fuit in-
stitutus in toto, & posteà iussus est esse tacitus, & contentus
certis rebus, vt is, qui ab initio instituitur in rebus certis, &
prohibetur plus petere: Vterque enim residuum illud dire-
ctò consequitur contra voluntatem testatoris, scilicet, quia
nil refert, vtrum testator non dederit, an verò dederit qui-
dem, sed posteà abstulerit, ideòque debet vterque per fidei-
commissum restituere.

Secundò verò probatur *l. si quis priore. 29. ff. ad Trebell.*
cuius verba referuntur in §. sed, & si quis priore, inst. quib. mod.
test. inf. nosque retulimus in qu. præced. num.24. nam ibi, † quia 19
testator prohibuerat hæredi in re certa instituto ius accre-
scendi, dicendo, se velle prius testamentum valere, *secundùm*
ea, quæ diximus ibi num.24. censetur hæres grauatus resi-
duum iis restituere, quorum fauore facta fuerat prohibitio,
nempè hæredibus in primo testamento scriptis. Ergo, & in
specie proposita debet hæres cui testator prohibuit ius accre-
scendi dicendo, se velle, eum esse tacitum, & contentum por-
tionibus, aut rebus datis, censeri per fideicommissum graua-
tũ residuum restituere venientibus ab intestato, quorum
fauore testator ius accrescendi prohibuit, *secundùm ea, quæ*
supra diximus.

Nec est, quod respondeas, diuersam esse rationem illius,
& huius speciei, quod ibi constet ex verbis testatoris de perso-
na, cuius fauore talem fecit prohibitionem, cum dicendo, se
velle, prius testamentum valere, demonstret saltem implicitè,
ad quem velit residuum pertinere, nempè ad eum, qui fuit
hæres scriptus in priore testamento, quod valere vult, cum
alioquin in specie, de qua loquimur, non constet de tali per-
sona, scilicet, quia, licet testator dicat, se velle scriptum hæ-
redem esse tacitum, & contentum rebus datis, non ta-
men, aut explicitè, aut implicitè declarat, ad quem velit
residuum pertinere, ideòque, cum non constet de persona
fidei-

fideicommissarij, non posse per consequentias censeri inductum fideicommissum, quia verius est, Imò eandem in hoc censeri vtriusque speciei rationem: nam ad hoc, vt ex verbis testatoris censeatur vtiliter inductum fideicommissum, non est necessaria expressiò personæ, cui testator vult pro-
20 spicere, † *vt ait Cuiac.in d.l.peto 71.in prin.in 19.lib. quæst. Papin.* sed sufficit de ea constare ex coniecturis, *vt in d.l.peto.71. in prin. & in l.Paula.17.§.1 ff.de leg.3.l.2. Cod. de codicill.* scilicet, quia in fideicommissis sequimur etiam coniecturas voluntatis *l.cum proponebatur,66.ff.de leg.2.* Atqui, quoties testator instituit heredem ex re certa & ea mediante vult eum esse tacitum, & contentum, coniectura voluntatis est, vt voluerit residuum ad venientes ab intestato pertinere, *d.l.peto, & nos diximus supra num.5.* Ergo talis coniectura debet sufficere ad hoc, vt eorum fauore censeatur vtiliter inductum fideicommissum.

Tertiò probatur, quia valet argumentum a tempore ad
21 rem † *l.miles ita 42.versic. Et quia diximus ff.de mil.test.* Sed, quando testator limitauit institutionem hæredis respectu temporis, dicendo, se nolle institutum post tempus esse hæredem, licet illa limitatio non operetur directò operatur tamen per fideicommissum, quia censebitur institutus post tempus grauatus hæreditatem venientibus ab intestato re-
22 stituere † *vt scribunt Cast.consil.241.num.5.in fi.& consil.276. num 2.& consil.355.num.3.vol.2 Dec consil.277.num. 2. Paris consil.69.num 6.& 7.vol.2.vbi testatur de communi, & numer.12.subijcit, non posse hæreditatem in foro conscientiæ retineri. idem censuit Pereg.d.art.5 num.17.& 18.& d.consil.44.nu 3.& seqq.vol.5.* Debet igitur idem operari limitatio facta respectu rei.

Quarto denique probatur, quia verba testatoris, quæ nun-
23 quam possunt valere directo, valent iure fideicommissi, † *l. Scæuola.76.ff.ad Treb.* Sed, quando testator ait, Volo hæredem esse tacitum, & contentum rebus datis, nec vlterius quicquam petere posse, huiusmodi verba nunquam iure directo sustineri possunt, sed ab initio vitiantur *d.l.si quis ita institutus fuerit.74.ff.de hær.inst.* Debent igitur iure fideicommissi sustineri. *Ita Castr d.consil.276 nu.2.vol.2.*

Neque huic sententiæ aduersantur contraria: nam ad primum respondeo, verba illa *perinde erit iure ciuili, atque,*
24 *si sine ea re hæres institutus esset*, esse intelligenda, † quoad directam acquisitionem: nam institutus perinde habebit ipso iure totam hæreditatem atque, si talis exceptio, seu prohibitio facta non fuisset: Sed, an per fideicommissum teneatur rem illam ijs restituere, quorum fauore fuit facta prohibitio, non deciditur ibi, verum interpretatione suppletur ex coniectura voluntatis testatoris, quod & alibi sæpissimè contingit, vt *in l.hæreditas ex die.34.ff de hæred.inst.* vbi Papinianus
25 ait, vitio temporis sublato manere institutionem, scilicet † directò, nec decidit, vtrum post tempus hæreditas sit per fideicommissum restituenda venientibus ab intestato, & tamen ita intelligitur, *ut supra diximus, & in specie declarat Pereg.d.art.5.num.17.*

26 Ad secundum verò respondeo, fideicommissum ibi † non ideò inductum non censeri, quod illa verba, sit tacitus, & contentus, per se non sint ad inducendum sufficientia, sed, quia in specie ibi proposita esset inutile, si inductum censeretur: nam tantum quisque cohæredi daret quantum acciperet, quod esset ridiculum *l si fundus,65 ff.ad l.Falc.* Vnde, quia testator non censetur ita ineptus, vt id agere voluerit, ideò præsumit Papinianus, eum potius æstimationem sui patrimonij fecisse, quam mutuum inter cohæredes fideicom-
27 missum reliquisse, † *vt declarat Cuiac.ad l.peto in prin.19 lib. qu.Papin.& ad l.cum pater.79.§.pater qui filio ff.eod. de leg.2. in 8.lib. Resp.Papin.* quæ ratio quia cessat in specie, de qua nos loquimur, scilicet, quia inductio fideicommissi non remanet inutilis, cum exceptis rebus datis sint venientes ab intestato residuum habituri, quod alioquin ipso iure consequi non possent, ideò nil mirum, si prædicta verba secundum suam vim inducant fauore venientium ab intestato fideicommissũ.

Ad tertium denique respondeo, negando minorem: Nec enim verum est, eum, qui simpliciter hæredem in fundo in-
28 stituit, censeri in residuo ius accrescendi prohibere, † *vt in specie docuerunt Ang in l.1.numer.5 versic. Tertio casu, C.de test.mil, Galiaul.in l.centurio.15.numer.147 ff. de vulg. Bertr. cons.344.num.8 vol.3.par.1.* quia, licet non det hæreditatem, vtpote, quam institutus habet potestate iuris, non iudicio testatoris, *vt ostendimus in 2.cap q.2.num.57.* non tamen resistit dationi, quæ iure fit: Quamobrem dicimus, institutum habere hæreditatem, non secundum, nec contra, sed præter voluntatem testatoris.

Ex quibus apparet, verissimam esse sententiam Salyceti existimantis prohibitionem iuris accrescendi a testatore factam non vitiare quidem testamentum, sed operari, vt institutus censeatur grauatus restituere hæreditatem venientibus ab intestato, retentis rebus in testamento datis. Quæ sententia sine dubio procedit, si in testamento fuisset addita clausula codicillaris, † *vt scribunt Duran.de art.test.tit.6.caut.* 29
15.n.5.versic Et idem operatur. Pereg.d.artic.5.n.13. & d.art. 11.num.66 vers. Reperio, quippe, quæ solet efficere, vt ea, quæ non possunt valere iure directo, valeant saltem iure fideicommissi, † *vt scribunt Bald.in l verbis ciuilibus.7.col.2.versic.* 30
Item ex ista gl.ff.de vulg.Soc.Sen.cons.12.num.16 vol.3. Curt. Iun.cons.48.num.6.vers.Ex alio Crau.cons.22.num.8. Menoc. cons.44.num.13 cons.596.num.11.& cons.1155.num.7. Et hæc de prima quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi censetur prohibitum, quando ex verbis, aut coniecturis apparet, talem fuisse mentem testatoris.*
2 *Ius accrescendi non solùm expresse, sed etiam tacitè prohiberi potest.*
3 *Ius accrescendi potest prohiberi etiam coniecturis.*
4 *Ius accrescendi potest prohiberi etiam præsumpta mente testatoris.*
5 *Ius accrescendi non censetur prohibitum, nisi euidentissimè constet de voluntate testatoris. Declara, vt num 6.*
7 *Testator in dubio non censetur voluisse ius accrescendi prohibere.*
8 *Interpretatio in dubio facienda est, vt cesset ius accrescendi, Declara, ut num.9.*
10 *Ius accrescendi censetur prohibitum his verbis, Et, quod plus petere non possit, vel, Non possit petere illud, num.11. vel, Non possit in plus succedere, num.12. vel, Volo eum esse tacitum, & contentum, numer.13. vel, Relinquo pro omni iure, & parte ad eum spectante, numer.14.*
15 *Ius accrescendi vt censeatur prohibitum non est necessè testatori dicere, Prohibeo ne accrescat, sed sufficit, si voluntas prohibendi colligatur ex verbis ab eo prolatis.*
16 *Ius accrescendi non censetur prohibitum contra sonum, & formam verborum, ac propriam eorum significationem.*
17 *Hæres rei certæ prohibitus plus petere fauore vniuersalis, totum capit eo deficiente & cur, num.18.*
19 *Hæres rei certæ prohibitus plus petere fauore hæredis vniuersalis, totum capit eo deficiente, etiam si sit extraneus.*
20 *Hæres rei certæ prohibitus plus petere fauore posthumi non capit totum posthumo non nato licet aliqui contra senserint, num.21. Maximè si sit apposita clausula codicillaris, numer. 22.*
23 *Hæres rei certæ prohibitus plus petere fauore hæredis vniuersalis non capit totum eo deficiente, si testator illum odio habebat.*
24 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si testator exprimat aliquam dictionem exceptiuam.*
25 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si testator exprimat aliquam dictionem taxatiuam.*
26 *Ius accrescendi non censetur prohibitum, si testator dicat, instituo Titium in fundo tantùm, vel in vita tantum, numer.27. Nisi taxatiuè esset institutus is, quem testator odio prosequebatur, num.28. Declara, vt numer.29. & seqq.*
33 *Ius accrescendi censetur prohibitum his verbis, semel tantùm, Sed contra num.34.*
35 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si testator adiecerit aliquam dictionem limitatiuam.*
37 *Paria sunt ab initio limitatè disponere, vel ex post facto dispositâ limitare.*

37 Con-

37 *Coniuncti in vna oratione, si posteà in diuersis disiunganτur, attenditur disiunctio, non coniunctio.*
38 *Ius accrescendi non excluditur his verbis, æquis portionibus & cur, num. 39.*
40 *Disiuncti sunt, qui ad partes diuersas vocantur in diuersis orationibus, licet posteà coniungantur.*
41 *Verba hac, tunc & eo casu, non limitant dispositionem respectu iuris accrescendi.*
42 *Dispositio limitata non recipit incrementũ respectu tẽporis.*
43 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
44 *Ius accrescendi non excluditur à limitatiua, si fuerit adiecta causa ampliandi legati.*
45 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si testator disponat, vt hæreditas semper inter duos diuidatur.*
46 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si in casum deficientia testator aliquid coniunctio relinquat.*
47 *Ius accrescendi censetur prohibitum, si testator disponat de parte vacante.*
48 *Ius accrescendi ita demum locum habet, si de parte vacante non fuerit à testatore dispositum.*

Quando ius accrescendi censeatur à testatore prohibitum.

QVÆSTIO XIX.

NVnc transeamus ad secundam, & videamus, quando
ius accrescendi censeatur a testatore prohibitum. Cõ-
stat autem tunc censeri prohibitum, cum, aut ex verbis, aut
1 ex coniecturis colligimus talem fuisse mentem testatoris, † *vt*
scribit Clar. in §. testamentum q 74 nu. 2. versic. Pariter; Nam
hoc ius, non solùm expreisè, sed etiam tacitè a testatore pro-
2 hiberi potest, † *vt scribunt Bart. in l. pen. num. 2. & ibi Ang. n.*
1. versic. Subdit ff. de iniust. rupt. Ang. in l. 1. num. 5. & ibi Iaf.
num. 3. Dec. num. 2. C. de test. mil. Ang. de Gamb. de testam. gl.
42. num. 1. Cagn. in rub. Cod. quand. non pet part. numer. 58. Io.
Gaud. in d. l. re coniuncti numer. 58. & 61. Zanch. in l. hæredes
mei. 57. §. cum ita part. 8 num. 179. ff. ad Treb. Mantic. de coniect. ult. vol. lib. 10. tit. 3. num. 2. versic. Fatendum, Decian. cons.
40. num. 1. in fin. & num. 3. vol. 1. & cons. 61. num. 41. vol. 2. Bursat. cons. 262. num. 33 Pereg. de fideicommiss. art. 9. num. 4. &
art. 11. num. 65. Surd. decis. 152. num. 15. Vin. decis. 406. num. 7.
Gratian. cap. 533. discept. for. num. 4. adeò, vt tollatur etiam
3 coniecturis, † *secundùm Clar. in d. §. testamentum q. 74. num. 2.*
vers. Ego tamen & Honded. cons. 59. num. 55. vol. 1. & præ-
4 sumpta voluntate testatoris, † *vt scribunt Men. cons. 483. nu.*
13. Bursat. d. cons. 262. num. 34.

Nec est contrarium, quod dici solet, ius accrescendi non
censeri sublatum, nisi euidentissimè constet de voluntate
5 testatoris, † *l. quoties. 9. §. si duo ff. de hæred. inst. secundùm de-*
clarationem Bart. ibi num. 2. Ang. num. 1. Imol. num. 38. Et in
specie docent Ang in l. Dominus. 63. §. 1. num. 1. vers. Et attende
ff. de vsufr. Imol. in l. si solus 79 num. 1. vers. Vel potest esse ratio
ff. de acq. hæred. Castr. in l. quoties. 13 nu. 2. C. de hæred. inst. Imol.
in l. 1. §. si ex fundo num. 17. vers. Nec obstat, si dicatur & num.
82. in fi ff. eod. Iaf. in l. mora. 10. num. 7. ff. sol. matr. Rip. in d. l. re
coniuncti nu. 146. Rum. cons. 28. num. 2. & cons. 91. nu. 15. vol. 2.
Paris. cons. 18. num. 85. vol. 2. & cons. 44. num. 11. vol. 3. Mantic.
de coniect. ult. vol. lib. 4 tit 11. num. 31. Menoch. cons. 797. num.
6 *9. 28. & 31. Surd. d. decis. 152. num. 12.* quia procedit hoc † in
prohibitione iuris accrescendi, quæ (secundùm vnam opi-
nionem) de iure fieri non potest, quin reducat rem ad cau-
sam intestati, vt, cum testator hæredi in re certa instituto
prohibet ius accrescendi, quo casu (*secundùm Bart. & alios,*
quos retulimus in hoc cap. qu. 17. num. 6.) reducit talis prohi-
bitio rem ad causam intestati: Hoc enim (secundùm eos)
solùm intelligitur, cum euidentissimè constat de voluntate
testatoris, aliàs non censebitur prohibitum. *Et in his terminis loquuntur DD. in contrarium allegati.* Cœterùm, quan-
do tractatur de prohibitione, quæ fieri potest saluo testa-
mento, vt de ea, quæ fit in legatis, & fideicommissis, cœte-
risque similibus causis, verius est, sufficere tacitam prohibi-
tionem. *Ita declarant Iaf. in d. l. si mora. 10. num. 7 ff. sol. matr.*
Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 58. Cran. cons. 766.
num. 10. vers. Sexto Decia. d. cons. 40. num. 1. vers. Secundo, &
nu seqq. vol. 1. Pereg d. artic. 9. num. 4. Surd. d. decis. 152. num. 4.
Vin. d. decis. 406. num. 7. Et comprobatur etiam ex iis, quæ dicemus infra num. 30 & seqq.

Planè tacita hæc testatoris voluntas in prohibendo iure
accrescendi colligi debet ex aliqua legitima coniectura, ex
qua possit inferri, talem eius fuisse mentem: Alioquin enim
in dubio non censeretur testator voluisse ius accrescẽdi pro-
hibere, † *vt scribunt Crott. in d. l. re coniuncti num. 75. vers. Se-* 7
cunda potest impugnari, & ibi Rip. num. 147. Rum d. cons. 28. nu.
2 & d cons. 91. num. 15. vol. 2. Mantic d lib 4. tit 11. num 31. &
lib. 11. tit. 5. num. 23. Men. de præs. lib. 4. præs. 87. nu. 2. vers. Hæc
sententia.

Nec est contrarium, quod in dubio facienda sit interpre-
tatio, vt cesset ius accrescendi, † *secundum Cran. cons. 709. nu.* 8
3 quia id est accipiendum † de omnimodò disiunctis, *de qui-* 9
bus ibi Cran. loquitur, & inter quos regulariter non habet lo-
cum ius accrescendi, *vt ostendimus in 5. quinto cap. quæst. 41. nu.*
2. Cœterum in coniunctis, magis est, vt in dubio facienda sit
interpretatio, quæ ius accrescendi non excludat, *secundum*
ea, quæ supra diximus.

Hinc quæri potest, ex quibus verbis, aut coniecturis colli-
gere possimus, mentem testatoris fuisse, vt prohiberet ius ac-
crescendi. Constat autem, hoc ex multis deduci posse, &

Primum ex his verbis, Et, quod plus petere non possit,
† *secundum Bart. in l. 1. nu. 70. C. de Sac. Eccl. in l. pater filium.* 10
14. n. 12. ff. de inoff testa. & cons. 156. nu. 1. & cons. 177. nu. 2. lib.
1. Ang. cons 148. nu. 2 & cons. 318. nu. 5. Iaf. in d. l. re coniuncti, n.
209 & ibi Alcia. num. 48. Io. Gaud n. 70. Iaf. cons. 61. col. 3. vers.
Quarto vol. 3. Fabia in Auth. nouissima. num. 122. C. de inoff.
testa. Rum. consil. 33. num. 9. vers. Et, vbi à legato, & cons. 90. nu.
11. vol. 2. & cons. 118. num. 20. vol. 3. Alcia. consil. 39. numer. 22.
vers. Quarta lib. 9. Purp. cons. 558. num. 29. Cran. consil. 856. nu.
18. Goz. ad cons. 21. num. 26. Decia d. cons. 40. numer. 1 & seqq.
vol. 1. Odd. cons. 10. num. 50. & 52. Hond cons. 89. num. 51. vol. 1.
Men. cons. 483. num. 11 Surd. cons. 123. num. 23. Rum. Cons. lib.
3. indag. iur. cap 18. Et est de mente Bart. in l si quis priore. 29. n.
3. ff. ad Treb. & in l. sed, si plures. 10. §. si ex asse, numer 3. ff. de
vulg. vel. non possit petere aliud. † *secundùm Iaf. in d l. re cõ-* 11
iuncti, num. 209. & ibi Io. Gaud num. 70. Iaf. cons. 43. col. 3. vers.
Secundo facit vol. 3. vel, non possit in plus succedere, † *vt* 12
apud Carol. Ant. Put. post cons. Odd. cons. vn. numer. 82. quem-
admodum & ex illis, Iubeo eum esse tacitum, & contentum,
† *vt apud Iaf. cons 61. col. 3. vers. Quarto & col 4. versic. Quin-* 13
to vol. 3. Fabia. in d. Auth. nouissima, num. 122. C. de inoff. testa.
Cran. d. consil. 856. num 19. Decia. d. consil. 40. num 3. & 25. vol.
2. Pereg. cons. 58. num. 9 vol 3. Rum. Cons d lib. 3. Ind iur. cap. 18.
vel, Relinquo pro omni iure, & parte ad eum spectante, † *vt* 14
apud Iaf cons. 8. col. 9. vers. Decimo, vol. 3. Curt. Iun. cons. 12. nu.
4. & consil. 336 num. 8. Alcia. d consil. 39. num. 13. vers. Minusq.
facit lib. 9. & id genus aliis: Nam ad hoc, vt testator censea-
tur expressim ius accrescendi prohibuisse, non est necesse eũ
dicere, se id prohibere, sed sufficit, si ex verbis, ab eo prolatis
hæc prohibendi voluntas colligatur, † *secundùm Purp. dict.* 15
cons. 558. num. 29.

Sane hoc ita demum verum est, si verba talia sint, vt sui
propria significatione denotare possint iuris accrescẽdi pro-
hibitionem, alias contra sonum, & formam verborum, ac
propriam eorum significationem nunquam censebitur fa-
cta iuris accrescendi prohibitio, † *vt scribit Rum. d. cons. 91. n.* 16
15. vol. 2. Arg. eorum, quæ scribit Bart. in l. hæredes mei. 57. §.
cum ita, num. 4. versic. Videntur ff. ad Treb.

Denique, si prędicta verba censeri possent ad alium finem
expressa, quam ad finem excludendi iuris accrescendi, magis
est, vt per ea non censeatur ius accrescendi prohibitum. Ita-
que si testator instituat filiam in re certa, & ei prohibeat, ne
quicquam vlterius habere possit, In vniuersa autem hæredi-
tate instituat filium, non censebitur per illa verba prohibita
filia capere totam hæreditatem, si masculus deficiat, puta
moriatur, vel aliter non succedat, quia testator censetur adie-
cisse illa verba, quod plus petere non possit, fauore masculi
hæredis instituti, & vt ostenderet voluntatem suam fuisse, vt
exceptis rebus filiæ relictis, masculus totam hæreditatem ob-
tineret, non verò, vt excluderet filiam particulariter institu-
tam à iure accrescendi, ideoque cessante persona, cuius fauo-
re facta fuit illa prohibitio, cessare debet & ipsa prohibi-

17 tio. † Ita scripserunt Bart. in l. quoties 9. § si duo, num. 5. & ibi
Bald. quæst. 4. Castr. num. 2. Imol. num. 39. ff. de hæred. inst. Ang.
in l. dominus 63. § 1. nu. 1. ff. de vsufr. in l. 1. num. 5. versic. Primo
casu C. de testa. mil. in l. pen. num. 3. ff. de inioff. rupt. Castr. in l.
quoties 13. num. 2. Cod. de hæred. inst. Imol. in d. l. 1. § si ex fundo,
numer. 37. 64. & 69. ff. de eod. Ang. de Gamb. de testam. glo. 60.
num. 3. Ias. in d. l. re coniuncti, num. 198. & ibi Alcia. numer. 48.
Ias. cons. 8. col. 3. vers. Confirmatur, & cons. 72. in fi. vol. 2. Beret.
consil. 84. num. 5. vers. His accedit & num. 6. & 9. vers. Atque
ex ijs, vbi limitat, si apertè constet ex verbis de contraria vo-
luntate testatoris. Idem censuerunt Luchin. de Curt. inter cons.
vlt. volunt. Zilet. cons. 110. nu. 2. vers. Vel aliter, vol. 1. Laderch.
cons. 72. nu. 12. Pereg. de fideic. art. 11. num. 66. vers. Et Dini. &
cons. 44. n. 6. cons. 155. n. 12. vol. 5. Illa enim verba, Et, quod plus
petere non possit, ac similia, intelliguntur, rebus in eodē sta-
18 tu manentibus, † vt declarat Odd. cons. 20. nu. 65. Idque pro-
cedit non solum, si vniuersaliter sit institutus filius testato-
ris, sed etiam si quilibet extraneus: nā, prohibitio de vlterius
quicquam non petendo facta hæredibus particularibus cen-
setur facta contemplatione ipsius hæredis vniuersalis, ideóq;
eo deficiente, habebunt nihilominus hæredes particulares ius
19 accrescendi, † vt scribit Pereg. d. artic. 11. nu. 66. vers. Et Dini.
Planè debet hoc accipi de eo hærede vniuersali, quem testa-
tor cogitauit omni casu successurum. Cæterùm, si sit insti-
tutus is, quem vno tantum casu testator successurum puta-
uit, puta posthumus, tunc non est verisimile cēseri eum pro-
hibuisse hæredibus particularibus, ne plus petant, fauore ip-
sius tantum hæredis vniuersalis, sed potiùs fauore ipsius, si
20 nascatur, aliàs fauore venientium ab intestato, † vt scribunt
Bart. in d. § si duo n. 5. Crott. in d. l. re coniuncti n. 63. vers. Nota-
te, Pereg. d. art. 11. num. 66. vers. Et Dini, & d. cons. 155. nu. 13.
21 vol. 5. Et, quamquam † Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num. 70. &
in d. l. quoties 9. § si duo nu. 42. ff. de hær. inst. Lader. dict. cons. 72.
num. 12. vers. Nec obstat, & alij, plerique contrarium censue-
rint, non est tamen à superiore Sententia, quæ receptior est,
recedendum, Maximè, si fuerit in testamento apposita clau-
22 sula codicillaris, † secundum Bart. in d. § si duo nu. 5. & Pereg.
d. cons. 155. num. 13. vol. 5. Idem probandum est, &, si parti-
culariter institutis sit is, quem testator verisimiliter non in-
stituisset hæredem vniuersalem, etiam alijs deficientibus, pu-
ta filius, quem pater odio habebat: nam tunc illa verba, Et
quod plus petere non possit, censebuntur apposita non fa-
uore cohæredum institutorum, sed causa prohibendi iuris
23 accrescendi, † vt de mente omnium, quos referemus infr. n. 28.
Et in his casibus res erit terminanda secundum ea, quæ dixi-
mus in quæst. præced. nu. 1. & seqq. vt scilicet per talem prohi-
bitionem res ad intestati causam reducatur, secundum opinio-
nem Bart. & sequacium, vel secundum opinionem Saly. quam
nos vt veriorem sumus amplexi, censeatur hæres particularis
per fideicommissum grauatus hæreditatem venientibus ab
intestato restituere.

Secundo prohibitum censetur ius accrescendi, si testator
exprimat aliquam dictionem exceptiuam, puta dicat, Insti-
tuo Titium in omnibus bonis excepto fundo: nam per hæc
verba censetur respectu fundi ius accrescendi prohibuisse,
24 † l. si quis ita institutus fuerit 74. ff. de hær. inst. & scribit Curt.
Iun. cons. 336. nu. 6. nosque latè demonstrauimus in hoc cap. q. 10.
num. 1. & seqq. Nec est contrarium, quod institutus nihilo-
minus capiat etiam fundum d. l. si quis ita, quia id non pro-
uenit ex defectu voluntatis, sed ex defectu potestatis; nam
testator voluit (quantum in se est) prohibere ius accrescen-
di, sed, quia inspecto iure ciuili id facere non potuit, ob ea,
quæ diximus in eadem quæst. 10. num. 6. ideò non obstante tali
prohibitione capit institutus vniuersum. Deinde capit qui-
dem directò, sed per fideicommissum cogitur ijs restituere,
quorum fauore facta fuit prohibitio, secundum ea, quæ di-
ximus in q. præced. num. 5.

Tertio censetur testator ius accrescendi prohibuisse, si ex-
presserit aliquam dictionem taxatiuam, puta dictionem, tā-
25 tum, aut id genus aliam, † vt scribunt Bald. in l. 1. nu. 48. &
ibi Andr. de Besset. nu. 133. C. de Sacr. Eccl. Ang. de Gamb. de
testa. gl. 42. n. 5. vers. Si autem, & versic. item impeditur, Gul. à
Monser. de succ. reg. in 2. dub. num. 8. Alex. in l. 1. num. 9. & ibi
Ias. n. 6. C. de testa. mil. Petr. de Besut. in d. l. re coniuncti, num. 7.
in fi. & ibi Ias. num. 197. Alcia. numer. 24. & 48. Rip. num. 173.
Io: Gaud. num. 66. Ias. in l. si mora 10. num. 7. ff. sol. matr. in l. vn.
num. 10. ff. si quis ius d. non obt. in l. qui quartam 15. § vlt. nu. 3.
ff. de leg. primo, & cons. 61. col. 4. vers. Quinto volum. 3. Curt. Iun.
cons. 12. num. 4. & cons. 336. num. 3. vers. Præmissis, & numer. 6.
Alcia. cons. 44. num. 48. lib. 9. Hug. Cels. cons. 69. num. 3. Cagn. in
rub. C. quand. non pet. part. numer. 56. Purp. in l. vn. num. 34. C.
eod. & cons. 558. num. 31. Duran. de art. test. tit. 6. caut. 15. nu. 3.
vers. Et si vsufructu, Decia. cons. 40. nu. 1. 3. & 25. vol. 1. Beret.
cons. 84. num. 9. Mantic. de con. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. num. 24. Me-
noch. de præs. lib. 4. præs. 36. num. 21. & præs. 158. num. 3. & consil.
1069. num. 18. & 23. Pereg. de fideic. art. 9. numer. 4. & cons. 58.
num. 9. vol. 3. Surd. decis. 152. numer. 13. vers. Secundo Gratia.
cap. 533. discept. for. num. 3. 5. & 6.

Nec obstat, quod per hęc verba, Instituo Titium in fundo
tantum, non censeatur respectu rei prohibitum ius accrescē-
di, † secundum Ang. in d. l. quoties 9. § si duo, num. 1. ff. de hær. 26
instit. quem sequuntur Imol. ibi nu. 38. & in d. l. 1. § si ex fundo,
num. 59. ff. eod. Ias. in d. l. re coniuncti, nu. 197. vers. contrarium,
& cons. 72. in fi. vol. 3. Bertr. consil. 344. nu. 7. vol. 3. part. 1. Ceph.
cons. 153. num. 11. Decia. d. cons. 40. num. 26. vers. Præterea vol. 1.
Hondcd. cons. 89. num. 55. vol. 1. quemadmodum nec per illa,
Instituo in vita tantum, censetur prohibitum respectu tem-
poris, † secundum Imol. in l. hæreditas ex die 34. numer. 7. vers. 27
circa secundum, ff. de hæred. inst. Castr. cons. 241. n. 4. vol. 2. Man-
tic. de con. vlt. vol. lib. 8. tit. 1. nu. 31. propterà, quod per taxati-
uam non potest dici manifestissimè constare de voluntate
testatoris, secundum ea, quæ iuxta eorumdem sententiam di-
ximus in hoc cap. q. 17. nu. 42. Nisi fortè prohibitio deducere-
tur ex verisimili voluntate testatoris, puta, quia taxatiuè in-
stituisset eum, quem odio prosequebatur, † vt distinguendo 28
declarat Hond. d. cons. 89. num. 55. vol. 1. Et est de mente Men.
cons. 483. n. 13. vers. Atqui, & Surd. decis. 54. n. 11. quia respon-
deō primo, doctrinam Angeli non carere dubio: nam contra-
rium † Ias. in d. l. vn. in princ. nu. 10. ff. si quis ius d. non obt. Curt. 29
Iun. d. cons. 12. num. 4. & d. cons. 336. num. 5. Purp. d. consil. 558.
num. 26. vers. Primo, Menoch. d. cons. 483. num. 11. & alij pleri-
que censuerunt. Secundo respondeo, doctrinam Angeli pro-
cedere, † in ijs casibus, in quibus iuris accrescendi prohibi- 30
tio (secundum vnam opinionem) reducit rem ad causam in-
testati, vt, quando fit hæredi in re certa instituto: nam ad
hoc, vt vitietur testamentum, non sufficit (secundum An-
gelum) dicere, Instituo in fundo tantum, sed requiritur eui-
dentissima voluntas, ita, vt testator expressè prohibeat, ne
institutus quicquam vlterius consequatur iuxta terminos d. l.
quoties 9. § si duo, ff. de hær. inst. prout ibi declarant Bart. nu. 2.
Ang. n. 1. Imol. nu. 38. Cæterùm, quando tractamus de ijs ca-
sibus, in quibus prohibitio sine dubio non reducit rem ad
causam intestati, veluti, quando fit in legatis, & fideicōmissis,
verius est sufficere taxatiuam, † vt in specie declarant Ias. in d. 31
l. si mora 10. n. 7. ff. solut. matrim. Cagn. in d. rubr. C. quand. non
pet. part. n. 58. Cran. cons. 766. n. 10. vers. Sextò Ceph. cons. 60. nu.
20. & 22. Surd. d. decis. 152. nu. 14. nam, quoties cessat absur-
ditas illa, quod testator decedat pro parte testatus, & pro par-
te intestatus, propter quam, vel vitiatur testamentum secun-
dùm vnam opinionem, vel est locus iuri accrescendi etiam in-
uito testatore, secundùm aliam, sufficit prohibitio, quæ fit
per taxatiuam, † vt declarat Surd. d. decis. 152. num. 14. 32

Sanè de eo dubitari potest, an, si testator dixerit, semel
tantùm, per hæc verba, quæ sunt taxatiua, censeatur ius ac-
crescendi prohibuisse, Et hoc Ias. d. cons. 8. col. 9. vers. Decimò,
vol. 3. Curt. Iun. d. cons. 12. n. 4. & alij plerique fatentur † existi- 33
mantes, Imò faciliùs per hæc verba, quā per illa, In fundo tā-
tùm, censeri prohibitum ius accrescendi, propterea quod te-
stator ita loquendo cēsetur ad futurum tempus, & sic ad fu-
turum hæredum vniuersalium defectum respexisse. Sed mi-
hi contrarium videtur verius, † vt & Bertr. cons. 344. n. 7. vers. 34
Supposito vol. 3. part. 1. quia taxatio non fuit adiecta, vt deter-
minaret rem, siue summā, sed, & excluderet publicationē, &
sic, vt demonstraret, voluntatem testatoris esse, vt summa le-
gata non esset annua, sed semel tantū præstaretur, non verò,
vt declararet, se nolle, si vniuersales deficerent, hęreditatē in-
stituto in re certa accrescere. Quamobrem nō potest per illa
verba censeri prohibitū ius accrescendi, quia, quando verba
testatoris possunt cēseri prolata ad aliū finem, quam ad finē
prohibendi ius accrescendi, non debet ex eis ad talem pro-
hibitio-

hibitionem inferri, *vt diximus supra num* 7. Itaque tunc solùm per taxatiuam censebitur ius accrescendi prohibitum, cum taxatio respicit rem puta, cum testator ait, Relinquo mille tantùm, quo casu censetur ita locutus, vt impediret, incrementum rei, & sic, vt excluderet ius accrescendi; Ideòque adeò verum est, vt procedat non solùm, si taxatiua fuerit a testatore expressa, sed etiam, si tacitè intelligatur ex natura rei, *vt in exemplis, quæ retulimus in hoc cap. q.* 11. *nu.* 1. *& seqq.* Nam in tali dispositione perinde cessabit ius accrescendi, ac, si testator id nominatim expressisset, *ut ex ijs, quæ ibi latè diximus facilè est intelligere*.

Quarto, prohibitum censetur ius accrescendi, si testator expresserit aliquam dictionem limitatiuam, puta dixerit, lego Titio, & Seio fundum Tusculanum ita tamen, vt Titius habeat bessem, Seius verò habeat trientem: nam per talem limitationem, & distinctionem subsequentem censetur omnimodo legatarios disiunxisse, & eo modo Ius accrescendi ta-
35 citè prohibuisse, † *l. Lucius* 78. §. *quæ habebat, & ibi Castr. in princ. ff. ad Treb. Ias. in d. l.* 1. *num* 6. *C. de testam. mil. in d. l. un. in princ. num.* 10. *ff. si quis iusd non obt & d. consil.* 61 *col.* 4. *vers. Quintò, vol.* 3. *Polit. in d. l. re coniuncti num.* 27. *& ibi Alciat. nu.* 25. *Rip num.* 175. *Purp. in d. l. un. num.* 34. *C. quand. non pet. part. Hug. Cels. d. consil* 69 *num.* 3. *&* 4. *Natt consil.* 667 *numer.* 12. *Baret. consil* 84 *num* 9. *Pereg. de fideicommiss. artic* 9. *numer.* 4. Quamobrem dicimus, in dispositionibus limitatis non habere locum ius accrescendi *d. §. quæ habebat, & scribunt omnes, quos retulimus in hoc cap. quæst.* 10. *num.* 3. Et hoc non obstante, quod legatarij, vel fideicommissarij fuerint initio cõiunctim a testatore vocati: nam paria sunt ab initio limita-
36 tè disponere, vel ex post facto disposita limitare, † *ut scribunt Bart. in dict. §. quæ habebat num.* 1 *& ibi Ang. nu* 1. *Castr. in princip. Castr. in l. planè* 34. §. *fi. numer.* 2. *& ibi Ias. numer.* 10. *ff. de leg.* 1. *Castr. in l. ab omnibus* 107. *num.* 3. *ff eod. Hug. Cels. d. conf.* 69. *num.* 4. & ideò, si in vna oratione coniuncti in diuersis posteà disiungantur, attenditur disiunctio, non prima
37 coniunctio † *d. §. quæ habebat, & ibi Ang. num.* 1. *Hug Cels. d. consil* 69 *num.* 4. *Bon. de Plumb. inter consil. ult. vol. Zilet. consil.* 62 *num* 6. *&* 14. *vol.* 1. *Tametsi contrarium, & malè, scripserint Duar. d. lib.* 2. *de iur. accr cap.* 15 *& Men. conf.* 1069 *nu* 17 *& seqq.* Quod enim dicitur, sequentem partium distinctionẽ non tollere verbalem coniunctionem, verũ est, quando partes in eadem oratione fiunt, vt quando simpliciter adijciuntur illa verba, æquis partibus: nam per ea non censetur pro-
38 hibitum, & sublatum Ius accrescendi, † *secundum communem, & in foro probatam opinionem, quæ vult inter verbis tantùm coniunctos etiam legatarios & fideicommissarios locum habere ius accrescendi, vt retulimus in* 5. *cap. q.* 38. *num.* 9. *Et in specie declarant Corn conf.* 238. *nu.* 3. *vers. Probatur enim vol.* 2. *& Grattan. cap.* 533. *discept. for. num.* 6. 7. *&* 13. scilicet, quia prædicta verba censentur potiùs distributionis, quam limi-
39 tationis gratia adiecta, † *vt declarat Alciat. in d. l. re coniun ctis, num.* 26. Cœterùm, si partes fiant in diuersis orationibus, magis est, vt limitandi gratia fieri censeantur, & per consequentias operentur, vt ita vocati intelligantur omnimodo disiuncti *d. § quæ habebat*. Quinimò censentur etiam omnimodò disiũcti legatarij, vel fideicommissarij, quibus testator In separatis orationibus partes reliquit licet posteà subiecerit,
40 & eos substituo, vel, & eis talem rem relinquo, † *vt rectè scripsit Curt Iun. d. conf.* 259. *n.* 4. quoniam, vbi testator, & coniunxit, & disiunxit, magis attenditur disiunctio, quam coniunctio, *vt supra dictum est*.

Planè, si testator simpliciter ita diceret, tunc, & eo casu lego, vel substituo, non censeretur dispositionem limitasse respectu iuris accrescendi, quoniam illa verba limitant quidem, & restringunt dispositionem respectu casus, sed non res-
41 pectu rei, † *vt rectè scripsit Men conf.* 661. *n.* 17. *&* 18. & tunc cessat ius accrescendi, cum testator taxauit, & limitauit suam dispositionem respectu rei, puta, cum dixit, lego mille Titio, & Seio, ita tamen, vt Titius habeat solùm trecenta, Seius verò septingenta; nam, quia limitata causa limitatum parit effectum *l. in agris* 16. *ff. de acq. rer. domin.* ideò fit, vt portio singulis assignata non possit incrementum recipere. Quemadmodum enim dispositio taxata, & limitata nõ recipit incre-
44 mentum respectu temporis, † *vt scribunt Rum. conf.* 86 *nu* 5. *vol.* 2. *Cran. conf.* 766. *n.* 10. *Pereg. de fideic. d. art.* 9. *num.* 9. *Surd. d. consil.* 123. *num.* 21. *& d. consil.* 211. *num.* 18. *versic. Et quod dictum est.* ita etiam non debet id recipere respectu rei, cum a tempore ad rem valeat argumentum, *l. miles.* 42. *versic Et, quia diximus ff. de mil. test. & in his terminis arguit Surd. d. conf.* 123. *num* 23.

Sanè si limitatiua dictio ampliandi legati causa fuisset adiecta non excluderet ius accrescendi, ne inducta ad augmentum operentur diminutionem † *contra l. legata inutiliter* 43
14. *ff. de adim. leg. legata inutiliter.* 19. *in prin. ff de leg* 1. Exemplum fit, cum testator ita scribit, lego vxori meæ talem domum, ita tamen, vt si valeat minus 200. aureis, debeat ei per hæredem meum suppleri legatum, vsque ad prædictã summam: nam, si domus valeat vltra ducentum aureos, nihilominus tota debebitur vxori, non obstantibus illis verbis quia cum ampliandi legati causa, & fauore vxoris fuerint adiecta, non debent operari restrictionem & sic in eius odium retorqueri. † *Ita post Gull. de Cun scripserunt Ang. in l. nulla.* 24. *nu.* 44
4. *ff. de legib. Alex. in l. legata inutiliter.* 19. *in prin. n.* 3. *et ibi Ias. num.* 10. *ff. de leg* 1. *Ias. in d. l. vn. in prin. nu* 11. *ff. si quis iusd. non obt. Purp. in d. l. vn num.* 34. *C. quand non pet. part. Brun. in tract. de diminut. et deter. conclus.* 6. *n.* 11. Et quamuis hoc exemplũ non videatur ad ius accrescendi pertinere vtpotè, in quo supponimus, partem accrescentem, non eidem, sed alteri datam esse, *vt diximus in* 7. *cap qu.* 7. *num.* 10. attamen ex eo facilè quis exemplum deducet, in quo non obstante limitatione ius accrescendi habebit locum ob regulam supradictam, vt, si testator ita dicat, lego Titio, & Seio talem domum ita tamen, vt, si ex hoc legato singuli legatarij percipiant minus centum aureis, teneantur hæredes eis præstare supplementum vsque ad prædictam summam: nam, & si ualor domus excedat pretium ducentorũ aureorum, totum nihilominùs eis dandum erit, &, si vnus ex eis deficiat, eius portio accrescit alteri non obstante limitatione facta, vtpotè, quæ augendi potiùs, quam minuendi iuris legatariorum gratia videtur a testatore adiecta. *secundùm ea quæ supra diximus*. Et ita videntur sensisse *Purp et alij supra relati*, qui limitationem hanc in materia iuris accrescendi retulerunt.

Quintò prohibitum censetur ius accrescendi, si testator disponat, ne possit vnus tantùm ex proximioribus agnatis capere vtramque hæreditatem, vel portionem, sed ea semper inter duos diuidi debet, † *vt in specie Rui. conf.* 97. *n.* 7. *vol* 2. 45

Sextò, si testator in casum, quo vnus ex coniunctis deficiat, aliquid relinquat alteri coniuncto, puta vsumfructum, censebitur in residuo ius accrescendi prohibuisse, *vt scribit* 46
Curt. Iun. d. conf. 12 *num.* 4. *& conf.* 336. *num.* 8.

Septimò, Idem est, si disponat de parte vacante: nam ius accrescendi ita demum locum habet, si de parte vacante non fuerit a testatore dispositum, † *vt scribunt Bart. in l. pater filium.* 14 *num.* 8. *vers. Præterea ff. de inoff Fabian in Auth nouissima num* 214. *C. eod. Franch. decis.* 63 *num.* 8. *Decian. conf.* 61. 47
nume. 39. *vol.* 2. quod ita accipiendum est, vt procedat, dummodo dispositio talis sit, vt ex ea necessariò ad ius accrescendi prohibitionem inferatur, aliàs non censeretur facta prohibitio. Quamobrem, si testator ita dicat, instituo hæredem etiam in caducis, & pro non scriptis, licet hoc modo videatur de portionibus vacantibus disposuisse, non tamen censebitur prohibuisse ius accrescendi, *vt ostendimus in* 9. *cap. qu. num.* quia ex tali dispositione non infertur necessariò ad iuris accrescendi prohibitionem, cum illa verba, tamquam generalia intelligi possint de ijs caducis, & pro non scriptis, quę à coniuncto non vindicantur, *vt ibidem* ostendimus.

Debet igitur dispositio esse specialis respectu portionis, quæ deberet accrescere, vt per eam censeatur prohibitum ius accrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio vulgaris excludit ius accrescendi & num. seqq. Amplia num.* 34. *& seqq. Et fallit num.* 43. *& seqq.*
12 *Substitutus excludit coniunctum, & num. seqq.*
20 *Coniunctus non venit, nisi ex tacito iudicio testatoris.*
23 *Promisio hominis tollit promisionem legis.*
24 *Ius accrescendi est remedium subsidiarium.*
29 *Ius accrescendi non potest habere locum, nisi portio omnino deficiat.*

32 *Coniunctus venit ex primo gradu, Substitutus ex secundo.*
35 *Substitutio non solùm excludit ius accrescendi sed etiam ius non decrescendi.*
44 *Coniunctus præfertur substituto ex voluntate defuncti etiam coniecturata, & num. seqq. & coniectura ad hoc num, 54. & seqq.*
49 *Intellectus l.quidam testamento.3.ff.de vulg.*
52 *Prælatio supponit vocationem; Declara num 53.*

An, & quando datione vulgaris substituti censeatur testator ius accrescendi sustulisse,

QVÆSTIO XX.

EXemplum sit in ea dispositione, quæ fit per dationem
vulgaris substituti; Nam, quia testator eo modo dispo-
nit de portione illius, cui substituit, dum alium subrogat in
eius locum, casu, quo deficiat, ideò per talem dispositionem
1 censetur tacitè ius accrescendi prohibere. † *Ita scribunt Bart.
in l.quoties.9.§. si duo num.1.in fi.& ibi Cast.num 5. in fin. ff. de
hæred.inst.Bart.in l.pen.in prin.& n.1.& ibi Ang nu.2.Castr.nu.
1.versic.Sed, quæ est ratio,& nu.3.ff.de iniust.rupt. Bart.consil.
256.nu.2.& cons.177.nu.3.lib.1.Ang in l.1.nu.5. vers. Quarto
casu C.de testam.mil.Castr.in l.si posthumus.14.in prin. num.1.
vers.In tertio,& ibi Ias.num.2.in fi.ff.de lib.& posth. Imol.in l.1.
§.si ex fundo nu 9.& 16 vers.Et pro prædicta & nu.81.vers. Et
pro prædicta ff.de hær.inst.Soc.Sen.in l.1.nu 48.vers Sed aduer-
te ff.de vulg.Rip.in d.l.re coniuncti nu.131.vers.Secundò Tren-
tacinq.de substit.par.1.cap.15.n.12.Surd.decis.152.n.13 Duar.
2 lib.2.de iur.accr.cap.14,* & tollere. † *secundùm Bart.in l.testa
mento.6.n.2.C.de impub,& al.subst.Ias.in d.l.si posthumus.14.in
prin.n.3.ff.de lib.& posth.& in d.l.re coniuncti nu.162.Ceph.in l.
centurio.15.nu.187.ff.de vulg.* siue (vt nos probabiliùs arbi-
3 trabamur) impedire, † *quod & Ias.in d.l.re coniuncti nu.* 208.
*scripsit,& qualiter accipiendum sit,ex iis patebit,quæ dicemus in
hoc cap qu.23.num. 3. & seqq.* Quamobrem tam frequenter
4 dicimus, substitutionem tollere. † *vti uidere est apud Polit. in
d.l.re coniuncti num.71,Dec.in d.l.testamento.6.num.1 Cod.de
impub.& al.subst.Soc.Iun. in d.l.centurio.15 nu.128,ff. de vulg.
& consil.150.num.3.vol.2.Polit.de subst.tit.de vulg.part 6.num.
26.Zanch in l.hæredes mei.57.§.cum ita part.4. numer.271 ff
ad Treb.Decian consil.61.num.42.vol.2. Aemil. Terent.inter
consil.ult.vol.cons.22.n.13.vol.2.Surd.decis.54 ante num. 1. &
d.decis.152.n 2.vers.Senatus.Scher.cons.27.nu.21 vol.1.*& ex-
5 cludere. † *apud Alex in l.si nu.2.vers.Et in terminis C.de inst.
& subst.Ias.in d.l.si posthumus.14.§.quod vulgo num.6.ff.de lib.
& posth.in l.cum proponas.3.num.14.& in l.fin.num.9.C.de hær.
inst.Soc.Sen.in l.1.num.48.& ibi Rip num.180.ff.de vulg Soc.
Sen.consil.37.nu.5.vol.3.Dec.in rubr.C.quand.non pet.par.in se-
cunda lect.n.1 in fi.& in tertia nu.8.Gul.Ben.in repet.cap.Ray
nutius in verb si absque liberis, secundo in tract. de substit. vul
gar.num.74 versic.Tertiò de testam,Bertr.consil.33.nu.3.vol.4.
Ruin.consil.54.nu.13.& cons.107 nu.9.in fi.vol 2.Soc.Iun.in d.l.
hæredes mei.57.§.cum ita n 73 ff.ad Treb.Alciat.in l.cohæredi.
41.§.qui discretas nu 2.ff.de vulg.Cagn.in l.un.nu.51.C. quand.
non pet part.Crau.cons.987.nu 4.Trentacinq. de substit.part.1.
cap.15.num.1.Mantic.de coniect.ult vol lib.4.tit.11.num.15 &
lib.11.tit.5.nu.6.Pereg de fideicomm.art.9 num.13.Crass.in §.
ius accrescendi q.2 in fi.Rustic.in q.an filij positi in conditione lib.
6 4.cap.2.part.1.num.14.* siue impedire ius accrescendi, † *apud
Imol.in l.1.num.7 vers.Et subdit ff.de vulg.Ias.in d.l.vn.nu.27.
& ibi Purp n.90.Cagn.nu 51.C.quand.non pet.part.Ias.in d.l.si
posthumus.14.in prin nu.3.de lib.& posth.Ruin.consil.28.num.5.
vol.2.Gul Ben.in d.cap.Raynutius in verb.& vxorem nomine
Adelasiam num.116.Bertr consil.157.nu 27.vol.5.Seb.Sap. in
d.l.testamento 6 num.11.C.de impub.& al.subst.Ceph.cons.158.
num.49.Menoch.cons.797 nu.52.in fi.Crass.in §.substitutio qu.
13.num.1.Gratian.cap.741.discept for num.16.* & iuri accre-
7 scendi derogare † *apud Bald.in d.l.testamento.5.num.1.Cod.de
impub & al.subst.* Et eodem sensu, dicimus substitutionem
8 vincere ius accrescendi † *apud Alciat cons.40.nu.8.vers.Ter-
tium principale lib.9.Cagn.in d.rubr.C.qui adm.num.52. Abb.
9 cons.511.num.32.* iuri accrescendi præferri † *apud Bart. in l.
qui patris.59 n.3.versic.Dicit tamen ff.de acq.hæred. Bald. in
l.Vbald. inter consil.ult.vol.Ziet.consil.22.num.27.vol.1. & ibi
Aemil.Terent.consil 22.num.13.vol.2.Castr.in l.qui ex duobus.
53.in pri.n.1.vers.Præterea ff.de acq.hær Gomez.tom.1.var.res.
cap.3.n.26.Io.Guter.in l.vn.n.42.C.quand non pet.par.* seu præ-
ualere. † *apud Gratian.d.cap 741.discep.for n 16.*& iure accre- 10
scendi esse potentiorem † *apud gl.in l.seruus communis ab ex-* 11
*tero 66.in verb accrescunt ff.de acq.hæred.gl.in l.qui patris 59.
in verb.patris hæredi ff.eo.Bald.in d.l.vn.nu.26.& ibi Seb. Sap.
n.54 Cagn.num.51.C.quand.non pet par.Cald.in l.quidam elogio
20.nu.5 C.de iur.delib.& in l.quidam testamento 30.in fi.ff. de
vulg.Bald.de Vbald.inter d.cons ult.vol Ziet.cons.22.n.21.vol.
1.Ang in d.l.testamento.6.in.n.3 C de impub.& al.sub. Imol.in l.
pen nu.3.vers.Quæ autem ff.de iniu.rup.Castr.in l.1.num.4.C.de
testa.mil.Imol in d.l.1.nu.7.versic.Et subdit & ibi Soc Sen. nu.
48.versic Baldus verò,& Alex.num 38.versic.Et, quod intel-
lectus ff.de vulg.Crott in d.l.re coniuncti num.150. versic. Pri-
mus,Soc.Sen.consil num.3.versic Secundum,vol.4. Alcia.consil.
39.num.22.vers.Vltima lib.9.Rub.in l.pater filium 14.nu.200.
ff.de inoff.Gabr consil.104.num.8.vol.1.Trentac.de subst. part.
1.cap.6.num.5.versic.Secundo mouentur,Gomez d.tom.1.var.
resol.cap.3.num.26.& cap.10.num.10.versic Nec obstat. & nu.
36 Cœuall.in tract.comm contra comm q.832.num.2 Mantic.
de con.ult.vol.d lib.4.tit.11.num.16.Men de præs.lib.4.præs.87.
num.1.& consil.1137.num 48.& 54.Mago decis. Flor.4 nu.4.
Duar.lib.2.de iur.accr cap.14.* Et simili modo, substitutum
excludere coniunctum, † *apud Ias.in d.l.fi.num.6.Cod.de inst.* 12
*& subst.& in d.l.1.num.46 ff.de Vulg.Crott.in d.l.re coniuncti,
num.171.& ibi Rip.num.124.Franch decis.63.nu.8.* Coniun-
cto præferri, † *in §.si verò institutio,Auth.de hæred. & Falc.* 13
*coll.1.apud gl.in l.ult.in pri.in verb.substitutio ff.de vulg. Bart.
in d.l.re coniuncti,num.33.& ibi Ias.num.154.Polit.numer.71.
Crott.num.52.vers.Prima,Rip.numer.139.versic. Quarto Io.
Gand num 82.Bart in d.l.quidam testamento.30 num.1. & ibi
Bald.uersic item not.& Alex.num 3 ff.de vulg.Bart.in d.l.pen.
in pri.& ibi Castr numer.1.versic.Sed, quæ est ratio ff. de iniust.
rupt,Bart in d.l.pater fil.num.14 num.8.versic præterea tunc &
num.14.& ibi Rub.num.128.ff.de inoff.Bart.in l.7.§.si duo nu.
1.ff de bon.poss.sec.tab.& consil.156.num.2.& consil.177.num.3.
lib 1.Castr.in d.l.si posthumus.14 in pri. num.1.versic in tertio.ff.
de lib & posth.in l.cum proponas 3.num.8.C.de hæred.inst.in l.ult.
in prin num.8 C.de bon quæ lib. & in l. hæredes mei 57. §.cum
ita,num 4.ff ad Treb.Ang.de Gamb.de testa gl.42 numer. 5.
versic.Et est notandum,Alex.consil.92.num.9.vol.3.Gul Ben.in
d.cap.Raynutius,in verb.& uxorem nomine Adelasiam n.116.
Dec.in d.l.testamento.6.num.1.& ibi Seb.Sap.nu.10. C.de im-
pub.& al.subst.Ias.cons.141.col.6.vers.Hinc videmus vol.2.&
cons.143.nu.8.versic.Hinc videmus vol.4.Ruin.d.consil.28 n.5.
vol.2.Soc.Iun.consil.141.nu.10.consil.150.num.3. & consil.169.
num 4.vol.2.Alcia consil.31.num.55 lib.9. Polit. de substit. tit.
de vulgari,par.6.num.26.Ant.Fum.de substit.vers.Substitutio
Vulgaris,num.20.Nat.consil.306.nu.2.Roll.consil.70.nu.58.Vol.
3.Gabr.consil.104.nu.8.vol.1.& consil.133.num.10.vol.2.Man-
tic de con.ult.vol.lib.4.tit.11.num.16.& lib.11.tit.5.nu.6.Crass.
in d.§.substitutio qu.13.num.1.Bursat consil.262 num.34.Men.
consil.50.num.14.consil.797 num.16 & cons.1137.num.49. Pe-
reg.de fideic artic 13.num.5.& 20.Zaz.de subst.cap.1.num.31.
Franch.d.decis.63 num.8 Duar.d.lib.2.de iur accr.cap 16. &
ad tit.ff.de vulg.cap.10.versic. Alia quæstio est, Ant. Gonea de
iur.accr.num.21.Forca.in Necyo Dial.30 num.6.versic præte-
rea,* seu potiorem esse, † *apud Alcia in d.l.re coniuncti, nu.44.* 14
Duar.ad præd.tit.ff.de vulg.cap.10.vers.alia quæstio est, Deni-
que ius accrescendi cedere substitutioni, † *apud Baldum in §.* 15
ult.num.23.inst. de Orfic. esse infirmius substitutione † *apud* 16
Alcia.consil.40.num.2 lib.9 & Crau consil.987 num.4. & ces-
sare dato substituto † *apud Alex.consil.109.nu.1.vol 2. Ias.in* 17
*l.cum quod 3.in secunda lect.num.4.ff.si cert pet.in l.si duobus.
16.§.hæres num.12.ff.de leg primo in l.1.in pri. versic. in prima
parte,C.de impub.& al.subst.Paris cons.44.nu.3 vol 3. Goz.ad.
consil.21 num 25.Cagn in d.rub.C.qui adm.num.52.& in d.l.
rub.C.quand non pet.part num 58.Io.Guter.in l.un num.42.C.
eod.Ceph cons.16.num.48 Decia cons.83 num.68.vol.4.Bursa.
consil.261 num.7 Osas.decis.23.num.47.Menoch de præs.lib 4.
præs.40.num.17.& consil.220.num.133.consil.661 num 7. &
cons.797.num.24.Surd.consil.458. num.22.cons 529 num. 24.
& decis.152.nu.1.& 13.Rustic.ad l.cum auus.101.lib 3 c. 10.*

num.

num.100.& 102.in fi Gratia.d.cap.771.discept. for.n.16. quod
& multis iuris ciuilis locis comorobatur. vt l.2. § si duo ff de
bon poss. sec. tab l.vn. §. in primo, & pro secundo, & §. sin autem
aliquid sub conditione C.de cad.toll.l. fin.in princ. ff.de vulg.l. si
posthumus 14.§ quod vulgo, vers. Ideoque, ff.de lib & posth. §. si
quis autem non implens Auth. de hæred. & Falc.coll.1. Auth.
hoc amplius, Cod. de fideicomm. & varijs etiam rationibus
18 † confirmatur

Primum enim, cum expressum faciat cessare tacitum l.cũ
ex filio.39.§.filio ff de vulg. & ius accrescendi sit quædam ta
cita substitutio vt diximus in 2.cap.q.2.n 44. Consequens est,
19 vt existente substitutione expressa cessare debeat, † vt consi
derant Ias.in d.l.re coniuncti n.155.vers.Secunda & ibi Rip nu.
124.& 125.Ias in l cum quod 3 n.19 in fi. ff. si cert Cagn. in d.
l.vn.n.52.& 54.& ibi Io:Guter.num.42. C.quand non pet.part.
Alcia.cons 40.n 2 lib.9 Nat.cons.306.n 2 Cran.cons.987.nu.4.
Surd.d decis.152.n.2.3.& 17.Trentac.de subst.d part.1.cap 15
n.1 Crass.in d.§ substitutio,q.13 n.1.Gratia.d capit.741 discept.
for.n.17. Et pari ratione debeat a substituto tanquam veniẽ-
te ex iudicio testatoris expresso excludi coniunctus, qui non
20 venit, nisi ex tacito † vt diximus in eodem 2 cap q.2 n.72. Et
in his terminis considerant Ang. de Gamb.de testam. gl 42.n.5.
vers Et est notandũ Goz.ad.in d.l vn.n.2.vers.Tertio,C quand
non pet.part. Ias.cons.141.col.6 vers Hinc videmus, vol 2.Gul.
Ben.in d.cap Raynutius in verb.& vxorem nomine Adelasiam,
n.116.Crott.in d l.re coniuncti n.52.vers.Prima.& ibi Alcia.n.
44.Dec.in d.l.testamento 6.n.1. vers Sed aduertendum, Cod.de
impub.& al. subst Cagn in rub C qui adm.nu 52. Ant.Fum.de
cõiunct c.10 n.7.Gomez d tom.1.variar.resol cap 3.n.26.versic.
Cuius ratio est,& cap.10 n 36.vers.Cuius ratio est Mantic. de
con.vlt.volun.d.lib.4.tit.11.n.15 Men.de præsumpt.d.lib.4 præs.
87.n.1.vers Et ratio,& cons.661.n.7 & 8.

Nec obstat, si dicatur, hanc non esse veram rationem ex-
clusionis, quia alioquin sequeretur, tacitam substitutionem,
in qua supradicta ratio cessat, non excludere ius accrescendi,
quod tamen perspicuè falsum est, vt nos latè ostendemus in
hoc cap q 22.n.4 Qua ratione Polit.in d l.re coniuncti num.71.
vers.Tu tamen,Rip in l 1.n 180. ff.de vulg.Cagn.in d.l vn.n.52
21 C.quand.non pet part & alij plerique moti † supradictam ra-
tionem improbarunt, quia respondeo, imò etiam in tacita
22 prædictam rationem militare: † nam, licet censeatur taci-
ta, quoad inductionem, scilicet, quia non deducitur ex aper
tis & claris verbis testatoris, sed ex interpretatione legis, quæ
ita voluisse testatorem interpretatur, tamen, quatenus con-
sideratur, vt substitutio, & sic, vt dispositio facta a testa-
tore, non potest censeri, vt tacita, sed vt expressa: Est enim
substitutio, & sic dispositio testatoris ita à lege intellecta,
sicuti latè ostendemus in eadem q 22 num.4. & seqq. vbi rem
hanc fusius exponemus.

Secundo verò, cum substitutus veniat ex prouisione te-
statoris, Consequens est, vt debeat excludere coniunctum,
qui venit ex prouisione legis, vt diximus in eodem 2.cap q.2.
num.72. Semper enim prouisio hominis legis prouisionem
23 tollit l.si C de pact.conu † Ita ratiocinantur Alex cons.109 n.1
vol.2.Ias in d.l re coniuncti,num.155. & ibi Alcia.num.44.Ias.
in l.cum proponas.3.nu.14. C.de hæred inst in l.fin.num.6.C de
inst.& subst.& in d l.vn num.27.Cod. quand non pet part Gul.
Ben.in d cap Raynutius,in verb. si absque liberis secundo mate-
ria vulgaris substitutionis,n.74.vers Tertio Alcia consil 40 n.2
lib.9. Ant.Fum.de sub. in materia vulgaris substitutionis, num.
20.Trentac. de substit.dict.part.1.cap.15. num.1, Bursat consil.
262.num.34.Crass.in d.§. substitutio q.13.num.1. Ant. Gomez.
de Iur.accr.num.21.

Nec est contrarium, quod etiam tacitè substitutus, qui &
ipse ex legis prouisione venit, cõiunctum excludat, quia res-
ponsio patet ex iis, quæ supra diximus: Nam, quia tacita
substitutio, quatenus consideratur, vt substitutio censetur
dispositio à testatore facta, ideò hoc respectu substitutus ex
hominis, non ex legis prouisione venire intelligitur, vt la
tè ostendemus in eadem q 22 n 4 & seq

Tertio, cum ius accrescendi sit remedium subsidiarium,
24 † vt docent omnes, quos referemus, n. seq. debet per consequen-
tias cessare existente substituto, quoniam hæc est natura ea-
rum rerum quæ in subsidium introductæ sint l in causa.17.
25 in princ ff de minor l.1.§ aut prætor ff.de dolo. † Ita ratiocinan-
tur Polit.in d l re coniuncti nu.7 .vers.Propter quæ & ibi Al-
cia.num.44.Dec in d.l.testamento 6.n.1.C.de impub.& al subst.
Cagn.in d l. vn.nu 3.C quand non pet. part. Menoc.consil. 41.
num.21 Rustic.ad l cum anus.101.lib.3 cap 10.n.104. Gratia.
d.cap.741 discept.for.num 19 Quamobrem dicimus, ius ac-
crescendi ita demum habere locum, si de parte vacante non
sit à testatore dispositum, vti videre est apud eos, quos retu-
limus in q præced.num.48.

Quarto subrogatus in alterius locum censetur eodem iu-
re, quo is, in cuius locum subrogatur l.hæredem 60. ff.de reg.
iur.cap.sane 11.De off.& pot.iud deleg Sed substitutus subro-
gatur in locũ instituti. & sic coniuncti l.vlt.vers.tunc etenim,
C.de hæred.instit l pen.ff.de inoff rupt.l quamuis.4.C.de impub.
& al.subst l.cui fundus 55. ff. de cond.& dem.Rip.in l 1.n.180.
ff de vulg. Phanu inter varios tract. de inuent. secundum im-
pressionem Taurinensem, q.243.n.103. Ergo, quemadmodum
coniunctus fecisset alteri coniuncto partem, & eum exclusis-
set, si fuisset admissus, vt diximus in 7 cap.q 21.n.10.ita etiam
debet facere & excludere substitutus. † vt in his terminis ar- 26
guunt Ruin.d.cons 28 n.5.vers.Nec debent, vol.2. & Rip. in d.l.
re coniuncti.n.125. Confirmatur hoc ex eo quia qui per aliũ
admittitur ad partem, facit partem, vt diximus in 7.cap.q.40.
num.2. Sed coniunctus, licet per se non admittatur ad par-
tem, admittitur tamen per alium, qui in ipsius locum suc-
cedit, vt dictum est, Ergo debet facere partem, † & per con- 27
sequentias excludere ius accrescendi. Ita Rub. in l. pater fi-
lium.14 num.129. ff. de inoff.

Nec obstat, si dicatur, hoc procedere, si is qui succedit, ve-
niat ex persona illius, cuius loco subrogatur, secus verò si ex
persona propria, vt venit substitutus, quia verius est proce-
dere † etiamsi veniat ex persona propria, vt patet ex eo qui 28
venit iure repræsentationis: nam, licet is veniat ex perso-
na propria, non ex persona illius qui repræsentatur, scilicet,
quia repręsentat gradum non personam vt diximus in 9.cap.
q.1.n.17.tamen ita facit partem coniuncto, vt fecisset is cuius
loco succedit, vt ostendimus in eodem 9.cap.q.10 n.9. Denique
confirmatur hoc ipsum ex eo, quia † ius accrescendi non po- 29
test habere locum nisi portio omnium deficiat, vt diximus in
7 cap q.36 n.1. Quod in proposito dici nequit, scilicet, quia li-
cet portio non capiatur a coniuncto capitur tamen à substi-
tuto, qui coniuncti loco succedit, vt dictum est. Ita arguit
Rip.in d.l.re coniuncti n.125.& in d.l.1.n.180. ff.de vulg.

Quinto demum, cum dato substituto cesset ratio, propter
quam ius accrescendi fuit introductũ, scilicet, quia licet por-
tio non accrescat cohæredi, non tamen decedit testator pro
parte testatus, & pro parte intestatus, cum illa portio perti-
neat ad substitutum, qui sustinet causam testamenti l 3 § fin.
ff.de lib & posth. Consequens est vt cessare quoque debeat ius
ipsum accrescendi † vt in specie considerant Rip in d l 1 n 180. 30
ff.de vulg. Trentacinq. de substit.part.1 cap.15.num.2 & nos
etiam diximus in 3.cap quæst.2.num.11. Sanè postrema hæc
ratio ita demum vera est, si tractemus † de iure accrescendi 31
hæreditario, & simus in casibus, in quibus ius accrescendi
non nascitur ex coniunctione, in quibus terminis procedit
supradicta ratio, vt ostendimus in eodem 3 cap.q.2 num 6 &
seqq. Cæterùm, si loquamur de legatis & fideicommissis,
aut etiam de hæreditatibus & quæstio sit inter coniunctos,
verius est, rationem non à cessante prædicta iuris accrescen-
di causa, sed ab ijs, quæ supra diximus, esse deducendam,
ideò, quia in illis casibus ius accrescendi non fuit introdu-
ctum causa euitandæ illius absurditatis, sed ex natura con-
iunctionis, & voluntate testatoris, vti demonstrauimus in eo-
dem 3.cap.q.2.n.1.& seqq.

Dicet aliquis, imò regulariter coniunctum debere exclu-
dere substitutum, & ei præferri, quia, cũ veniat, vt institutus,
siue, vt legatarius, aut fideicommissarius, & sic ex primo gra-
du, debet censeri magis dilectus, quàm substitutus qui venit
ex secundo, † & per consequentias ei præferri ex regula l. 32
Publius.36.§ fi. ff.de cond.& dem. Verum respondeo, hoc pro-
cedere † respectu partis principalis, idest eius partis, in qua fuit 33
institutus, aut aliter honoratus: nam, si in ea habeat substi-
tutum, debet, vt prædilectus ei præferri. Quamobrem dici-
mus substitutionem cessare, quandiu institutio potest habere
locũ l.quandiu 3.& l.quandiu.68, ff.de acq.hæred, Cęterũ res-
pectu partis assignatæ coniũcto, qui defecit, & ad quam duo

concurrunt, nempè coniunctus veniens per ius accrescendi,
& sic ex dispositione legis, & substitutus veniens ex dispositione testatoris, verius est, hunc censeri magis dilectum, &
per consequentias illi debere præferri secundum ea, quæ supra diximus. ita respondet Alcia.in d.l.re coniuncti,n.46. uers.
Quod ideò procedit. Idque adeò verum est, vt procedat

Primò, qualitercunque veniens per ius accrescendi sit cõ-
iunctus, idest, siue sit coniunctus re, siue verbis, siue vtroq;
34 modo, † vt declarant Rum.cons. 28 num.5.uol. 2. Ant. Fum.
de coniunct cap.10.num.7.& de substitu.vers. Substitutio vulga-
ris.nu.20. & siue sit coniunctus coniunctione hominis, siue
coniunctione legis l.si.in prin.ff.de vulg. & latiùs dicemus in
quæst. seq. Ex quo intelligimus substitutionem non solum
35 excludere ius accrescendi, sed etiam ius non accrescendi, † vt
scribunt Rui.d.cons.28.num.5.vers.Etiam, vol.2. Decia. cons.
61.num.42.uol.2. Mantic.de con.ult uol.lib.4.tit.11. numer.20.
Gratia.d cap.741.discep.for.nu.16.& 22.

Secundo procedit, siue tractemus de hæreditatibus, siue de
36 legatis, & fideicommissis, † vt de hæreditatibus constat ex d.l.
2.§ si duo ff.de bon.poss sec.tab.d.l fin in prin.ff.de vulg. & d l si
posthumus.15.§ quod vulgo, vers. Ideoque ff.de lib.& posth. De
legatis verò & fideicommissis ex d.l.vn §.in primo,§ pro secundo
& § sin autem aliquid sub conditione C.de cad toll. De omnibus
verò scribunt Azo.in Summ C.de cad.toll.num.19.Rum. dict.
cons.28.n.4.in fi.uol.2. Ant Fum.de commun.cap.10.num.7.Bald.
in §.si eadem num.20.inst.de legat.

Tertiò procedit, etiamsi in persona coniuncti concurrat
aliqua prædilectionis causa, puta sanguinis coniunctio, quæ
dilectionem arguit: Nam sola coniunctio sanguinis non sufficit ad impediendum, ne substitutus coniuncto præferatur,
37 vt scribunt Gomez tom.1.variar.resol.cap.3.nu.27.uersic Sed
aduertendum, Surd.decis.54.nu.2 uers.sed respondebatur.adeo
vt etiamsi coniunctus sit filius testatoris, nihilominus ei sub-
38 stitutus præferatur, † d l.si posth.14.§.quod vulgo uers.Ideoque,
& ibi Ias.nu.6 ff.de lib & posth.Rip.in d.l.1.n.181.vers.Amplia
secundo ff.de vulg Alciat.in d.l.re coniuncti num 45.vers.Vnde
fit & cons.40.nu.4.lib.9.Io Gut.in d.l un. 47. C. quand. non pet
part.Mantic.de coniect.ult.uol.d.lib.4.tit.11 nu.19.Menoch. de
præs.lib.4.præs.87.nu.6.Pereg de fideicomm.art.13.nu.5. Surd.
d decis.54.nu 2 vers.Sed respondebatur.Gratian.d.cap.741. discept.for num.21. Nisi in casibus, quos referemus infra num.
54.& in quæst.seq. & Et hoc est, quod dicimus, substitutum
præferri coniuncto, quicumque fuerint instituti, & quicum-
39 que substituti, † idest, siue fuerint instituti extranei, & substituti filij, siue contra instituti filij, & substituti extranei,
vti uidere est apud Soc.Iun.in d.l.hæredes mei.57.§.cum ita.nu.
70.vers.Nota etiam, & uers item etiam ff ad Trebell.

Hinc intelligimus, substitutum multò magis excludere
matrem eius cui facta est substitutio, & sic vxorem testatoris, cum tractetur de hæreditate viri, in qua mulier nullum
40 habet priuilegium, † vt est doctr.gl in l.ult. in uerb. prior in fi.
C.de inst.& subst.& nos latiùs dicemus in hoc cap.q.22.num. &
seqq.

Prætereà supradicta multò faciliùs procederent, si is, qui
vult venire per ius accrescendi, esset hæres particularis: Nam
quia non aliter ei tota hæreditas accrescit, quam, si deficiant
omnes hæredes vniuersales, vt diximus in 7.cap.q.10.num.16.
& in proposito non possunt dici omnes deficere, cum superfit vulgariter substitutus, qui vniuersaliter institutus intelligitur.cum vulgaris substitutio sit secundi hæredis institutio
l ex facto.43.§.Lucius Titius in fi.ff.de vulg. ideò fit, vt, donec
is speratur, non possit hæredi particulari tota hæreditas ac-
41 crescere, † vt diximus in eadem qu.10.num.16.

Denique, cum supradicta procedant in ipsismet hæredibus institutis, seu coniunctis, consequens est, vt multò faciliùs
procedant in ipsorum hæredibus, qui veniunt iure trãsmis-
42 sionis: Quamobrem, & ipsi à substitutis excludentur, † vt docet Bald.de Vbald.inter cons.vlt.vol.Zilet.cons.22.num.27.uol.
1.scilicet, quia non possunt habere plus iuris, quam habuerint defuncti l.nemo plus iuris 55 ff.de reg.iur.

Planè interdum supradicta cessant, & substitutio non excludit ius accrescendi: Primum enim, si ex coniecturis constet
talem esse voluptatem testatoris, non admittetur ad partem
43 vacantem substitutus. sed coniunctus, † vt scribunt Bart in d.
l.re coniuncti nu.33.& ibi Ias.num.160.Rip.nu.128. Alciat.nu.
44.uersic.Sed & si,& num.46.Soc.Sen.in d.l.1.num.48. & ibi
Rip.num 182.ff.de vulg.Soc Sen cons.37 num.5.uol.3.Gul Ben.
in d.cap Raynutius in uerb. & uxorem nomine Adelasiam nu.
116.Goz.ad.in d.l.vn.nu.2.vers.Tertiò Cod quand.non pet.part.
Ant.Fum.de coniunct.cap.10 n.7.Trentacinq.de substit.d par.
1.cap.15.num.17.Mantic de coniect ult uol.d.lib.4.tit 11.n. 21.
Men.de præsumpt.d.lib.4.præs 87.nu.7.& cons.50.nu.14.Surd.
d.decis.54.num.1.Duar.ad tit.ff. de vulg.cap. 10. uersic. Alia
quæstio est; Nam ex voluntate defuncti coniunctus substituto præfertur, † vt scribunt Bald in l.quidam testamento.30. in 44
fi.ff.de vulg.Seb.Sap. in l.testamento.6.num.11.uersic.Secundò,
C de impub & al.subst. Alciat.in d.l.re coniuncti num 45 uers.
Sed & si, Io.Guter.in d.l un num 48. Cod. quand. non pet part.
Ant.Fum de coniunct.d.cap.10.num.7.Zaz. de substit cap.1.n.
31.Duar.ad tit.ff de vulg.cap.10.uersic Alia quæstio est, siue
voluntas sit expressa, siue tacita, † vt declarant Bart. in d.l. 45
re coniuncti num.33.Gul.Ben.in d. cap. Raynutius, in uerb. &
vxorem nomine Adelasiam num.116.Gomez.tom.1.varia.resol.cap.3.nu.26.uersic.Quod tamen limita Io.Gutier.in d.l.un.
num.48.Cod.quand.non pet.part. & verò etiam præsumpta,
† vt not.Bart.in l.quidam testamento.30 num 1.& ibi Imol nu. 46
1.Alex num.3.ff de vulg.Bart.in l.2.§.si duo numer.1.ff de bon.
poss.sec.tab Ias.consil.141 col.6.uersic. Hinc uidemus uol.2. &
cons 143.num.8.uers.Hinc videmus.uol.4. Io.Gand in d l.re
coniuncti n.82.Roll cons 70.nu.58.uol.3.Mantic.de coniect. vlt.
vol.d.lib.4.tit.11.n.21.Men.de præsumpt.d.lib.4 præs.87.num.7.
ac verisimilis. † secundùm Cran.cons 754.num.1.uers Coniun- 47
ctus etiam, adeo ut sufficiat quælibet etiam leuis coniectura,
† secundùm Alb cons.31.num.13.tametsi contrarium scripserit 48
Alciat in d.l.re coniuncti n 46.vers. Quod ideò procedit Quam
in rem vulgò solet adduci l.quidam testamento 30.ff.de vulg.
vbi Iulianus, † ideò partem vacantem scribit ad cohæredem 49
non ad substitutos pertinere, quia in specie ibi proposita euidenter apparebat, testatorem ita demum uoluisse hæreditatem ad substitutos spectare, si tota uacasset, quod ex eo
colligit, quia testator plures, quam duodecim uncias inter
substitutos distribuerat, secundum ea, quæ dicemus infra numer.60.& in quæst. seq. Itaque prælationis causam deducit
ex uoluntate testatoris, quam esse talem præsumit ductus
coniectura, ut apparet ex illis uerbis, Respondit eam uideri uoluntatem patrisfam.fuisse, ut tertio gradu scriptos hæredes ita
demum substitueret si tota hæreditas uacasset, idque apparere
euidenter ex eo, quod plures quam duodecim uncias inter eos
distribuisset, & idcirco partem quartam hæreditatis, de qua quæritur, ad Quietum pertinere.

Nec obstat, si dicatur, cohæredem ibi non ideò admitti,
quia voluntas testatoris fuerit eum substituto præferre, sed,
quia defecerat conditio substitutionis, scilicet, quia testator
ita demum voluerat substituere tertios hæredes, si omnes,
tàm instituti, quàm primo loco substituti defecissent, † ut 50
considerant Bald in d l.quidam testamento 30.in pri.ff. de vulg.
Duar.lib.2.de iur.accr.cap.16.Mantic.de coniect.ult.uol.d. lib.
4.tit.11.num.21. quia respondeo, licet verum sit, ideò ibi admitti cohæredem, quia defecerat conditio, sub qua (saltem
tacitè) fuerat vocatus substitutus, non ideò tamen minus
rectè dicitur admitti, quia testator voluit eum præferre sub-
stituto: † Nam, quoties testator vocat aliquem sub conditio- 51
ne, quæ ius legitimum alteri conseruat, dicitur eum vocato
præferre, vt ecce, si testator aliquem instituto substituat sub
conditione, si decesserit sine liberis, non censetur quidem liberos ex testamento vocare, sed, quia conseruat illis ius legitimæ successionis, ideò dicitur eos præferre substituto in l.Lucius.85.ubi gl in uerb.liberos ff.de hæred.instit. Et simili ratione,
si instituat aliquem sub conditione, si legitimus hæres non
vindicauerit hæreditatem licet non censeatur legitimum instituere, & est verior, & receptior opinio, tamen, quia conseruat illi volenti adire ius legitimæ successionis, ideò dicitur eum instituto præferre, l.si quis ita hæres instituatur.82.&
ibi gl.in uerb.mendicante ff de hæred.instit. Bart.in d.l quidam
testamento.30.n.5.& ibi Alex.n.3 ff.de uulg.Ias.d.cons.141.col.
6.uers.Sic etiam uol.2 et d cons.143.n.8.uers. Sic etiam uol.4.
Denique, si is, qui duos habet filios impuberes, coniunctim
eis aliquem substituat, si decesserint in pupillari ætate, vel
substituat nouissimo in pupillari ætate decedenti, licet non
censeatur eos inuicem substituisse, quia tamen inter eos con-

seruat

seruat ius legitimæ successionis, ideò dicitur fratrem in successione fratris substituto præferre *l. vel singulis 27. ff. de vulg. §. vel singulis, inst. de pupill. l. pen. C. de impub & al. subst.*
52 Nec obstat, quod prælatio supponat vocationem † *§. præferuntur, inst. de Senat. Cons. Tert. & nos diximus in cons. 72. num. 31.* quæ cessat in coniuncto, quippè, qui ad partem vacantem non à testatore, sed à lege vocatur, *vt diximus in 2. c.*
53 *q. 2. n. 45.* quia hoc verum est, † si spectemus vocationem expressam. Cæterùm, si tacitam, magis est, vt etiam coniunctus dicatur a testatore vocatus, & hoc modo prælatus: Tacitè enim vocare intelligitur, qui non adimit, quod poterat adimere *l. conficiuntur 8. in princ. ff. de iur. codic. l. 1. § secũdum, ff. de leg. 3.* Verum igitur est, probare Iuliani locum, quod dicimus, ex voluntate testatoris coniunctum præferri substituto. Ex quibus autem causis, & coniecturis talis voluntas deducatur, si quæramus, constat deduci
54 Primum ex amore filiorum, † *vt docet Alciat in dict. l. re coniunctis, nu. 45. vers. Sed, & si:* Nam, quia pater magis diligit filium, quam alios, ideò fit, vt interdum ex hac causa censea-
55 tur eum voluisse substituto præferre, † *secundum Mantic. de coniect. vlt. vol. lib 4 tit. 11. n. 21. Surd. d. decis. 54. nu. 2. vers. Sed*
56 *respondebatur.* Quam in rem distinguendum est: † Aut enim substitutio est tacita, & præfertur filius, *vt dicemus in hoc cap q. 22. nu.* Aut verò est expressa, & tunc aut facta est vni tantùm, & præfertur substitutus, *vt diximus sup num. 4.* Aut verò facta est pluribus, & præfertur filius, non solùm, quando copulatiuè, aut collectiuè, aut etiam simpliciter facta proponitur, quibus casibus ex communi præfertur coniunctus etiamsi sit extraneus, *vt ostendemus in quæst. seq.* sed etiam, quando facta est disiunctiuè, siue alternatiuè: nam fauore filiorum disiuncta resoluitur in coniunctam, *vt ex eorundem sententia dicemus in eadem quæst. seq* Itaque in hoc casu speciale est in filio, vt substituto præferatur, *vt ibidem dicemus.*

Secundo verò deducitur eadẽ voluntas ex dilectione vxo-
57 ris, *secundum Alciat. in d. l. re coniunctis, nu. 45. vers. Sed, & si:* Nam, quia maritus qui vxorem ex parte, & ventrem ex alia parte scripsit hæredem, & censetur vxorem æquè, vt filium dilexisse, ideo fit, vt, si filius ante aditam decesserit, eius portio non ad substitutum, quem ei, si non nasceretur, pater dederat, sed ad vxorem venientem per ius accrescendi pertinere debeat ex coniectura voluntatis *ex l. vlt. C. de inst. & subst. secundum intellectum Bart. & aliorum, quos referemus in hoc cap. q. 22. nu. & seqq.* Sed hæc sententia communiter est improbata, quia verius, & receptius est, substitutum, etiamsi veniat in casu tacito, nihilominus præferri matri illius, cui facta est substitutio, & sic vxori testatoris, cum tractetur de hæreditate mariti, in qua mulier nullum habet priuilegiũ, *vt ostẽdemus in eadẽ q. 22. n. & seqq.* Planè, si esset mater testatoris aliud esset dicendum: nam, & ipsa ad exemplum filij præferretur substituto venienti in casu tacito, *vt dicemus ibi.*

Tertio colligitur eadem voluntas ex forma substitutionis: Nam, si facta sit duobus, aut pluribus sub ea conditione, quæ per vnius deficientiam non purificetur, quia substitutus admitti non potest, ideò fit locus substituto venienti per ius ac-
58 crescendi † *l quidam testamento 30. ff. de vulg.* Itaq; in hoc casu substitutio ius accrescendi non excludit, nec eo potentior intelligitur. Quamobrem dicimus coniunctum præferri substituto, quoties interpretamur conditionem non extitisse,
59 † *vti videre est apud Bald. in d. l. quidam testamento 30. in fi. ff. de vulg. Mantic. de coniect. vlt. vol. d. lib. 4. tit. 11 nu. 25.* & hoc
60 ideò, quia † talis censetur fuisse voluntas testatoris, qui eo modo substituit: nam ita demum censetur voluisse admitti substitutum, si omnes instituti defecerint, & ita tota hæreditas vacauerit, quæ res efficit, vt inter cohæredes censeatur ius accrescendi conseruasse, & eo modo coniunctum substituto prætulisse, *secundum ea, quæ diximus supra num. 53.* Huius rei exempla sint

Primum, si testator expressim substituat in tota hæreditate: nam, quia talis dispositio non potest suum effectum sortiri, nisi omnes instituti deficiant, ne alioquin magna resultet absurditas, quod scilicet, aut per vnius deficiẽtiam succedat substitutus etiam in portione iam alteri quæsita, aut dispositio de tota hæreditate loquens in parte tantùm verificetur, ideò fit, vt, si vnus tantùm repudiet, vel moriatur, non possit, quasi deficiente conditione locum habere substitutio, eaque ratione portio ad cohæredem venientem per
ius accrescendi pertinere debeat, † *dict. l. quidam testamen-* 61
to 30. Et ibi Bart. numer 1. ff. de vulgar. Angel. in d. l. hæredes mei. 57 §. cum ita num. 5. ff. ad Treb. Alex. consil. 91. nu. 6. vers. Et per hoc, & versic. Nec obstat, & num. 7. vol. 1. Duar. ad tit. ff. de vulg. cap. 10. versic. Alia quæstio est, Et nos latiùs dicemus in quæst. seq. Constat enim in eo casu mentem testatoris
esse, vt coniunctus substituto præferatur, † *vt scribit Al-* 62
ciat. in d. l. re coniunctis, num. 46. Quamobrem dicimus, ratione euitandæ absurditatis, ne quid ineptè dicatur, ius accre-
scendi præferri substituto, † *vti videre est apud glo in d. l. qui-* 63
dam testamento 30. in verb. distribuisset, vers. Supplet ergo, & ibi Bald. vers. item not. & Imol. n. 3. ff. de vulg.

Secundùm exemplum sit, si duobus, aut pluribus facta sit substitutio, vel copulatiuè, vel collectiuè: nam, quia locum non habet, nisi conditio in omnium personis verificetur, ideò fit, vt, vno tantùm deficiente non substitutus, sed coniunctus admittatur, *vt latiùs dicemus in q. seq.*

Tertium sit exemplum, si substitutio facta sit simpliciter, aut indefinitè; nam, quia, & in hoc casu requiritur omnium institutorum deficientia, vt locum habere possit substitutio, ideò, si vnus tantùm deficiat, eius portio non ad substitutum, sed ad coniunctum per ius accrescendi pertinebit, *vt latissimè ostendemus in eadem q. seq.*

Postremò, quod dicimus, substitutionem excludere ius accrescendi, procedit, † si tàm substitutus, quàm is, cui facta 64
est substitutio, sit persona diuersa ab eo qui venit per ius accrescendi. Cœterùm, si sit eadem, magis est, vt ius accrescendi non excludat. Itaque, si cohæres cohæredi substitutus sit, non censebitur sublatum ius accrescendi, sed cum substitutione coniunctum. Quamobrem cohæres ad partem vacantem duplici iure venire poterit, idest, & iure substitutionis, & iure accrescendi, *vt latè ostendimus in 9. cap. q. 16 num 7. & seqq.* Et simili modo, si is, qui ex duabus partibus institutus est, & in vna substitutum habet, adeat ex ea, in qua non habet substitutum, licet alteram posteà repudiet, nihilominus eam per ius accrescendi, quod cum institutione coniunctum est, etiam inuitus consequetur, *l. si solus. 79. in princip ff. de acq. hæred. & nos latè diximus in eodem 9. capit. q. 28. num. 9.* Itaque etiam in hoc casu ius accrescendi substitutioni præferretur.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio generis influit ad cognitionem specierum.*

An, & quando expressa substitutio ius accrescendi excludat.

QVÆSTIO XXI.

HÆc Quæstio inter Auctoris scripta inuenta non est; sed eius discussio facilè potest haberi ex his, quæ in præcedenti tradita sunt. Quia cum in ea actum sit in genere, AN, & quando datione vulgaris substituti censeatur testator ius accrescendi sustulisse? quid in præsenti, (quæ ex illa, velut species a genere fluit) statuendum sit, sine ma-
gno labore poterit cognosci. Cognitio enim generis † in- 1
fluit ad cognitionem specierum *l. 1. ff. de reb. credit.* Lumen etiam aliquod huic rei afferunt, quæ supra scripta sunt *in cap. 9. q. 4.* Confugiat igitur ad supradictas quæstiones, qui huius intellectum cupit habere.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus tacitè, & coniunctus, qui venit ex iure accrescendi, pares sunt, & numer. seqq. Sed contra, nu. 19. & seqq.*

3 *Cessante ratione exclusionis, cessare quoquè debet ipsa exclusio.*

4 *Substitutio vulgaris excludit ius accrescendi, siue sit expressa, siue tacita; Et siue sit tacita in specie, & expressa in genere, vt est illa, quæ sub reciproca, aut compendiosa continetur, nu. 5. Sine sit omninò tacita, vt est illa, quæ sub expressa pupillari continetur, num. 6.*

7 *Intellectus l.vlt.C.de hared.inst.*
8 *Intellectus l.vlt C.de instit.& subst.*
9 *Taciti,& expressi par est virtus.*
10 *Qui venit ex dispositione legis fundata in præsumpta voluntate testatoris præfertur illi, qui simpliciter venit ex dispositione legis.*
11 *In concursu præfertur ille, qui plures habet qualitates prælationis.*
13 *Cessante causa dispositionis, cessat,& ipsa dispositio.*
15 *Qui venit ex dispositione hominis, haud dubie præfertur ei, qui venit ex dispositione legis.*
16 *Dispositio legis,ut plurimum est subsidiaria ad dispositionem hominis.*
17 *Qui venit ex substitutione tacita, venit ex dispositione hominis,& num.seq.*

An, & quando tacita substitutio ius accrescendi excludat.

QVÆSTIO XXII.

NVnc videamus de substitutione tacita, & dispiciamus, an & ipsa ius accrescendi excludat. Dubitationem autem facit in primis illud, quia, qui pares sunt, & pari nituntur iure, pariter quoque sunt ad emolumentum admittendi,nec inter eos potest esse prælationi locus, *vt latè ostendimus in 5.cap qu 46.nu.46.& seqq.*Sed tacitè substitutus,qui uenit ex substitutione vulgari, & coniunctus, qui venit ex
1 iure accrescendi, sunt pares.† scilicet. quia vterque venit ex substitutione tacita,*vt de vulgariter substituto constat ex l Titius,& Seius.24.cum 2.ll.seqq.ff.de hared.inst. De coniuncto vero ex l.si Titio.63.§.Iulianus ff.de leg.2.& nos diximus in 2.cap.quæst.2.num.42. Et in his terminis arguit Gomez.tom. 1. varia resol.cap.3.num.26.uers. Aduertendum tamen*, & pari
2 nituntur iure,† quod patet ex eo,quia vterque venit ex interpretatione,& dispositione legis,fundata tamen in tacita, seu præsumpta,& verisimili uoluntate testatoris, *vt de tacitè substituto constat ex l iam hoc iure 4.uers. ita enim ff. de vulg.& l.vlt.C.de instit.& subst.& scribunt Polit.in d.l.re coniuncti. nu.71.vers.Tu tamen,& omnes,quos infra proximè referemus, De coniuncto verò latè diximus in 2.cap.qu.2.num. 6. & seqq.* Ergo pariter quoque sunt ad vacantem portionem admittendi,nec alter alteri præferendus erit, *Ita arguunt Gomez. d tom.1.varia resol.cap.3.nu.26.uers Sed aduertendum tamē, & vers Confirmatur Crass.in §.substitutio quæst.13.num.2.*

Secundò dubitationem facit illud, quia cessante ratione
3 exclusionis, cessare quoque debet & ipsa exclusio † *l.pater filium 14.& l.si is, qui.31 in prin.ff.de inoff.l.2. § si mater, uers. Cùm enim ff.ad Tertul.late Tiraq in regula Cessante causa, in lit. E. num.96.*Sed in tacita substitutione cessat ratio,propter quàm substitutus excludit coniunctum, siue dicamus rationem esse,quia expressum facit cessare tacitum, *vt retulimus in hoc cap.qu.20 num.19.* siue, quia prouisio hominis tollit prouisionem legis, *vt retulimus ibi num.23.* cum utraque sit tacita,& legis non hominis prouisio, *vt dictum est.* Ergo cessare quoque debet & ipsa coniuncti exclusio.

Verum his non obstantibus uerius,& receptius est,non solum expressam substitutionem excludere ius accrescendi,sed
4 etiam tacitam. † *Ita enim scripserunt Bald.in l.fin.num.53.& ibi Alex.circa fin.& Ias.nu.9.C.de hær.inst.Bald.in l.fin num.1. vers.item determinatio,& ibi Alex num.2.uers.Sed in his terminis,Ias.num.6. Dec.num.7.C.de inst & subst. Alex.in l.1.nu. 38. versic.Et, quod intellectus,& ibi Soc.Sen num.48. Rip.nu. 180.& 181.ff de vulg. Ias.in d l.re coniuncti, num. 156. & ibi Crott.num 52.uers.Prima, Rip num.125.& 126. Alc. numer. 45.vers.Constat ergo, Polit.num.71.vers.Tu tamen Ias. in l.vn. num.27.& ibi Purp.num.90.Io.Gaud nu.43. ubi testatur hanc esse communem C.quand non pet.part. Ias.in l.3. in secunda lect. num.4.ff.si cert.pet.& in l.si duobus 16.§.hæres,nu.12.ff. de leg. primo Bertr cons.33 num 3.uol 4. Ruin.consil. 28. num. 5. uol.2. & cons 83.num.8.uol.3. Alcia.cons. 40 num.4. lib 9. Polit. de substit.part.6.num.26, Decia cons 83.num 68.uol 4.Trentac. de substit part.1.cap.13.num.12.& cap.15 num.3. ubi testatur, hanc esse communem,& receptam scribentium sententiam, Odd. cons.10.num.48.& consil.39.nu.61. Gomez.tom.1. uaria.resol. cap.3.num.26.uers.Et in tantum Bursat.cons.262.num.32.ubi testatur. hanc esse communiorem sententiam, & nu. 34. Mantic.de con ult.vol.lib.4.tit.14 num.17 Crass.in §.substitutio q 13. num.2. Pereg de fideico.artic.9.num.13. Menoch de præsumpt. lib.4.præs.67.num.5. Magon.decis.Flor.4.num 4.Surd.decis.152. num.4. Schen cons.27.num 23.vol.1.Gratia.disc forens.c. 741. num.20. Duar.l.b.2.de iur.accr.cap.16.* Siue sit tacita in specie, sed expressa in genere.& sic mixta,ut est illa,quæ sub reciproca, aut compendiosa continetur, † *de qua specialiter loquuntur Rum.d.consil.28 num.5.vol.2.Surd.decis 54. num.4. Schen.d.cons.27.num.24 uol.1,* siue sit tacita omninò,ut,quæ 5
continetur sub expressa pupillari, † *de qua loquuntur Gomez.d.tom 1.varia.resol.cap.3.num.26 uersic.Ex quo singulariter,& cap.10.nu.30 versic. Et in tantum, Io.Guttier.in d.l.vn. num.43.uersic.Et text.C.quand.non pet part.Crass.in d §.substitutio qu.13 num 2.Rustic ad l cum anus 101 lib.3.capit.10. numer,103 ff. de cond. & dem.* Probatur autem hæc sententia. 6

Primo *l.ult.Cod.de hæred instit.* ubi Iustinianus ait, si testator *primo hærede Plotio sibi instituto sic adiecerit, Sempronius Plotij hæres esto*, existimandum esse *eum dixisse, si non Plotius hæres sibi fuerit, tunc Sempronium in locum, partemue Plotij ex substitutione uocari, ita ut ex consequentia uerborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inueniatur:* Nam in huius legis specie † Plotius hæres institu- 7
tus habebat cohæredem, ut patet ex illis uerbis, *partemue Plotij* quippè, quæ significant Plotium,non ad totum fuisse uocatum, sed ad partem, quod dici non posset, si cohæredem non habuisset, scilicet, quia fuisset ad totum uocatus, etiamsi ex parte tantum fuisset hæres institutus, *ut ostendimus in 7.cap q.1.num.1.* Et substitutio eidem facta non erat expressa, sed tacita, quia non deducitur ex claris,& apertis verbis testatoris, sed lex ita voluisse,& disposuisse testatorem interpræiatur, id deducendo ex quadam verborum consequentia, vt apparet ex illis uerbis, *Tunc etenim existimandum est, eum dixisse.* & ex illis, *ita, vt ex consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus inueniatur*, quæ res operatur, vt substitutio censeatur tacita, non expressa, *l.Titius,& Seius 34 cum 2.ll. seqq. ff. de hæred.instit.* Et tamen Plotio deficiente vult,substitutum admitti eo ipso, quod ait Sempronium vocari in partem Plotii. Omnimodò igitur probat hic locus, substitutum excludere coniunctum, etiamsi substitutio non sit expressa, sed tacita. *Et ita ibi not. Bald.num.53.Alex.circa fin.& Ias. nu. 9. Et præter eos Alex.in d.l 1.numer. 38. uersic. Et Quod intellectus, & ibi Soc. Sen.num.48 ff.de vulg. Et in specie declarant Gomez.d.tom.1.uariar.resol.cap.3.num.26 uersic. Et in tantum, & cap.10.num.36 uers & in tantum,& Trentacinq. de substit. d. part. 1. cap.13. numer.12. & capit. 15. num.4.*

Secundò probatur (si plerisque credimus) *l. ult. Cod. de instit.& subst.* vbi, † cum testator instituisset vxorem ex par- 8
te,& ex alia posthumum, eidemque, si non nasceretur, substituisset extraneum,nato posthumo,& in pupillari ætate defuncto vult Iustinianus admitti substitutū, si mater sit præmortua; Itaque, licet substitutio sit tacita,scilicet, quia in casu,quo posthumus nasceretur, & decederet in pupillari ætate,non legitur extraneus substitutus, sed intelligitur substitutus per interpretationem legis,nihilominus excludit hæredes matris venientes per ius accrescendi, quippe, quod à matre transmittitur ad hæredes *ut ostendimus in 7.cap.qu.62.n.6.* Ergo etiam tacita substitutio ius accrescendi excludit. *Et ita in specie declarat Trentac.d.par.1.c.15.nu.4.uers. Secundo,& ult.Et est de mente omnium, quos referemus infra n 15.& seqq.*

Verum ex ijs,quæ dicemus *infra num. & seqq.* facile erit intelligere,locum hunc perperam in hanc rem adduci, quia nos hic tractamus de tacita vulgari,cum alioquin ibi tractetur de tacita pupillari,quæ,licet non excludat matrem à marito datam cohæredem filio, excludit tamen alios pupilli successores, puta fratres, aut sorores, *ut ibi latius ostendemus.*

Tertiò probatur, quia † taciti, & expressi par est virtus *l. cum quid.3.ff.si cer pet.*Sed expressa substitutio ius accrescendi excludit, *ut late ostendimus in hoc cap.qu.20.num.1 & seqq.* Ergo, & tacita. 9

Quartò (secundum aliquos) probatur ratione:Nam,† qui 10
venit

venit ex dispositione legis fundata in præsumpta voluntate testatoris præfertur illi, qui simpliciter venit ex dispositione legis, cum duo vincula sint fortiora vno §. *sed hodie inst. de adoptio*, & in concursu præferatur ille, qui plures habet qua
11 litates prælationis † *Auth. cessante, C de legit. hered. Auth. Ita que C. comm. de successio.* Sed tacitè substitutus venit quidem ex dispositione legis, sed fundata in præsumpta voluntate testatoris, *vt diximus supra num.* 2. quippè, qui verisimiliter idem disposuisset, si de casu non expresso cogitasset, *ut not. omnes in d. l. iam hoc iure* 4. *ff. de vulg.* Coniunctus verò per ius accrescendi venit ex sola dispositione legis non fundata in voluntate testatoris, *ut scribunt omnes, quos retulimus in* 2. *cap. qu.* 2. *nu.* 45. Ergo etiam tacitè substitutus debet coniuncto præferri, & excludere ius accrescendi. *Ita arguit Trentac. d. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 5. *&* 6.
12 Sed huius argumenti nullam vim esse credo, † quia, licet non inficier, ius accrescendi plerunque ex mera potestate iuris proficisci, *vt patet ex ijs quæ diximus in* 2. *cap. qu.* 2. *nu.* 46. *& seqq.* verum tamen est, regulariter fundari in tacita, seu præsumpta, & verisimili voluntate testatoris, *ut diximus ibi nu.* 5. *& seqq.* scilicet quia deducitur ex vi coniunctionis, à qua voluntatis coniectura colligitur, *vt ibi ostendimus nu* 14. Quamobrem non potest causa prælationis deduci ex voluntate testatoris, quippè, quæ ita iuri accrescendi, vt substitutioni inest.
13 Quintò (secundum eosdem) probatur alia ratione: † Nã cessante causa dispositionis cessat & ipsa dispositio *l. adigere, §. quamuis ff. de iur. patr. cap cum cessante De appellat.* Sed causa iuris accrescendi cessat, vbi adest substitutus etiamsi substitutio sit tacita, scilicet, quia ius accrescendi ideò introductum est, ne testator decedat pro parte testatus & pro parte intestatus, *vt ex recepta DD. sententia retulimus in* 3. *cap. quæst.* 1. *num.* 1. Et hæc ratio cessat existente substituto etiam tacitè, quippè, qui venit ex testamento, & impedit, ne testator pro ea parte decedat intestatus. Ergo cessare etiam debet ipsum ius accrescendi. *Ita ratiocinatur Trentac. d. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 6. *vers Confirmatur.*
14 Sed neque huius argumẽti vim aliquam esse credo, † quia prædicta non est generalis iuris accrescendi ratio, cum illud regulariter non sit ob illam causam introductum, sed ex vi, & natura coniunctionis, quę suum effectum operatur etiamsi supradicta ratio cesset, *ut ostendimus in eodem* 3. *cap quæst.* 1. *num.* 3 *& seqq.*

Sextò igitur (secundum nos) probatur alia ratione: nam, qui venit ex dispositione hominis haud dubiè præfertur ei,
15 qui venit ex dispositione legis † *ut patet ex ijs, quæ diximus in*
16 *hoc cap. quæst.* 20 *nu.* 23 scilicet, quia † dispositio legis, vt plurimum est subsidiaria ad hominis dispositionem *l. si quis posthumos* 9. *§. si filium vers. Sed & si hæres ff de lib. & posth. l. vn. in prin. ff. si tab. test. null. ext.* ideòque non aliter habet locum, quam, si illa cesset, *ex regula, quam retulimus in eadem q.* 20. *num* 24. Sed qui venit ex substitutione tacita, vtique venit
17 ex dispositione hominis, † tametsi à lege interpræta, & intellecta: Nam talis interpræatio non impedit, quominus dispositio censeatur adhuc hominis non legis, scilicet, quia
18 † lex ita interpretatur testatorem voluisse, & disposuisse *d. l. vlt. vers. tunc etenim C de her. inst. d. l. vlt. C. de instit & subst. d. l. Titius & Seius* 24. *ff de hær inst. d. l. iam hoc iure.* 4. *ff. de vulg* siuè interpretatio sit extensiua, vt euenit, cum substitutionem in vno casu factam porrigit ad alium, siuè sit comprehensiua, vt, cum ambigua verba testatoris in substitutionem resolui interpretatur, *secundum ea, quæ dicemus infra nu* 20. nam vtroque casu considerat substitutionem, vt dispositionem factam ab homine, non à lege, quia censet testatorem ita substituisse, & sic disposuisse, *de prima constat ex d. l. iam hoc iure.* 4. *ff. de vulg ibi, in vtrumque casum substituisse intelligatur, De secunda verò ex d. l. vlt. vers. Tunc etenim, C. de hær. inst. ibi, existimandum est, eum dixisse & ibi, Sempronius autem substitutus innuebatur.* Contra verò, qui venit per ius accrescendi venit ex dispositione legis, non hominis *ut diximus in* 2. *cap. q.* 2. *num.* 45. quia tale ius non ab homine, sed à lege fuit introductum, *ut diximus in eodem* 2. *cap in prin. num.* 3. Ergo, qui venit ex substitutione tacita, debet ei, qui venit per ius accrescendi præferri.

Nec obstat, quod etiam ius accrescendi fundetur in voluntate testatoris, saltem præsumpta, & intellecta, cum lex præsumat, testatorem, si de hoc casu cogitasset fuisse ita dispositurum, *ut scribunt ij, quos retulimus in eodem* 2. *cap. quæst.* 2. *nu* 10. quia ex hoc non sequitur eum, qui venit per ius accrescendi, posse dici venire ex dispositione testatoris: Nam lex non interpretatur testatorem ita disposuisse, vt facit in substitutione tacita, sed ita fuisse dispositurum, si de hoc casu cogitasset. Itaque considerat dispositionem, non, vt factam, sed vt faciendam. Quamobrem dispositio, non hominis, sed legis censeri debet.

Neque obstant contraria: Ad primum enim respondeo negando paritatem: † Primo, quia, licet substitutus semper veniat ex voluntate defuncti, *ut diximus supra num.* 17. 19
non tamen ex ea semper venit cohæres cum ius accrescendi, quod ei competit, plerunque ex mera iuris potestate proficiscatur, vt euenit in omnibus casibus, in quibus ideò locum habet, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *sicuti demonstrauimus in* 2. *cap qu.* 2. *num.* 15. *& in cap.* 3. *q* 2. *nu* 6. Secundo, quia, licet simus in ijs casibus, in quibus ius accrescendi ex tacita defuncti voluntate proficiscitur, vt, cum iure coniunctionis portio accrescit, *sicuti demonstrauimus in eodem* 2 *cap q.* 2 *nu.* 48. *& in d. cap.* 3. *qu.* 2. *nu* 1. quo casu negari non potest, quin vterque veniat ex tacita voluntate defuncti, non tamen substitutus, & coniunctus pares sunt quia † voluntas, quæ inest iuri accrescendi, est permissiua, non dispositiua, *vt diximus in eodem* 2 *cap. qu* 2. *nu.* 19. 20
quæ verò inest substitutioni, est dispositiua, scilicet, quia lex ita voluisse & disposuisse testatorem interpretatur, *ut diximus supra num* 18. Quamobrem illa consideratur, vt legis, non vt hominis dispositio, *ut diximus in eodem* 2 *cap qu.* 2. *num.* 45. hæc verò contra, vt dispositio hominis, non, vt legis, *sicuti docuimus supra num.* 17. Denique illa est voluntas subsidiaria, *ut diximus in hoc cap q.* 20. *nu* 24. hæc verò principalis. Quo fit, vt hæc illi sit præferenda: Semper enim ea, quæ principaliter inducta sunt, ijs præferuntur, quæ sunt introducta in subsidium, *ut diximus in eadem qu.* 20. *num* 25. & voluntas dispositiua præfertur permissiuæ. Hinc dicimus, voluntatem, quæ in tacita substitutione continetur, esse fortiorem & vehementiorem ea, quæ continetur in iure accrescendi, † *vti videre est apud Gomez. d. tom* 1. *varia resol. cap.* 3. *num* 20. *vers. Tamen ista, & cap.* 10. *num.* 36. *versic. Vel aliter, &* 3. 21

Denique non obstat, quod etiam ius accrescendi dicatur tacita substitutio, quia responsio patet ex ijs, quæ diximus *in eodem* 2 *cap. q.* 2. *nu.* 60 *& seqq* nam impropriè, & abusiuè substitutio dicitur, & illa verba, quasi substitutus, similitudinem denotant, non veritatem: Significant enim legata à deficiente relicta debere præstari à coniuncto, cui pars illius accrescit, quasi à substituto, idest, eodem iure, quo legata ab Instituto relicta à substituto præstantur, *ut ibi declarauimus nu.* 81. Denique dicitur substitutio non ab homine, sed à lege facta, *ut ibidem ostendimus*

Ad secundùm verò. Cœtera desunt.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas ita colligitur ex actu inutili, vt ex vtili; Declara, vt num* 23. *& seqq. vbi quando per actum inutilem ex voluntate agentis sequatur prohibitio, siuè ademptio, & exclusio latissimè.*
2 *Translatio etiam inutilis ex voluntate testatoris perpetuam inducit ademptionem.*
3 *Substitutio inutilis ex alia causa, quam præteritionis, non excludit ius accrescendi quando extraneus, idest non coniunctus, sed tertius substitutus est.*
4 *Substitutio non excludit ius accrescendi si sit inutilis, & nu. seqq siuè sit inutilis ab initio siuè facta sit inutilis ex post facto num* 8. *&* 9.
10 *Substitutio ex post facto redditur inutilis varijs modis, de quibus hic vsque ad num.* 15.
12 *Ius accrescendi non excluditur, si substitutus deficiat morte.*
16 *Intellectus l* 2. *§. si duo. ff. de bon. poss. sec. tab.*
17 *Intellectus l qu dam testamento.* 30. *ff. de vulg.*
18 *Intellectus l. si ita scriptum* 8. *in princ. ff de bon poss. sec. tab.*
19 *Prohibitio iuris accrescendi quæ fit per dationem substituti, fit contemplatione ipsius substituti.*

20 *Præ-*

20 *Prælatoriæ dispositiones non censentur totaliter excludere, sed ita demum, si is, qui prælationem habet, vtatur iure suo.*

21 *Substitutio est quædam dispositio prælatoria.*

22 *Qui substituit vult coniuncto præferre substitutum.*

24 *Testamentum non reuocatur nuda voluntate.*

25 *Testamentum non reuocatur ex posteriore testamento inutili, idest quod rectè factum non est.*

26 *In legatis & fideicommissis potest testator prohibere ius accrescendi.*

29 *Ademptio, & exclusio, quæ per translationem fit, diuersis respectibus potest dici, vel expressa, vel tacita.*

30 *Substitutio diuersis respectibus potest dici expressa, & tacita.*

33 *Prohibitio, seu exclusio, quæ sub conditione expressa, vel tacita fit, non nocet, nisi conditio purificetur.*

34 *Prohibitio iuris accrescendi quæ fit per dationem substituti, est conditionalis, quia intelligitur si substitutio locum habeat declara num. 57.*

35 *Testator per dationem vulgaris substituti, prohibet ius accrescendi non per modum ademptionis & priuationis, sed per modum prælationis; Declara num. 69.*

38 *Substitutio tollit ius accrescendi, cum distinctione tamen, de qua ibi, & num. seqq.*

46 *Vulgaris substitutio expirat aditione.*

47 *Substitutus non præfertur coniuncto in casibus, in quibus etiam post emolumentum acquisitum locum habere potest ius accrescendi. sed contra nu. 47.*

49 *Substitutio inutilis ex causa præteritionis, quia scilicet posthumus a substituto præteritus sit, excludit ius accrescendi, quando non cohæres, sed extraneus substitutus est; Et cur nu. 51. & seqq. Amplia nu. 73. & seqq. Et limita n. 79. & seqq. Et per eam fit locus intestatæ successioni nu. 62. & 63. & cur, nu. 70.*

53 *Posthumus ideò rumpit gradum, vt sibi non alijs faciat locum & num. 65.*

58 *Gradus, à quo posthumus præteritus est rumpitur, imò iam ab initio inutilis censetur num. 76. Declara nu. 90.*

60 *Testamentum est indiuiduum, & pro parte rumpi non potest.*

64 *Iuris accrescendi tria requisita referuntur vsque ad nu. 68.*

71 *Trentacinquius refertur, & declaratur num. 72.*

78 *Si à primis hæredibus posthumus exhæredatus sit, à secundis verò præteritus, & à tertijs exhæredatus, & deliberantibus primis moriatur posthumus, deinde repudient instituti hæreditatem, nec ad secundos, nec ad tertios, sed quasi rupto testamento ad legitimos hæredes pertinebit.*

86 *Intellectus l. si posthumus. 14 in princ ff. de lib & posth.*

88 *Substitutus si ante purificatam conditionem decesserit, & postea instituti defecerint, non excludit ius accrescendi, licet à substituto posthumus non fuerit exhæredatus, quia.*

89 *Posthumus, ita demum rumpit testamentum si res ad eum casum reducatur, in quo deberet hæreditas ad eum gradum pertinere, à quo est præteritus, & sic ad gradum substitutorum.*

92 *Posthumus non potest in locum substituti, qui non est, succedere & eo modo rumpere gradum, qui non est.*

93 *Substitutio licet inutilis, aut effectu carens, non excludit ius accrescendi, quando non extraneus, sed cohæres cohæredi substitutus est; Et ratio num. 94 Amplia, vt procedat etiamsi ex causa præteritionis inutilis sit nu. 97. Sed tunc non consequetur cohæres partem deficientis iure substitutionis, sed iure accrescendi nu. 99. Contra tamen num. 100. 105. 108. sed responde, vt ibi.*

101 *Exhæredatio non fit à persona, sed à gradu.*

102 *Exhæredatio ab vno gradu facta, non censetur in alio repetita, licet eadem persona ex vtroque vocetur, & num. 104.*

103 *Institutus potest sibi ipsi substitui.*

105 *Intellectus l. pen. vers. Sed si ego ff de iniust. rupt.*

106 *Aduersatiuæ natura est, vt tam in iure, quàm in facto aduersetur.*

An, & quando inutilis substitutio ius accrescendi excludat.

QVÆSTIO XXIII.

SVperest, vt tertiò, & vltimo loco videamus, quid, si substitutio sit inutilis, an, & ipsa ius accrescendi excludat.
Dubitationem autem facit illud, quia ius accrescendi toties
censetur prohibitum, & sublatum, quoties constat talem esse
voluntatem testatoris, *ut diximus in hoc cap q. 19. nu. 1.* Sed,
vbi facta est substitutio, etiam inutilis, constat voluntatem testatoris
esse, vt prohibeat, & excludat ius accrescendi, scilicet,
quia, qui substituit, sine dubio vult illud prohibere, & excludere,
ut diximus in hoc cap. q. 20. nu. 1. & talis voluntas ita intelligitur
ex actu inutili, vt ex vtili † *l fi. ff. de reb. eor l. plane.* 1
34. in prin. ff. de leg. 1. l. legatum. 24. §. fi. ff. de adim leg. Qua ratione
fit, vt translatio etiam inutilis ex voluntate testatoris
perpetuam inducat ademptionem † *d. l. plane 34 in prin l & si* 2
transferam. 20 & d. l. legatum. 24 §. pater ortos ff. de adim. leg.
Vin. decis. 337 num 1. part. 2. vbi refert ita decisum. Ergo per
talem substitutionem, quantumuis inutilem debet censeri
prohibitum, & sublatum ius accrescendi. *Ita arguunt Bart.*
in d. l re coniunctis num. 35 & ibi Polit num. 73. Rip num. 132.
Soc. Sen in l. 1. n. 48. vers Sed idem Bart. ff de vulg. Polit. de substit. particul 6 num. 52 Crass in §. substitutio q. 13. num. 3.

Primus est, quando substitutus est extraneus, idest, non
coniunctus; sed tertius & substitutio est inutilis, non ex causa
præteritionis, sed ex alia, puta ex vna earum, *quas referemus infra nu. 8. & seqq.* Et tunc omnes fatentur, talem substitutionem
non excludere ius accrescendi. † *Ita censuerunt* 3
Bart. in d. re coniunctis nu. 38 vers. Si substitutio & ibi Crott. nu. 61 & 67. Io. Gaud. nu. 84 Bart. in l. penult nu. 3. vers. Respondeo,
& ibi Ang. num. 1. Imol. num. 3 Castr. num. 1. versic. Sed, quæ est
ratio ff. de iniust. rupt. Ang in l si posthumus. 14 in prin. vers. Sed
hoc non placet ff de lib. & posth. in l 1. num. 5 vers Quarto casu,
C de test. mil Imol. in l 1. § si ex fundo num. 75 ff. de hæred. instit.
Soc. Sen in d. l 1. num. 43. vers. Circa secundum, & vers. Secundo
casu ff. de vulg. Ant Fum. de commun. cap. 10 n. 8. Trentacinq.
de substit part. 1 cap. 15. nu 8. Mantic de coniect. vlt vol. lib. 4. tit.
11. nu. 18. Eiusdem opinionis fuerunt etiam ij, qui simpliciter
tradiderunt, substitutionem non excludere ius accrescendi, si
sit inutilis, † *vt Castr in l. quidam testamento. 30 num. 1. in fin.* 4
ff de vulg Polit. de substit. partic. 6. num. 51. in fi & in d. l. re coniunctis nu. 73. Rip. in l. 1. num. 183. versic. Ex præmissis ff. de vulg.
Men. de præsumpt. lib 4 præs. 87. num. 4. Duar. lib. 2. de iur. accr.
cap. 16. vel locum non habeat, † *vt Men. de præs. d. lib. 4. præs.* 5
40. nu. 17. & 18 Pereg. de fideicommiss. art 9. num. 13. versic Sed
demus & est de mente eorum, quos referemus infra num. 8. vel
non habeat effectum, † *vt Imol in l. 1. § si ex fundo nu. 16. vers.* 6
Et pro prædicta, & num. 81. vers. Et pro prædicta ff. de hæred. inst.
Alex. in d. l quidam testamento. 30. num. 4. & ibi Ias. nu. 2. vers.
Secundò nos ff. de vulg. Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap. 16. vel cesset,
† *vt Bart. in l. 2. § si duo num. 1. ff. de bon. poss sec. tab. Soc. Iun.* 7
in l centurio. 15. num. 128. & ibi Ceph. nu. 187 ff. de vulg. Idque
tradunt procedere, siuè substitutio sit inutilis ab initio, † *vt* 8
scribunt Castr. in d l pen. nu. 1. vers. Sed, quæ est ratio ff. de iniust.
rupt & in d. l. quidam testamento. 30. nu. 1. in fi. ff. de vulg. Trentacinq. de substit. d part. 1. cap. 15 num. 8. vt, quia minùs ritè facta
sit, *vt apud Alciat in d l. re coniunctis nu. 46. vers. Idemque,*
vel substitutus sit incapax aut is, qui non erat in rerum natura;
Siuè facta sit inutilis ex post facto, † *vt scribunt Castr.* 9
in d. l pen. num 1. vers. Sed quæ est ratio ff. de iniust. rupt. & in d. l.
quidam testamento. 30. nu. 1. in fi. ff. de vulg. Trentacinq. de substit.
d. part. 1, cap. 15. nu. 8. vt, quia substitutionis conditio defecerit
† *d. l. quidam testamento. 30 & ibi not. Bald. in prin Ang n. 1.* 10
in fi. Imol. in prin. & Castr. num. 1. ff. de vulg. aut substitutus decesserit
viuo testatore, † *vt in d. l quidam testamento, & apud* 11
Ang in d. l. pen. num. 1. ff de iniust. rupt. aut etiam pendente conditione,
aut post eius euentum, sed ante aditam hæreditatem,
quod significant dicentes simpliciter non excludi si substitutus deficiat morte, † *Ant. Fum. de commun. cap. 10. nu 7.* aut vno ex supradictis 12
temporibus factus sit incapax, aut post euentum
conditionis repudiauerit hæreditatem, † *vt in l. 2. § si duo ff de* 13
bon. poss sec. tab. & § si verò institutio, Auth. de hæred. & Falc.
coll. 1.

coll.1.& apud Ang.in d.l.pen.num.1 ff.de inoff.rupt. Imol in d.l. 1.§.si ex fundo num.16.vers.Et pro prædicta,& num 81. Et pro prædicta ff de hered.inst. Ant.Fum de comm.d cap.10 num.7. Trentacinq de subst.d.part.1.cap.15.numer.8. Duar d.lib.2.de iur. accr. cap. 16. Aut denique defecerit ex alia quacunque causa; vt est de mente dicentium substitutionem non exclu
14 dere ius accrescendi, si defecerit, † *vt Rum.cons.131.num.7. vol.3.* vel facta sit caduca, *vt Alciat.in d.l.re coniuncti. nu.46. versic.Sed. & si substitutio.* Probatur autem hæc sententia.

15 Primò *l.2.§.si duo ff.de bon.poss.sec.tab.* vbi Vlpianus † *Si duo, inquit, sint hæredes instituti,primus,& secundus secundo tertius substitutus. omittente secundo bonorum possessionem,tertius succedet. Quod si tertius noluerit hæreditatem adire, vel bonorum possessionem accipere,recidit bonorum successio ad primum, nec erit ei necesse petere bonorum possessionem,sed ipso iure ei accrescet: Hæredi enim scripto,sicut portio hæreditatis ita & bono*
16 *rum possessio accrescit:* Nam ex his verbis apparet, † substitutum,qui potest excludere coniunctum, facere eidem locum, si nolit hæreditatem ad se pertinere, & ita operetur, ne locum habeat substitutio.

Secundò probatur *l.quidam testamento.30.ff. de vulg.* vbi,
17 † cum quidam testamento Proculum ex parte quarta, & Quietum ex parte dimidia,& quarta hæredem instituisset,& Quieto Florum, Proculo Sosiam hæredes substituisset, Deinde,si neque Florus, neque Sosia hæredes essent, tertio gradu,ex parte dimidia, & quarta coloniam Leptitanorum, & ex quarta complures hæredes substituisset, in plures, quam in tres vncias,& Quietus hæreditatem adijsset, Proculus, & Sosia viuo testatore decessissent, Iulianus ex facto consultus respondit, partem quartam hæreditatis Proculo datam ad Quietum per ius accrescendi pertinere,quia,licet testator eidem Proculo substituisset Sosiam,& Sosiæ complures hæredes, substitutio tamen non potuit habere locum, non in persona Sosiæ, quippe, qui viuo testatore decesserat, neque in persona cæterorum, quippè, qui ex voluntate testatoris ita demum censebantur vocati,si neque Florus neque Sosia hæredes extitissent, & hoc modo tota hæreditas vacasset, quæ res dici non potuit eo ipso, quod Quietus hæreditatem adierat. Omnimodo igitur probat hic locus, substitutionem,quæ locum non habet, non impedire ius accrescendi, *Et ita ibi not.Bald. Ang. Imol. Castr. Alex. Ias. & alij.*

Tertiò probatur *l.si ita scriptum & in prin. ff. de bon.poss.sec*
18 *tab.* vbi,† cum testator ita scripsisset, *Sempronius ex parte dimidia hæres esto. Titius si nauis ex Asia venerit, ex parte tertia hæres esto. Idem Titius si nauis ex Asia non venerit, ex parte sexta hæres esto,* Iulianus ait,Titium non ex duabus partibus hæredem scriptum,sed ipsum sibi substitutum intelligi.scilicet,quia testator instituit eum ex triente. si nauis ex Asia venerit, quod, si non venerit,quo casu deficeret institutio, & triens deberet alteri accrescere,substituit eundem Titium nō in triente, sed in sextante. ideòque si nauis ex Asia venerit, iure institutionis consecuturum trientem, sed, quia sextans, ad quem iure substitutionis vocabatur, manet vacuus,propterea quod defecit substitutionis conditio, ideò fit, vt is sextans debeat vtrique pro portione hæreditaria accrescere. Ergo etiam ex hoc loco patet, substitutionem, quæ non habuit effectum non impedire ius accrescendi.

Quartò probatur, quia prohibitio iuris accrescendi, quæ alicuius contemplatione fit, ita demum suum effectum operatur,si succedat is, cuius contemplatione fit, *vt patet ex ijs, quæ diximus in hoc cap.q.19.num. 19.* Sed prohibitio iuris accrescendi, quæ fit per dationem substituti, *vt diximus in hoc ipso cap. qu. 20. num 1.* haud dubiè fit contemplatione ipsius
19 substituti † *vt scribunt ij quos proximè referemus.* Ergo, si is non succedat,non operabitur in persona coniuncti effectum exclusionis. *Ita arguunt Crott in d l.re coniuncti num. 67. & ibi Alciat.nu.46.vers.Et, licet, Trentacinq. de subst.d.part. 1. cap.15.nu.8.*

Quintò probatur, quia dispositiones prælatiuæ non censentur totaliter exclusiuæ, sed ita demum,si is, qui prælatio-
20 nem habet, vtatur iure suo † *§ præferuntur inst. de Sen.Cons. Tertullia l.2.§ sed si sint sui & §.si mater,vers. Cum enim ff. eod.* Nam,quia prælatio supponit in persona illius. cui fit,vocationem, *vt diximus in hoc cap.qu.20. num.52.* ideò fit,vt,si deficiat is,qui prælationem habebat,debeat alter,quasi vocatus admitti *d.l.2.§.sed si sint sui & §.si mater versic Cum enim, ff. ad Tertul.* Sed substitutio est quædam dispositio prælati-
ua. † scilicet quia qui substituit,vult coniuncto præferre sub 21
stitutum, † *vt scribit Trentacinq.de subst.d.part. 1.cap. 15.* 22
num 8. Et est de mente eorum omnium, quos retulimus in hoc cap.qu.20.num. 9. & multis seqq. & referemus infra num 35. Ergo non censebitur totaliter excludere coniunctum, sed ita demum, si substitutus ad successionem admittatur.

Neque obstat, quod prohibitio. siue ademptio, & exclusio ita fiat per actum inutilem, vt per vtilem, cum fiat voluntate testatoris quæ colligitur etiam ex actu inutili, *vt diximus supra num.1. & 2* quia ad hoc contrarium variæ responsiones afferuntur.

Primum enim respondent nonnulli hoc procedere † in ijs, 23
quæ pendent à mera voluntate disponentis,secus verò in alijs, vt patet ex reuocatione testamenti quæ,quia nuda voluntate fieri non potest † *§ ex eo inst.quib.mod.test inf.* ideò nec in- 24
ducitur ex actu inutili,idest,ex posteriore testamento, quod ritè factum non est † *l si filius 7 ff de lib & posth.l si quis enim.* 25
16 §.fin.ff.de vulg.l.cum in secundo. 16 ff de inoff.rupt. l si iure. 18.ff.de leg 3.d.§.ex eo inst.quib.mod.test inf. Vnde,cum prohibitio,siue exclusio iuris accrescendi non pendeat à mera voluntate testatoris, scilicet, quia testator id prohibere non potest hæredibus institutis, vt est receptior DD.sententia, *sicuti demonstrauimus in hoc cap.quæst.16 num 20 & seqq.& q. 17. nu.40.& seqq.* Consequens est,vt talis prohibitio siue exclusio non inducatur ex substitutione inutili *Ita respondet Trentacinq de subst.d.part 1.cap.15 num.13 Et est de mente eorum, quos referemus infra num.93.dicentium, multo facilius admitti coniunctum si simus in ijs casibus, in quibus testator ius accrescendi prohibere nequit.*

Verùm hæc responsio,licet in se vera sit,non tamen tollit
difficultatem. † Primò, quia in legatis,& fideicommissis po- 26
test testator haud dubiè ius accrescendi prohibere *vt diximus in hoc cap qu.16.num.5.* & per consequentias secundum prædictam distinctionem censeretur id prohibuisse, & exclusisse substituendo etiam inutiliter. quod tamen falsum est,quia, si locum non habeat substitutio etiam in legato, vel fideicōmisso facta ius accrescendi non cessat, *vt dicemus infra n.34.* Secundò quia,licet loquamur de hæreditatibus adhuc tamē in testatore videtur subesse potestas prohibendi,si spectamus effectum: nam,quod dicimus, testatorem non posse hæredibus institutis ius accrescendi prohibere,procedit ipso iure, nō quoad effectum restitutionis, scilicet, quia portio vacans accrescit cohæredi non obstante prohibitione testatoris, sed tenetur is eam venientibus ab intestato restituere, *vt ostendimus in hoc cap.q.18.nu.5. & seqq.* Itaque saltem. quoad effectum restitutionis prohibitio, siue exclusio iuris accrescendi pendet a voluntate testatoris. Vnde,si verum est,testatorem substituentem prohibere & excludere ius accrescendi, *vt diximus in hoc cap.q.20.num.1.& seqq.* sequitur ita prohibere,& excludere per substitutionem inutilem, vt per vtilem, quia talis voluntas prohibendi colligitur etiam ex substitutione inutili.

Secundò igitur respondent alij contrarium procedere † in 27
prohibitione, siue exclusione expressa, non etiam in tacita, quippè,quæ non inducitur per actum inutilem *l si iure 18.ff. de leg.3.* Vnde,cum prohibitio iuris accrescendi, quæ fit per dationem substituti, sit tacita non expressa, *vt diximus in eadem qu 20.nu.1.* Consequens est. vt non inducatur ex substitutione inutili. *Ita respondent Bart.in d.l si iure.18.num. 1. vers.Respondeo ff.de legat 3 Castr in l si pluribus.33.nu.4 vers. Sed dic, & ibi Alex.num.4.vers.Et intellige ff.de leg. & in his terminis Trentacinq. de subst.d.part.1 cap.15. num.13 versic. Præterea.*

Et si quis obijciat, ademptionem. siue exclusionem. quæ per translationem fit,non esse expressam, sed tacitam *l sicut 5 ff de adim legat & diximus in 5 cap.qu. 13 nu. 55.* & tamen ita induci ex translatione inutili, *vt diximus supra nu.2.* Falsum igitur esse,quod dicitur,contrarium procedere in exclu-
sione expressa non etiam in tacita † *vt reprobando prædictam* 28
responsionem considerat Ias in d l re coniuncti num.205.vers ista solutio,Bart respondent alij,prædictam exclusionem diuersis
respectibus posse dici,vel expressam,vel tacitam: † nam,qua- 29
tenus inducitur per interpretationem ductam ex eo, quod

res

res vni data non potest censeri in alium translata, nisi per necessarium quoddam antecedens intelligatur alteri adempta, censetur tacita scilicet, quia non deducitur ex claris, & apertis verbis testatoris, quippè, qui non dixit, se primo adimere, sed argumento ducto à necessario antecedente. Quatenus verò tale argumentum deducitur ex dispositione testatoris, quæ continet translationem potest dici expressa, scilicet, quia deducitur ex dispositione, quæ haud dubiè expressa est, non tacita. Nec nouum est, vt vna, eademque res diuersis respectibus possit dici expressa, & tacita; nam hoc etiã dicitur de substitutione, vt patet ex ijs, quæ diximus *in q. praeced. nu.5. & seqq.*
30 † *Ita post Cuman. respondet Polit. in d. l. re coniuncti num.72. vers. Ideoque ipse, quod etiam repetit in tract. de substitut. particu.6. nu.51. vers. Ideoque ipse, vbi subijcit, hãc esse mentem Bart. & ita declarando posse solutionem eius sustineri.*

31 Sed neque hæc responsio mihi videtur vera, † quia, siuè dicamus ademptionem, quæ per translationem fit, esse tacitam, eo, quod non deducatur ex apertis verbis testatoris, sed per interpretationem, siuè dicamus esse expressam, eo, quod deducitur ex dispositione testatoris, & sic ex actu expresso, *vt considerat Polit.*, semper verum est, obstare iis, quæ supra diximus: Nam substitutio in hoc videtur omninò similis translationi, scilicet, quia etiam ea, quæ per substitutionem fit, exclusio, potest dici & tacita, & expressa, tacita, quia non deducitur ex apertis verbis testatoris, quippè, qui non dixit expressim, se prohibere, ne portio vacans coniuncto accrescat, Expressa verò, quia deducitur ex substitutione, siuè dispositione testatoris, & sic ex actu expresso per necessariũ quoddam antecedens, scilicet, quia, si testator voluit portionem vacantem ad substitutum pertinere, necessariò sequitur, eum noluisse per ius accrescendi pertinere ad coniunctum. Itaque stãte hac paritate videretur idem de substitutione, quod de translatione dicendum, vt scilicet, quemadmodum translatio etiam inutilis ex voluntate testatoris inducit ademptionem, & exclusionem in persona illius, ad quem portio translata debuisset pertinere, *ut diximus supra num. 2.* ita etiam inutilis substitutio ex eadem voluntate debeat inducere priuationem, & exclusionẽ iuris accrescendi in persona coniuncti, cui portio substituto data debuisset accrescere, Cuius tamen contrarium verius esse supra demonstrauimus.

Quamobrem alia est inquirenda responsio, quæ difficultatem tollat, Vera igitur (meo iudicio) responsio est si di-
32 camus, contrarium procedere † in prohibitione, siue exclusione pura, simplici, & absoluta, non etiam in ea, quæ fit sub conditione, vel expressa, vel tacita: nam hæc non inducitur,
33 nisi conditio purificetur † *l. quod, si alij 7 ff. de adim. leg.* Huiusmodi autem esse prohibitionem, & exclusionem iuris accrescendi, quæ fit per dationem substituti, scilicet, quia testator, qui substituit, non simpliciter & absolutè prohibet, & excludit ius accrescendi sed ita demum, si substitutio locum ha-
34 beat † *vt declarant Bart. in d. l. re coniuncti, nu.36. & 38. versic. in secundo casu & ibi Polit. num 73. Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, num.16. vers. Et propraedicta, num. 81. vers. Et pro praedicta ff. de hared. inst. Soc. Sen. in d. l. 1. num 48. vers. Sed idem Bart. & vers. Rationes praedictorũ, & vers. Sed aduerte ff. de vulg. Polit. in d. tract. de substit. partic.6. num. 52. Galiaul. in l centurio.15. num.205 ff. de vulg. Pereg. de fideic. d. artic.9. num.13. vers. Sed demus, Ang. d. l. si iure.18. vers. Sed vix, ff. de leg.3. & l. nec vtilem.20 ff. ex quib. caus. maio.* Prohibet enim, & excludit non per modum ademptionis, & priuationis, sed per modum prę-
35 lationis, † *vt in similibus terminis ait Vlpianus in d. l.2. §. si mater, versic. Cum enim, ff. ad Tert.* scilicet, quia non vult omni casu, & totaliter priuare coniunctum, & eum exclu-
36 dere à iure suo, sed vult ei præferre substitutum, † *ut declarat Duar. d. lib.2. de iur. accr. cap.16.* & sic ordinem potius suc-
37 cedendi constituere, quam ius accrescendi prohibere, † *secundùm lo. Gaud in d l. re coniuncti, num.84.* Ergo, si substitutio sit inutilis, siuè locum non habeat, quia cessat prælatio, cum substitutus non succedat, & hoc modo deficit conditio, sub qua saltem tacitè facta est iuris accrescendi prohibitio, cessabit quoque iuris accrescendi exclusio, *secundùm ea, quæ supra diximus.*

Ex quibus apparet, quod dicitur, testatorem substituendo ius accrescendi prohibere, & substitutionem excludere, siuè tollere ius accrescendi, *ut retulimus in hoc cap. qu.20. nu.1. & seqq.* non esse simpliciter verum sed recipere distinctionem: † Aut enim locum habet substitutio, & verum est, censeri 38
prohibitum, sublatum, & exclusum ius accrescendi, Aut nõ habet locum, & est verius, id non censeri prohibitum, siuè exclusum, *secundùm ea, quæ supra diximus.* Aut denique incertum est, an substitutio locum habere possit, Et interim non erit locus iuri accrescendi, quia, quandiù spes est, substitutum posse admitti, tandiù non admittitur coniunctus. † Interim igitur ius accrescendi erit in pendenti † *vt scribunt Soc. Iun. in l. centurio 15. num.128. & ibi Ceph. nu.187. & 190 ff. de vulga* eaque ratione substitutio non dicetur id excludere, & tollere, sed tantum suspendere, † *ut rectè declarat Ant. Fum. de comun. cap.10. num. 7.* ita, vt ab euentu debeat æstimari, vtrum sit exclusum nec ne: nam, si locum habeat substitutio, censebitur exclusum, aliàs non, *ut supra diximus.*
39 40 41

Hinc infertur, si testator, aliquem substituat vni ex hæredibus, non solum sub conditione, si hæres non erit, quæ est propria conditio vulgaris substitutionis, sed etiam sub aliqua alia conditione extrinseca, puta, si decesserit sine liberis, *ut fit in l. Lucius 85 ff. de hared. inst.* & is, cui facta est substitutio, repudiet, licet interim non possit admitti substitutus, propterea quod nondum impleta est altera conditio, non tamen admitti posse coniunctum propter spem substituti, sed interim posse administrare bona, non, vt hæredem, sed, vt bonorum curatorem, † *vt rectè plerisque visum est.* 42

Hæc autem, quæ diximus, faciliùs procederent, si essemus in ijs casibus, in quibus testator ius accrescendi prohibere nequit, vt in hæreditatibus, † *secundùm ea, quæ diximus in hoc cap. quaest.16. n.20. Et in specie declarant Polit. de subst. partic.6. num.52. in fi. Alcia. in d. l. re coniuncti, num.46. vers. Et suprascripta.* Sed est verius procedere † etiam in ijs, in quibus potest, vt in legatis & fideicommissis, † *sicuti docuit Pereg. de fideic. artic.9. num.13 in fi. vbi ait, ita sapè se vidisse practicatum:* Nam exclusio iuris accrescendi non ideò cessat, quia deficiat potestas, sed, quia deficit voluntas, scilicet quia testator ita demum censetur velle substituendo ius accrescendi prohibere, si locum habeat substitutio, *ut diximus supra numer.22. & 34.*
43 44 45

Ex his inferunt nonnulli, si substitutio locum non habeat ex causa illius, cui facta fuit, puta, quia portionem suam agnouerit, quo casu censetur extincta vulgaris substitutio † *l post aditam 5. C. de impub. & al. sub. l. si legata 6. C. de legat.* & simus in casibus, in quibus etiam post emolumentum acquisitum locum habere potest ius accrescendi, vt in vsufructu, & id genus alijs causis, *quas retulimus in 7. cap. quaest.59 n.28.* quia substitutio, tamquàm semel extincta ampliùs reuiuiscere non potest, ideò excluso substituto coniunctum esse admittendum † *secundùm Pereg.*
46 47

Sed ego contrariam sententiam veriorem arbitror, † quia ratio quæ facit locum iuri accrescendi, facit etiam locum vulgari substitutioni: Ratio enim est, quia legatum vsusfructus non censetur vnum, sed multiplex: tot enim censentur legata, quot anni, menses, dies, ita, vt quotidie censeatur legari, & quotidie acquiri. Quo fit, vt, licet coniunctus concurrerit pro præterito, & si in legatis eius temporis, non tamen censeatur pro futuris concurrisse, eaque ratione, quasi re nondum quæsita, si deficiat coniunctus, fit locus iuri accrescendi, *ut diximus in eodem 7 cap q.59. num.116.* Hæc ratio locum habet etiam in substitutione vulgari: nam dici potest extincta per agnitionem primi quoad legata pręterita, sed non, quoad futura. Quamobrem deficiente quandocumque primo, locus fieri debebit substituto, & per consequentias debebit excludi coniunctus, qui substituto est infirmior. Idem est, & in proprietatibus in ijs casibus, in quibus etiã post emolumentum acquisitum locum habere potest ius accrescendi, *quos retulimus in d. q.59. nu.28. & seqq.* Nam, quia id fit propter aliquam causam, quæ resoluit acquisitionem, & per quã portio retrofingitur non acquisita, vt propter restitutionem in integrum, ideò fictio, quę facit locum iuri accrescendi, facit etiam locum vulgari, quæ iure accrescendi est potentior. Verius igitur est, quandocumque deficiat, is cui facta est substitutio, non coniunctum esse admittendum, sed substitutum.
48

Secundus verò casus est, quando substitutus est extraneus, idest, is, qui nõ fuit institutus, & substitutio est inutilis ex causa præteritionis, vt euenit in specie, qua testator posthumum à sub-

à substituto præterijt: Et in hoc casu fatentur omnes, ta-
lem substitutionem, quantumuis inutilem impedire ius ac-
49 crescendi. † *Ita enim scripserunt Bart. in d. l. re coniuncti nu.
38. & ibi Ias. num. 158. Crott num. 61. & 66. Rip. nu. 131. Alcia.
num. 46. vers. Excepto Io: Gand. numer 83. in fin. Bart. in d. l. pen.
numer. 3. vers. Respondeo & ibi Ang. num. 1. Imol. num. 3. Castr.
num. 1. vers. Sed, quæ est ratio, ff. de iniust. rupt. Angel. in dict. l. si
posthumus, 14. in princ. vers. Sed hoc non placet, ff. de lib. & posth.
in l. 1. num. 5. vers. Quarto casu, C. de testa. mil. & in l. dominus
63. §. 1. num 1. vers. Fallit, ff. de vsufr. Imol. in l. 1. §. si ex fundo,
num 75. ff. de hæred. inst. Castr. in d. l. quidam testamento. 30. n. 1.
in fin. & ibi Alex. num. 4. Ias. nu. 2. vers. Secundò not. ff. de vulg.
Soc. Sen. in d. l. 1. num. 48. vers. Circa secundum, & vers. Primo
casu & ibi Rip. num 183. vers. Et præmissis, ff. de vulg. Polit. de
substit. d. partic. 6. num 51. in fi. Ant. Fum. de coniunct. d. cap. 10.
num. 8. Mantic. de con. ult. vol. d. lib. 4. tit. 11. num. 18. Menoch.
de præsumpt. lib. 4. præs. 87. num. 3. Crass. in §. substitutio qu. 13.
num. 3. vbi ita crebrius esse receptum,* Et in his terminis acci-
piendi sunt, qui simpliciter tradiderũt, substitutionem etiam
50 inutilem excludere ius accrescendi. † *vt Ias. in d. l. si posthu-
mus 14. num. 4. ff. de lib. & posth. & in l. fin. num. 6. C. de inst. &
sub. Corn. cons. 239. n. 2. vol. 2. Rip. in d. l. re coniuncti, num 131. &
136. in fin. Cagn. in l. vn. n. 55. & ibi Purp. n. 90. & Io: Gutier. n. 46.
C. quand. non pet. part. Surd. d. decis. 252. num.* 18. Et rectè: Pro-
batur enim *l. pen. ff. de iniust. rupt. & l. si posthumus 14. in princ.
vers. Nam, & cum duobus, ff. de lib. & post.* vbi si testator duos
hæredes instituat, primum, & secundum, & ab eis posthumũ
exhæredet, deinde primo substituat tertium, secundo verò
quartum, si quis eorũ hæres non erit, & a substitutis posthu-
mum prætereat, si vnus ex institutis deficiat, puta repudiet,
aut ante aditam moriatur, eius portio, quæ amota substitu-
tione debuisset ad cohæredem perius accrescendi pertinere,
stante substitutione, quantumuis inutili non accrescit, sed
rupto testamento tota hæreditas ab intestato pertinet ad
posthumum. Ergo patet ex his locis, substitutionem etiam
inutilem impedire ius accrescendi.

Huius autem rei, quæ sit ratio, si quæramus, constat in hoc
51 veteres dissensisse; † nam Bartolus censuit rationem à volũ-
tate testatoris esse deducendam, quod scilicet testator substi-
52 tuendo censeatur voluisse ius accrescendi prohibere, † *vti
videre est apud Bart. in dict. l. re coniuncti num. 38. in fi. & in d. l.
pen. nu. 3. vers. illud dictum, ff. de iniust. rupt.* Baldus verò con-
tra non a voluntate testatoris, quippe, qui ius accrescendi
prohibere non potuit, sed ab eo putauit esse deducendam,
quod posthumus ideò rumpit gradum, vt sibi non alijs fa-
53 ciat locum, † *vti videre est apud eundem Bald. in dict. l. pen.
vers. Quæro à te, ff. de iniust. rupt. quem probauit Angel. in l. si
posthumus 14. in princ. vers. Sed hoc non placet, ff. de lib. & posth.*
Sed, quia Bartolus non negat, quin hæc sit ratio, cur etiam
excluso substituto non admittatur coniunctus, imò expres-
54 sim eam pro ratione adducit, † *vti videre est apud eundem
Bart. in d. l. re coniuncti, num. 38. in fin.* & sic ratio Baldi effectu
55 recidit in rationem Bartoli, † *vt animaduerterunt Castr.
in dict. l. pen. num 1. vers. Certè Bart. ff. de iniust. rupt. Soc. Sen. in
in d. l. 1. nu. 48, vers. Sed aduerte, ff. de vulg.* ideò puto vtram-
que rationem esse veram, sed coniungendam, scilicet, quia
ratio simul & a voluntate testatoris, & a potestate legis est
56 deducenda, † adeò, vt altera earum amota non possit habe-
re locum iuris accrescendi exclusio: A voluntate enim te-
statoris deducitur ratio per modum antecedentis, scilicet,
quia testator dando substitutum voluit prohibere, & exclu-
dere ius accrescendi, *vt diximus in hoc cap. q. 20. n. 1. Et in pro-
posito considerauit Curt. relatus supra num 52.*

Nec obstat, quod talis prohibitio nõ censeatur facta abso-
lutè, sed ita demum, si substitutio locum non habeat, *vt dixi-
mus supra num. 34.* & in proposito non possit habere locum
stante præteritione posthumi, quæ inualidam reddit, &
inutilem substitutionem, *vti mox dicemus*, quia hoc pro-
57 cedit, † quando substitutio non habet locum ex defectu vo-
luntatis testatoris, vt, quia substituit sub conditione, quæ
non extitit, aut ex defectu ipsius substituti, puta, quia de-
cessit pendente conditione, aut repudiauit hæreditatem,
secundum ea, quæ diximus supra numer. 4. & seqq. In pro-
posito autem, non ex defectu voluntatis testatoris, aut ex
defectu substituti locum non habet substitutio, sed ex dis-

positione legis: Nam testator voluit sine dubio ius accre-
scendi excludere, & exclusit substituendo personam capa-
cem & existentem in rerum natura tempore, quo portio in-
stituti vacauit & sic personam, quæ amota præteritione suc-
cederet. Itaque hoc respectu substitutio esset locum habi-
tura, quia deficiente instituto portio vacans non cohæredi
excluso, sed ipsimet substituto secundum voluntatem testa-
toris deferretur. Sed quia testator in substitutione præterijt
posthumum, ideò per modum consequentis succedit dispositio legis, quæ vult, eum gradum, a quo posthumus prateri-
tus est, rumpi † *l. 3. §. si cum 2. ll. seqq. ff. de iniust. rupt. dict. l. si* 58
*posthumus 14. in princ. ff. de lib. & posth. l. ex facto 43. §. Lucius,
ff. de vulg. Et in his terminis considerant Bart. in d. l. pen. num. 3.
vers. illud dictum, ff. de iniust. rupt. Trentac. de substit. d. part. 1.
cap. 15. num. 9. vers. Et illius, & num* 14. & per consequentias
totum testamentum infirmari † *l. nam & si sub conditione 5.* 59
*vers. Et si à primo, & l. pen. vers. iam ff. de iniust. rupt. Et in pro-
posito considerant gl. in d. l. si posthumus 14. in princ. in verb. ad-
mitti, ff. de lib. & posth. Bart. in d. l. pen. num. 3. vers. illud dictum,
& num. 4. & ibi Castr. num 1. vers. in text. ibi ruptum Rip. in d.
l. re coniuncti num. 131. & in d. l. 1. nu. 183. ff. de vulg.* quippè,
quod tamquàm indiuiduum pro parte rumpi non potest,
† *l. si pater duos 47. in prin. & ibi not. gl. in verb. pro duabus par-* 60
*tibus, ff. de fid. libert. gl. in d. l. pen. in verb. ruptum est, ff. de iniust.
rupt. Castr. in d. l. pen. num. 1. vers. Sed contra,* ne alioquin testa-
tor decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, † *vt in* 61
*his terminis considerant glo. in dict. l. si posthumus 14. in princ. in
verb. admitti ff. de lib. & posth. Bart. in d. l. pen. num. 3. vers. illud
dictum & ibi Castr. numer. 1. vers. dic Ergo Duar. lib. 2. de iur.
accr. cap. 16.* eaque ratione fieri intestatæ successioni locum,
† *vt scribunt Alcia. in d. l. re coniuncti, numer 46. vers. Excepto,* 62
*Trentac. de subst. d. part. 1. cap. 15. nu 9. vers. Et illius, & n. 14.
Duar. d. lib. 2. de iur. accr. cap 16.* quæ res operatur, vt cohæ-
res non solum nõ possit consequi partem cohæredis vacan-
tem, quæ amota præteritione debuisset ad substitutum per-
tinere, sed ne quidem partem illam principalem, ex qua fue-
rat hæres institutus, † *d. l. pen. in fi. ff. de iniust. rupt. Et in pro-* 63
*posito scribunt gl. in d. l. si posthumus 14. in princ. in verb. admit-
ti ff. de lib. & posth. Castr. in d. l. pen. num 1. vers. in text. ibi adire,
Alcia. in d. l. re coniuncti, numer. 46. vers. Excepto, Trentac. de
subst. d. part. 1. cap. 15. nu. 9. vers. Verum, & n. 14. Duar. d. lib. 2.
de iur. accresc. cap* 16. propterea quod, vbi testamentum ru-
ptum est, nemo ex eo potest hæres existere *l. si à primo 8. ff. de
lib. & posth.* Itaque, vt in proposita specie ius accrescendi ces-
set, per modum antecedentis prouenit, a dispositione, & vo-
luntate testatoris, qui substituit, quia, nisi dedisset substitutũ,
testamentum fuisset validum, & posthumus, tamquam ab
institutis exhæredatus non potuisset illud rumpere, eaque
ratione pars cohæredis deficientis alteri cohæredi accreuisset
sed, quia testator dedit substitutum, & hoc modo voluit in
parte vacante excludere coniunctum venientem ex primo
gradu, & ei præferre substitutum, effecit, vt amplius portio
non accrescat. Sed per modum consequentis prouenit a dis-
positione, & potestate legis, quæ stante substitutione, à qua
posthumus est præteritus, ipso iure testamentum infirmat, &
ad hæreditatem vocat legitimos ab intestato succedentes.
Itaque hoc modo ius accrescendi excludit tollendo ea, quæ
sunt necessaria ad hoc, vt id locum habere possit.

Primùm enim eo ipso, quod infirmat testamentum, sine
dubio operatur, vt ius accrescendi locum amplius habere
nequeat, scilicet, quia tollit vnum ex eius requisitis, quod est,
vt testamentum iure factum sit, ita, vt ex eo succedi possit,
† *vt ostendimus in 5. cap. q. 2. num. 8.* 64

Secundo verò, cùm posthumus præteritus ideò rumpat
gradum, vt sibi faciat locum, † *d. l. nam & si sub conditione 5.* 65
*vers. Nam rumpendo, ff. de iniust. rup. Et in his terminis consi-
derant Bart. in d. l. pen. num. 3. vers. respondeo, & num 4. ff. de
iniust. rupt. Imol. in d. l. quoties 9. §. si duo, num. 41. vers. item non
obstat, ff. de hæred. inst. Soc. Sen. in d. l. 1. num 48. vers. Circa se-
cundum, ff. de vulg. Corn. d. cons. 239. num 2. vers. Præterea in d.
l. pen. vol. 2. Duar. d. l. 2. de iur. accresc. cap. 16.* sequitur deficere
aliud iuris accrescendi requisitum, † quod est, vt portio, de 66
cuius accretione tractatur, omnino deficiat, *vt ostendimus in
eodem 4. cap. q. 4. n. 21. & in cap. 7. q. 36. num. 1.* Nec enim defi-
cere dici potest portio, quam posthumus ab intestato succe-
dens

67 dens consequitur, † *vt considerat Trentacinq.d.part.1.cap.15 nu.9.vers. Verum, & num.14.* Nec est contrarium, quod deficiat, si spectemus institutum, quippè, qui ab ea exclusus est vel repudiatione, vel morte *d. l. pen. ff. de iniust. rupt.* quia non per hoc dici potest omnino defecisse: nam, licet non capiatur ab instituto, capitur tamen à posthumo, qui ipsius loco succedit, ideòque non potest dici omnino defecisse, ita, vt per ius accrescendi ad cohæredem pertinere possit: Nam, & simili ratione, si ex duobus cohæredibus vni sit facta substitutio, licet is deficiat, non tamẽ portio dicitur deficere, quoad ius accrescendi, scilicet quia capitur à substituto, qui ius accrescendi excludit, *vt diximus in hoc cap. qu. 20. num. 1.*

Tertiò demum, cum rupto testamento ab intestato succedatur, ita, vt cohæres non possit ex testamento adire, & suam consequi portionem, *vt supra dictum est*, sequitur nec posse
68 consequi partem vacantem, † cum inter cætera requisita connumeratur illud, vt portio portioni accrescat, *vt diximus in 4. cap. qu. 4. num. 18.* Ita, vt portionem non habenti nõ possit portio accrescere, *vt diximus in cap. 7. qu. 74. num. 3.*

Hinc intelligimus exclusionem iuris accrescendi, quàm substitutio in proposita specie operatur, esse similem ei, quæ fit in alijs speciebus, si spectemus voluntatem, & dispositionem testatoris, scilicet, quia testator, qui substituit, præfert substitutum coniunctò, & hoc modo excludit eum à iure accrescendi, *vt diximus supra num. 22.* Cæterum si spectemus dispositionem, & prouisionem legis, magis est, vt non sit similis, quia alijs speciebus excluditur firmo manente testamento, in hac verò ideò excluditur, quia rupto testamento ab intestato succeditur, eaque ratione, quasi deficientibus iuris accrescendi requisitis amplius ei locus esse nequit. Itaque non fit per modum prælationis, sed per modum impedi-
69 menti † *vt declarat Bald. in rep. l. 1. nu. 8. vers. Sed tu oppones C. de Sacr. Eccl.* scilicet, quia lex vocando posthumum impedit, ne testamentum locum habere possit. Quamobrem dicere possumus; testatorem excludere ius accrescendi, legem verò ius testamenti. Et simili modo, substitutum impedire
70 coniunctum, posthumum verò impedire substitutum † *vt declarat Bald. in d. l. 1. nu 8. vers. Sed tu oppones C. de Sacros. Eccl.* Et hoc est, quod mouit Trentacinquium *in tract. de substit. d. part. 1. cap. 15. num. 8. vers. Verùm, & nu. seqq.* vt ex communi
71 DD. traditione recederet, existimans † falsum esse, quod vulgò dicitur, substitutionem ex causa præteritionis inutilem excludere ius accrescendi, cum non possit tractari de exclusione iuris, quod creatum non est, nec in esse deductum ob earum rerum defectum, quæ sunt ad eius creationem necessariæ. Sed non animaduertit Trentacinquius hoc verum
72 esse, † si consideremus exclusionem per modum consequẽtis. Cæterum, si eam consideremus per modum antecedentis, verius est, excludere ius accrescendi, quasi creatum, quia amota substitutione, & præteritione possit id habere locum, cum interueniant omnia, quæ sunt ad eius creationem necessaria. *vt supra dictum est.* Adeò autem verum est substitutionem ex causa præteritionis inutilem vitiare testamentum, & per consequentias impedire, ne ius accrescendi locum habere possit, vt procedat.

Primò, qualiscumque sit præteritio, idest, siuè sit præteritio posthumi, siuè filij iam nati; vtroque enim casu vitiatur gradus, à quo filius præteritus est, *vt de præteritione posthumi*
73 *diximus supra nu. 58. De præteritione verò iam nati* † *constat ex l. si à primo 8. ff. de lib. & posth.* & per consequentias ius accrescendi impeditur, *secundum ea, quæ supra diximus, Et in spe-*
74 *cie de præteritione filij iam nati* † *scribunt glo. in l. si posthumus. 14. in prin. in verb. pertinere ff. de lib. & posth. gl. in d. l. pen. in verb. ruptum est ff. de iniu. rupt. Soc. Sen. in l. 1. nu. 48. vers. Ex quibus etiam patet & vers. Verior tamen videtur ff. de vulg. Trenta. de substit. d. part. 1. cap. 15. num. 14. vers. Si verò à gradu, vbi ait, hanc opinionem esse veriorem, Et est de mente omnium simpliciter dicentium substitutionem inutilem ex causa præteritionis excludere ius accrescendi, quos retulimus supra num. 40. Tametsi contrarium, & male censuerint Ang. in d. l. si posthumus. 14. in prin. vers. Dico etiam ff. de lib. & posth. & Castr. in d. l. pen. num. 1. vers. Non sic esset ff. de iniu. rupt.*

Secundò procedit, etiamsi præteritus ab hæreditate exclu-
75 datur † *d. l. si posthumus. 14. in prin. vers. Nam, & cum duobus, ff. de lib. & posth.* Sufficit enim primum gradum deficere, ita, vt amota præteritione locum habere possit substitutio, vt vitiato testamento fiat intestatæ successioni locus, scilicet, quia † gradus, à quo filius est præteritus iam ab initio inutilis cen- 76 setur *d. l. si à primo 8. ff. de lib. & posth. l. ex facto 43. § lucius ff. de vulg.* & per consequentias vitiat testamentum. Huius rei exemplum fit in specie, qua testator ab institutis posthumũ exhæredauit, à substitutis verò præterijt, & deliberantibus institutis decessit posthumus: nam, si postea deficiant instituti puta repudient, quia res deducitur ad secundum gradum, qui ab initio vitiosus est, ideò testamentum infirmatur, & per consequentias hæreditas nec ad substitutum pertinet, nec ad coniunctum, sed ad venientes ab intestato, non obstãte, quod posthumus, tamquàm defunctus eo tempore, quo nondum ei deferebatur hæreditas, non potuerit hæres existere † *d. l. si à* 77 *primo 8. & d. l. si posthumus. 14. in prin. vers. Imo, & si defuncto ff. de lib. & posth.* Vnde, si à primis hæredibus posthumus exhæredatus sit, à secundis verò præteritus, & à tertijs exhæredatus, & deliberantibus primis moriatur posthumus, deinde repudient instituti, hæreditas nec ad secundos, nec ad tertios, sed quasi rupto testamento ad legitimos hæredes pertinebit † *d. l.* 78 *si posthumus. 14 in prin. vers. Itaque, ff. de lib. & posth.*

Planè ita demum verum est, si res ad eum statum reducatur, vt amoto præteritionis vitio debuerit hæreditas ex testamento deferri substituto, † *vt est de mente Bald. in l. 1. nu.* 79 *8. vers. Sed tu oppones C. de Sacr. Eccl. dicentis ideò in l. pen. ff. de iniu. rup. cessare ius accrescendi, quia causa testati erat redacta ad gradum substitutorum, à quo filius erat præteritus*, vt euenit, cum substitutionis conditio purificatur, puta moritur institutus, vel repudiat, vel aliter fit inhabilis ad adeundum † *d.* 80 *l. si posthumus 14. in prin. & vers. Imo, & si, & vers. Itaque, & vers. Nam & cum duobus ff. de lib. & posth. d. l. pen. & ibi supplendo declarat Castr. num. 1. vers. in text. ibi Tertio ff. de iniust. rupt.* siuè substitutio facta sit vni tantum, † *vt declarat Tren-* 81 *tac. de subst. d. part. 1. cap. 15. num. 14. vers. Aut si in hoc secundo*, siuè singulis separatim, † *vt in d. l. si posthumus. 14. in princ.* 82 *vers. Nam, & cum duobus ff. de lib. & posth. & declarat Trent. d. part. 1. cap. 15. num. 14.* &, siuè idem sit omnibus substitutus, siuè diuersi, † *vt in d. l. si posthumus. 14. in prin. vers. Nam, &* 83 *cum duobus.* Cæterum, si ad eum statum non reducatur, verius est, non impedire nec excludere ius accrescendi. † Hu- 84 ius rei multa possunt exempla afferri.

Primùm in specie, qua testator vni tantum substituit, &, non is deficit, cui facta est substitutio, sed eius cohæres: nam portio vacans accrescet alteri cohæredi, qui suam portionem adiuit, † nec oberit ei, quod habeat substitutum, à quo po- 85 sthumus est præteritus, quia cum per aditionem ab eo factam defecerit substitutionis conditio ita, vt etiam amoto præteritionis vitio non potuerit habere locum sit, vt eius non sit habenda ratio. *Et ita in specie docet Trentacinq. d. part. 1. cap. 15. num. 14. vers. Si verò loquimur.*

Secundùm exemplum afferri potest in specie, qua testator substituit omnibus cohæredibus non disiunctim, sed coniunctim: nam tunc, quia substitutionis conditio non purificatur per vnius deficientiam, *vt ostendimus in hoc cap. quæst. 21. num. 1. & seqq.* & hac ratione non posset esse locus substitutioni, ideò fit, vt non censeatur ruptũ testamentum, & per consequentias nec exclusum ius accrescendi. † Et ita 86 accipio *d. l. si posthumus 14. in princ. ff. de lib. & posth.* dum ait, hæreditatem ad venientes ab intestato pertinere, si deficiant instituti, puta omittant hæreditatem, † & hoc modo vide- 87 tur innuere, non sufficere vnius deficientiam, vt scilicet intelligatur, cum substitutio facta est coniunctim, quia, sic disiunctim sufficeret vnius deficientia ad infirmandum testamentum, *vt patet ex d. l. si posthumus. 14. in prin. vers. Nam, & cum duobus.*

Tertium exemplum fit in specie, qua substitutus ante purificatam conditionem decessit: nam tunc verius est, ius accrescendi non censeri per substitutionem ex causa præteritionis inutilem exclusum etiamsi instituti postea defecerint, puta hæreditatem repudiauerint; † Nam posthumus ita demum 88 rumpit testamentum, si res ad eum casum reducatur, in quo deberet hæreditas ad eum gradum pertinere, à quo posthumus est præteritus, & sic ad gradum substitutorum, † *d. l. si à* 89 *primo 8. d. l. si posthumus. 14. in prin. ff. de lib. & posth. & d. l. pen. ff. de iniust. rup.* Cum igitur præmortuo substituto non possit

ei

ei deferri hæreditas postea repudiata, Consequens est, vt
posthumus non possit testamentum rescindere.
90 Nec est contrariũ, quod gradus cẽseatur ab initio nullus†
91 d.l si à primo quia id procedit, † si ei locus aperiatur, aliàs non
d.l si posthumus, & d l pen. quod patet ex eo, quia, si instituti
adeant hæreditatem non rumpitur testamentum, propterea
quod per talem aditionem efficitur, vt substitutioni locus
esse nequeat d.l.pen.ff.de inius.rupt & nos diximus supra n.85.
Idem est, & si ab initio sit substitutus incapax, aut is, qui non
92 erat in rerum natura: † Nam posthumus non potest in lo
cum substituti, qui non est, succedere, d.l.pen vers Iam enim ff.
de iniust.rup. & eo modo rumpere gradum, qui non est d.l.
nam, & si sub conditione.5.vers.Post defectum ff.eo.
Tertius denique casus est, quando non extraneus, sed co-
hæres cohæredi substitutus est, Et tunc receptissima est om-
nium conclusio, talem substitutionem, etiamsi sit inutilis, si
uè effectum non habeat, non tamen excludere ius accrescen-
93 di, † Ita enim scripserunt Bart. in d. l. re coniuncti num. 37. &
ibi Rip num.137. vbi ait, ita omnes communiter tenere, Ang. in
d.l si posthumus.14 in princ.vers.Sed hoc non placet ff. de lib. &
posth. Alex cons.109 nu.2.vers.Fuerunt autem vol.2. Soc Sen.
in d.l.1.num 48 vers Circa secundum, & nu 73 in fi.ff. de vulg.
Cagn in d l.un.nu.55.vers Limitatur prædicta. & ibi Purp.nu.
90.C.quand non pet.part Pereg.de fideicommiss art.15.num.39.
94 quia, † cum augendi, seu confirmandi iuris gratia fuerit fa-
cta, consequens est, vt non debeat operari diminutionem ex
regula l.legata inutiliter.14.ff de adim legat.l. legata inutiliter.
19.ff de leg. 1. quam in his terminis considerant Bart. in d. l re
coniuncti nu.39.vers.Rationes & ibi Rip num.137. in fi. Bart.in
d.l.pen num.3.vers.Sed, quando ff.de iniust.rupt. Alex.d consil.
109.num.3.vol.2. Soc Sen in d l.1.num.48.vers.Rationes prædi
ctorum ff.de vulg.Cagn.in d.l.un.num.55.vers.Limitantur præ-
dicta C.quand.non pet part. Trentacinq de subst.d part.1.cap.15.
num.16.vers Nec etiam obstat Idque non solùm procedit, si
substitutio sit inutilis ex alia causa, quam ex causa præteri-
tionis, puta quia initio non constiterit, vel facta sit caduca,
95 aut quasi caduca, † in quibus terminis loquuntur Alex.d.cons.
109.num.2.vers Fuerunt autem vol. 2. Trentacinq.d. part.1.
cap.15.num.15. Pereg de fideicommiss d.art.15.num.39 & sen
tiunt etiam omnes relati supra num.49. dum indistinctè loquũ-
tur, quo casu res omni prorsus dubitatione caret, scilicet quia,
96 † si non excludit ius accrescendi, substitutio vtilis, vt ostendi-
mus in 9.cap.qu.16.num. 5. Consequens est, vt multò minus
id excludere debeat substitutio inutilis, vt considerant Rip.in
d.l.re coniuncti num.138.versic.Tu considera, & Trentacinq.d.
part.1.cap.15.nu.16.vers.Tertiò probatur, sed procedit etiam
si inutilis ex causa præteritionis: Nam, si testator instituat
primum, & secundum, & ab eis posthumum exhæredet, de-
inde institutos inuicem substituat, licet in substitutione repe
tat posthumi exhæredationem, non tamen impedietur ius
accrescendi si alteruter ex institutis deficiat, puta moriatur,
aut repudiet hæreditatem. Itaque cohæres, qui suam por-
tionem adiuit, partem etiam vacantem per ius accrescendi
97 consequetur † d l pen.vers.Sed si ego, & ibi Bart.Bald. Ang.
Imol.Castr.& alij ff.de iniust.rupt.Polit.de substit.partic.6.num.
53.& in d.l re coniuncti nu 73. vers Quantum ad secundum,
Ant.Fum.de coniunct cap.10.num 8 Trentacinq. de substit. d.
part.1.cap.15.num 15 & 16. vbi testatur hanc esse communem
opinionem, Duar.de iur accr.lib.2.cap.16 Et ratio est, quia
98 † ius accrescendi non mutat gradum, vt diximus in 9.cap.q.
14 num. 12. Itaque cohæres, qui cohæredis deficientis par-
tem per ius accrescendi consequitur, dicitur eam habere ex
primo gradu, quem posthumus, tamquam ab eo exhære-
datus rumpere non potest, cum eum solummodò gradum
rumpat, à quo præteritus est, vt diximus supra num.58. Et
ita in specie declarant Bart.in d.l.pen nu.3. vers. Hæc ratio non
placet ff de iniust.rupt.& Duar.d lib.2.de iur.accr.cap.16.
Illud sanè verum est, non consecuturum cohæredem par-
tem deficientis iure substitutionis, quippè, quæ inutilis est ex
99 causa præteritionis, sed iure accrescendi, † vt declarant Bart.
in d.l pen.num 3.vers Et sic hoc casu ff.de iniust.rupt. Rip.in d.l.
re coniuncti num.137. Trentacinq. de substit. d.part. 1. cap 15.
num.16. Nam, quod dicimus, in arbitrio illius esse, vtrum
cohæredis partem velit consequi iure accrescendi, an verò
iure substitutionis, procedit, quando substitutio est valida,
secundum ea quæ diximus in eodem cap.9.qu 14 num.30. Cæ-
terum, quando est inualida, & inutilis, verius est, non posse
eam consequi alio iure, quam iure accrescendi, quippè, quod
vitiatum non censetur, licet vitiata sit substitutio, ex regula,
quod, quando in vnam, & eandem personam duo iura con-
currunt, licet alterum sit inutile, non tamen alterum vitia-
tur, vt retulimus in eodem 9.cap.qu.14.num.48.
Nec obstat, si dicatur, imò succedere etiam iure substitu-
tionis, † vt censuit Polit in d tract.de substit.partic 6 num.53. 100
vers. Ego sustinere & in d.l.re coniuncti num.73.vers. Ego susti-
nere, quippè, quæ censetur valida eo ipso, quod est collata
in personam cohæredis, à quo posthumus fuerat exhæreda-
tus, quasi talis exhæredatio censeatur facta, siuè cohæres suc-
cedat ex primo gradu, siuè ex secundo quia cum exhæreda-
tio non fiat à persona, sed à gradu † l.3.§.filius ff.de lib & posth. 101
Consequens est, vt, si ab vno gradu facta sit, non censeatur
ab alio repetita, licet eadem persona ex vtroque vocetur,
† vt animaduerterunt Rip.in d.l. re coniuncti num. 137. versic. 102
Sed ab ista ratione, & Trentacinq.d.part.1.cap.15 nu.16. Qua-
mobrem, si idem institutus sibi ipsi substitutus sit (quod in-
terdum fieri posse constat † ex l.sed si plures.10.§.fin.& l. vlt. 103
§.1.ff.de vulg.l.1.§ si proponatur ff.si quis om caus. testam.l.si ita
scriptum.8.in prin.ff.de bon.poss.sec.tab.) & ab eo, tamquam in-
stituto posthumus sit exhæredatus, tamquàm verò substitu-
to præteritus, & repudiet ex institutione, non poterit ex
substitutione hæreditatem obtinere, sed rupto testamento
fiet intestatæ successioni locus, † & hoc ideò, quia gradus, 104
cui factus est locus, vitiosus est ob posthumi præteritionem,
tametsi collatus sit in personam eius, à quo fuerat in alio
gradu facta exhæredatio, secundùm ea, quæ supra diximus.
Minus obstat, si dicatur, locum Scæuolæ in d.l.pen.vers.Sed
si ego ff. de iniust. rupt. videri probare, cohæredem succedere
etiam iure substitutionis, eo ipso, quod aduersatiuè loquitur,
dicendo, Sed, si ego, & Titius inuicem substituti sumus, nam, 105
quia aduersatiua natura est, vt tam in iure, quam in facto
aduersetur † l sed, si plures.10 in princ.ff.de vulg cum simili- 106
bus, Consequens videtur, vt, cum in specie præcedenti sub-
stitutus non succedat, debeat in subsequenti succedere, vt
arguit Rip in d.l.re coniuncti num.137 in fin. & num.138. quia
respondeo, aduersatiuam ibi † suam propriam naturam reti- 107
nere, & tamen non sequi, debere cohæredem succedere iure
substitutionis: Nam, & ibi aduersatur in facto, quia in spe-
cie præcedenti fuerant substituti extranei, in sequenti ve-
rò cohæredes, In iure verò, quia in præcedenti nec substitu-
tus succedit, nec cohæres, sed posthumus, At verò in subse-
quenti succedit cohæres non quidem iure substitutionis, sed
iure institutionis, &, sic ex primo gradu, à quo posthumus
fuerat exhæredatus, Denique in præcedenti cohæres nec
cohæredis repudiantis partem consequitur, nec suam, In
subsequenti verò consequitur vtramque, sed iure institutio-
nis, non substitutionis. Ita in specie respondent Trentacinq.de
subst.d.part.1,cap.15.nu.16.vers.Et si deinde.
Denique non obstat, quod, vbi cohæres cohæredi substi-
tutus est, talis substitutio tamquàm coniuncta cum iure ac-
crescendi sumit eius naturam, vt diximus in 9.cap.qu.32.n.1.
quæ est, vt præteritione posthumi non rumpatur, si is à por-
tione principali fuerit exhæredatus, † vt in proposito conside- 108
rat Polit.de substit.d.partic.6 num 53.vers.Ego sustinere, & in
d l.re coniuncti num.73.vers Ego sustinere, quia respondeo hoc
procedere † in substitutione valida, non in inualida: quip- 109
pè, quæ dici non potest coniuncta cum iure accrescendi,
& naturam eius assumere, cum non entis nullæ sint qualita-
tes l eius qui. 41.ff.si cert pet Et his quidem casibus cessat ius
accrescendi, cum de pagani testamento loquimur.

SVMMARIVM.

1 Ius accrescendi in testamento militis cessat, si in testamento
dixit aliquid ex quo talis eius voluntas prohibetur.
2 Ius accrescendi cessat in testamento militis si ita dixit instituo
Titium in bonis tantùm castrensibus & nu.24.
3 Ius accrescendi habet locũ in testamento militis si cõstet, eum
voluisse partem vacantem accrescere coniuncto, & nu 12.
4 Militis in testamento sola ipsius voluntas spectatur, atque
seruatur.

5 Ius

5 *Ius accrescendi non hæreditarium, quod inter coniunctos habet locum in legatis & fideicommissis, in dubio etiam in testamento militis procedit, & nu. seq.*
7 *Intellectus l. similes, 32. ff. de milit. test.*
8 *Militis in testamento omnia locum habent, quæ ex defuncti voluntate descendunt.*
9 *Ius accrescendi hæreditarium, quod nascitur ex vi coniunctionis, in dubio etiam in testamento militis locum habet.*
10 *Coniunctio, etiam in testamento militis, locum habet.*
11 *Coniunctio est causa iuris accrescendi.*
13 *Militis in testamento, est etiam locus coniecturis, & tacitæ voluntati, & num. 138.*
14 *Ius accrescendi hæreditarium, quod non inducitur ex vi coniunctionis, sed ea ratione, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, si sumus in casibus, in quibus miles distinxit patrimonia puta, quia vnum instituit in bonis castrensibus alterum verò in paganis, aut in altero genere bonorum neminem instituit, in dubio habet locum in testamento militis, & nu. seqq. sed contra num. 19. & seqq. Amplia nu. 65. & seqq. Limita nu. 70. vsque ad num. 76.*
15 *Intellectus l. 1. C. de testam. milit. & nu. 49. cum seqq.*
16 *Intellectus l. si certarum. 18. §. Iulianus ff. de mil. testam. & num. 53.*
17 *Intellectus l. ex militari. 11. §. vlt. cum 2. ll. seqq. ff. de mil. test. & num. 54.*
18 *Intellectus l. si filius, 42. ff. de bon. lib. & nu. 55. cum seqq.*
23 *Intellectus l. 2. C. de test. mil. latissimè, & nu. 94.*
27 *Aduersatiuæ natura est, vt qualitas præcedentis casus, censeatur etiam in sequenti repetita.*
28 *Aduersatiua præcedētibus aduersatur retēto eodē themate.*
34 *Bona castrensia non trahunt ad se paganica, nec paganica trahunt ad se Castrensia, & nu. seq.*
36 *Intellectus l. filius. 42. §. Papinianus ff. de bon. lib. & num. 92. & 151.*
38 *Intellectus l. si duobus. 38. ff. de mil. test.*
39 *Intellectus l. hæreditate, 19. §. filiusfamilias, ff. de Castr. pecul.*
40 *Intellectus l. ex militari 11. §. vlt. ff. de mil. test.*
43 *Miles si sciat se habere paganica, & simpliciter hæredem instituat, censetur de toto patrimonio disposuisse; secus si ignoret.*
44 *Fictio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero.*
45 *Bona castrensia, & bona paganica militis, quasi duorum hominum duæ hæreditates intelliguntur, & num. 120. Declara num. 123.*
46 *Miles qui distinguit castrensia, & paganica bona, censetur duorum testatorum iure fungi.*
47 *Coniunctio nulla considerari potest inter vocatos à diuersis testatoribus ad diuersas hæreditates.*
59 *Miles quoties distinguit patrimonia & vnum instituit in castrensibus, alterum verò in paganicis, aut in altero genere bonorum neminem instituit hoc ipso censetur prohibere ius accrescendi & declarare mentem suam esse, vt cætera non accrescant instituto; sed pertineant ad venientes ab intestato: Amplia num. 60.*
61 *Prohibitus succedere per ius accrescendi non censetur prohibitus succedere ab intestato: Fallit nu. 63. Et declara, vt num. 64.*
62 *Exclusus à iure veniendi ex testamento, non censetur exclusus à iure veniendi ab intestato.*
65 *Miles potest pupillariter substituere filio in castrensibus tantùm & non in aliis.*
64 *Miles potest efficere, vt filius cui pupillariter substituit, decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & num. 85. & 109.*
67 *Institutus à milite primò in paganis, deinde in castrensibus separatim, non cogitur vtrumque patrimonium suscipere; sed poterit vnum amplecti, & aliud repudiare; Declara num. 75.*
63 *Quando duo iura concurrunt in persona vnius, perinde habetur, ac si concurrerent in persona diuersorum.*
69 *Institutio censetur coniuncta cum iure accrescendi, quoties Vnus & idem ex diuersis partibus institutus est; nisi in testamento militis, qui patrimonia distinxit.*
70 *Ius accrescendi habet locum in testamento militis, quoties vnum instituit in bonis, quæ sunt in vno loco, & alium in bonis quæ sunt in alio aut aliter bona distinxit, quàm sub nomine castrensium & paganicorum; Amplia num. 71. Sed contra num. 73.*
72 *Ius accrescendi habet locum in testamento militis, qui non distinxit patrimonia, sed rerum, aut vnciarum fecit mentionem, & num. 76. cum seqq. Latissimè, Sed contra nu. 98. & seqq.*
75 *Institutus à milite in vno patrimonio, si aliud non sufficiat æri alieno, cogitur vtrumque suscipere, & creditoribus respondere, aut vtrumque creditoribus relinquere.*
77 *Instituto à milite in re certa, vel in certa quantitate totum accrescit, si de residuo non disposuerit; Sed contra numer. 99.*
78 *Miles si duos ex certis rebus instituerit, & neminem hæredem vniuersalem scripserit tota hæreditas accrescet in rebus certis institutis; Sed contra nu. 100.*
80 *Instituto in re particulari à milite, tota hæreditas accrescit, si institutus vniuersaliter deficiat: Sed contra nu. 101.*
81 *Miles si vnum instituat ex parte hæreditatis, puta vncia, vel semisse, & de residuo non disponat, totum accrescit instituto; Contra num. 102.*
84 *Ius accrescendi de vno patrimonio ad aliud non datur.*
85 *Eadem dicuntur de substitutione pupillari à milite facta, quæ dicuntur de institutione ab eo facta in propriis bonis.*
86 *Intellectus l. 3. C. de test. mil. & num. 129. & 141. & seqq.*
87 *Intellectus l. si certarum. 18. in prin. ff. de milit. test. & num. seqq. & num. 146. cum seqq.*
88 *Appellatione cæterarum rerum omne residuum continetur; Declara num. 91.*
93 *Intellectus l. cogi. 16. §. sed & si miles ff. ad Trebell.*
95 *Miles in dubio censetur potius velle vti iure communi, quàm iure singulari.*
96 *Miles in dubio censetur, velle in totum testatum decedere.*
97 *Militis in testamento locum habent ea omnia, quæ ex defuncti voluntate proficiscuntur.*
104 *Ius accrescendi in testamento militis non habet locum inter cohæredes omninò disiunctos.*
106 *Miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus; Amplia vt ibi, & 134.*
107 *Miles si instituat vnum in vncia alterum in castrensibus, qualiter succedant, & an sit locus iuri accrescendi.*
110 *Intellectus l. si miles vnum. 6. ff. de mil. test. & nu. seqq.*
116 *Militis in testamento non est opus probatione voluntatis ad hoc, vt cesset ius accrescendi: Sed ad hoc, vt locum habeat.*
118 *Intellectus l. si duobus. 38. ff. de milit. testa. & num. seqq. latissimè.*
124 *Differentia, quæ est inter militem, & paganum, non consistit in voluntate, & facto, Sed in potestate, & iure.*
130 *Intellectus §. hæreditas vers. Non autem instit. de hæred. instit. & num. seqq.*
135 *Militis in testamento ea tantum habent, quæ procedunt à voluntate testatoris, non etiam ea, quæ veniunt ex potestate, & subtilitate iuris.*
136 *Ius accrescendi est de subtilitatibus iuris ciuilis.*
137 *Ius accrescendi inducitur ex fictione, & interpretatione extensiua, non etiam præsumptiua.*
139 *Valet argumentum à tempore ad rem.*
140 *Valet argumentum ab vna specie iuris accrescendi ad aliā.*
141 *Miles vtrum instituat aliquem in re certa, an in quota multum interest: Sed contra num. seq.*
147 *Particularis omnium rerum distributio, habetur pro vniuersali dispositione.*
149 *Institutio a milite facta dicitur capere authoritatem à iure communi, quoties ex verbis testatoris apparet talem fuisse ipsius voluntatem.*

An, & quando ius accrescendi locum habeat in testamento militis.

QVÆSTIO XXXIV.

NVnc uideamus de testamento militis, & dispiciamus, an, & quando in eo cesset ius accrescendi. Vtque autem

autem supponimus, non constare de ipsius militis voluntate, quia alioquin res careret dubio: nam, si certum esset, eum noluisse rem ad coniunctum pertinere, puta, quia in testamento dixisset aliquid, ex quo talis eius voluntas probaretur, secundùm ea, quæ de testamento pagani diximus *in hoc cap. qu. 19. num. 10. & seqq.* non esset haud dubiè de iure ac-
1 crescendi disputandum † *l. 1. vers. Et liquido, & ibi gl. in verb. nam voluntas militis, vers. Non obstat. & Castr. nu. 2. & 4. vers. Tertio opp. Ias. n. 12. vers. Et tenendo C. de test. mil gl. in l. quamquam. 3. in verb. apparet C. eod. Azo in summ. C. eod. nu. 8. Ang. de Gamb. de test. gl. 59. num. 2. Alciat. in d. l. re coniuncti, nu. 56. & lib. 4. Parad. cap. 9. num. 2 Goz. ad in l. vn. n. 2. vers. Non obstat text C. quand. non pet. part. Cagn. in rubr. C eod. num. 11. versic. Prædicta, & num. 23. Crass. in § testamentum qu 8. nu. 5. Et est de mente Bart. in l. 1. num. 70. C. de Sacros. Eccl.* quia certi iuris est, posse militem ius accrescendi prohibere *vt diximus in hoc cap. qu. 16. num. 16.* Exemplum sit, si miles ita dixerit, Institiuo
2 Titium in bonis tantum castrensibus † *vt scribunt ij quos referemus infra nu. 24. quorum opinio in se vera est, licet reprobetur, quatenus accommodatur ad speciem l. 2. C. de test. mil. vt ibi dicemus.* Et simili modo, si constaret, eum voluisse, partem vacantem accrescere coniuncto, non esset dubitandum, quin ius accrescendi locum haberet, etiam in eius testamento
3 † *l. si duobus. 38. vers. Nisi ff. de mil. test. & scribunt gl. in d. l. 1. in verb. nam volūtas militis vers. Si autem miles & ibi Ias. in prin. C. eod. Azo. in d. summ. Cod. eod. num. 9. Imol. in l. 1. §. si ex fundo num. 47. vers. Et sic patet, & num. 88. vers. Et per prædicta ff. de hered. inst. Dec. in rubr. Cod. quand. non pet. part. in secunda lect. num. 4. & ibi Purpur. nu. 10. vers. Sed ista responsio, Ant. Fum. de coniunct. cap. 8. nu. 3. Men. de præsumpt. lib. 4. præs. 86. nu. 8. Cuiac. ad l. si filius. 42. §. Papinianus ff. de bon. lib. in 13 lib. quæst. Papin. & ad d. l. si duobus. 38. ff. de mil. test. in 7. lib. quæst. Paul.* vtpotè, in quo sola ipsius militis voluntas spectatur, atque seruatur
4 † *d. l. 1. C. de test. mil. l. 1. in fraudem. 16. § sicut, & l. eius militis. 36. § fin. ff. eodem § hæreditas, vers. Neque enim, inst. de hered. inst. l. licet. 19. C. de pact.*

Cœterùm, si simus in dubio, magna solet esse quæstio, an locum habeat ius accrescendi. Constat autem in hac re varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est, quando tractamus de iure accrescendi non hæreditario, idest, de eo, quod inter coniunctos locum habet in legatis, & fideicommissis, Et in hoc casu certi iuris est id
5 etiam in testamento militis habere locum. † *Ita enim censuerunt omnes, qui simpliciter scripserunt, in testamento militis regulariter habere locum ius accrescendi, quos referemus infra num. 76. quorum opinio data coniunctione verissima est, licet ea cessante à nobis improbetur infra nu. 103. & seqq.* Itaque si miles eandem rem duobus legauerit, siuè coniunctum, siuè disiunctum, alterutro deficiente totum ad collegatarium pertinebit, vel per ius accrescendi, si legauerit coniunctim, vel per
6 ius non decrescendi, si disiunctim, † *secundùm Iustiniani distinctionem in l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. quam exposuimus in 4. cap. q. 2. n. 6 & in cap. 5. q. 3. nu. 1. & qu. 37. num. 4* quod nō obscurè probat *l. si miles. 32. ff. de milit. test.* vbi Marcellus, *Si miles, inquit, Titio, & Seio seruum legauerit, & eum Titius manumiserit deliberante Seio, moxque is legatum omi-*
7 *fisset, liberandum fore dico:* nam his verbis significat, † libertatem inutiliter seruo datam ab vno ex legatarijs confirmari, si posteà collegatarius repudiet, *vt etiam scribitur in l. si heres. 3. vers. Idemque est ff. de manu. vind.* Cuius rei non alia est ratio, quam, quia pars repudiantis ita collegatario accrescit, vt retrofingatur eius fuisse ex die aditæ hæreditatis *l. si Dominus 17. §. si coniunctim, & l. quia retro. 35. ff. ad l. Aquil. Et in specie d. l. si miles. 32 declarant ibi gl. in verb. liberandum, & Bald. & Ang.* Id, quod patet ex his verbis sequentibus, *quia, & si heres seruum alicui legatum interim manumisisset, deinde legatarius repudiasset, liber esset,* quippè quibus probat Marcellus superiorem decisionē argumēto ducto à similitudine, quemadmodum, si heres manumittat seruum alteri legatū prius, quam à legatario repudietur, licet nulla videatur manumissio, tamquàm ab eo facta, qui Dominus non est, tamen confirmatur, si posteà legatarius à se repulerit legatum *l. 1. ff. de manu. vind. l. si heres. 3. ff. de manu. vind.* scilicet, quia per talē repudiationem dominium serui retrofingitur fuisse hæredis ex die aditæ hæreditatis *l. proinde. 8. ff. si cert. pet. l. seruum filij 46. §. 1. ff. de leg. 1.* perinde ac, si nunquam fuisset legatus *l. nam, sicut 36. in prin. ff. ad l. Aquil. l. leg. 1. l. id autem. 75. ff. ad l. Falc.* ita etiam, si ex duobus legatarijs vnus seruum legatum manumittat, prius, quam ab altero repudietur, licet inualida sit manumissio, tāquam ab eo facta, qui serui Dominus insolidum non est, tamen secuta postea repudiatione, debet confirmari, quia talis repudiatio operatur, vt seruus retro fingatur fuisse manumissoris ex die aditæ hæreditatis non minus, quam heredis, quippè, cui passim in hoc coniunctus comparatur *d. l. nam. sicut. 36 in pri. ff. ad l. Aquil. d. l. si heres. 3. ff. de manum. vind.* Habet igitur Marcellus in confesso, partem legati repudiatā ita coniuncto accrescere in testamento militis, vt in testamento pagani; Quod etiam ratione comprobatur: † nam in testamen- 8
to militis omnia locum habent, quæ ex defuncti voluntate descendunt, *vt diximus in 2. c. q. 2. n. 50. & dicemus infra n. 97.* Sed ius accrescendi non hæreditarium descendit ex voluntate defuncti, *vt ostendimus in d. 2. c. q. 2 n. 47.* Debet igitur id etiā in testamento militis habere locum. Deniq; cum etiam in huiusmodi testamento locum habeat coniunctio quæ in legatis, & fideicommissis est iuris accrescendi causa, *vt ostendimus in 3. cap quæst. 2 num. 3.* scilicet, quia ita miles vt paganus potest duos, aut plures in eadem re coniungere, *vt mox dicemus,* Consequens est, vt & ipsum ius locum habere debeat *l. illud. 32 ff ad l. Aquil. à Titio. 108. ff. de verb. oblig.*

Secundus verò casus est, quando tractamus de iure accrescendi hæreditario, quod nascitur ex vi coniunctionis, idest, de eo, quod habet locum inter hæredes cōiunctim institutos, *secundùm ea, quæ diximus in eodem 3. c. q. 2. nu. 4. & seqq.* Et in hoc pariter casu dubitandum non est, quin etiam in testamēto militis id habeat locum: † *Ita enim censuerunt omnes qui* 9
simpliciter scripserunt etiam in testamēto militis habere locū ius accrescendi, quos referemus infra nu. 76. quorum opinio etiam in hoc casu est verissima, licet cessante coniunctione a nobis improbetur infra n. 103. & seqq. Et in specie de coheredibus coniunctis scribit Rustic. ad l. cum auus. 101 in proem. c. 2 n. 89. ff. de cond. & dem. Et est de mente omnium, quos referemus infra n. 48. dicentium ideò non esse ius accrescendi inter institutum in castrensibus, & institutū in paganicis, quia inter eos nulla datur coniunctio: Sentiunt enim, si daretur coniunctio haud dubiè locum habiturum. Deniq; eiusdem sententia fuerūt omnes, quos referemus infra n. 76. & seqq. existimantes locum esse iuri accrescēdi, etiāsi miles instituat aliquem in re certa, vel quota, quo casu nulla subest coniunctio: nā ijdem multo magis censent locum habere, si coniunctio subsit, quia † cum etiam in huiusmodi testamentis lo- 10
cum habeat ipsius iuris accrescendi causa, idest coniūctio † *vt* 11
habere supponunt Bald. in d. l. 1. n. 4. vers. Sicque etiam, & ibi Ang. in fi. Alex. n. 8. C. de test. mil. Crass. in d. § testamentum q. 8 nu. 6. Consequens est, vt & ipsum ius accrescendi locum habere debeat, *secundùm ea, quæ supra diximus.* Et sanè, † quoties 12
constat, militem voluisse portionem deficientis ad cohæredem pertinere, non est dubitandum, quin etiam in eius testamento locum habeat ius accrescendi, *vt diximus supra nu. 3.* Sed, vbi miles duos, aut plures coniunxit, constat haud dubiè de tali voluntate, scilicet, quia ex coniunctione colligimus voluntatem defuncti, *vt diximus in 2. cap qu. 2 num. 2* cum miles coniungendo duos, aut plures censeatur eos habere, vt vnum corpus, & per consequentias vnum in portione alterius ita prædiligere, vt velit alijs omnibus præferri, *vt diximus ibi num. 2.* Ergo etiam in testamento militis locum inter coniunctos habebit ius accrescendi *Ita arguit Rustic. in d. l. cum auus. 101. in proem. cap. 2. num. 89.*

Nec obstat, si dicatur, voluntatem hanc non esse expressam, sed tacitam, & coniecturatam, *vt diximus in eodem 2. cap. qu. 2 num. 5. & seqq.* Ideòque in militis testamento non esse attendendam *ex ijs, quæ dicemus infra num. 138. & seqq.* quia respondeo, Imo etiam in testamento militis locum esse coniecturis, & tacitæ voluntati, † *vt latè ostendunt Mantic.* 13
de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 1. num. 16. & Rustic. in d. l. cum auus in proem. cap. 2. num. 88. eamque seruandam esse, dummodò vis, & proprietas verborum non repugnet, prout non repugnat in proposito, *vt latè ostendemus infra numer. 138. & seqq.*

Tertius casus est, quando tractamus de iure accrescēdi hæreditario, quod nō inducitur ex vi cōiunctionis, sed ea ratione, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus,

secundùm ea, quæ diximus in 3.cap.q.2.num,6. & sumus in casibus, in quibus miles distinxit patrimonia, puta vnum instituit in bonis castrensibus, alterum verò in paganicis, aut in alteruiro genere bonorum neminem instituit, & quærimus, an de vno genere patrimonij ad aliud sit ius accrescendi, Et tunc duæ fuerunt nostrorum interpretum sententiæ, Prima existimantium etiam in hoc casu locum habere ius accrescẽdi, nisi contraria militis voluntas probetur. † *Fuit hæc senten-*
14 *tia Alcia.in d.l.re coniuncti,num.56.& lib.4 Parad.cap.9.num.* 2. Mouentur autem, vt ita sentiant

Primò *l.1.C.de testa.mil.* vbi Antoninus, *Frater tuus miles*, inquit, *si te specialiter in bonis, quæ in paganico habebat, hæredem fecit, bona, quæ in castris reliquit, petere non potes, etiamsi is, qui eorum institutus est, adire ea noluerit sed ab intestato succedentes veniunt modo si in eius locum substitutus non es, & liquido probetur, fratrem tuum castrensia bona ad te pertinere noluisse: nam voluntas militis in expeditione occupati pro iure*
15 *sumitur*, Quibus verbis significat,† hæredem à milite institutum in paganicis non posse petere castrensia, & sic ei castrensia non accrescere, si liquidò probatur, militem noluisse talia bona ad eum pertinere. Ergo, si hoc non probetur, ad eum pertinebunt, & per consequentias in dubio locum habebit ius accrescendi in testamento militis, etiamsi patrimonia distinxerit. *Ita arguit Alcia.d.lib.4.Parad.cap.9.num.2.*

Secundo mouentur *l si certarum.18.§.Iulianus, ff. de mil. testa.* vbi Caius, *Iulianus etiam ait*, inquit, *si quis alium castrensium rerum, alium cæterarum scripsisset hæredẽ, quasi duorum hominum duas hæreditates intelligi, vt etiam in æs alienũ, quod in castris contractum esset solus is teneatur, qui castrensiũ rerum institutus esset extra castra contracto ære alieno, is solus obligetur, qui cæterarum rerum hæres scriptus esset. Cui scilicet conuenienter videtur respondisse, vt ex quaqua causa debeatur militi, vel huic hæredi, vel illi ipso iure debeatur. Quod si alterutra pars bonorum æri alieno, quod ex ea causa pendebit, non sufficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte hæres institutus est nõ adierit, alterum qui adisset compellendum, aut defendere totam hæreditatem, aut totam creditoribus soluere*; nam ex his verbis
16 apparet, † etiamsi distincta sint à milite patrimonia, vno tamen ex institutis non adeunte, partem eius alteri accrescere, & per consequentiam, etiam in testamento militis, qui patrimonia distinxit, ius accrescendi habere locum.

Tertiò videtur hęc pars comprobari *Lex militari 11 §.vlt. cum 2.ll.seqq.ff.de mil.testa.* vbi Vlpianus *Si filiusfam.* inquit, *ignorans patrem suum decessisse, de castrensi peculio in militia testatus sit, non pertinebunt ad hæredem eius patris bona sed sola castrensia*, Cuius rei Papinianus hanc subijcit rationem: *Milites enim ea dumtaxat, quæ habent scriptis relinquunt.* Deinde sequitur Vlpianus, *Idem est & si de testamento mutando cogitauerit, non, quia adimere volebat castrensia bona hæredi scripto, sed quia de paternis testari volebat, & alium hæredem scribere*;
17 nam hic diligenter obseruandum est, duos Vlpianum † considerare casus in eo, qui testatus est de castrensi peculio iure militari; Aut enim ignorãs patrem suum decessisse, mortuus est, Et tunc nulla subest ambiguitas, quia certum est, ad institutum non pertinere bona paterna, sed sola castrensia, quia, vt subijcit Papinianus, milites ea duntaxat, quæ habent, scriptis relinquunt, idest, ea tantum darę volunt, siue dant positiuè, quæ sciunt, se habere, cum in ijs, quæ se habere ignorant non possit dandi voluntas positiua considerari. Aut verò prius quàm moriatur, intelligit, patrem suum decessisse, & consequenter, se habere etiam bona paganica, Et tunc, si cogitet de mutando testamento, & instituendo in paternis alio hærede, fatetur Vlpianus, idem esse dicendum, quod de ignorante dictum est. Cœterum, si non cogitauerit de mutando testamento, videtur a contrario sensu innuere, non esse idem dicendum, quia frustra requireret cogitationem mutandi testamenti, si etiam sine ea non possent bona paterna ad hęredem in castrensibus institutum pertinere. Omnimodo igitur significat, etiam in testamento militis qui scit, se habere, & castrensia, & paganica bona, locum habere ius accrescendi, si de castrensibus tantum disposuerit.

Quartò facit *l. si filius.42. alias incipit qui patri §. Papinianus ff.de bon lib.* vbi Papinianus, *Castrensium bonorum Titium libertus hæredem fecit*, inquit, *cœterorum alium, adita est a Titio hæreditas, magis nobis placet, nõdum patronum bonorũ possessionem contra tabulas petere posse. Verum illa quæstio interuenit, an omittente eo, qui reliqua bona accepit, pars eius Titio accrescãt, ac si partem eiusdem hæreditatis accepisses; Verius mihi videtur, intestati iure deferri bona cœtera. Titius igitur hæres non poterit imutare manumissorem suũ Titio nihil auferatur, nec cœteris bonis, quæ nondũ ad causã testamenti pertinent*; nam hæc verba,
† licet probent omittente eo, qui fuerat in cœteris bonis institutus, non esse locum iuri accrescendi, sed bona deferri patrono ab intestato venienti, videntur tamen probare saltem patrono non existente, locum esse iuri accrescendi; Diligenter enim ponderanda sunt illa verba. *nec cœteris bonis quæ nondũ ad causam testamenti pertinent*, quippè, quæ significare videtur posse adhuc cętera bona ad testamenti causam pertinere non obstante, quod institutus ea omiserit. Non possunt autẽ pertinere, nisi per ius accrescendi, quia iure principalis institutionis non possunt pertinere ad Titium, quippè, qui fuerat in solis castrensibus institutus, neque iure substitutionis, cũ nulla legatur ibi à milite facta substitutio. Ergo iure accrescendi, & sic possunt etiam in testamento militis bona paganica ad institutum in castrensibus per ius accrescendi pertinere. 18

Quinto, & vltimo videtur hæc pars ea ratione probari, quia miles in dubio censetur velle vti iure communi, *vt dicemus infra nu. 95.* Sed de iure communi instituto in certo genere bonorum accrescunt alia, siuè de ijs non fuerit dispositum, siuè dispositum, & postea vacent, *vt ostendimus in 7. cap.q.7 num.1.& qu.10.num.1.* Ergo debent etiam accrescere in testamento militis.

His tamen non obstantibus verissimum esse puto, quod alij frequentiùs tradiderunt, non habere ius accrescendi locũ in testamento militis, qui patrimonia distinxit. † *Ita enim* 19
generaliter loquentes tradiderunt Bart.in d.l.re, nu 3. ff de acq. hæred Bald.in l.2.C de testa.mil. Imol in d l.1 § si ex fundo n 43. vers. Interdùm verò miles ff.de hæred inst. Alex. in d.l. 1. nu.1. & 6. versic. in gl.2.C.de testa.mil.Cagn.in rubr.C.quand.non pet. part num.24 versic Vnde melius. Et specialiter loquentes censuerunt omnes, quos referemus infra nu.98.& seqq. Quemadmodum & ij, qui scripserunt ius accrescendi non habere locum in diuersis vnius hominis hæreditatibus, vt Ang.in l.1. in prin.C. de testa mil Gul.Ben.in d cap. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelasiam num.140.fine, in diuersis hæreditatibus, quæ ex vno testamento deferuntur, vt Gratia cap.270. discep foren. nu.59 fine, quando vna hæreditas pro duabus hæreditatibus reputatur, vt Ias.in d.l.1 in prin Cod de test.milit. Denique huius opinionis fuerunt etiam omnes, qui simpliciter tradiderunt in testamento militis non habere locum ius accrescendi, quos referamus infra nu.104.& multò magis ij qui censuerunt, non habere locum, etiam si miles rerum, aut vnciarum mentionem fecerit, quos referemus infra n.98.& seqq nam ijdem multò facilius cẽsent non habere, si patrimonia distinxerit. Idque procedere, siuè de vno tantum patrimonio disposuerit, siuè de vtroque nam, si vnum instituat in paganicis, & de castrensibus non disponat, non accrescent castrensia hæredi scripto, sed ad venientes ab intestato pertinebunt † *Ita scripserunt glo. in d. l. 1. in* 20
verb nam voluntas militis, vers. si autem miles, & ibi Ang.nu.1. & 4. vers.in gl.ibi alij dicunt, & Alex.nu.1.& 9.in prin.& vers. Pro hoc etiam, & Ias.in prin C.de test.mil gl.in l.si miles vnum n.6. in verb.creditur ff eod. Azo in Summ.C.eo.9. Bald.in l.2.C eod. Cagn in d rub.Cod.quand.non pet.part.num 11.vers.Prædicta. Clar.in §.testamentum q.16.nu.2.vers.Aliquando autem Crass. in §.testamentum q.8.nu 3. Et simili modo, si instituat vnum in castrensibus, & de paganicis non disponat, non accrescent paganica instituto, sed pertinebunt ad venientes ab intesta-
to, † *vt scribunt gl in d.l. 1. in verb.nam voluntas militis, vers.* 21
Si autem miles, & ibi Ang.nu.5.Castr.nu.1.& 4.vers.in gl.ibi, alij dicunt, & Alex nu.1.& 9.in prin.& vers.Et tenendo, & Ias. in prin.C.de testa.mil.gl.in d.l.2.in verb.possidebit.& ibi Bald.C. eod.gl.in d.l si miles vnum n.6 in verb.creditur ff.eod.gl.in §. hæreditas, in verb.totius as & ibi Vigl.nu.5.inst. de hæred. inst. Azo. in d.Summ C.de test mil.nu.9. Imol.in d.l.1.§.si ex fundo nu.85. in fi.ff de hæred inst.Soc.Iun.in l. centurio.15. numer.88. versic. Similiter ff.de vulg.Cagn.in d.rub C.quand.non pet.part.nu. 11. versic.prædicta, Clar.in d.§ testamentum qu.16.num.2.versic. Aliquando autem, Crass.in d.§ testamentum quæst. 8. num.3. Cuiac.ad d.l si filius.42.§.Papinianus ff.de bon. lib. in 13. lib. quæst. Papin. Denique si duos instituat hæredes, vnum in

castrensibus, alterum verò in paganicis, licet alteruter deficiat, non tamen patrimonium illi assignatum alteri accrescet
22 sed ad venientes ab intestato pertinebit, † *vt scripserunt gl. in d. l. 1. in uerb nam voluntas militis, versic & distingue, & ibi Bart. & Bald. in prin. & num. 2. Ang. in prin & numer. 5. Castr. num. 1. & 4. vers. in gl. ibi, alij dicunt, Alex. num. 1. & 3. Ias. in prin. & num. 2. Dec. num. 1 & 3. C. de testa. mil. gl. in l. si duobus. 38. in verb si duobus ff. eod. Azo. in d. summ. C. eod. num. 7. Imol. in d. l. §. si ex fundo, num. 86. ff. de hæred. inst. Cagn. in d. rub. Cod. quand. non pet. part. num. 11. vers. prædicta, Clar. in d. §. testamentum quæst. 16. num. 3. Crass. in d. §. testamentum qu 8. num. 4. Duar. ad tit. ff. de mil testa cap. 6 Cuiac ad d. l. si filius. 42. §. Papinianus ff de bon. lib. in 13 lib quæst. Papin.* Probatur autem hæc sententia

Primo *l. 2. Cod. de testa. mil.* vbi Antoninus, *Miles*, inquit, *si castrensium tantummodo bonorum commilitonem suum instituit heredem, cœtera bona eius vt intestati defuncti mater eius iure possidebit. Quod, si extraneum scripsit heredem, isque adijt hereditatem, bona eius in te transferri non iure desideras*;
23 nam ex his verbis apertè constat, † hæredi a milite instituto in castrensibus non accrescere paganica, sed ea ad venientes ab intestato pertinere.

Nec est, quod respondeas, hoc ideò fieri in specie huiusce legis, quia testator expressisset dictionem taxatiuam, dicendo, instituo tantummodo in castrensibus, & ea ratione censebatur ius accrescendi prohibuisse, † *Quomodo respondet Sa-*
24 *lyc. in d. l. 1. C. de testa. mil.* quia verius est, illam dictionem, tan-
25 tummodo, positam in textu, non esse † testatoris, sed Imperatoris, qui, vt ostenderet, militem non instituisse commilitonẽ in omnibus suis bonis, sed tantũ in castrẽsibus necessariò debuit apponere dictionem illam taxatiuã, sed ob id non significat, testatorem ita fuisse locutum. Quamobrem in ea vis facienda non est, *vt rectè animaduerterunt Alex in d. l. 1. num. 9. & ibi Ias. num. 6 C. de testa. mil.*

26 Minus est, quod respondeas, legem hanc procedere, † quoties miles instituit commilitonem in castrensibus, secus verò, quoties in ijs instituit extraneum: nam tunc verius videtur, talem institutionem esse trahendam etiã ad bona paganica, *vt censuerunt quidam veteres, quorum opinionem refert gl. in d. l. 2. in verb. quod si extraneum vers. alij contra, & ibi probat Dec. num. 1. & 2. C. de test. mil. gl. in d. l. si filius. 42 § Papinianus, in verb. intestati, vers. sed videtur ff. de bon. liber.* Idque triplici fundamento, Primò quia Antonius ibi frustra fecisset mẽtionem de commilitone, si idem iuris esset, quoties extraneus institutus est: Satis enim fuisset dicere, militem castrensium tantummodo bonorum instituisse hæredem non adijciendo, cõmilitonem: Itaque verisimilius est, hoc eum cum misterio fecisse, vt scilicet denotaret, aliud esse iuris in extraneo, *vt ibi considerat Dec. n. 1* Secundò, quia de commilitone fecit mentionem conditionaliter, Dixit enim, *Miles, si castrensium tantummodo bonorum commilitonem suum instituit hæredem, cœtera bona eius vt intestati defuncti mater eius iure possidebit.* Itaque significat, ita demum, matrem ab intestato habiturã cętera bona, si miles castrensium tantummodo bonorũ instituerit hæredem commilitonem. Ergo, si non commilitonem, sed extraneum hæredem instituerit, quia deficit eius legis conditio, non habebit mater cœtera bona. Tertiò demum, quia postea aduersatiuè subijcit, *Quod si extraneum scripsit hæredem, isque adijt hereditatem, bona eius in te transferri non iure desideras*; nam aduersatiuæ natura est, vt qualitas præ-
27 cedentis casus censeatur etiam in sequenti repetita, † *vt scribunt Dec. in l. 1. num. 27. vers. Non obstant ff. de off. eius, Soc. Iun. consil. 83. num. 12. & 13. uol. 1. Alb. consil. 142 num. 6. Surd. cons. 315 num. 2.* & præcedentibus aduersetur retento eodem the-
28 mate, † *Dec. in l. bonorum 7. in 2. lect. num. 26. Cod. qui adm. ad bon. poss. & in l. si donatione. 13. num. 3. C. de collat. Rub. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè, num. 143. ff. de lib. & posth. Soc. Iun. dict. consil. 83 num. 15. & 16. & cons. 102. num. 14 uol. 1. Ceph. cons. 341 num. 27. & consil. 343 num. 7. Surd. d. consil. 315 nu. 2. Pereg. cons. 4. nu. 4. 19. & 21. vers. Secundò vol. 2.* Cum igitur in præcedenti casu proponatur institutio commilitonis facta in castrensibus, Consequens est, vt & in eisdẽ facta debeat intelligi extranei institutio, quæ aduersatiuè subijcitur, *vt arguit Dec. in d. l. 2. n. 2. C de testa mil.* quod etiam (secundum eum) videtur habere rationem: nam, cum miles instituit commilitonem, mouetur ex causa militiæ, *vt ait gl. in d. l. 2. in verb. quod si extraneum* ideòque videtur velle vti priuilegio militari, & decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. At, cum instituit extraneum, non mouetur ex causa militiæ, sed communi, ideòque videtur velle vti iure communi, secundum quod est locus Iuri accrescẽdi. *Ita Dec. in d l. 2. n. 2. C. eod.* quoniam hæc sententia meritò fuit ab alijs communiter improbata: Verius enim est, in hoc nihil referre, vtrum miles commilitonẽ an verò extraneũ hæredẽ instituerit, † *vti videre est* 29
apud gl in d. l. 1. in verb. nam voluntas militis, vers. Si autẽ miles; & ibi Alex. n 10 in fi vbi ait, ita omnes communiter tenere C. de test. mil gl. in d. l. 2 in verb. commilitonem C. eod. Azo. in d summ. C eod n. 9. Nã in alijs locis, in quibus tractatur de institutione castrensium, & scribitur eis non accrescere paganica, non fit mentio de commilitone, sed simpliciter dicitur, militẽ aliquẽ
hæredem instituisse in castrensibus, † *vti videre est in d. l. si fi-* 30
lius. 42. §. Papin. ff. de bon. lib. l. hæreditate. 19. §. filius ff. de castr. pecul l. ex militari. 11. § si ff. de mil. test. ideòque, cũ simpliciter, & indistinctè loquantur, debent etiam indistinctè intelligi, siuè fuerit institutus commilito, siuè extraneus, *ex regula l. de pretio. 10 ff. de Publicia,* maximè cum nulla inter eos possit afferri ratio diuersitatis, *ut mox ostendemus.*

Nec obstat, quod Antoninus fecerit mentionem de com-
militone, quia respondeo non ideò hoc fecisse, † quod in eo 31
vis aliqua consistat, sed, quia ita euenerat, vt commilito fuisset à defuncto hæres institutus, vt in simili dicitur *in l. item veniunt. 22. §. aut Senatus ff de pet. hæred.*

Minus obstat, quod talis mentio fuerit facta conditionaliter, quia respondeo conditionem non fuisse expressam respectu personæ, sed respectu bonorum: Nam enim significat
Antoninus, † ad matrem pertinere bona paganica, si miles ca- 32
strensium tantummodo bonorum instituerit hæredem commilitonem, sed, si commilitonem instituerit bonorum tantũm castrensium, non etiamsi castrensium, vt vis sit in bonis, non in persona commilitonis. Quamobrem ex hoc rectè quidem inferemus, non posse matrem vendicare cętera bona, si etiam in alijs commilitonem hæredem instituerit, sed non, si in Castrensibus instituerit extraneum.

Denique non obstant illa verba sequentia, *Quod si extraneum, &c.* quæ stant aduersatiue, quia respondeo illa præcedentibus aduersari non in qualitate personæ, sed in qualitate
institutionis: nam hoc significat Antoninus, † si miles in- 33
stituerit tantummodo commilitonem in Castrensibus, & non alium in cœteris, matrem iure possidere bona paganica, quod, si in alijs instituerit extraneum, tunc matrem non iure desiderare, vt ea in se trãsferantur, vtpotè, quæ ex testamento debent ad extraneum hæredem institutum pertinere, vel respondeo, illa verba, stare aduersatiuè, tàm respectu personæ, quàm respectu bonorum: nam, quia commilitones, vt plurimum non simpliciter instituuntur, sed in bonis tantùm castrensibus, extranei verò, idest, non militantes, vt plurimum instituuntur simpliciter, propterea quod illorum institutio ex occasione militiæ, & bonorum ibi acquisitorum, & fortassis etiam ibi existentium proficiscitur, horum verò institutio pendet à cognatione, vel alijs causis, quæ non sunt ad aliqua bonorum genera restrictæ, ideò ad hoc respiciens Antoninus, posteà quam dixit, si miles commilitonem castrensium tantummodo bonorum hęredem instituerit, cętera ad matrem ab intestato succedentem pertinere, rectè per modum aduersantium subijcit, Quod si hæredem Instituerit extraneum (non quidem in solis bonis castrensibus, sed simpliciter, vt assolet, & sic in tota hæreditate) isque adierit, matrem non iure desiderare, vt bona sibi ab intestato addicãtur, quod hæres testamẽtarius legitimis hæredibus præferatur. Quem esse verum eiusce loci sensum intelligimus ex illis verbis, *isque adijt hereditatem*, quippe, quæ significant, extraneum ad hæreditatem, & sic ad assem fuisse vocatum; rei enim appellatione tota res intelligitur, *ut diximus in 5 cap. qu. 13 nu. 24.* Aduersatiua igitur non fuit adiecta respectu institutionis castrensium, sed respectu institutionis factæ de extraneo simpliciter, vt aduersetur ei, quæ in solis castrensibus fuit facta de commilitone. Et ita locum hunc esse accipiendum censeo. Quod, vt existimẽ, præter ea, quę supra dicta sũt, me maximè mouet illud, quia data paritate institutionis nulla re vera potest inter extraneum, & commilitonem considerari

rari ratio diuersitatis, cur potius illi, quàm huic in castrensibus instituto, debeant accrescere paganica: nam, & si demus, commilitonis institutionem pendere ex occasione militiæ, non tamen hoc impedit, quin affectio possit esse talis, vt eum velit testator totum suum patrimoniũ habere. Contra verò, licet institutio extranei pendeat ex alia causa, non tamen hoc efficit, vt miles censeatur velle vti iure communi, si vis, & proprietas verborum refragetur, prout refragatur, quoties eum instituit in solis castrensibus, *ut latiùs ostendimus infra num.* 138. Quamobrem verius est, data paritate institutionis, idem de extraneo, quod de commilitione dicendum, quia, si simpliciter, aut hic, aut ille fuerit hæres institutus, totam hæreditatem adeundo consequetur, si verò fuerit institutus tantummodo in castrensibus non habebit paganica siuè sit cõmilito, siuè etiam extraneus *secundùm ea, quæ supra diximus*.

34 Denique non est, quod respondeas, † in hoc differre bona castrensia à paganicis, quod illa non trahant ad se paganica, *vt in d l. 2. C testam mil d. l. si filius. 42 § Papinianus, ff. de bon. lib. d. l hæreditate 19. §. filiusfam. ff. de castr pec. d l. ex militari. 11. §. vlt ff de mil. testam.* hæc verò contra trahant ad se castrensia, nisi contraria probetur militis voluntas, *vt in l. 1. C. eod. Quomodo respondebant quidam veteres, quorum opinionem refert gl. in d. l. 1 in verb probetur, versic. Aly dicunt, & ibi probat Dec. num. 7. versic. Sed certè, C. eod. & simpliciter respondet gl. in d l. 2. in verb possidebit, & in verb. quod si extraneum C. eod.* quoniam hæc opinio communiter ab omnibus reprobatur, quod verius sit, nec paganica castrensibus, nec castrensia paganicis accrescere, † *vt videre est apud eos, quos retulimus supra nu. 19 & seqq Et in specie docent gl. in d l. 1. in verb. nam voluntas militis, vers. Et distingue, & ibi Alex. num. 3. vbi testatur supradictam distinctionem communiter reprobari, & Iasnum. 10. vers. Alia solutio C. de test mil.* nam, cum bona castrensia, & bona paganica considerentur, vt diuersæ, & diuersorum hominum hæreditates *l. si certarum. 18, §. 1. ff. de milit. test. & latiùs dicemus infra num. 45,* Consequens est, vt vnaquæque earum debeat censeri principalis, & per consequentias non possit ab alia trahi, *vt declarat Iasin d l. 1. nu. 6. vers. Alia solutio C. eod* Et hoc est, quod sensit Baldus *in d. l. 2. C. eod.* dũ eius legis summariũ ita concepit. Institutio nõ trahit ad se institutionẽ in hæreditatibus æquè principalibus.

35 (see line above: margin number 35 stands beside "sia paganicis accrescere")

Secundò probatur hæc sententia *d. l si filius. 42. §. Papinianus ff. de bon. l. b. cuius integra verba retulimus supra num.* 18. *vers. Quarto.* Nam ibi Papinianus loquens de milite liberto, qui castrensium bonorum Titium hæredem fecerat, cæterorum alium, quærit, an omittente eo, qui reliqua bona accepit, accrescant Titio, & ita respondent, *verius mihi videtur, intestati iure deferri bona cætera*, quibus verbis apertissimè significant, † bona paganica omittente eo, qui in eis fuerat institutus, non accrescere Titio, qui fuerat institutus in castrensibus, sed ad venientes ab intestato pertinere.

36 (margin number beside "ficant, † bona paganica")

Nec est, quod respondeas, hoc esse receptum fauore patroni, † *secundùm ea quæ ex quorundam sententia dicemus infra nu* 127. quia, præter id, quod Papinianus simpliciter ait, *intestati iure deferri bona cætera* & consequenter nõ restringit se ad aliquam personam, cui ab intestato deferãtur, sed generaliter significat, deferri omnibus, nullus etiam in hoc patroni fauor considerari solet, *vt ostendemus infra nu.* 128. *& seqq.*

37 (margin number beside "troni, † secundùm ea")

Tertiò probatur *l. si duobus. 38. ff. de mil. test. cuius verba referemus infra num.* 118. *vers. Secundò*, nam, & hic locus potest intelligi † de milite, qui patrimonia distinxit, vt facile erit ex ijs intelligere, quæ ibidem latiùs dicemus.

38 (margin number beside "intelligi † de milite")

Quartò probatur *l hæreditate. 19 § filiusf. ff. de Castr pecul.* vbi Tryphoninus, *Filiusf. paganus de castrensi peculio fecit testamẽtum* inquit, *& dum ignorat patri se suum hæredem extitisse, decessit, non potest videri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse, quamuis id in milite etiam nũc respectum sit, quia miles ab initio pro parte testatus, & pro parte intestatus poterat mori, quod ius iste non habuit non magis, quam si sine obseruatione legũ fecerit testamentũ. Necessariò ergo castrẽsis peculij hæres scriptus vniuersa bona habebit, perinde, ac si pauperimus homo facto testamento decessisset ignorans, se locupletatum per seruos alio loco agentes:* nam ex illis verbis, *quamuis id in milite etiam num rescriptum sit*, intelligimus, † hæredi instituto in castrensibus non accrescere paganica, sed ea ad venientes ab intestato pertinere.

39 (margin number beside "nis id in milite")

Quintò probatur *l. ex militari.* 11. §. *vlt. ff. de mil. test. cuius verba retulimus supra num. 17 vers. Tertio*, nam Vlpianus ibi † perspicuè scribit, ad institutum in castrensibus non pertinere paganica, quæ miles se habere ignorabat. 40

Nec est quod respondeas id fieri propter ignorantiã militis, *in quibus terminis procedunt d. l. hæreditate. 19. §. filiusf. ff. de cast. pecul & d l. ex mil. 11. §. vlt. ff. de mil. test.* ideòque aliud esse dicendũ, si miles sciat, se habere etiã bona paganica, † *ut sentit Cuiac ad l. milites, 12. ff. de mil test. in 6. lib resp. Papin.* quia verius est, id procedere, etiam si miles hoc sciat, † *ut scribit gl. in d. l. ex militari. 11. §. vlt. in verb ignorans ff. de mil. test.* nam, si locũ habet in ignorante, multò magis debet habere locum in sciente, quia magis constat militem noluisse dare, quando scit, quam, quando ignorat: Cum enim scit, se habere bona, & castrensia, & paganica, & non dat, nisi castrensia, apertè cõstat, eũ noluisse dare paganica, quia, si hoc voluisset, facile ei fuisset id exprimere, vt expressit castrensia *l. un. §. sin autẽ ad deficientis, C. de cad. toll.* quæ ratio cessat, cum ignorat, quia facile posset quis præsumere, eum fuisse daturum, si sciuisset, se habere etiam paganica, vt dicimus de milite, qui scit, se habere filium, & eum non instituit: Censetur enim eo ipso exhæredare, & ab hæreditate excludere, secus verò, cum ignorat, se eum habere, quia, si sciuisset, eum verisimiliter instituisset *l si cuti certi. 9. & l. si cum, vel in vtero, 10. C. de test. mil* Cum igitur non censeatur dare, cum ignorat, scilicet, quia in testamento militis, requiritur actus positiuus, vt bona competant, Consequens est, vt multò minus censeatur dare, cum scit.

(margin numbers 41 and 42 stand beside "ut sentit Cuiac" and "ut scribit gl.")

Sanè vno casu putarim, multum referre, vtrum miles sciuerit, se habere paganica, an verò ignorauerit, cum scilicet heredem instituit simpliciter: † nam tunc si sciat patrem decessisse, censebitur de toto patrimonio disposuisse, & per consequentias ad institutum non solùm castrensia, sed etiam paganica bona pertinebunt. Cœterùm, si hoc ignoret, verius erit, non, nisi castrensia bona ad institutum pertinere, propter eam rationem, quam Papinianus affert *in d. l. milites, 12 ff. de mil test.* quod scilicet milites ea tantùm dare censentur, quæ habent, siuè, quæ se habere putant. Et in his terminis potest procedere distinctio, *Cuiac. in d. l. milites*, aliàs non. 43

Sexto, & vltimo probatur quia fictio idem operatur in casu ficto quod veritas in casu verò † *l si is, qui pro emptore. 15. ff de vsucap.* Sed inter eos, qui verè vocantur ad diuersas hæreditates, & veniunt ex diuersis testamentis non habet locũ ius accrescendi, *vt ostendimus in 5. c. q. 42. n.* 1. cum ex diuersis testamentis ius coniunctionis non contingat *l si sub conditione 16, ff quib. mod. vsuf. amitt.* Nec igitur locum habebit inter eos, qui ita vocari finguntur, licet re vera ad eandẽ hæreditatẽ, & ex eodem testamento vocentur; Huiusmodi sunt autẽ hæredes in diuersis patrimonijs à milite instituti, quia castrensia, paganicaque bona militis, quasi duorum hominum duę hæreditates intelliguntur † *d. l. si certarum, 18. §. 1 ff. de mil. test. & scribunt gl. in d. l. si filius. 42. §. Papinianus, in verb. eiusdem, ff. de bon. lib gl. in l. si cum militi. 16 in prin. in verb non audietur, ff. de compens. Cuiac. ad l. heredes. 26. §. 1. ff. fam. ercis. in 22. lib. Paul. ad edict. & ad d. l. cum militi. 16. ff. de compens. in 3. lib. q. Papin. & ad d l. si filius. 42. § Papin ff. de bon. lib in 13. lib. earundem q. Papin*, & miles, qui ea distinguit, censetur duorum testatorũ vice fungi, † *vt declarat Bald. in d. l. 1 num. 1. C. de testam. mil.* adeò, vt inter eos, quos ita instituit, nulla coniunctio considerari possit, † *vt scribunt Ang. in d l. 1. in prin. & ibi Ias. nu. 2. C. de test. mil. Cuiac. ad d l si filius. 42 §. Papinianus ff. de bon. lib. in 13. lib. quæst. Papin.* Imò, nec vlla æris alieni, aut nominum communio, scilicet, quia in æs alienum, quod in castris contractum est, is solus tenetur, qui castrensium rerum hæres institutus est, extra castra verò cõtracto ære alieno is solus obligatur, qui paganicarum rerum hæres scriptus est *l. si certarũ, 18. §. 1. vers. Vt etiam ff de mil. testam.* Et, simul modo, quaque ex causa debetur milit, vel huic hæredi, vel ipso iure debetur *d. l. si certarum. 18. vers. Cum scilicet*, in tantum, vt, si debitor alteri hęredum obligatus velit compensare, quod ab alio debetur, non sit audiendus *d. l. si cum militis, 16 in prin. ff de compẽs.* nec inter eos, tamquàm ad diuersa per constitutiones patrimonia vocatos locus sit familiæ erciscundæ iudicio *d. l. heredes, 26, §. 1. ff. fam. ercis.* Non habebit igitur inter eos ius accrescendi locum. † *Ita ratiocinantur glo. in dict. l. 1 in verb. nam voluntas militis, versicul. Et distingue, & ibi Bald. nu. 1.*

(margin numbers 44, 45, 46, 47 stand beside "l si is, qui pro emptore", "hæreditates intelliguntur", "vice fungi", and "vt scribunt Ang.")

num.1.Ang in prin.Castr.nu 3 Alex num.10.Iaſ num.2. Dec. num.1.C.de teſt.mil. Azo in ſumm C.eod num.7.Imol.in d.l.1.§. ſi ex fundo num.43.verſ.Interdum verò miles & num. 86.ff. de hæred inſt.Claud.T ut.in d l vn num.17.C.quand. non pet. part. Duar.ad tit.ff de mil.teſt.cap.6. Et accipiendi ſunt, qui ſimpliciter dixerunt, in diuerſis eiuſdem hominis hæreditatibus, ſiue in hæreditatibus quæ ex eodem teſtamento deferuntur, non habere locum ius accreſcendi, quos retulimus ſupra num.35.

Neque huic ſententiæ aduerſantur contraria: nam ad primum reſpondent veteres frequentiùs, illa verba, & liquidò probetur fratrem tuum caſtrenſia bona ad te pertinere noluiſſe,
49 ita eſſe intelligenda, † vt ſatis hoc dicatur probari, eo ipſo, quod miles diſtinxit patrimonia, & non probatur contrariū. Ita reſpondet Io. antiquus gl. vt refert gl.in d. l.1 in verb. probetur, & ibi ſequuntur Bart verſ.Opp infra, Bald.num.2. Caſtr. num.4.verſ.in text.ibi, Alex nu 2.vbi teſtatur, ita communiter omnes tenere, & Iaſ.num 8.vbi pariter teſtatur, hanc eſſe communem C.de teſt mil.& refert etiam gl in d.l.2.in verb poſſidebit C.eod.vt & in ſimili dicitur à gl.in l.2.in verb portionibus C.qui teſt.fac.poſſ.& in l planè.34.§.ſi eadem in verb. oſtendatur ff. de leg.1. à prædicta expoſitione videtur ea differre, quam affert gl.in d.l.1.in verb probetur, verſ.Tu dic C.de teſta.mil.dum ait,
50 illa verba, ita eſſe intelligenda, † ſi probetur, ſcilicet ex voluntate militis, quia ſi cum fecit hæredem in paganicis, videtur eum prohibuiſſe in caſtrenſibus, vt, quæ in vno conceſſit, in alio videatur prohibuiſse: nam hæc effectu eſt eadem cum expoſitione Ioannis, ſi credimus Bald.in d.l. 1.n.2. & ibi Alex.num.2.C.eod. Et, licet hæc reſponſio ſimpliciter, & ad corticem verborum intellecta videatur cōmentitia,
51 † eaque ratione reprobatur à Dec.in d l.1.num.5. verſ.Sed iſta C.de teſt mil.cum illa verba, Et liquidò probetur, ſimpliciter, & vti ſonant intellecta ſupponant, præſumptionem eſſe, quod miles voluerit etiam caſtrenſia ad inſtitutum pertinere, ideòque transferant onus probandi contrarium in eum, qui dicit aliud militem voluiſse, intellecta tamen, vt oportet, eſt ueriſ-
52 ſima: Nam Antoninus ibi non loquitur † de probatione uoluntatis, quæ reſpicit ius accreſcendi, quia ad hoc, vt illud ceſset, non eſset neceſsaria probatio voluntatis militis; Ceſsat enim eo ipſo, quod conſtat militem in vno tantùm genere bonorum hæredem inſtituiſse, ſed loquitur de probatione uoluntatis, quæ reſpicit ipſammet inſtitutionem: Significat enim bona caſtrenſia non pertinere ad fratrem inſtitutum, ſi liquidò probetur, militem noluiſse ad ea inſtitutum pertinere, idest, ſi liquidò conſtet, eum fuiſse in ſolis paganicis, non etiam in caſtrenſibus inſtitutum: Nam Imperator ibi reſcribit precibus à fratre oblatis, in quibus ſimpliciter dicebat, ſe fuiſse à fratre ſuo milite inſtitutum in bonis paganicis, & in caſtrenſibus fuiſſe inſtitutum alium, qui repudiauerat, ideòque, ſe prætendere, etiam caſtrenſia ad ſe pertinere, ſed, quia in iis patiebatur moleſtiam à cœteris ab inteſtato venientibus, puta fratribus non inſtitutis, petere ſibi moleſtiam inhiberi. Vnde Imperator, qui non videbat teſtamentum, non poterat determinatè reſcribere, ſed tantùm conditionaliter, ſi preces veritate nitebantur. Quamobrem ait, ſi frater inſtituit te hæredem in paganicis, & liquidò probetur, eum noluiſſe ad te pertinere caſtrenſia, idest, viſo teſtamento conſtiterit (neque enim de hoc mihi liquidò conſtat) te fuiſſe in ſolis paganicis, non etiam in caſtrenſibus inſtitutū, caſtrenſia petere non potes, ſed ea debent ad venientes ab inteſtato pertinere. Itaque probatio, de qua loquitur, ad formam inſtitutionis, non etiam ad ius accreſcendi eſt referenda. Ita rectè declarat Duar ad tit.ff de mil teſt cap.6.

Ad ſecundùm verò reſpondeo, locum illum continere ex-
53 ceptionem: † Nam regula eſt, inſtitutū in caſtrenſibus non accreſcere paganica, nec contra; Sed ab hac regula excipitur vnus caſus, cùm ſcilicet bona, quæ vacant, non ſufficiunt æri alieno, quod ex illa cauſa contractum eſt, & ob id à nullo agnoſcuntur, idest, neque ab inſtituto, neque à venientibus ab inteſtato: Tunc enim imponitur neceſſitas inſtituto in altero genere bonorum, vt, vel omnia bona defendat, vel omnia cedat creditoribus d l.ſi certarum. 18. §. vlt ff.de mil.teſta. Itaque in hac ſpecie accreſcunt bona non fauore hæredis, ſed fauore creditorum, & teſtatoris, creditorum, ne priuilegium militum in eorum iniuriam reſultet, contra l ſi impuberi.11.ff. de adm.tut.vt in his terminis conſiderat Imol.in d.l.1.§.ſi ex fundo nu.86.verſ.Saluo tamen ff.de hær.inſt. teſtatoris verò, ne alioquin illius bona, quæ vacant, vendantur ſub haſta, & eo modo miles defunctus iniuria afficiatur iuxta §.1. Inſt. quib. ex cauſ man.non lic.ut a gl.in d.l.1.in uerb. nam voluntas militis, verſ.Et diſtingue, & ibi Caſtr.num.4.verſ.ic.in gl.ſeq C.de teſt. mil gl.in d.l.ſi duobus.38.in verb ſi duobus, verſ Nec obſtat, & ibi Cuiac.in 7.lib quæſt.Paul.ff.eod. Azo.in ſumm.C.eod.num.7. Imol in d.l.1.§ ſi ex fundo num 86.verſ.Saluo tamen ff. de hæred.inſt.Cagn.in d l vn.num.62.verſic.Non obſtant adducta, C. quand.non pet.part.

Ad tertium reſpondeo, illa Vlpiani verba, Idem eſt, & ſi de teſtamento mutando cogitauerit, non, quia adimere volebat caſtrenſia bona hæredi ſcripto, ſed, quia de paternis teſtari volebat, & alium hæredem ſcribere, ſtare ampliatiuè.† non reſpe- 54
ctu eius caſus, in quo teſtator ſimpliciter cogitauerit de mutando teſtamento, ſed reſpectu illius, in quo cogitauit de mutando teſtamento ad hoc ſolùm, vt alium faceret hæredem in paternis, ideoque ab illis verbis non poſſe duci argumentum à contrario ſenſu, niſi in caſibus directò oppoſitis iis, qui in ampliatione continentur, quod, vt liquidò conſtet, diligenter animaduertendum eſt, præcedens Vlpiani dictum duo continere, ſcilicet ad inſtitutum in caſtrenſibus bona caſtrenſia pertinere, & ad eundem non pertinere paganica, & vtrumque dictum ampliari, vt procedat, etiam ſi miles cogitauerit poſtea de mutando teſtamento, non, vt adimeret caſtrenſia bona hæredi ſcripto, ſed, vt de paternis teſtaretur, & alium ſcriberet hæredem: nam & in hoc caſu idem eſt, quod & in ſuperiore, quia ad inſtitutum in caſtrenſibus pertinebunt quidem caſtrenſia, ſed non paterna bona. Ab hac igitur ampliatione ita poſſumus a contrario ſenſu argumētari, Ergo, ſi cogitauerit de mutando teſtamento, & adimendis bonis caſtrenſibus inſtituto, ne quidem caſtrenſia ad eum pertinebunt, quia ſola militis voluntate hæreditas adimitur l.in fraudem.16.verſ. Sicut, & verſ. Et ideò ff.de mil teſt. vel etiam ita argumentari poſſumus, Ergo, ſi cogitauerit de mutando teſtamento, vt de paternis bonis diſponeret, non, quia vellet facere alium hæredem, ſed, quia vellet totum relinquere inſtituto in caſtrenſibus, non erit idem ſeruandum, quia ad eum etiam paterna pertinebunt; Cœterùm ita argumentari non poſſumus, Ergo, ſi non cogitauerit de mutando teſtamento, non erit idem ſeruandum, quia, cum ampliatio non ſit ſimplex reſpectu cogitationis mutandi teſtamenti, ſed reſpectu cogitationis limitatæ, & qualificatæ, non debemus etiam à contrario ſenſu argumentari ſimpliciter, a ceſſante cogitatione, ſed à ceſſante cogitatione limitata, & qualificata.

Ad quartum, vt reſpondemus, neceſſariò nobis erit illius loci ſenſus, perplexus alioquin, atque difficilis explicandus. Veteres autem ita paſſim illum interpretantur, quaſi Papinianus ibi dicat, † ſi miles Titium inſtituat in caſtrenſibus, 55
Caium verò in cœteris, & omittente Caio Titius adierit paganicam hæreditatem ab inteſtato, non poſſe euitare patronum, quominus auferat illa bona, quia, cum ea non pertineant ad cauſam teſtamenti, ob id, quod à Caio fuerunt repudiata, & ad Titium non poſſint pertinere per ius accreſcēdi, neceſſariò debent illi competere, qui ab inteſtato potior ſit patronus, quam Titius, Conſequens eſt, vt patrono debeat illa bona applicari, non Titio, licet & ipſe ab inteſtato ſucceſſiuus eſſet omittente patrono, Ita locum illum interpretati ſunt gl.ibi in verb. Titius, & in verb.manumiſſorem Alex in d. l.1 num.7.Cod.de teſt. mil. Decepit eos corrupta eiuſce loci lectio: nam in vulgatis codicibus ita legitur initio, ab inteſtato adita eſt à Titio hæreditas, cum tamen illa verba, ab inteſtato, non legantur in Pand. Flor. nec vllo modo legi debeant, vti mox oſtendam. Deinde mendosè legitur in vulgatis editionibus, Titius igitur heres non poterit euitare manumiſſorem, cum Titio nihil auferatur, in cæteris bonis, quæ nondum ad cauſam teſtamenti pertinent, cum alioquin iuxta lectionem Flor. ita legendum ſit, Titius igitur heres non poterit inuitare manumiſſorem, cum Titio nihil auferatur, nec cœteris bonis, quæ nondum ad cauſā teſtamenti pertinent Quamobrem vera lectione poſita difficile non eſt, oſtendere commentitium eſſe veterum intellectum: Primum enim ſupponunt veteres, Titium fuiſſe etiam ab inteſtato ſucceſſurum, & amota perſona patroni potuiſſe adire hæreditatē, eaque

eaque ratione legunt, *ab intestato adita est à Titio hæreditas*;
At hoc omninò falsum est, vt ex eo intelligimus, quia, cum
tractetur de liberto. Consequens est, vt post patronum nul-
lus alius considerari potuerit, cui ab intestato deferri posset
hæreditas: Nam iure Digestorum, & tempore Papiniani le-
gitima hæreditas liberti non, nisi ex duplici capite defereba-
tur, scilicet suorum, & patronorum: Lex enim xij. tab. ab in-
testato vocabat suos, & iis deficientibus patronum *l. 3. ff. de
pet. hered. tit. inst. de succ. lib. in prin.* Quod, si neque suum, neq;
patronum libertus reliquisset, bona iure ciuili vacabant, &,
tamquàm vacantia fisco deferabantur, Et quamuis iure prę-
torio multæ bonorum successiones in eiusdem liberti bonis
darentur, ad excludendum fiscum, vt bonorum possessio, tũ.
quem ex familia, siuè, vt vulgò legitur, tamquàm ex familia,
& bonorum possessio, quæ dabatur cognatis manumissoris,
*vti constat ex § sunt autem vers. Quintò, & vers. Octauo, inst. de
bon. poss.* non tamen ob id dicere possumus, in specie Papinia
ni, Titium amoto patrono fuisse ab intestato successurum,
quia ex edicto prætoris huiusmodi personæ vocabantur ad
bonorum possessionem, sed non ad hæreditatem, quã prætor
dare non potuit *§. quos autem, inst. de bon. poss.* & tamen veteres
supponunt, Titium potuisse ab intestato adire hæreditatem.
eaque ratione legunt, *ab intestato adita est a Titio hæreditas*.
Meritò igitur illa verba *ab intestato* desunt in Pand. Flor. Se-
cundò verò supponunt, hæredem in cęteris bonis institutum
iam repudiasse in specie, de qua loquitur Papinianus, *in vers.
Titius igitur* & tamen hoc falsum est quia dicendo Papinia
nus, *quæ nondum ad causam testamenti pertinent* non obscurè
significat causam illorum bonorum pẽdere, nec adhuc sciri,
vtrum pertineant ad causam testamenti an verò ad causam
intestati, vt indicat illa dictio, nondum, quæ vim suspensiuã
habet, non exclusiuam *l. placet 4. ff. de lib. & posth.* Nec enim
ferendi sunt, qui *nondum* pro, *non*. poni censent aut contra,
56 *non*, pro *nondum* † *vt Ant. Fab. lib. 1. Coniect. cap.* 10. quia
nullibi genus hoc loquendi apud Iurisprudentes reperitur
contra vim verborũ, nec *in l. 2. ff. si pars hær. pet. l. si filius hæres.
16. ff. de lib. & posth. l. si duobus, 16. in princ. ff. de leg. 1 & l. Papi-
nianus. 8 § quoniam ff. de inoff. test.* nõ, pro nondũ ponitur, sed
omnimodo priuatiuè. vti Deo fauente latiùs alibi demõstra-
bimus. Omisso igitur intellectu veterum, videamus nos, quid
re vera sentiat ibi Papinianus. Proponit ante huiusmodi quę-
57 stionem. † Miles libertus patrono in testamento suo præterito
duo scripsit hæredes, Titium in castrensibus, & Seium in cę-
teris, Titius hæreditatem ex testamento adiuit, hæreditatem
scilicet castrensem, in qua fuerat hæres institutus, Seius verò
paganicam nec adiuit, nec repudiauit. quæsitum est an, dum
Seius deliberat, patrono sit danda bonorum possessio con-
tratabulas. Dubitationem faucbat illud, quia, quando liber-
tus duos instituit hæredes, sufficit alterum adire, vt patro-
nus ad contratabulas bonorũ possessionem admittatur *l. Iu-
lianus 43. de bon. lib.* nam, cum per huiusmodi bonorum pos-
sessionem patronus à singulis hæredibus auferat dimidiam
debitæ portionis, sequitur, vt, quicunque adierit, censeatur
patronum ad contratabulas bonorum possessionem inuitas-
se. Hoc tamen non obstante Papinianus, *Magis nobis placet*,
inquit, *nondum patronum bonorum possessionem contratabulas
petere posse*. Cuius rei, si quæras rationẽ, supponit Papinianus,
eam pendere a decisione illius quæstionis, an Seio posteà re-
pudiante, portio illius accrescat Titio; Quamobrem subiicit,
*Verum illa quæstio interuenit an omittente eo, qui reliqua bona
accepit perinde Titio accrescant ac si partem eiusdem hæredita-
tis accepisset*, cui quæstioni respondens, *Verius mihi videtur*,
inquit, *intestati iure deferri bona cætera*, idest, non accrescere
Titio, sed ad venientes ab intestato pertinere. Ex quo redeun-
do ad speciem primo loco propositam ita infert *Titius igitur
hæres non poterit inuitare manumissorem cum Titio nihil aufe-
ratur nec cæteris bonis, quæ nondum ad causam testamenti per-
tinent*, quibus verbis hoc significat, ex eo, quod dictum est, si
Seius postea omiserit, eius partem non accrescere Titio, sed ad
venientes ab intestato pertinere, constare, interim, quandiu
Seius deliberat, nõ posse patronum agnoscere bonorum pos-
sessionem contratabulas, quia Titius, qui adiuit, non potest
eum ad bonorum possessionem inuitare, idest, nõ potest effi-
cere, vt is possit petere bonorum possessionem cõtratabulas,
quia, aut eam vult agnoscere, vt à Titio auferat aliquid ex
castrensibus, & non potest, quia contra bona castrensia non
datur bonorum possessio contra tabulas † *l. 3. § patronus ff.* 58
*de bon. lib. l. nam in bona 31. ff. de mil. test. l. vlt. vers. si enim pa-
tronus. C. de inoff. test.* cum militibus libera de ijs rebus, quasi
in castris acquisierunt, data sit Principum constitutionibus
testamenti factio *l. si a milite 30. §. vlt. ff. de mil. test.* Quod si-
gnificat Papinianus illis verbis, *cũ Titio nihil auferatur*, Aut
verò vult eam agnoscere, vt auferat aliquid ex cęteris bonis,
& nec etiam potest, quia, cum nondum fuerit à Seio acquisi-
ta, quippè, qui adhuc deliberat, & consequenter nondũ per-
tineat ad causam testamenti, Consequens est vt eorum no-
mine non possit patronus agnoscere contra tabulas bonorũ
possessionem; Omnimodo igitur expectanda est deliberatio
Sei. quia, si adierit, dabitur patrono bonorum possessio cõtra
tabulas si verò omiserit, non dabitur, quia pars eius non ac-
crescit Titio sed iure intestati defertur ipsimet patrono. Hic
est verus eiusce loci sensus. ex quo intelligimus, non solũ non
obesse communi sententiæ, quæ vult, non dari ius accrescen-
di inter eos qui in distinctis patrimonijs fuerunt a milite hæ-
redes instituti, sed eam apertissimè comprobare; Nec esse fa-
ciendam vim in illis verbis *nondum ad causam testamẽti per-
tinent*, quippè quæ, licet significent, causam testamenti posse
adhuc habere locum, non tamen denotant, id fieri propter
spem iuris accrescendi, sed, quia Seius nondum repudiauerat
illa bona, ideòque poterat adhuc adeundo efficere, vt illa ad
testamenti causam pertinerent: Nec enim verũ est, Papinia-
num *in vers. Titius igitur*, supponere, iam repudiata fuisse à
Seio bona, sed, imò Seium deliberasse quia loquitur adhuc de
specie initio proposita, licet in medio inseruerit quæstionem,
quid statuendum sit, si postea Seius omiserit: Hoc enim ideò
factum est, vt ratio primæ quæstionis, & decisionis afferri
posset, vt ex ijs quæ diximus, facilè est intelligere.

Ad quintum denique respondent nostri frequentius, nos
hic non esse in dubio, quia, quoties miles distinguit patrimo-
nia & vnum instituit in castrensibus, alterum verò in paga-
nicis, aut in alterutro genere bonorum neminem instituit,
censetur hoc ipso prohibere ius accrescendi & declarare mẽ-
tem suam esse, vt cœtera non accrescant instituto, sed perti-
neant ad venientes ab intestato, † *vt declarant gl. in d. l. 1 in* 59
*verb. probetur vers. Tu dic & ibi Castr. nu. 4. vers. Dic ergo ra-
tionem, & Ias. num. 8. & 11. vers. item ad legem C. de testa. mil.
Ang. in l. pen. n. 3. vers. est autem tacita, ff. de acq. hered. Duar.
ad tit. ff. de mil. test. cap. 6. per ea, quæ dicemus inf. n. 19. & seqq.*
adeò, vt etiamsi hæres institutus sit idemmet ab intestato
successurus, bona pertineant ad eum, non tamquam venien-
tem ex testamento, & sic iure accrescendi, quippè, quod cen-
setur prohibitum, sed tamquam venientem ab intestato, † *vt* 60
*declarant gl. in d. l. 1. in verb. nam voluntas militis, vers. Et nisi,
& ibi Alex. num. 7. de testa. mil. Imol. in d. l. 1. § si ex fundo, nu.
86. vers. interdum verò, ff. de hæred. inst. Cuiac. ad d. l. si filius. 42
§ Papinianus. ff. de bon. lib. in 13. lib. quæst. Papin.* quia prohibi-
tus succedere per ius accrescendi, non censetur prohibitus
succedere ab intestato. † *vt scribunt Bald. in d. l. 1. num. 5. &* 61
*ibi Alex. n. 7. Dec. nu. 8. C. de testa. mil. Imol. in d. l. 1. § si ex fun-
do, nu. 86 vers. interdum verò ff. de hæred. instit. Zanch. in dict.
l. hæredes mei. 57. § cum ita part. 8. num. 277.* cum regulare sit,
vt exclusus a iure veniendi ex testamento non censeatur ex-
clusus a iure veniendi ab intestato † *l. nec is 17. § 1. ff. de acq.* 62
*hæred. & in his terminis considerat Alex. in d. l. 1. n. 7. C. de testa.
mil.* Planè, si prohibitio fuisset facta fauore aliorum venien-
tium ab intestato, tunc in persona prohibiti legitimam etiã
successionem impediret, † *vt scribunt Bald. in d. l. 1. n. 5. & ibi* 63
Alex. nu. 7. C. de test. mil. Sed hoc ita videtur accipiendum, vt
procedat in testamento militis, non etiam in testamento pa-
gani: nam de illo Baldus loquitur, & ad eius terminos vide-
tur se restringere, vt patet ex ratione, quàm posteà subijcit,
his verbis: *nam voluntas militis pro lege seruatur*, quibus si-
gnificat, † aliud esse in pagano dicendum. Et ita est, si reti- 64
neamus speciem, de qua Baldus ibi loquitur, cum scilicet pro-
hibitũ est ius accrescendi in persona hæredis instituti, & va-
let prohibitio firmo manente testamẽto, quo casu institutus
capiet patrimonium sibi relictum; Cęteri verò venientes ab
intestato, qui in succedendi gradu erãt instituto remotiores,
ob prohibitionem illorum fauore factam capient residuum.
Cęterùm, si loquamur in terminis prohibitionis factæ à

pagano,

pagano, res erit terminanda secundum decisionem illius quæstionis, quàm exposuimus *in hoc cap. q. 17. nu. 3 & seqq.* nam, si prohibitio iuris accrescendi vitiat testamentum, & reducit rem ad causam intestati, vt multi sentiunt, non obstabit instituto, quominus ipso iure ab intestato capiat hæreditatem, sed, an teneatur eam restituere sequentibus in gradu, quorum fauore facta fuit prohibitio. quæstio erit decidenda ex iis, quæ diximus *in hoc ipso cap. q. 18. n. . & seqq.* nam, si adsint verba, aut coniecturæ, ex quibus colligere possumus, eum voluisse grauare institutum etiam venientem ab intestato, vt hæreditatem restituat sequentibus in gradu, erit locus fideicommisso, aliàs prohibitio nihil operabitur. Si verò prohibitio non vitiat testamentum, sed ipsamet vitiatur, secundum aliam opinionem, quàm diximus veriorem, tunc nō obstante prohibitione capiet institutus totum, & an teneatur restituere per fideicommissum sequentibus in gradu, hoc ex supradictis coniecturis erit æstimandum *secundum ea, quæ ibi diximus*.

Ex his igitur apparet verissimam esse communem interpretum sententiam, quæ vult, in testamento militis regulariter non habere locum ius accrescendi, si fuerit ab eo distincta patrimonia. Idque adeo verum est, vt procedat.

Primo, non solum, si talis distinctio fuerit facta ipsamet institutione, sed etiamsi in pupillari substitutione: nam, si miles impuberi filio, quem habet in potestate substituat aliquem in paganicis, non accrescent ei castrensia, nec contra, sed ea ad legitimos pupilli hæredes pertinebunt, siuè de iis non fuerit à milite dispositum, casu, quo filius in pupillari ætate morere-
65 tur, siuè fuerit dispositum, & postea defecerint † *secundùm ea, quæ de institutione diximus supra nu. 19. & seqq. Ita Ang. in l. Sed, si plures. 10. § ad substitutos nu. 1 ff. de vulg.* nam, cum miles pupillariter substituendo perinde habeatur, ac, si de propriis bonis disponeret, *ut ostendimus in 9. cap. q. 37. n. 19.* & de propriis disponendo ius accrescendi excludat, si distinguat patrimonia, *vt supra dictum est*, Consequens est, vt censeatur etiam id excludere, cum ea distinguit pupillariter substituendo. Denique miles, vt ipse pro parte testatus, & pro parte intestatus potest decedere, ita etiam efficere potest, vt simili
66 modo decedat filius, pro quo facit testamentum † *vt declarat gl. in d. l. Sed si plures. 10. § ad substitutos in verb. militem, & ibi Imol. n. 7. vers. item not. ff. de vulg. Crass. in § substitutio q. 29 n. 3.*

Secundò procedit, non solum, si talis distinctio fuerit facta in personis diuersorum, sed etiam si fuerit facta in persona eiusdem: nam, si miles instituat aliquem in bonis paganicis, deinde in eodem, vel alio testamento instituat eundem in castrensibus, non cogetur institutus vtrumque patrimonium
67 suscipere, sed poterit vnum amplecti, & aliud repudiare, † *vt docet Bart. in d. l. ult. num. 3 ff. de acq. hered.* quia, quando duo iura concurrunt in persona vnius, perinde habetur, ac, si con-
68 currerent in persona diuersorum † *l. Iutorem. 22. vers. Discreta ff. de his, quib. vt ind.* Sed, quando miles instituit vnum in castrensibus, alterum verò in paganicis, quo casu iura concurrunt in persona diuersorum, non datur ius accrescendi de vno patrimonio ad aliud, *vt diximus supra nu. 10.* Nec igitur dari debet, quando vnum, & eundē instituit in vna testamēti parte in castrensibus, in alia verò in paganicis, quo casu iura concurrunt in persona eiusdem. *Ita argu. Bart. in d. l. ult. n. 3. ff. de acq. her.* Denique, cum ius accrescendi cohæreat portioni, non personæ *l. si T. 39. ff. de vsufr.* debet ex ipsius portionis natura æstimari, vtrum habeat, vel non habeat locum. Atqui natura bonorum castrensium, & paganicorum, quæ respectu totius dicuntur portiones hæreditatis *d. l. si certarum 18. § 1. vers. Quod, si alterutra ff. de mil. test.* est, vt non recipiat ius accrescendi, *sicuti demonstrauimus supra num. 19. & seqq.* Ergo, licet huiusmodi bona eidem personæ deferantur, non tamen poterit in eius persona locum habere ius accrescendi. *Ita etiam argu. Bart. in d. l. vlt. nu. 3. ff. de acq. hered.* Ex quo intelligimus, quod vulgò dicitur, institutionem censeri coniuncta cum iure accrescendi, quoties vnus & idem ex diuersis partibus institutus est, *ut ostendimus in 9 cap. q. 61. n. 4. & seqq.*
69 procedere † quidem in testamento pagani, sed non in testamento militis, qui patrimonia distinxit: Non potest institutio dici coniuncta cum iure accrescendi, quod in eo locum habere nequit, *vt supra diximus*.

Planè, si bonorum distinctio fuerit facta non sub nomine castrensium, & paganicorum, sed sub alio. puta, quia miles vnum instituat hæredem bonorum paternorum, alium verò maternorum, vel, vnum instituat prædiorum rusticorum, alium verò vrbanorum, vel, vnum bonorum Italicorum, alium verò prouincialium censent nostri frequentius ius accrescendi non impedir, sed eadem esse dicenda, quæ de pagani testamento dicuntur. † *Ita enim censuerunt omnes quos re-* 70
feremus infra n. 76 & seqq. Et in specie de milite instituente modo, quo supra Cuiac. ad l. qui non militabat. 78. ff. de mil. test. in 6. lib. respon. Papin. Idque putant procedere, etiamsi talis distinctio effectu contineat separationem bonorum castrensium, & paganicorum, vt euenit in eo, qui, cum haberet bona castrensia vltra mare, paganica verò citrà, instituit vnum in vltramarinis, alterum vero in citramarinis: nam, licet effectu perinde sit ac, si illum in castrensibus, hunc verò in paganicis instituisset, quia tamen in institutione non castrensium, aut paganicorum mentionem fecit, sed per locorum dissignationem patrimonia distinxit, ideò censent, huiusmodi institutiones secundum iuris communis dispositionem esse intelligendas, & per consequentias inter hæredes ita institutos locum habere ius accrescendi, † *vt videre est apud Bald. in d. l.* 71
1. num. 2. vers. Vel dic & ibi Castr. nu. 6. qui, licet dubitet, non tamen audet ab opinione Baldi recedere propter eius authoritatē, & sequitur etiam Alex. num. 10. C. de testa. mil. Quæ sententia pendet ab ea, quàm in sequenti casu proponemus: nam, † si 72
verum est, ius accrescendi locum habere, etiam in testamento militis, qui non distinxit patrimonia, sed rerum, aut vnciarum mentionem fecit, vt veteres passim putauerunt, *& nos referemus infra num. 76 & seqq.* verùm est, & illud, quod ex eorum sententia supra diximus, scilicet, quia, qui loca distinguendo hæredes instituit, non patrimoniorum, sed rerum videtur habere rationem, tametsi res diuersa patrimonia pertineant, *vt rectè dicebat Bald. in d. l. 1. nu. 2. vers. Vel dic.* At, si sequamur eam opinionem, quàm nos veriorem, & (vt credimus) hodie frequentiorem arbitramur, vt scilicet ius accrescendi cesset, etiamsi miles, rerum, aut vnciarum, non etiam patrimoniorum mentionem fecerit, *prout latiùs ostendemus infra n. 98. & seqq.* verùs etiam & illud erit cessare ius accrescendi cum miles vnum instituit in bonis Italicis, alterum verò in prouincialibus, vel vnum in paternis, alterum vero in maternis, vel vnum in prædiis vrbanis, alterum verò in ru-
sticis, † *vt probant l. qui non militabat 78. ff. de mil. test. & l. cogi. 16. § Sed & si miles ff. ad Treb. secundùm ea, quæ dicemus infra nu. 98. & seq. & nu. 120. & seqq.* vel vnum in citramarinis, 73
alterum verò in vltramarinis, *vt rectè scripsit. Alex. in d. l. 1. nu. 10 vbi testatur ita communiter omnes in hac specie sentire C. de test. mil.* Quamobrem hęc species non erit ab ea distinguenda, quàm in sequenti casu proponemus.

Sanè vno casu censent plerique locū habere ius accrescendi etiam in testamento militis, qui patrimonia distinxit, si nēpè venientes ab intestato bona sibi delata repudient, & fiscus qui eo casu præfertur instituto, nolit ea agnoscere. quod vix credendum est, si lucrosa sint: nam tunc nihil erit impedimento, quominus hæres institutus possit ea, si velit, per ius accrescendi vindicare, licet ei inuito non accrescant. † *Ita enim* 74
censuit Castr. in d. l. 1 nu. 5 C. de testa. mil. Sed ego probabilius arbitror, idem † in hac specie dicendum, quod ex Iuliani sen- 75
tentia diximus *supra nu. 53.* cum scilicet alterutrum patrimonium non sufficit æri alieno, quod ex ea causa contractum est: nam tunc conditio danda est hæredi instituto, vt, aut totā hæreditatem suscipiat, & defendat, aut totam creditoribus relinquat *d. l. si certarum 18. § 1. vers. Quod, si alterutra ff. de mil. test.* Quod & in hac specie seruandū esse, vel ex eo intelligimus, quia, si fiscus non vult illa agnoscere, magna præsūptio est, non esse illa soluendo, & dato etiā quod essent, non est dubiū, quin ad eum statum redigantur, vt distrahi sub hasta debeā:, & eo modo defunctus iniuria afficiatur. Ne igitur hoc fiat cōsultiùs erit supradictā conditionē hæredi deferre, vt in similibus causis obseruatur *secūdū ea, quæ diximus in 8. c. q. . n.*

Quartus casus est, quando miles non distinxit patrimonia, sed rerum, aut vnciarum mentionem fecit, Et tunc veteres frequentius censuerunt, ita testamento militis habere locum ius accrescendi, vt in testamento pagani, siuè de residuo miles non disposuerit, siuè etiam disposuerit, sed posteà defecerit. † *Ita enim censuerunt omnes, qui simpliciter tradiderūt,* 76

in testamento militis regulariter, & in dubio locum habere ius accrescendi, vt Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. num. 70. in verb. intestatus C. de Sacr. Eccl. Dec. in rubr. C. quand. non pet. part. in prima lect. nu. 3. & ibi Cagn. n. 11. vers. Prædicta, & n. 23. Goz. ad. in l. vn. nu. 2. vers. Non obstat text. C. eod. Crass. in § testamentum qu. 8. num. 5. Et specialiter omnes, quos statim referemus in illationibus. Hinc inferunt

Primò, si miles instituat vnum in re certa, puta fundo, vel etiam certa quantitate, puta centum, & de residuo nō dispo-
77 nat, totam hæreditatem instituto accrescere. † *Ita enim censuerunt gl. in l. si miles vnum 6. in verb. creditur ff. de mil. test. Ang. in l. pen. nu. 3. vers. Est autem tacita ff. de iniust. rup. Ang. de Gamb. de testa. gl. 59. num. 2. Soc. Iun. in l. centurio 15. numer. 88. vers. Similiter ff. de vulg. Clar. in § testamentum, q. 16. nu. 2. vers. Aut verò miles, vbi testatur, hoc communiter approbari, & nu. 4. in fi. vbi ait, ab hac opinione non esse in iudicando recedendum, licet disputando multa dici possint, Crass. in d. § testamentū q. 8. num. 5. Mantic. de coniect. vlt. vol. Et quidem vbi ait, hanc sententiam communiter recipi:* Et simili modo accrescere totam hæreditatem duobus, aut pluribus ex certis rebus institutis,
78 si miles neminem scripserit hæredem vniuersalem. † *vti videre est apud Castr. in d. l. 1. num. 4. vers. item opp. & ibi Ias. num. 12. vbi testatur, hanc esse communem, C. de testa. mil. Crass. in d. § testamentum qu. 8. num. 5.* & si alteruter eorum deficiat, lo-
79 cum inter eos habere ius accrescendi. † *vt apud gl. in d. l. 1. in verb. nam voluntas militis. vers. si autem vnum C. de test. mil.* Quemadmodum, &, si deficeret hæres vniuersaliter institutus, accresceret tota hæreditas instituto in certis rebus,
80 † *vt docet Azo. in Summ. C. de testa. mil. num. 8.*

Secundò inferunt, si miles vnum instituat ex parte hæreditatis puta vncia, vel semisse, & de residuo non disponat, to-
81 tum instituto accrescere. † *Ita enim censuerunt gl. in § hæreditas, vers. Non autem, in verb. totus as inst. de hær. inst. Bart. in l. quamquam. 3. & ibi Ang. & Ias. in prin. C. de test. milit. Ang. in d. l. 1. num. 5. & ibi Castr. num. 2. C. eod. Ang. in d. l. pen. num. 3. vers. Est autem tacita ff. de iniu. rupt. Imol. in l. cogi. 16. § sed & si miles, vers. aduerte tamen ff. ad Treb.* Et, si ex pluribus partibus instituat duos, aut plures, nec tamen distribuat totum assem residuum hæredibus scriptis accrescere pro portione hæredi-
82 taria † *secundum ea, quæ de testamento pagani diximus in 7. ca. qu. 1. num. 1.* Denique, si inter eos distribuat totum assem, & vnus ex ijs postea deficiat, eius portionem alijs cohæredibus
83 accrescere. † *ita enim scripsit gl. in d. l. 1. in uerb. nam voluntas militis vers. Si autem verùm C. de test. milit. secundùm emendatam eius lectionem, vt ibi animaduerterunt Bald. numer. 4. Ang. in fi. Alex. num. 8.*

Tertiò inferunt, si miles vnum instituat in vncia, alterum verò in castrensibus illum habiturum omnia paganica, & semunciam castrensium, hunc verò castrensium tantummodo sesqui deuncem, idest, vndecim vncias, & alterius vnciæ dimidiam: nam primus, tamquam in vncia simpliciter institutus debet habere unciam totius hæreditatis & per cōsequentias vnciam, tam paganicorum, quam castrensiū bonorum &, quoniam de residuo paganicorum testator nō disposuit, ideò debet illud accrescere eidem in vncia instituto, quia talis vncia paganicorum trahit ad se residuum. Contra verò institutus in castrensibus nihil de paganicis habere potest, quia castrensia non trahunt ad se paganica, cum de vno patrimonio ad aliud non detur ius accrescendi, *vt diximus supra nu. 19. & seqq.* Quinimò nec omnia castrensia habere potest, quia, cùm eorum pars iam fuerit relicta instituto in vncia, quem diximus, censeri, etiam vocatum ad vnciam castrensium, & hæc pariter intelligatur relicta instituto in castrensibus, tamquam vocato ad omnia castrensia, sequitur debere eos, quasi vocatos ad eandem rem, idest ad eandem vnciam insolidum concursu facere partes, & per consequentias institutum in castrensibus non posse habere omnia castrensia, sed tantùm vndecim vncias, & alterius vnciæ dimidiam, *secundùm ea, quæ supra diximus.* Quod si alteruter deficiat, si quidem deficiat is, qui fuit in castrensibus institutus, accrescent ea instituto in vncia, quia, cum habeat semunciam castrensium, debet illa ad se trahere residuum, cum de vno, eodemq; militis patrimonio sit inter institutos locus iuri accrescendi, *vt supra dictum est.* Cœterùm, si deficiat institutus in vncia, accrescet quidem instituto in castrensibus semuncia castrensium, quippe, quæ trahitur ab eorumdem castrensiū residuo, sed non accrescent paganica, propterea, quod, vt dictum est, de vno patrimonio ad aliud non datur ius accrescen-
di. † *Ita enim videtur censuisse gl. in d. l. 1. in verb. nam voluntas militis. vers. Si autem vnum C. de test. mil. secundùm vulgarem lectionem quæ legitur etiam apud Azo. cuius est illa gl. in summ. C. eod. n. 8. prout eum defendendo declarant Bald. in d. l. 1. nu. 4. vers. Vel dic & ibi Ang. in fi. Alex. n. 8. C. eod. Clar. in d. § testamentum q. 16. nu. 4. vbi in fi. ait, ab hac opinione non esse in iudicando recedendum, licet disputando multa dici possint, & Crass. in d. § testamentum q. 8. num. 6.* 84

Quartò demum inferunt, si miles impuberi filio, quem habet in potestate, substituat aliquem in re certa, vel quota, talem substitutionem in dubio, debere trahi ad vniuersum, siue de residuo miles non disposuerit, siue etiam disposuerit, & posteà defecerit, † *secundùm ea, quæ de testamento pagani diximus in 7. cap. q. 9. num. 16. ita Ang. in d. l. Sed, si plures, 10. § ad substitutos nu. 1. ff. de vulg.* quia, vt supra dictum est, eadem dicuntur de substitutione pupillari à milite facta, quæ dicuntur de institutione ab eo facta in proprijs bonis. Mouentur autem veteres, vt ita sentiant 85

Primò *l. quamquam. 3. C. de test. mil.* vbi Antoninus. *Quamquam militum testamenta iuris vinculis non subijciantur;* inquit, *cum propter simplicitatem militarem quomodo velint, & quomodo possint, ea facere his concedatur, tamen in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam iure communi accepit authoritatem: nam, cum paterfam. filium ex duabus vncijs, vxorem ex vncia hæredes scripserit, nec de residuis portionibus quicquam significauerit, in tres partes diuisisse tum apparet hæreditatem, vt duas habeat, quæ sextantem accepit tertiā, quæ ex vncia hæres est instituta.* Ex quibus verbis † dupliciter videtur argumentum posse deduci, &, Primò, quia, quotiès inter scriptos hæres non totum essem, sed quasdam hæreditatis partes distribuit testator, & nihilominus hæredes consequūtur totum assem, toties id fieri dicitur per ius accrescendi, *l. interdum. 13. § 1. ff. de hæred. inst. § videamus, inst. eod.* Sed in specie dictæ legis miles non distribuerat totum assem, vt apparet ex illis verbis, *de residuis portionibus,* quæ denotant aliquid superfuisse distribuendum, sed tantùm distribuerat quasdam hæreditatis partes, nempè sextantem, & vnciam, vti constat ex illis verbis, *quæ sextantem accepit,* & ex illis, *quæ ex vncia hæres est instituta,* & nihilominus hæredes consequuntur totā hæreditatem. Fit igitur hoc per ius accrescendi, & consequenter etiam in testamento militis, qui distribuit vncias ius accrescendi locum habet. Secundò videtur posse deduci argumentum ex illis verbis, *etiam iure communi accepit authoritatem;* nam ius commune dicitur id, quod in testamentis paganorum obseruatur, & a iure militari distinguitur *l. si miles. 3. & l. ex militari. 11. in pri. ff. de mil. test. § illis autem tēporibus, & § vlt. instit. eod.* Tunc igitur institutio dicitur capere authoritatem à iure communi, cum circa eam id seruatur, quod seruaretur, si à pagano facta fuisset. Sed, si à pagano fuisset facta institutio eo modo, quo facta fuit a milite *in specie d. l. 3.* residuæ portiones non, nisi per ius accrescendi ad institutas pertinerent, *vt diximus in 7. cap. q. 1. n. 1.* Debent igitur per ius accrescendi pertinere, licet institutio facta sit à milite. Confirmatur hoc ex eo, quia, nisi portiones non distributæ per ius accrescendi ad hæredes pertinerent, non posset dici institutio capere authoritatem à iure communi, quia totum haberent instituti ex dispositione testatoris, non ex authoritate iuris. Cū igitur dicatur capere authoritatem a iure communi, Cōsequens videtur, vt censeantur aliæ partes per ius accrescendi pertinere, non verò ex simplici dispositione militis. 86

Secundò verò mouentur, *l. si certarum. 18. in pri. ff. de mil. test.* vbi Caius, *Si certarum rerum hæredes instituit miles,* inquit, *veluti alium urbanorum prædiorum, alium rusticorum, alium cœterarum rerum, valebit institutio, perindeque habebitur, atque, si sine partibus hæredes eos instituisset, resque omnes suas per præceptionem cuique legando distribuisset;* nam, & ex his verbis dupliciter argumentantur, & primò ex illis *perindeque habebitur, atque, si sine partibus hæredes eos instituisset, resque omnes suas per præceptionem cuique legando distribuisset,* quippe quæ denotant, idem seruari in testamento militis, quod de iure communi seruatur in testamento pagani: nam, quemadmodum in testamento pagani hæredes ex certis rebus instituti 87

non

non dato cohærede vniuersali perinde habentur, atque si fuissent instituti hæredes vniuersales *l. quoties 9. §. si duo l. si alterius 10. & l. Titius 11. ff. de hered. inst.* ita etiam fit in testamento militis, vt apparet ex illis verbis, *perindeque habebitur*, quæ denotant iuris fictionem. Et quemadmodum in testamento pagani dempta mentione rerum censentur instituti æqualiter, licet res datæ essent inæquales, puta, quia vna res esset maioris, quam alia *d. l. si alterius 10. ff. de hæred inst.* ita etiam seruatur in testamento militis, vt denotāt illa verba, *atque si sine partibus hæredes eos instituisset*, quippè, quæ significāt, censeri datas partes æquales, licet inæqualiter fuissent in rebus certis instituti *d. l. quoties 9. §. si duo ff. eod* propterea quod ijs, qui sine partibus hæredes instituuntur, censentur datæ partes æquales *d. l quoties 9 §. hæredes ff. eod* Denique, vt in testamento pagani, licet tollatur mentio rerum, quoad hoc, vt censeantur instituti in tota hæreditate, tamen iudicio familiæ ercifcundæ singuli præcipiunt res, in quibus fuerunt instituti, perinde, atque si testator eos instituisset hæredes vniuersales, & cuique eorum res illa prælegasset *l ex facto 35. ff. eod.* ita etiam seruatur in testamento militis: nam hæredes ab eo scripti ex certis rebus fiunt hæredes vniuersales, sed res illas præcipiunt, quasi ex titulo prælegati, quod significant illa verba, *resque omnes suas per præceptionem cuique legando distribuisset*. Itaque ex his constare videtur, ea omnia seruari in testamento militis, qui hæredes in certis rebus instituit, quæ seruantur in testamento pagani. Cum igitur in testamento pagani dicamus hæreditatem institutis accrescere, quoties non adest cohæres vniuersalis *l. 1. § si ex fundo, ff. de hæred. inst & nos latè diximus in 7. cap. q. 7 num. 1. & seqq.* Consequens est, vt idem sit dicendum in testamento militis. Secundo videtur argumentum posse deduci ex eo quia, quando testator non distribuit inter hæredes totam hæreditatem, & nihilominus illi censentur hæredes vniuersales, tunc dicuntur habere residuum per ius accrescendi *d. l. interdum 13. §. 1 ff. de hæred. inst.* Sed in specie *d. l. si certarum*, non distribuerat miles totam hæreditatem, quia, licet Caius dicat, eum distribuisse omnes res suas, intelligitur tamē distribuisse res corporales, non etiam iura, & actiones, quod non solùm patet ex illis verbis, *si certarum rerum hæredes instituerit*, quæ leguntur initio, quippè, quæ non possunt referri ad iura, & actiones, & sic ad vniuersitatem, sed tantùm ad res particulares, sed etiam ex eo, quia, si distribuisset totam hæreditatem, & sic etiam iura, & actiones, non posset circa hanc dispositionem considerari aliqua fictio, quæ tamen supponitur dum dicitur, perinde haberi, atque si sine partibus eos hæredes instituisset; Necessariò igitur fatendum est, militem ibi non distribuisse totam hæreditatem. Et, si dixeris, distribuisse iura, & actiones saltem instituendo tertium in ceteris rebus quasi appellatione ceterarum rerū
88 omne residuum contineatur † *l 2. C de hær inst. l. qui non militabat 78. §. vlt. cum 2. ll. seqq. ff eod. l. cæterorum 160 ff. de verb. sign l cum optio. 17. de opt. legat* replicari potest, illa verba
89 variè legi; † nam in vulgatis & antiquis codicibus, non *cæterarum rerum* legitur, sed *certarum aliarum rerum prout legebant Ias. in d. l. 1 n 12. C. de test mil. & aly plerique veteres*, qua lectione posita, est res plana, *vt ait Imol. in d. l. 1. §. si ex fundo, n. 85. vers. aduerte, ff. de hær inst.*, & per consequentias resoluta est dubitatio. Ceterū, si legamus, *cæterarum rerū*, prout legitur in Pand. Flor. & nos legendum arbitramur, sunt illa intelligenda de ceteris rebus corporalibus, non etiam de iuribus, & actionibus, quia alioquin tertius fuisset hæres vniuersalis, & debuisset solus consequi iura, & actiones, cum ceteri, tamquam nominatim in certis rebus instituti, legatariorum loco haberentur, nec possent in iuribus, & actionibus cū tertio concurrere *l quoties 13 C de hær inst.* cuius tamen contra-
90 rium ibi deciditur, *vt animaduerterunt Bart. in d. l. si certarū Imol. in d. l. 1. §. si ex fundo, nu 85. vers. Nec obstat. ff. de hær. inst: & in d. l. cogi 16. §. sed & si miles, versicul aduerte ff. ad Treb. Ias. in d. l. 1 n. 12. vers. aduerte C. de test. mil.* Nec obstat, quod appellatione cæterorum contineatur totum, & sic vniuersitas, quia respondent plerique illa verba *cæterarum rerum*,
91 non esse testatoris, sed Iurisconsulti † *vti videre est apud Imol. in d. l. 1. §. si ex fundo, n. 4. vers. Nec obstat, & n. 85. vers potest etiam dicere. & num. 87. vers. Nec obstat*; Sed ego respondeo longè aliud esse dicere, Instituo in cæteris simpliciter, aliud verò instituo in ceteris rebus: nam simplex cæterorum appellatio potest ad bona referri, quæ denotant vniuersitatem *l. 1. l. 3. in prin ff de bon poss.* At verò institutio cæterarum rerum non potest ad vniuersitatem referri, quia rerum appellatio res denotat particulares, & à bonis distinguitur *d. l. 3. §. hæreditatis, ff. eod.* Itaque testator dicendo instituo tertium in cæteris rebus, non potest censeri eum instituisse hæredē vniuersalem, sed tantùm particularem perinde ac, si dixisset, instituo tertium in ceteris rebus particularibus, vt ceterarum appellatione contineatur quidem totum, sed totum eius generis, quod expressum est, & sic totum rerum, non vniuersitatis. Ex quo patet, verum esse, quod supra diximus, testatorem ibi non disposuisse de tota hæreditate, & tamen certum est, institutos ibi totam consequi hæreditatem, vt apparet ex illis verbis, *perindeque habebitur, atque si sine partibus hæredes eos instituisset*; Ergo eam consequuntur per ius accrescendi, & sic etiam in testamento militis hæredibus ex certis rebus institutis tota hæreditas accrescit.

Tertiò mouentur *d l. si filius 42. § Papinianus, ff de bon. lib. cuius integra verba retulimus supra numer.* 18. nam ibi Papinianus loquens de milite liberto, qui Castrensium bonorum Titium hæredem fecerat, cæterorum alium *verum illa quæstio interuenit*, inquit, *an omittente eo, qui reliqua bona accepit, perinde Titio accrescant, ac, si partem eiusdem hæreditatis accepisset. Verius mihi videtur, intestati iure deferri bona cætera*, quibus verbis, † licet definiat, ius accrescendi non habere 92
locum in specie à se proposita, cum scilicet miles distinxit patrimonia, videtur tamen apertissimè significare, aliud esse dicendum, quando non distinxit patrimonia, sed partes eiusdem hæreditatis dedit institutis: nam diligenter ponderanda sunt illa verba, *perinde Titio accrescant, ac, si partem eiusdem hæreditatis accepisset* quippè, quæ significant hoc quærere Papinianum: an, quemadmodum, si Titius, & alter ille fuissent à milite instituti in partibus eiusdem hæreditatis, puta, quia miles sine distinctione patrimoniorum ita simpliciter dixisset, Titius ex semisse hæres esto Caius ex altero semisse hæres esto, vel etiam, Titius ex semisse Castrensium hæres esto, Caius ex altero semisse hæres esto, quo casu dicerentur instituti capere partes eiusdē hæreditatis, si alter ex ijs omittat, alteri accrescit, ita etiam debeat accrescere, si non accipiant ex testamento partes eiusdem hæreditatis, sed distincta patrimonia ac, veluti diuersas hæreditates. Itaque, licet in posteriore casu neget, habere locum ius accrescendi, supponit tamen, id habere in priore, idque videtur habere in confesso, propterea, quod, si res fuisset controuersa, non rectè videretur dubitationis gratia ab ijs, qui capiunt partes eiusdem hæreditatis ad eos, qui capiunt distincta patrimonia, quasique diuersas hæreditates argumentum traxisse. Omnimodò igitur hic locus videtur rem extra omnem dubitationem posuisse.

Quarto mouentur *l cogi 16. §. sed & si miles. ff. ad Trebell.* vbi Vlpianus, *Sed & si miles*, inquit *rogauerit quem res Italicas restituere vel res prouinciales dicendum est, suspectam dicentem cogi adire & restituere; nam, vt eleganter Marcianus lib. VI. fideicommissorum ait, qua ratione ex certa re miles hæredem instituere potest actionesque ei dabuntur, pari ratione etiā ex Trebelliano transibunt actiones. Et, quamuis placeat cum quis hæreditatē bonaque, quæ sibi ab aliquo obuenerunt vel, quæ in aliqua regione habet, restituere rogat, ex Trebelliano non trāsisse actiones tamen contrarium responderi debere in militis testamento, ait: nam sicut concessum est*, inquit, *militibus circa institutionem separare species bonorum, ita & si per fideicommissū ab institutis hæredibus id fecerit admittetur Trebellianū Senatusconsultum*: nam † diligenter ponderanda illa verba *qua* 93
ratione ex certa re miles hæredem instituere potest, actionesq; ei dabuntur, & ex ijs ita argumentantur Hæres in re certa institutus non fit vniuersalis, nisi beneficio iuris accrescendi *l. 1. § si ex fundo, ff. de hær inst. & nos late diximus in 7. c. q. 7. n. 5 & seqq* Sed etiā in testamento militis hæres in re certa institutus fit vniuersalis quod patet ex illis verbis *actionesque ei dabuntur* quæ significant, huiusmodi hæredi dari actiones hæreditarias, & hoc modo institutum in re certa fieri hæredem vniuersalem, quia alioquin actiones ei non darentur *l. quoties 13. C de hæred. inst.* Ergo etiam in testamento militis hoc fit beneficio iuris accrescendi, & consequenter hoc ius etiam

in hu-

In huiusmodi testamento locum habet:

Quinto mouentur alij *l.2.C. de test.mil.cuius verb. retulimus*
94 *supra num.23.* nam Antoninus ibi † vult institutionem Castrensium trahi ad vniuersalem, si extraneus fuerit institutus, licet aliud sit, si fuerit institutus commilito, *secundum intellectum quem retulimus supra num.62.& seqq.* Ergo debet etiam trahi institutio extranei facta in re certa, quia non potest assignari ratio diuersitatis, cur potius illa, quam hæc trahi debeat, cum qualitas bonorum Castrensium non videatur minus limitata, quàm institutio facta de re certa. *Ita arguit Dec. in dict.l.2.numer.2. versic. Et secundùm istam C.de test.mil.*

Sexto mouentur, quia miles in dubio censetur potiùs velle
95 vti iure communi, quam iure singulari † *l.centurio ff.de vulg. l.quamquam 3.& ibi Ias.num.1.& ibi Dec.num.18.& 20.& l.in testamento 6.C de test.mil.& scribunt Ias.in d.l.1.num.12. versic. Facit etiam C eod. Dec.in l.ius nostrum 7.num.8. ff. de reg.iur Galiaul.in d l.centurio,num.132.& 145.vers.Breuiter, Nic.Bellon.in §.non solùm,num.9. inst. de pupill. Crass.in §. testamentum q.9 Mantic.de coniect.vlt.vol.lib 6.tit.1.nu.22.Mynsi. in §.hæreditas,nu.12.inst.de hæred. inst.* Quamobrem dicimus,
96 eum in dubio censeri velle in totum testatum decedere, † *vti videre est apud Mynsi.in d.§ hæreditas, numer.12.instit.de hæred.instit. Crass. in dict.§. testamentum, q 8.num.2.* Sed de iure communi ius accrescendi locum hab t, quoties testator fecit mentionem rerum, aut vnciarum, *vt ostendimus in 7.cap.q.5. num.1.& seqq. & q.9.nu.1.& seqq.* Debet igitur id etiam in testamento militis habere locum. *Ita arguunt Ias.in dict.l.1. nu.12.uers.Facit etiam,C.de test.mil.Dec.in rubr.C.quand.non pet.part.in prima lect.nu.3.& ibi Cagn.nu.11.vers.prædicta,Gozad.in l.vn.n.2.vers.Non obstat text.C.eod.*

Septimo, & vltimo mouentur, quia in testamento militis locum habent ea omnia, quæ ex defecti voluntate profici-
97 scuntur, † *vt diximus in 2.cap.q.2 num.1.* Sed ius accrescendi, quod in proposita specie locum habet, proficiscitur ex voluntate defuncti, *vt scribunt omnes, quos retulimus in eodem 2 cap q.2.num.1.* Debet igitur etiam in testamento militis habere locum.

Verùm his non obstantibus veriorem esse puto sententiã existimantium, in testamento militis non habere locum ius accrescendi, etiamsi non distinxerit patrimonia, sed rerum, aut vnciarum mentionem fecerit, siue de residuo non dispo-
98 suerit, siue etiam disposuerit, sed posteà defecerit, † *Ita enim censuerunt omnes, qui simpliciter tradiderunt, ius accrescendi non habere locum in testamento militis, vt Soc.Sen. in l.si mihi, & tibi 12.in si princ. ff.de leg.1.Ias.in d l.1.num 5.C de test mil. Dec.in d.rubr C. quand.non pet.part. in secunda lect.num 4.& in tertia,num.17.vers.Quasi,& ibi Purp.num.10. Pic. in d.l. vn.num.4.& ibi Claud.Tu.num.6.16.& 21.C.eod. Aquilin.in d.l.centurio 15 part.3.nu.19.ff.de vulg.Trentac.de subst.part.1. cap.15.num.5 Mantic.de coniect.vlt vol.lib 6 tit.1.n.4.Rustic. ad l.cum auus 101 in proem.cap.2.num.87.Cuiac. ad l. si duobus 38 ff de mil.test.in 7.lib.quæst.Paul. Hoto. in epit tit. ff. de vsufr.accr nu.12.& lil.quæst 44.Quemadmodum &, qui scripserunt, ea, de quibus miles non disposuit. aut postea facta sunt caduca non accrescere instituto, sed ad venientes ab intestato pertinere. vt Peregr cons.145.nu 3.vol.5. Et specialiter omnes, quos statim referemus in illationibus* Vnde infertur

Primo, si miles vnum instituat in re certa, puta fundo, nec de residuo disponat, hæreditatem non instituto accrescere,
99 sed ad venientes ab intestato pertinere. † *Ita enim scripserunt gl.in d.l.1.§ si ex fundo in verb. solus heres & ibi Imol.n.20 & 44 vers.Restat & nu.47.vers.Et sic patet,& num.87.& 88. vers.Et per prædicta, ff.de hæred.inst.Imol. in d.l.cogi 16.§. sed & si miles,vers. Aduerte tamen,ff ad Treb. Ang. de Gamb. de test.gl 2.n.5. Alex.in d.l.1.num.9.vers.ideò sustinendo & versic. Sed ista opinio,& ibi Dec.n.9. vers. Et ideò verior, C.de test.mil. Aquilin.in d.l centurio 15.n.30. ff. de vulg. Vigl in d.§ hæreditas,num.5 inst.de hæred.inst.Duar.ad tit.ff. de mil.test capit.6.* Idem est, & si instituat plures ex certis rebus non dato cohę-
100 rede vniuersali, † *vt scribunt Imol. in d.l.1 §.si ex fundo.n.47. versic. Et sic patet, & num.88.versic. Et per prædicta ff.de hæred.instit. Alex.in d l.1.num.9.vers.Tamen Imol.& vers.Vnde sustinendo,& in fi C.de test.mil.* Denique idem est &, si dederit cohæredem vniuersalem: nam eo posteà deficiente non accrescet hæreditas instituto in re certa, sed ad venientes ab
intestato pertinebit, † *vt rectè scripserunt Soc.Iunior d.l.centurio 15.num.89. vers.vel & tertio,ff.de vulg.Duar. ad tit. ff de mil.test.d cap.6.* 101

Secundo infertur, si miles vnum instituat in quota, puta in semisse, nec disponat de residuo alterum semissem non instituto accrescere, sed ad venientes ab intestato pertinere;
† *Ita enim censuerunt glo. in d.l. si duobus 38. in verb si duobus vers.vel dic. ff.de mil.test. Imol. in d.l.1. §. si ex fundo,num.48. vers.Et per prædicta etiam,ff.de hæred. inst. Alex.in d.l.1.n.9. vers Sed ista opinio,C.de test mil.Vigl in d.§.hæreditas n.5 inst. de hæred inst.Hoto.cons.37.n.12.* Idem est, & si de alia quota disponat, puta vnum instituat in semisse, alterum verò in alio semisse: nam si alteruter posteà deficiat, non erit inter eos locus iuri accrescendi, † *vt rectè censuerunt Soc.Iun.in d. l centurio 15,num.89. vers.vel & tertiò,ff de vulg.Dec.in dict. rubr.Cod.quand.non pet part.in secunda lect.num.4.Cuiac. ad dict.l si duobus 38.ff.de mil.test.in 7.lib quæst.Paul. Et est de mente Castr.in l.vlt num.3 in fi. C.de inoff.test.* Quam in rem facit, quod dicimus, in testamento militis non habere locum ius accrescendi inter cohæredes omnimodo defunctos. † *vti videre est apud Ias.in dict. l. re coniuncti num.112. & ibi Rip. num 82.Bertr.cons.121 numer.2.vol.7.Ant.Fum.de coniunct. cap.8.nu.3.* cuiusmodi sunt ij, qui vocantur ad eiusdem hæreditatis partes factas in separatis orationibus, *vt diximus in 5.cap.q.1.num.5.* Idque non solùm procedit, † si tractemus de partibus totius hæreditatis, sed etiam si de partibus vnius, & eiusdem patrimonij: nam, si miles instituat vnum ex semisse Castrensium, vel paganicorum, alterum verò ex alio semisse, non erit inter eos locus iuri accrescendi, quia, quod dicimus posse militem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum procedit etiam respectu eiusdem patrimonii, † *vt rectè declarat Imol in d.l.1 § si ex fundo num.49.& 88.vers.Et ex prædictis, ff. de hæred inst.* Vnde in specie, quia miles vnum instituit in vncia, alterum verò in Castrensibus, † non procedent ea, quæ ex veterum sententia retulimus *supra num.83.* sed institutus in vncia capiet semunciam Castrensium, & semunciam paganicorum, residuum autem Castrensium capiet institutus in Castrensibus, residuum verò paganicorum ad venientes ab intestato pertinebit. Quod, si alteruter deficiat, non solùm semuncia paganicorum non accrescit instituto in Castrensibus, quod & veteres fatentur, sed ne quidem semuncia Castrensium. Denique nec sesquideunx Castrensium accrescet instituto in vncia, quia in testamento militis, neque de parte eiusdem hæreditatis, neque de parte eiusdem patrimonij ad aliam potest esse iuri accrescendi locus, *vt dictum est. Ita specie declarant Imol in d.l.1. §.si ex fundo,n.48.uers.Et per hoc etiam videtur & n.88.uers. Et per prædicta etiam circa fi. ff.de hæred.inst. Alex.in d.l.1.n.9 vers.Et tenendo C.de test.mil.* 102 103 104 105 106 107

Tertio infertur, si miles impuberi filio, quem habet in potestate, substituat aliquem in re certa, vel quota, non trahi substitutionem ad vniuersum, † *vt rectè docet Imol.in d.l.1.§.si ex fundo,num.19.uers.item subdit,* quia, † sicut miles potest ipse decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ita etiam potest efficere, vt decedat pupillus, pro quo faci testamentum, *ut diximus supra numer.64.* Probatur autem hæc sententia 108 109

Primo *l.si miles unum 6.ff.de mil.test.* vbi Vlpianus, *Si miles unum ex fundo hæredem scripserit,* inquit. *creditur, quantum ad residuum patrimonij intestatus decessisse: miles enim,& pro parte testatus potest decedere,& pro parte intestatus;* quibus verbis † ita perspicuè decidit hanc controuersiam, vt nullũ relinquat dubitationi locum: nam, cum dicat, censeri militẽ decessisse intestatum, quantum ad residuum patrimonij, non obscurè significat, hæreditatem instituto ex fundo non accreuisse, quia alioquin in totum testatus decessisset. 110

Nec est, quod aliquis respondeat, id, quod Vlpianus ait, procedere, si constet, talem fuisse militis voluntatem, idest, si liquidò probetur, eum noluisse totam hæreditatem instituto accrescere, † *Quomodo respondent gl.in d.l.1.in uerb nam voluntas militis, uersic. Non obstat & ibi Castr. numer.4.uersic. Tertia opp.& Ias.nu.12.uers.Et tenendo, C. de test.mil.gl in d. l.quamquam 3.in uerb.apparet C.eod.gl.in d.l.si miles unum 6. in uerb creditur, ff eod. Albr. in summ. Cod.eod.num.9.* puta; 111

quia

quia miles vsus sit aliqua dictione taxatiua, ex qua colligere possimus, talem eius voluntatem fuisse, vt locum haberet ius accrescendi, *secundùm ea, quæ diximus in hoc cap. q. 11. nu. 1. Quomodo respondet Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. par. nu. 12.* quoniam hæc responsio, vt est commentitia, & manifestã
112 inferens vim verbis, ita & meritò fuit improbata, † *vt videre est apud Imol. in d. l. 1. §. si ex fundo num. 44. vers. Restat, & num. 87. ff. de hered. inst. & in d. l. cogi 16. § sed si miles, vers. Aduerte tamen. ff. ad Treb. Alex. in d. l. 1. num. 9. versic. Et ita sentit, & ibi Dec. num. 9. vers. Et ideò verior, C. de testam. mil. Galiaul. in d. l. centurio. 15. numer. 147. versic. Potest etiam ff. de vulg.*
113 Primò, quia Vlpianus simpliciter ait, † militem vnum ex fundo scripsisse hæredem, nec vllam addit dictionem, ex qua colligere possimus, talem eius fuisse voluntatem, *vt considerat Vigl. in d. §. hæreditas num. 8. Inst. de hæred. inst.*
114 Secundò, quia constat ex eiusdem Vlpiani verbis, † rem fuisse dubiam, non claram, quoniam ait. *creditur, quantum ad residuum patrimonij intestatus decessisse*: verbum enim, creditur, quod præsumptionem significat *cap. quosdam & ibi gl. in verb. credo, extr. de præsumpt.* ostendit ibi, non fuisse claram militis voluntatem, sed dubiam, & sic in dubio credi, idest, præsumi, militem voluisse residuum ad venientes ab intestato pertinere, *vt animaduerterunt Dec. in d. l. 1. n. 9. vers. Et ideo verior C. de test. mil. Galiaul. in d. l. centurio. 15. nu. 147. ff. de vulg.*

Tertiò demum, quia in testamento militis non est opus probatione voluntatis ad hoc, vt cesset ius accrescendi, sed
115 ad hoc, vt locum habeat † *l. si duobus. 38. vers. Nisi ff. de mil. test. & scribit Purp. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 10.*
116 Minus est, quod respondeas, non loqui Vlpianum † de voluntate militis, sed de potestate, & hoc dicere, militem posse hæredem scribere ex fundo, ita, vt ad eum non pertineat residuum patrimonij, quia potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. sed non dicere, talem in dubio censeri illius voluntatem. *Quomodo sub dubio respondet Iason in d. l. 1. num. 12. vers. Posset etiam C. de test. mil.* quoniam hæc respon
117 sio † non potest vllo modo sustineri.

Primò, quia constat, Vlpianum ibi non tractare de simplici potestate, sed de voluntate cum potestate coniuncta: nã dicendo, credi eum, quantum ad residuum patrimonij decessisse intestatum, haud dubiè demonstrat actum, non potentiam.

Secundò, quia, (*vt ipsemet Ias. ibid. animaduertit*) hoc sensu posito, ratio, quam ibi subijcit Vlpianus, esset eadem cum dicto: nam hoc diceret, militem posse hæredem instituere ex fundo, & pro residuo decedere intestatum, quia potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere; Itaque rationem eandem cum dicto afferret, quod esset absurdissimũ, *l. qui interrogatus. 12. ff. de pet. hæred.*

Secundò probatur hæc sententia *l. si duobus. 38 ff. de mil. test.* vbi Paulus. *Si duobus à milite liberto scriptis hæredibus*, inquit, *alter omiserit hæreditatem pro ea parte intestatus videbitur decessisse, quia miles & pro parte testari potest & competit patrono ab intestato bonorum possessio, nisi, hæc voluntas defuncti probata fuerit, vt omittente altero ad alterum vellet totã*
118 *redire hæreditatem.* Hic locus ita manifestus est, † vt sine cauillo non possit euitari: Et certè vis eius nulla vmquam potuit probabili responsione tolli, quod facile erit intelligere, si singulas, quæ ad eum solent accommodari responsiones, perpenderimus.

Primum enim respondent *gl. in d. l. si duobus. in verb. si duobus, Castr. in d. l. 1. num. 2. & ibi Ias. num. 11. vers. Quintò, C. de test. mil. Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 24. vers. Vnde melius, & alij* plerique, legem hanc esse intelligendam
119 † de milite, qui non res, aut vncias inter scriptos hæredes distinxit, sed patrimonia, *secundùm ea, quæ diximus in casu præcedenti*, nos verò loqui de milite, qui rerum, aut vnciarum fecit distinctionem, quarum specierum longè diuersam aiunt esse rationem, scilicet, quia miles distinguendo, & separando patrimonia videtur velle testari, vt miles, non, vt paganus, quia, vt paganus non posset habere plura patrimonia *l. Iurisperitos. 33. § cum oriundus ff. de exc. tuto.* & ideò, tamquã miles potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Cæterùm, quando distinguit res, aut vncias, non videtur velle testari, vt miles, sed vt paganus, cum rerum, & vnciarum distinctio ita pertineat ad paganum, vt ad militem, & ideò testamentum eius debet censeri iure communi, quo cauetur, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, & consequenter, vt res, aut portiones non distributæ, vel, quæ posteà deficiunt, accrescant institutis *secundùm, quæ diximus in 7. cap. q. 1. num. 1. qu. 7. num. 9. & q. 8. num. 1. Quam rationem attulerunt Castr. in d. l. 1. num. 2. versic. Et ratio, & num. 4. vers. Dic ergo rationem & ibi Alex. num. 2. Ias. num. 8. Cod. de test. mil. Cagn. in d. rubr. C. quand. non pet. part. num. 24. versic. Vnde melius, Crass. in d. §. testamentum qu. 8. num. 3.*

Sed hæc responsio vim legis non euitat, quia, † si in 120
diuersis patrimonijs fuissent ibi hæredes instituti, duæ dicerentur hæreditates, non vna hæreditas, cum diuersa militis patrimonia diuersas hæreditates constituant *d. l. si certarum. 18. §. 1. ff. de mil. test. & diximus supra num. 45.* & tamen supponit Paulus, vnam tantùm fuisse hæreditatem, vt apparet ex illis verbis, *alter omiserit hæreditatem*, & ex illis, *pro ea parte*, nec non ex illis, *ad alterum vellet totam redire hæreditatem*, quoniam hoc non excludit, † quin possit intelligi de 121
milite, qui patrimonia distinxit, nam huiusmodi distinctio, licet operetur, vt videantur duæ diuersorum hominum hæreditates, non tamen impedit, quominus verè dicatur vna tãtùm hæreditas, & ij, qui ad singula patrimonia vocati sunt, dicantur vocati ad partes eiusdem hæreditatis, vt apertissimè constat *ex d. l. si certarum. 18. §. 1. de mil. test.* ubi Caius, postquam ex Iuliani sententia dixit, huiusmodi patrimonia distincta pro diuersis hæreditatibus reputari, nihilominus supponit eas esse partes eiusdem hæreditatis, & simul unam tantùm hæreditatem constituere, nam subijcit. *Quod si alterutra pars bonorum æri alieno, quod ex ea causa pendebit non sufficiat, & propter hoc is, qui ex ea parte institutus est non adierit, alterum, qui adisset, compellendum, aut defendere totam hæreditatem, aut totam creditoribus soluere.* Itaque non est facienda uis in illis uerbis, *pro ea parte*, aut in illis, *totam redire hæreditatem*, quoniam ea non impediunt, quominus Paulus intelligi possit de eo, qui patrimonia distinxit, sed uis in alio est facienda, & Primò in eo, quia Paulus ibi simpliciter ait,
† militem duos scripsisse hæredes, nec vllum subijcit uerbum, ex quo colligere possimus, hæredes fuisse in diuersis patrimonijs institutos. Nec enim ex eo, quod subijcit, competere patrono ab intestato bonorum possessionem, inferri potest ad talem diuisionem, ob id, quod *in d. l. si filius, 42. §. Papinianus ff. de bon. lib.* patrono datur ab intestato bonorum possessio in specie, qua miles distinxerat patrimonia, quia hoc est generale in omnibus casibus, in quibus miles totum instituto dare noluit; nam, quia pro residuo decedit intestatus *d. l. si miles vnum. 6. ff. de mil. test. d. l. 2. C. eod.* ideò fit, ut id patrono, qui sine liberis defuncto liberto regulariter ab intestato successionem uindicat, deferri debeat. Itaque ex eo, quod patrono datur ab intestato bonorum possessio, in specie *d. l. si duobus*, non rectè quis colliget, militem ibi patrimonia distinxisse: Quo fit, ut, quoniam id ex uerbis Pauli necessariò non colligitur, non possit sine commento, & mera diuinatione supponi, & eo modo restringi decisio, quæ generalis est, *vt animaduertit Claud. Tur. in d. l. vn. num. 17. C. quand. non pet. part.* 122

Secundo verò demus, quod loquatur de milite, qui distinxit patrimonia, ut posse intelligi non inficior, adhuc tamen eius decisio † esset in eo, qui res, aut uncias distinxit, admittenda, quia non potest inter has species probabilis afferri diuersitatis ratio: nam, licet distinctio patrimoniorum operetur ut diuersæ uideantur esse hæreditates, non tamen impedit, quominus uerè sit una hęreditas, & illa patrimonia dicantur partes eiusdẽ hęreditatis, *vt supra demonstratum est n. 121* 123

Nec ratio diuersitatis, quã veteres attulerunt, est probabilis, † quia, si miles ex eo censendus est, aut communi, aut singulari iure uelle testari, quod faciat id, quod paganus facere, aut potest, aut nequit, semper idem sequitur, siue miles distinguat patrimonia, siue res, aut uncias: nam differentia, quę est inter militem, & paganum, non consistit in uoluntate, & facto, sed in potestate, & iure: Voluntas enim, & factum ita consideratur in pagano, ut in milite, quia & paganus, ut hęredes ex certis plerunque rebus instituit *l. quoties.* 124

9. §. si

9.§.*si duo.& l. si alterius* 10.*ff de hæred inst.* vel ex certis vnciis *l.interdum* 13.§.1.*ff eod.§.hæreditas, vers non autem,instit.eod.* ita & ex certis distinctisque patrimoniis *l ex facto* 35. *ff. de hær.inst.l.hæreditate* 19.§ *filiusfam.ff de castr.pecul.* Et quamuis talis institutio non constituat diuersas hæreditates, quas tamen constituit in milite, *vt supra dictum est*, non est tamen hic effectus voluntatis, sed potestatis: licet enim vterque velit non tamen vterque potest, sed solus miles. Hæc autem potestatis diuersitas ita consideratur in distinctione rerum, & vnciarum, vt in distinctione patrimoniorum, quia miles ita potest testari de vna re, vel quota, vt vno patrimonio, quod tamen pagano facere non est permissum. Aut igitur in milite disponente consideramus voluntatem, &. siuè distribuat patrimonia, siuè res aut vncias, semper erit censendus velle testari iure cõmuni quia semper facit id, quod paganus facere potest si non de iure, saltem de facto; Aut verò consideramus potestatem, &, siue distinguat patrimonia, siue res, aut vncias, semper erit censendus velle vti iure singulari, quia semper facit id, quod pagano facere non est permissum. Quamobrem & veteres prudentes cum negant, in testamento militis habere locum ius accrescendi, non ducunt rationem à voluntate, sed à potestate, & ideò tradunt, ius accrescendi cessare quia miles potest decedere pro parte testatus & pro parte intestatus siue distinxerit patrimonia, *vt in d l hæreditate*.19.§ *filiusf ff de castr. pec.* siue res, aut vncias, *vt in d.l.si miles vnum* 6.*& d.l si duobus*.38 *ff.de mil.test.* Contra verò in pagano ideò tradunt locũ habere ius accrescendi, quia non potest is partim testatus & partim intestatus decedere, siue distinxerit res, aut vncias, *vt in §.hæreditas, vers. Non autem inst.de hæred. inst* siue etiam patrimonia, *vt in l. idem est*.13.§ *vlt & l.seq. ff de mil test. & d l.hæreditate* 19.§. *filiumfam. ff. de castr pecul.* Itaquè in admittendo, vel excludendo iure accrescendi spectant potestatem, tàm in milite, quàm in pagano non etiam voluntatem, quia voluntas eadem est, siue sit miles, siue paganus. vt scilicet, ad institutum id solum pertineat quod adscripsit, sed non eadem est potestas, vt in si [illegible] *Bart. in Auth.ex causa num.*3 *vers Et, si tu diceres C.de lib.præter.* de eo, qui præterit filium, quem se habere non ignorat: nam siue sit miles siue paganus censetur hoc ipso velle eum exhæredare, siue ab hæreditate sua excludere, sed talis voluntas non habet eundem effectum, quia potestas est diuersa: miles enim silentio exhæredare potest, paganus verò non potest. Quamobrem illius præteritio non reddit nullum testamentum *l. sicut certi* 9.*& l. si, cum, vel in vtero* 10 *Cod.de test.mil §. sed si in expeditione, inst.de exhær.lib* huius verò reddit *l.si filius* 7. *ff. de lib.& posth. l.maximum vitium* 4.*Cod.de lib præt.lib part.§.* 1.*inst.de exh.liber.*

Secundò igitur respondent alij, Imò Paulum *in d l.si duobus*, non excludere ius accrescendi a testamento militis, quo
125 niam ait, † id non habere locum *nisi, si hæc voluntas defuncti probata fuerit*, quæ voluntas probatur eo ipso, quod no probatur contrarium. *Ita respondent gl.in d.l. si miles vnum*.6 *in verb creditur ff. de mil.testa Dec in d.l.*1 *n.*7. *vers Non obstat, quod pro communi, C eod Soc.Iun in d.l.centurio* 15 *num.*89. *vers.Vel secundo responderi potest, ff.de vulg*

Sed hac responsione nulla absurdior excogitari potest,
126 † ideòque meritò fuit à *Cagn.in d.rub C. quand.non pet part, n.*24 *vers. Aliam solutionem Galiaul, in d l.centurio* 15.*n.*149. *ff.de vulg & alijs* plerisque reprobata quia, quoties dicimus, aliquid non habere locum, nisi probetur voluntas testatoris, sine dubio significamus, requiri probationem voluntatis, vt habeat, non etiam probationem uoluntatis, vt non habeat.

Quamobrem alij, & tertio putant, ideò in specie *d l. si duo*
127 *bus*, cessare ius accrescendi. quia † tractabatur de testamento militis liberti, qui patronum præterierat, & hoc ideò quia, si pars deficientis accreuisset cohæredi, & consequenter ad causam testamenti pertinuisset, patronus omnimodò remãsisset ab hæreditate liberti exclusus, scilicet, quia contra testamentum militis qui de castrensibus bonis testatus est, non datur patrono cõtra tabulas bonorum possessio, *vt diximus supra num.*58. ideòque, ne totaliter excluderetur, eius fauore receptū esse, vt pars deficientis non accresceret instituto, sed intestati iure deferretur. *Ita enim respondent gl. in d. l. si duobus* 38.*in verb. si duobus; Dec. in d.l.*1.*num.*7.*vers. Non obstat quod pro communi & in d.l quamquam* 3 *num.*21.*versic. Non obstat text. C de test mil Soc.Iun.in d.l.centurio* 15.*nu.*89. *vers.Sed tuendo & ibi Galiaul.num.*149. *vers Nisi dicas, ff. de vulg.Mantic. de con.vlt.uol dict.lib.*6.*tit.*1 *nu.*29.*versic.Hinc respondet*, idque probant ea ratione, quia, cùm Paulus ibi dicat fuisse hæredes institutos à milite liberto, videtur denotare vim aliquam in hoc consistere, quia alioquin frustra de liberto mentionem fecisset, si idem in quocunque alio milite testante seruaretur, *vt considerat Soc.Iun.in d.l centurio n* 89 *vers.Sed tuendo*.

Verùm neque hæc respõsio sustineri potest, eamq; proin-
de meritò † *Cagn.in d.rubr.C.quand.non pet.part.num.*24.*vers.* 128
*Sed allegare Seb.Sap.in d l.vn.num.*5.*& ibi Claud.Tut nu.*18. *C eod Galiaul.in d.l.centurio,nu.*149.*vers.Dicere enim, & alij* plerique reprobarunt, Primò, quia, licet ibi tractetur de testamento militis liberti, & cessante iure accrescendi patronus ab intestato vocetur ad bonorum possessionem, non tamen in eius fauore fundatur eius legis dispositio, sed in priuilegio militis: nam ideò Paulus ait cessare ius accrescendi, *quia miles & pro parte testari potest*. Itaque rationem a militari deducit priuilegio, non a patroni beneficio; *vt animaduertit Claud.Tut.in d l.vn.n.*18 *C.quand.non pet part*, Secundo, quia nullus in hoc fauor patroni considerari potest: nam etsi portio accresceret, & ad testamenti causam pertineret, non tamen patronus censeretur totaliter a bonis exclusus, quia daretur ei bonorum possessio contra tabulas saltem in bonis paganicis, *vt probat l si filius*.42.§.*Papinianus ff.de bon.lib.quã exposuimus supra num* 55 *& seqq* Tertio demum, quia, licet persona, quæ ab intestato est successura, sit fauorabilis, non tamen impedit, quominus in testamento militis seruetur ius commune, si ei verba non repugnant vt patet *ex l. quamquam* 3 *C.de test.mil.* vbi, licet tractaretur de filia, cuius persona est fauorabilis, & eius vtilitas postularet, vt potiùs ab intestato, quàm ex testamento deferretur hæreditas, scilicet, quia ex testamento non, nisi bessem erat habitura, cum alioquin ab intestato erit habitura totum assem; tamen, quia verba testatoris non repugnabant iuri communi; *vt ostendemus infra num.*140. ideò secundum id sit interpretatio. Ergo, si militis dispositio reciperet ius accrescendi ad exclusionem aliorum ab intestato venientium, deberet etiam recipere ad exclusionem patroni, non obstante, quod eius persona sit fauorabilis. Et dicere, magis in hoc faueri patrono, quam filiæ, *vt dicit Soc Iun in d.l.centurio n* 89. *vers.Rip.dicit*, ridiculum est. Magis igitur est, vt nulla sit responsio, quæ vim huius legis euitare possit.

Tertio probatur hæc sententia *l.quamquam* 3.*C. de testa. mil quam alij perperam ad comprobandam communẽ sententiã adduxerunt vt nos retulimus supra num.*86.*vers.Primò, & nu.*
seqq. nam ibi Antoninus non obscurè demonstrat, † miles 129
de cęteris vncijs aliquo modo disposuerit, ita, vt ex tali dispositione colligere possimus, eum appellatione vnciarum non compræhendisse partes totius hæreditatis, institutionem non capere authoritatem a iure communi, sed à iure militari, *sicuti latiùs in eius loci explicatione ostendemus infra num.*141.*& seqq.*

Quartò probatur §. *hæreditas, vers Non autem Inst. de hæred.instit.* Vbi Iustinianus, &, *si unum tantùm quis ex semisse (uerbi gratia) hæredem scripserit*, inquit, *totus as in semisse erit: neque enim idem ex parte testatus & ex parte intestatus decedere potest, nisi sit miles, cuius sola uoluntas in testando spe-*
ctatur: nam, cum illa verba, *nisi sit miles*, contineant † exce- 130
ptionem dicti præcedentis, quod est, totum assem in semisse contineri, si quis vnum tantum ex semisse scripserit hæredem, Consequens est, vt significent, si miles vnum instituat ex semisse. totum assem in semisse non contineri, & sic effectu partem parti non accrescere.

Nec est, quod respondeas, illa verba, *nisi sit miles*, non continere exceptionem dicti; sed tantùm rationis, quæ dicto subijcitur, & significare, non posse quem ex parte testatum,
& ex parte intestatum decedere, nisi sit miles, † *ut respon-* 131
det gl.in dict. §. hæreditas, uersic. Non autem, in uerb. totus as instit.de hæred instit. quia verius est, imò etiam dicti rationem continere; † vt apertè ostendit Theophilus vnus ex Institutionum compilatoribus, qui, dum in græcis institutionibus

bus illum locum interpretatur, ita scribit, *Si miles testamentum ordinans ita dixerit ille mihi ex quadrante hæres sit, dodrantem ij qui ab intestato veniunt accepturi sunt:* nam his verbis apertè docet, quod ibidem dictum est, si quis vnum tantùm instituat, totum assem in semisse contineri recipere limitationem in milite, & sic illa verba, *nisi sit miles*, non solùm rationis, sed etiam dicti præcedentis exceptionem continere, & quidem necessario: nam, si continent exceptionem rationis, vt certi iuris est, debent etiam per consequentias continere exceptionem dicti, quippè, quod cessante ratione cessat, vt intelligimus ex

Quintò fundamento, quo nostra sententia comprobatur: nam cessante ratione iuris accrescendi, debet & ipsum ius cessare, cum generaliter cessante causa dispositionis cesset & ipsa dispositio *l. adigere 6. §. quamuis ff. de iur. patro.* Sed ratio iuris accrescendi, de quo loquimur, cum scilicet tractamus de instituto ex fundo, vel semisse non dato cohærede, vel da-
133 to eo, qui postea defecerit, cessat in testamento militis, † scilicet, quia ratio est, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, *vt latè ostendimus in 3. cap. quæst. 2. num. 6. & seqq.* quæ ratio cessat in milite, quippe, qui potest pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere *d. l. si miles vnũ 6. l. quærebatur 10. d. l. si duobus 38. ff. de mil. test. d. l. hæreditate 19. §. filiusfa. ff. de castr. pec. d. l. ius nostrum 7. ff. de reg. iur. d. § hæreditas vers. Neque enim Inst. de hæred. inst.* Debet igitur in
134 eo cessare ius accrescendi, de quo loquimur. *Et ita arguunt Vlpianus in d. l. si miles vnum 6. ff. de mil. test. Paulus in d. l. si duobus. 38. ff. eod. & Tryphoninus in d. l. hæreditate. 19. §. filiusfa. ff. de castr. pec. Et post eos gl. in d. l. si duobus 38. in verb. si duobus vers. Sed erit speciale ff. de mil. test. Dec. in d. l. 1. num. 9. in fi. C. eod. & in d. rub. C. quand. non pet. part. in 2. lect. nu. 4. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 6. tit. 1. num. 16. Rustic. in d. l. cum anus 101. in proem. cap. 2. nu. 88. ff. de cond. & dem. Hoto. in epit. tit. ff. de vsufr. accr. numer. 12. & Ill. quæst. 44. & consil. 37. numer. 12.*

Sextò probatur hæc sententia, quia in testamento militis ea tantùm locum habent, quæ procedunt à voluntate testatoris, non etiam ea quæ veniunt ex potestate, & subtilitate
135 iuris † *d. l. quamquam. 3. Cod. de testa. mil. d. l. si certarum. 18. §. fin. ff. eod.* Sed ius accrescendi, de quo loquimur, non procedit a voluntate testatoris: tunc enim ab ea procedit, cum testator duos, aut plures coniunxit, quo casu etiam in testamento militis admittimus ius accrescendi, *vt dictum est supra num. 5. & 9.* sed procedit à mera potestate, & subtilitate iuris *l. interdum. 13. §. 1. ff. de hæred. inst. & nos latè ostendimus in 2. cap. quæst. 2. num. 45. & seqq.* scilicet, quia ideò inducitur, ne testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, *vt dictum est*, quod ea ratione fuit receptum ne idem defunctus, qui ab hærede repræsentari debet, respectu causæ diuidatur, & partim repræsentetur ex causa testati, & partim ex causa intestati, *vt diximus in 8. cap. qu. 4. num. 26.* quæ mera est iuris ciuilis subtilitas, *vt in proposito considerat Soc. Sen. in l. si mihi, & tibi. 12. in fin. prin. ff. de leg. primo.* Quamobrem dici-
136 mus ius accrescendi † esse de subtilitatibus iuris ciuilis, *vti videre est apud Decia. cons. 83. num. 87. vol. 4. Vigl. in d. §. hæreditas num. 5. inst. de hæred. inst.* & induci ex iuris fictione, & in-
137 terpretatione extensiua, non etiam præsumptiua, † *vt scribunt Bald. in cap. 1. § fin. numer. 2. versic. in text. ibi, De success. feud. Purp. in d. rub. C. quand. non pet. part. num. 14.* Non enim inspecta veritate fieri potest, vt, qui dedit fundum, aut semissem, censeatur voluisse dare totam hereditatem, *vt ait Vigl. in d. §. hæreditas num. 5. Inst. de hæred. instit.* Non debet igitur in testamento militis habere locum.

Nec obstat, si dicatur, imò etiam in testamento militis locum habere tacitas, & præsumptas voluntates, siue coniectu-
138 ras, † *vt latè ostendunt Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 6. tit. 1. num. 16. & Rustic. in d. l. cum anus. 101. in proem. cap. 2. numer. 88.* quia respondeo id procedere, quoties verba, secundum sui naturam, & propriam significationem, non repugnant, sed talem interpretationem patiuntur. Cæterum, quoties repugnant, vt euenit, cum quis instituit vnum ex fundo, vel semisse, & ex tacita, seu præsumpta mente defuncti volumus interpretari eum voluisse instituere in tota hereditate, verius est, in testamento militis non habere locum huiusmodi tantas, & præsumptas voluntates, quia sunt potius legum subtilitates, quàm voluntates testatorum, *vt dictum est, & clarius ex ijs patebit, quæ dicemus infra num. 136. & seqq.*

Septimò confirmatur hoc ipsum ea ratione, quia valet argumentum à tempore ad rem, † *vt in specie testamenti mili- 139 taris arguit Tryphoninus in l. miles. 42. in pri. vers. Et quia diximus ff. de mil. test.* Sed in testamento militis non habet locum ius accrescendi ratione temporis, quia, si instituat hæredem ad tempus, post illud succedunt venientes ab intestato *d. l. miles ita in prin. vers. Sed si ita*, & simili modo, si instituat ex tempore, interim causa intestati locum habet *d. miles ita, in prin. vers. His consequens est*, Nec igitur habebit locum ratione rei. *Ita arguunt Alex. in d. l. 1. num. 9. vers. Fulgo. hic C. de testa. mil. Duar. ad tit. ff. eo cap. 6.*

Nec est, quod respondeas, argumentum valere data paritate rationis, hic autem diuersam esse rationem, qua, cum instituit ex tempore, manifestè excludit tempus medium, quod non videtur, posse dici, cum simpliciter instituit hæredem ex re certa, vel aliqua parte hæreditatis, *Quomodo respondet (sub dubio tamen) Iason in d. l. 1. num. 13. Cod. de testa. mil.* quia verius est, imò respectu voluntatis parem esse vtriusque rationem: nam, quemadmodum, qui instituit post decennium non censetur velle instituere ante, ita etiam, qui instituit in fundo, vel semisse si voluntatem spectes, non censetur velle instituere in toto: Nec enim quisquam iàm fatuus est, qui non animaduertat fundum, aut semissem non esse totam hæreditatem. *prout latiùs ostendemus infra num. 142. & seqq.*

Octauo, & vltimo probatur hæc sententia argumento ducto ab vna specie iuris accrescendi ad aliam † nam, quem- 140 admodum pars serui communis, quem vnus ex condominis manumittebat, per ius accrescendi pertinebat quidem ad condominum, si manumissor erat paganus, sed non, si erat miles *l. 1. C. de comm. seru. man. §. vlt. Inst. de donat.* ita etiam dicendum est in partibus hæreditatis, vt, licet accrescant, si testator sit paganus, non tamen debeant accrescere, si sit miles.

Neque huic sententiæ aduersantur contraria: nam ad pri- 141 mum † respondent nonnulli, aliud esse, si miles instituat aliquem in re certa, puta fundo, aliud verò, si in quota, quia priore casu non accrescet residuum instituto, posteriore verò accrescet, *Ita respondent gl. in d. l. si miles vnum. 6. in verb. creditur ff. de mil. test. Imol. in d. l. cogi. 16. §. sed, & si miles, vers. Aduerte tamen ff. ad Treb.*

Verùm hæc distinctio meritò fuit ab omnibus improbata, † idest, tàm ab ijs, qui communem, quàm ab ijs, qui nostram 142 sequuntur opinionem, *vt ab Alex. in d. l. 1. num. 9. vers. Sed ista opinio & ibi Ias. num. 11. vers. Quam distinctionem C. de test. mil. Mantic. de con. vlt. vol. d. lib. 6. tit. 1. num. 26. vers. Sed hæc distinctio*, Nam, cum inter huiusmodi species non possit probabilis diuersitatis ratio afferri, *vt ait Alex. in d. l. num. 9. vers. Sed ista opinio*, Consequens est, vt inter eas ius diuersum constitui non debeat. Itaque aut vtroque casu locum habere debet ius accrescendi, vt veteres censuerunt, aut neutro, vt nos verius arbitramur.

Nec obstat, si dicatur, imo magnam videri diuersitatis rationem, quia, cum miles vnum instituit in re certa, verba clara sunt, & clarè ex ijs colligitur, eius voluntatem non esse, ut residuum patrimonij ad eum pertineat, *vt declarant Galiaul. in d. l. centurio. 15. num. 145. in fi. ff. de vulg. & Mantic. d. lib. 6. tit. 1. num. 28.* quod non uidetur posse dici, cum instituit ex quota, quia uerius est, idem esse in utroque casu: nam, si uoluntas militis dicitur clara, quando instituit hæredem ex fundo, dicetur etiam clara, quando instituit hæredem ex semisse, quia, quemadmodum qui dat fundum, non uult dare totam hæreditatem, ita etiam, qui dat semissem, sine dubio non uult dare totum. Et, quamuis dicamus in semisse totum contineri *d. §. hæreditas, vers. Non autem inst. de hær. inst.* hoc tamen non fit, ex voluntate testatoris, sed potestate iuris *d. l. interdum. 13. §. 1. ff. eod.* & mera iuris subtilitate, quæ, licet admittatur in testamento pagani non tamen admittitur in testamento militis, *vt supra dictum est*. Non est igitur inter has species discrimen aliquod constituendum.

Quamobrem aliter ad argumentum contrarium respondendum est, † nempè negando militem in specie *d. l. 5.* totum 143 hæreditatis assem non distribuisse, quia licet tres tantum vncias distribuerit, earum tamen appellatione totam complecti voluit hæreditatem, vncias pro partibus accipiendo Itaque,

que, dum dixit, Instituo filiam ex duabus vnciis, & vxorem ex vncia, perinde est accipiendus atque si dixisset, instituo filiam in duabus partibus seu tertijs, & sic vncijs (vt aiunt) grossis totius hæreditatis, vxorem verò in alia tertia. *Ita respondent Bald in d.l.1.num.1.vers.vel ibi, & ibi Alex.num.9 vers.Et respondet & versic.Et tenendo, Dec.num.9. versic.Sed ad illum text Cod.de test mil.Imol in d.l.1.§. si ex fundo, n.86. versic.interdum verò, & num.88.vers & per prædicta etiam, ff. de hæred inst. Angel de Gamb.de testa.d.gl.2.num.5.Vigl. in d. §.hæreditas, num.8, inst de hæred inst Duar ad tit.ff de mil.test. capit.6. Et est de mente eiusdem Bald. in d.l.1 num.3.Cod. de test.mil. dicentis in specie d.l.l.3. testatorem confuse, non distribuisse dispossuisse.*

Nec obstant illa verba, *de residuis portionibus*, & illa, *quæ sextantem accepit*, quæ videntur significare militem non distribuisse totam hæreditatem, sed tres tantum eius vncias,

144 & sic quadrantem, † *Qua ratione Ias. in dict.l.1. numer.12. vers.Secundo facit, C.de test. mil. & alij plerique moti supradictam responsionem improbarunt*, quia respondeo, non esse illa verba militis sed Imperatoris, qui considerat residuas portiones, non spectata significatione vnciarum secundum militis intentionem, sed secundum ius, *vt respondent Dec.in d.l. 1.num.9.versic.Sed replicari potest.Cod de test mil & dici posse fatetur etiam Ias.ibi nu.12.versic. Secundo facit*: Hoc enim significat Antoninus, militem, qui filiam instituit in duabus vncij, & vxorem in vncia, censeri voluisse hæreditatem in tres partes distribuere & filiæ, quæ duas vncias, & sic inspecta significatione iuris sextantem accepit, relinquere duas partes, vxori verò, quæ vnciam accepit, relinquere tertiam partem, nisi fortassis vlterius progressus miles aliquid in testamento disposuerit de residuis portionibus, idest, de reliquis vncijs, quæ secundum iuris significationem supersunt ad complendum hæreditatis assem, nam tunc non posset dici totam hæreditatem voluisse in tres partes diuidere, cum de alijs disponendo supposuerit, plures, quàm tres esse suæ hæreditatis partes.

Hinc intelligimus, in eius legis specie, filiam, & vxorem, quæ totam hæreditatem consequuntur non dici quicquam

145 habere per ius accrescendi, † quia verè nihil eis vltra datum accrescit, sed potiùs dici habere totam hæreditatem ex dispositione testatoris, qui eam in tres partes distribuit, quas vncias nominauit: Perinde enim est, ac si dixisset, Instituo filiam ex besse, vxorem verò ex triente; *Ita declarant Bald. in d.l.1.num 3.vers.vel ibi, & ibi Dec.num.9. versic.Sed replicari potest Cod.de test.mil.* Quod non obscurè denotant illa verba, *in tres partes diuisisse eum apparet hæreditatem*, quippè, quæ significant, institutas habere hæreditatem ex diuisione, & sic dispositione testatoris, non etiam ex dispositione legis, & sic iure accrescendi, *vt animaduertit Dec.in d.l.1. nu.9.vers.Sed replicari potest*. Hinc fit, vt locus ille, malè trahatur a nostris ad eam speciem, in qua miles ex fundo, vel semisse hæredem scripsit: Nec enim eadem est vtriusque speciei ratio, scilicet, quia in fundo, vel semisse non potest totus as, nisi potestate & subtilitate iuris contineri *dict.§.hæreditas, vers.Et si vnum inst.de hæred.inst coniuncta d l interdum 13. §.1.ff.eod.* cum alioquin in tribus vncijs idest, partibus etiam ex voluntate testatoris tota hæreditas contineri possit, *vt scribit Vigl in d.§ hæreditas, n.6.inst.de hæred.inst.*

Denique non obstant, illa uerba, *institutio etiam iure communi accepit authoritatem*, quæ uidentur significare, declarationem illam fieri secundum ius commune, idest, secundum id ius, quod in testamentis paganorum obtineret; Vnde, quia in testamentis paganorum tota hęreditas ad institutos in tribus uncijs non, nisi per ius accrescendi pertineret, idē uidetur procedere in testamento militis, quia respondeo. Primò data specie simili, idem in pagani testamento, quod in testamento militis obtinere: Nec enim dicerentur hæredes habere totam hæreditatem per ius accrescendi, sed ex expressa dispositione testatoris, *secundum ea, quæ supra diximus*.

Secundo respondeo, sensum illorum verborum esse, in proposita specie institutionem non solùm ex militis voluntate sed etiam ex iure communi accipere authoritatem, ex voluntate militis si vncias, non secundum iuris significationem, sed secundum quod ipse putauit, accipiamus, ex iure verò communi, si accipiamus vncias secundùm iuris significationem; Miles enim voluit distribuere totam hæreditatem, sed, quia verba, quæ expressit, secundum iuris significationem non possunt totam hæreditatem complecti, ideò talis dispositio debet etiam accipere authoritatem a iure communi, vt scilicet ei, quæ sextantem habuit, dentur duæ partes, ei verò, quæ vnicam, detur alia tertia ad hoc, vt seruetur voluntas militis. *Et ita videtur sensisse Bald. in d.l.3. vers item not.C.de test.mil.*

Et, si dixeris, ergo hoc modo intelligendo significat Antoninus, partes institutis accrescere; respondeo, si spectemus voluntatem militis, nihil accrescere quia miles putauit se totam hæreditatem distribuere, sed, si spectemus significationem verborum secundum ius. accrescere, sed hoc fieri, vt seruetur militis voluntas, sine qua ius commune non posset in eius testamento habere locum. Et ita videntur sensisse, qui dixerunt, In specie huiusce legis habere locum ius accrescendi ex voluntate militis, *vt Vigl.in d.§ hæreditas, num.5. inst. de hæred. inst.*

Quinimò (quod diligenter adnotandum est) probat hic locus, si rectè perpendantur eius verba, quando militis dispositio secundum eius mentem non complectitur totam hæreditatem; non habere locum ius commune, & sic ius accrescendi: nam ibi vult Antoninus, ita demum procedere, quod ait, institutionem ex iure communi accipere authoritatem, si miles de residuis portionibus non disposuerit, idest, si nihil dixerit, ex quo colligere possimus, eum existimasse, aliquas hæreditatis partes superesse. Ergo, si ex verbis appareat, eum credidisse, adhuc aliquas superesse partes, & sic noluisse complecti totam hæreditatem, innuit Antoninus, institutionem non accipere authoritatem ex iure communi, & sic non accipere ius accrescendi. Sed sic est, quod, quando miles dicit, instituo in semisse, vel instituo in fundo, clarè patet ex verbis, eum noluisse disponere de tota hæreditate, quia nemo tam fatuus est, qui credat appellatione semissis totum contineri, aut appellatione fundi contineri totam hæreditatem. Ergo etiam ex sententia Antonini, non poterit in his casibus habere locum in testamento militis ius commune, & sic primum hoc argumentum contra veteres retorquetur.

Denique, licet in proposita specie testamentum ex iure communi accipiat authoritatem, quoad hoc, vt testator censeatur inter hæredes institutas totum hæreditatis assem distribuisse, non tamen ex eodem iure communi accipiet authoritatem, vt, si altera ex ijs deficiat, eius portio debeat ad cohæredem pertinere, quia, cum sint omnimodo disiunctæ, tamquàm ad diuersas hæreditatis partes in diuersis orationibus vocatæ, Consequens est, vt inter eas non sit iuri accrescendi locus, *secundum ea, quæ diximus supra num.19. & dicemus infra num.* Et hoc non obstante, quod tractetur de hæreditate, quia etiam in ea cessat ius accrescendi inter omnimodò disiunctos, quoties non est absurdum quem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, *vt diximus in 5.cap.q 41.num.10.*

Ad secundum verò respondeo † primo, negando hæredes ibi institutos quicquam habere ex iure accrescendi, quia totū habent ex dispositione militis qui totam hæreditatem suam particulatim distribuerat, instituendo vnum in prædijs vrbanis, alterum in rusticis, tertium in alijs rebus: nam particularis omnium rerum distributio habetur pro vniuersali, non 146

particulari dispositione † *l.quid ergo 92.ff.de leg.1. Ita respondent Imol.in l.1 §.si ex fundo, numer.45.vers.Nec obstant, & num 47.vers Et sic patet, & num.87 vers.Nec obstat & nu.88. vers.Et per prædicta & in d l.cogi.16.§.sed & si miles, vers.Aduerte tamen. Alex.in d.l.1.n.9.vers.Et respondet Imola, & ibi Dec.n.9 vers Secundo pro communi C de test.mil. Soc.Iun.in d l. centurio 16.n.89.ff.de vulg. Et rectè, quicquid Ias.in d.l.1.n.12. C.de test.mil. & alij plerique censeant.* 147

Nec obstat, quod huiusmodi distributio contineat res tantum particulares, non etiam ipsam vniuersitatem, † ideòque quatenus censetur hæredes vniuersales, non possit id fieri, nisi per ius accrescendi, quia respondeo, quando miles distinguit species bonorum, licet, quod ad figuram loquendi videatur instituere in rebus particularibus, inspecto tamen militari priuilegio censeri instituere in vniuersitate, quia species bonorum à milite distinctæ pro diuersis vniuer- 148

sitatibus

ſtatibus accipiuntur, propterea, quod dantur huiuſmodi inſtitutis actiones, vt hæredibus vniuerſalibus, non iure accreſcendi, ſed vi, & poteſtate diſpoſitionis militaris *d. l. cogi, 16 §. ſed, & ſimiles ff. ad Trebell.*

Secundo reſpõdeo dato, quod dici poſſint aliquod habere per ius accreſcendi id procedere, quoties ex verbis teſtatoris apparet talem fuiſſe ipſius voluntatem; Tũc enim inſtitutio à milite facta dicitur capere authoritatem etiam à iure com-
149 muni, † *vt patet ex d. l. quamquam 3. C. de teſt. mil. ſecundũ ea, quæ ſupra diximus.* Tunc autẽ dicitur apparere de voluntate militis, quando cõſtat ex verbis, eum voluiſſe diſtribuere totã hæreditatẽ inter inſtitutos: nam, licet eo caſu verba ſecundum interpretationẽ iuris non videantur deſeruire, tamen, vt militis voluntas ſeruetur, debet eius diſpoſitio accipere vim, & authoritatem a iure communi, & ſic debet inſtitutis accreſcere id, quod ſpectata ſignificatione verborum ſecundũ ius non videretur datum, quo caſu dicentur inſtituti nõ habere quicquam ius accreſcendi, ſi ſpectemus volũtatem militis, ſed habere per ius accreſcendi, ſi ſpectemus ſignificationem verborum ſecundum ius, vt euenit in ſpecie *d. l. ſi certarum*: nam miles voluit totam hereditatem diſtribuere inter heredes inſtitutos, ſed quia fecit diſtributionem rerum, non hæreditatis, quæ ſecundum ius longè a rebus differt, ideò ad ſeruandam militis voluntatẽ, neceſſario debet eius diſpoſitio ſumere vim à iure communi, & ita accipi, quaſi miles inſtituerit illos hæredes vniuerſales, & res diſtributas per præceptionem cuique eorum legauerit. Et hoc eſt, quod ibi Caius ſignificat, dum *valebit inſtitutio*, inquit, *perindeque habebitur, atque, ſi ſine partibus heredes eos inſtituiſſet, reſque omnes ſuas per præceptionem cuiq; legãdo diſtribuiſſet.* Ex quo intelligimus ſpeciem *l. ſi cer-*
150 *tarum*, non differre † à ſpecie *l. quamquam*, niſi in genere diſtributionis: nam in vtraq; lege miles voluit diſtribuere totã hæreditatem, ſed *in l. quamquam*, diſtribuit in tres partes, quas vncias appellauit, At *in l. ſi certarum*, nõ diſtribuit in partes, ſed in ſpecies bonorum: Sed, quia in vtroque caſu verba à milite expreſſa ſecundum ſignificationem iuris non operabatur id, quod miles habuerat in animo, ſcilicet, quia, qui dat vnciam ſecundum ſignificationem iuris non dat tertiã partem, ſe tantum duodecimam, &, qui duas vncias non dat beſſem, ſed ſextantem, & ſimili modo qui dat omnes res hæreditarias, non cenſetur dare totam hereditatem, ideò, vt ſeruetur militis voluntas, debet eius diſpoſitio ſumere authoritatem etiam a iure communi, vt ſcilicet inter huiuſmodi inſtitutos poteſtate iuris diſtribuatur tota hæreditas ſeruata voluntate militis reſpectu partium, aut rerum, ſed hoc non rectè quis inferet ad alias ſpecies, in quibus miles non diſtribuit totam hæreditatem, aut, in quibus tractatur de parte vni aſſignata per ius accreſcendi alteri deferenda, quia hoc neutra ex lege deduci poteſt, imò potiùs contrarium, *ſecundum ea, quæ diximus ſupra num. 98.*

151 Ad tertium reſpondeo, † illa verba non ita eſſe intelligenda, quaſi quęrat Papinianus an in ſpecie a ſe propoſita bona paganica, *Perinde Titio accreſcãt, ac, ſi partem eiuſdem hereditatis accepiſſet* a milite, ſed, an perinde accreſcant, ac, ſi partem eiuſdem hæreditatis accepiſſet a pagano, vt comparatio fiat inter teſtamentum pagani, & teſtamẽtum militis, & hoc in ſumma quæratur, an, quemadmodum in teſtamento pagani locum habet ius accreſcendi inter cohæredes, ita etiam locum habere debeat in teſtamento militis: Paria enim ſunt dicere, capere partes eiuſdem hæreditatis, vel, capere partes ex teſtamento pagani, quippe cuius non, niſi vna, eſt, & eadem hæreditas, cum alioquin militis hæreditates ſaltem inſpecto priuilegio duæ ſint. Reliqua deſiderantur.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
2 *Contrariorum vno cognito, cognoſcitur, & aliud.*
3 *Ius accreſcendi ceſſat, quando ſocius facit partem, & n. 14.*
4 *Qui facit partem ius accreſcendi excludit, qui non facit partem ius accreſcendi non excludit.*
5 *Facere partem nihil aliud eſt, quã ius accreſcẽdi impedire.*
6 *Aliud eſt capere partem, aliud facere partem.*
7 *Capere partem eſt portionem ſibi aſſignatam realiter conſequi, & obtinere.*
8 *Facere partem eſt perſonam ſuam connumerare in partibus faciendis.*
9 *Facere partem eſt impedire ne ſocius habeat totum, ſeu eſt facere, vt non niſi partem conſequatur & num. 15.*
10 *Qui capit partem facit partem ſed, qui facit partem non ſemper capit.*
11 *Ius accreſcendi ceſſat quando is, cui portio fuerat aſſignata, ſuam partem capit.*
12 *Ius accreſcendi aſſimilatur vulgari ſubſtitutioni.*
13 *Vulgaris ſubſtitutio expirat aditione primi vocati.*
16 *Ius accreſcendi, vt locum habeat requiritur, vt portio omnimodò deficiat.*
17 *Portio omnimodo deficere dicitur quando coniũctus non admittitur ad partẽ, nec admitti ſperatur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis per ſe, vel per aliũ.*

An, & quando ius accreſcendi ceſſet ex cauſa illius, cui portio fuerat aſſignata.

QVÆSTIO XXV.

HVcuſque viſum eſt qualiter ius accreſcendi ceſſet ex cauſa legis, & ex cauſa teſtatoris; Nunc tertio loco expectabatur deciſio illius quæſtionis, AN, & quando ceſſet ex cauſa illius, cui portio fuerat aſſignata? Sed fruſtrà. Deeſt etenim ab Excellentiſſimi huius Auctoris manuſcriptis eius diſcuſſio, licet eius defectus exactiſſimo huic tractatus, aut nullum, aut certè modicum incommodum videatur afferre; Nam cum *in c. 7. q. 21.* actum ſit, Quando ius accreſcendi locum habeat ex cauſa vocati, cui ſcilicet portio fuerat aſſignata, facilè in contrarium intelligi poterit, Quando ex ipſius cauſa locum non habeat, ſed ceſſet; Quia contrariorum eadem eſt diſciplina, † vt cognito vno, cognoſcatur, & 1
aliud † *l. & ſi contra 35 ff. de vulg. & pupill. l. 1. ff de iis, qui ſui, vel al. iur. ſunt & princ. inſt. eod.* 2

Et generaliter quidem dicẽdum eſt ceſſare, ſi is partem faciat, † *vt ſcribunt Bart. in l. re coniunctis 89. n. 41. & ibi Rip. n. 140* 3
Alciat. n. 47. & alij relati in d. q. 21. nu. 2. quia, vt ibi ſubijcitur *nu. 2.* qui facit partem, ius accreſcendi excludit; † qui verò nõ 4
excludit, quia in effectu, *vt ſcribit hic idem auctor ſupra cap. 6. q. 14 n. 28.* facere partem nihil aliud eſt † quam impedire ius 5
accreſcendi. Quando autem is, cui portio fuerat aſſignata faciat, aut non faciat partem, ſi quęramus, illud prius ſciendũ eſt, aliud eſſe capere partem † aliud facere partem: & quidem 6
capere partem † eſt partem ſibi aſſignatã realiter conſequi, 7
& obtinere; facere verò partẽ † eſt perſonam ſuam numerare 8
in partibus faciẽdis *l. 1. § vlt. ff de coll. bon.* & hoc modo impedire, ne ſocius habeat totũ, ſiue facere, vt nõ niſi partem conſequatur † *l. Papinianus 8. quoniam autẽ quarta ff. de inoff. teſt.* 9
l. plane 34. § ſi coniunctim & § unde dicitur, & l. huiuſmodi 86. § ſi Titio, & Mæuio, ff. de leg. 1. Ex quibus conſequitur, vt qui capit, vtique faciat partem; † Sed è contrà, qui facit partem, 10
non ſemper capiat, quia interdũ euenit, vt vnus ex ſocijs non capiat ſuam portionem, & tamen faciat partem *d. cap. 7 q. 21 ſuprà*, vbi hæc omnia latiùs explicantur. Hiſce potiùs cùm quęrimus, An, & quando is cui portio fuerat aſſignata, faciat partem, vt ex cauſa eius dicatur ceſſare ius accreſcendi, duo caſus erunt principaliter diſtinguendi, quorum

Primus erit, quãdo is realiter capit, & admittitur ad ſuam partem, Et tunc abſque dubio faciet partem, & conſequenter ex cauſa eius ius accreſcendi ceſſabit † *l. vn. §. vbi autem legatarij C. de cad. toll. l. ſi pluribus. 33. ff de leg. 1.* quia hoc ius eſt 11
ſimile † vulgari ſubſtitutioni *d. q. 21 nu. 12.* ſed vulgaris ſubſtitutio ceſſat ex cauſa eius, cui res fuerat primo gradu aſſignata, ſi is eam conſequatur, ſeu capiat † *l. poſt aditam 5. C de impub. & al. ſubſt.* Ergo ſimili modo ceſſare etiam debet ius accreſcendi ex cauſa eius cui portio fuerat aſſignata ſi is eã capiat, ſiue ad eam admittatur; Et ita ratiocinatur Doctiſſimus hic Auctor *in dict. quæſt. 21 num. 12 & ſeqq.* vbi latiùs hoc explicat, & ampliat. 12 13

Secundus caſus erit quando is, cui portio fuerat aſſignata realiter ipſi eam nõ capit, ſed tamen ſuam perſonam numerat in partibus faciendis & tunc pariter dicẽdum eſt, eum facere partem, *vt ſuprà*, & conſequenter ex cauſa ipſius ceſſare ius accreſcẽdi, † quia cùm hoc modo impediat ne ſocius habeat totum, † *vt dictum eſt*, vtique ex cauſa eius ceſſabit ius 14 15
accre-

accrescendi: Et ratio euidens est, quia inter cętera requisita iuris accrescendi, hoc vnum est, vt portio quæ debet accre-
16 scere omnimodo deficiat † *suprà cap.7.q.36.n.1.* idest, vt is, cui portio fuerat assignata ad eam non admittatur, nec admitti speretur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius
17 æquitatis per se, vel per alium, † *ex traditis in d.q.36.n.5.* Sed quando facit partem, portio non deficit omnimodò, idest omnibus prædictis modis, *vt videre est in d.q.36.& seqq.* ergo ex causa eius cessare debebit ius accrescendi. Et hæc quidem dicuntur generaliter loquendo.

Sed specialiter si quæratur, An, & quando is, cui portio fuerat assignata partem faciat, vel non faciat ad impediendum, vel non impediendum ius accrescendi, tria considerare oportet. Primò causam, propter quam non admittitur, & de hoc actum est, *cap.7.q.22.& seqq.* Secundo modum, quomodo nempè admittatur, & de hoc dictum est *d.cap.7.q.36.& seqq.* Tertio tempus, quo debet deficere, An scilicet ante acquisitionem, vel post, tàm in proprietate, quàm vsufructu. & de hoc visum est *d.cap.7.q.59.n.29.per totam*, & tàm in vltimis voluntatibus, quàm in actibus inter viuos, *suprà c.4.q.4.n.26.* Cum igitur hæc omnia in dictis locis fusè discussa sint, consequens est, vt verum sit, quod suprà diximus, omissionem, aut amissionem huius quæstionis, locupletissimo huic tractatui, aut modicum, aut nihil obesse.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi cessat si is, cui portio deberet accrescere, neque per se, neque per alium ad suam portionem admittatur, & cur, num.2.*
3 *Ius accrescendi cessat, si is, cui portio deberet accrescere, fuerit ad suam portionem admissus de iure speciali.*
4 *Ius accrescendi cessat, si is, cui portio deberet accrescere, post acquisitionem, suam portionem amiserit.*
5 *Ius accrescendi cessat si is, cui competere deberet, ei renunciauerit.*

An, & quando ius accrescendi cesset ex causa illius, cui portio deberet accrescere.

Q V Æ S T I O XXVI.

Svperest, vt quarto, & vltimo loco dispiciamus, Quamobrem cesset ius accrescendi ex causa illius, cui portio deberet accrescere. Constat autem quatuor potissimum cessare casibus.

Primo enim cessat, si is neque per se, neq; per alium fuerit
1 ad suam portionem admissus, † *vt ostendimus in 7.c.q.70.n.2.*
2 scilicet, quia, † cũ portio portioni accrescat, *l. si Titio 39.in fi. ff. de vsufr.* Consequens est, vt ei, qui portionem nõ habet, nihil possit accrescere, *sicuti diximus in eodem 7.cap.q.70.n.1.*

Secũdo verò cessat, etiamsi fuerit ad suam portionẽ admissus, si modò talis admissio non fuerit facta iure communi, &
3 ordinario sed iure singulari & priuilegiario: † nam ei, qui ad suam portionem admittitur de iure speciali ius accrescendi non competit, *vt ostendimus in eodem 7.cap.61.num.1.& seqq. vbi latè demonstrauimus, quibus casibus hoc procedat.*

Tertio cessat ius accrescendi, etiamsi ad suam portionem fuerit iure communi admissus, dummodò post acquisitionẽ
4 eam amiserit: † nam quia tempore, quo portio vacat, Portionem principalem non habet, fit, vt ea, quæ vacat, non possit ei, quasi portionem non habenti accrescere, *sicuti latè demonstrauimus in eodem 7.cap.q.74.n.1.& seqq.*

Quarto demum cessat ius accrescendi, etiamsi fuerit ad suã portionem de iure communi admissus, & eam non amiserit,
5 si modo iuri accrescendi renunciauerit, † *vt scribunt Ruin. cõs.166.n.11.vers. Quinimo, & vers. idẽ igitur vol.1. Men. cons. 593. in princ. vers. respondendum. Quod etiam fuit de mente eorum quos referemus in hoc cap.q.27.n.3.& q.28.n.3.* Sed, quia hoc supponit vocatum, & potuisse iuri accrescendi renunciare, & eidem renunciasse, ideò ratio postulat, vt separatim dispiciamus. Primo, an iuri accrescendi renunciari possit. Secundo, si potest, quando censeatur ei renunciatum. Tertio demum, qui sint huius renunciationis effectus.

S V M M A R I V M.

1 *Ius accrescendi quando renunciari possit.*
2 *Iuri accrescendi renunciari non potest in hæreditatibus, & bonorum possessionibus.*
3 *Iuri accrescẽdi renunciari potest in legatis, & fideicõmissis.*
4 *Iuri non decrescendi renunciari non potest etiam in legatis, & fideicommissis.*
5 *Iuri accrescendi renunciari potest in contractibus, & alijs viuentium causis.*
6 *Pacto fieri potest, vt ius accrescendi locum non habeat in contractibus.*

An, & quando iuri accrescendi renunciari possit.

Q V Æ S T I O XXVI.

Et primæ quidem quæstionis resolutio pendet ab ijs, quę latè diximus *in 8.cap.q.4.& seqq.& in cap.9.q.34.& seqq.* Nam quibus casibus † portio vacans inuito accrescit, non 1
potest haud dubiè iuri accrescendi renunciari, quibus verò accrescit volenti, potest. Itaque si tractemus de hæreditatibus, & bonorum possessionibus, quoniam in ijs regulariter portio vacans inuito accrescit, *vt ostendimus in eodem 8.c.q.5.n.32.* Ideò iuri accrescendi renunciari non potest. † *vt scribũt* 2
Bart. in l.1.n.2.ff. de acq.har. Bald. in l. testamento 6.nu.3.C. de impub.& al. subst.& in l.vn.n.24.& ibi Purp. num.23. vers. Et ideò, C. quand. non pet. part. Castr. in l. si mihi, & tibi 12. in princ. n.4. in fi. ff. de leg.1. Gul. Ben. in cap. Raynutius in verb. & vxorẽ nomine Adelasiam n.96. De testam. Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. nu.39. Et est de mente Ias. in l.1. in princ. vers. in prima parte C. de impub.& al. subst. Contra verò, si tractemus de legatis, & fideicommissis, in quibus portio vacans non accrescit, nisi volenti, *vt diximus in eod. c.8.q.8.n.16.* iuri accrescendi renunciari potest, † *vt docent gl. in l. neminẽ 4. in verb. legata* 3
ff. de leg.2. gl. in d.l. si mihi & tibi 12. in princ. in verb. non posse & ibi Bald. vers. in ea gl. videtur sic & Castr. n.4. in fi. Ias. n.24. ff. de leg.1. Bald. in d.l. vn. n.24. C. quand. non pet. part. Ang. de Gamb. de test. gl.42.n.10. Imol. in l.1.§. si ex fundo n.63. vers. Et ibi etiã ff. de hered. inst. Gul. Ben. in d. cap. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam n.133. vers. Et pro hoc Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.10. tit.3.n.19. Duar. lib.2. de iur. accr. cap.1. Planè, si tractemus de iure non decrescendi, quod etiam inuito legatario, aut fideicommissario locum habet, *vt diximus in eodẽ c.8.*
q.8.n.1. magis est, vt ei renunciari non possit, † *vt scribunt gl.* 4
in dict. l. si mihi, & tibi 12. in princ. in verb. non posse, & ibi Bald. vers. in ea gl. videtur sic, & Castr. n.4. in fi. Ias. nu.24. ff. de leg.1. Ang. de Gamb. de testam. d. gl.42.n.10. Io. Gand. in d. l. re coniunctis n.73. Duar. d. lib.2. de iur. accr. cap.1. Denique, si tractemus de contractibus, & alijs viuentiũ causis, in quibus portio non accrescit inuito, sed volenti, quibus casibus ius accrescendi in eis locum habere potest, *vt ostendimus in eodem cap.8.q.9.n.5.*
magis est, vt huic iuri renunciari possit, cum, & † ab initio 5
possint contrahentes pacisci, vt iuris accrescẽdi non sit locus,
† *sicuti docent Bald. in cap. qui in Ecclesiarũ n.29. De inst.* Igitur 6
quæcunque videntur ad huius quæstionis decisionem necessaria, deducenda sunt ab ijs, quæ diximus *in supra relatis quæst.* ne alioquin cogamur, hic ea repetere, quæ latius ibi commemorauimus.

S V M M A R I V M.

1 *Iuri accrescendi quando censeatur renunciatum.*
Quæstio, An, & quando iuri accrescendi censeatur renunciatum in materia feudali, & Emphyteutica solet esse frequentissima.
2 *Iuri accrescendi toties censetur renunciatum, quoties, aut ex verbis, aut ex coniecturis colligere possumus talem fuisse mentem agentium.*
3 *Iuri accrescendi non solùm expressè, sed etiam tacitè renunciari potest.*
4 *Renunciatio expressa fit verbis renũciationẽ continentibus.*
5 *Renunciatio tacita colligitur ex factis, aut dictis, ex quibus per antecedens, vel consequens necessarium deduci possit iuris accrescendi renunciatio.*

6 Iuri accrescendi, quando censeatur expressè renunciatum.
7 Renunciatio, vel est realis vel personalis.
8 Renunciatio realis remittit & aufert ius accrescendi.
9 Renunciatio personalis non remittit, vel tollit ius accrescendi absolutè.
10 Renunciatio realis est totius iuris extinctiua.
11 Renunciatio realis excludit renunciantem totaliter, & in perpetuum à iure suo.
12 Renuncians iuri accrescendi ad feudum, vel emphyteusim redire non potest, licet deficiant ij, quibus facta fuit, quando renunciatio est realis.
13 Renunciatio, quando est realis, res debet ad eos pertinere, qui, amota persona renunciantis, eam essent habituri.
14 Renunciatio realis omnibus prodest, qui in re ius habere possunt.
15 Renunciatio realis omnibus prodest, qui in re ius habere possunt, non ex propria vi ipsius renunciationis, sed vigore abdicationis, & priuationis.
16 Renunciatio realis prodest omnibus qui amoto renunciante, ius habere possunt, non per modum acquisitionis; sed per modum remotionis obstaculi.
17 Renunciatio personalis non est totius iuris extinctiua; sed tantum suspensiua.
18 Renunciatio personalis non excludit renunciantem totaliter. & in perpetuum, sed solùm quandiù superstint ij, quorum fauore facta fuit.
19 Renunciatio personalis, si deficiant ij omnes, quorum fauore facta fuit, habetur perinde, ac si nunquam fuisset facta.
20 Renunciatio personalis prodest solum ijs, quorum fauore facta fuit; sed non alijs.
21 Renunciatio quando realis, quandoque personalis censeatur; multi casus distinguuntur.
22 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta in manibus domini simpliciter, est realis.
23 Renũciatio feudi, vel emphyteusis in manib. domini simpliciter facta, operatur, vt perpetuò excluso renũciãte, fiat locus alijs, puta agnatis, aut domino directo, quasi finita linea.
24 Renũciatio feudi, vel emphyteusis facta in manibus Domini nõ simpliciter; sed ad effectũ vt inuestiatur extraneus qui non erat comprahensus in antiquis inuestituris; est realis.
25 Renũciatio feudi, vel emphyteusis facta in manibus Domini non simpliciter; sed ad effectum, vt inuestiatur extraneus, qui nõ erat comprahensus in antiquis inuestituris, perpetuò excludit renunciantem & cur nu. seq. Amplia, vt n. 27.
28 Renunciatio feudi, facta in manibus Domini ad effectum, vt inuestiatur, non extraneus, sed frater; tamquam de feudo nouo est realis.
29 Renunciatio feudi, facta in manibus Domini ad effectum, vt inuestiatur frater tamquam de feudo nouo, perpetuò excludit renunciantem, etiamsi fratris de nouo inuestiti linea deficiat.
30 Frater fratri morienti sine filijs in feudo nouo non succedit.
31 Renũciatio feudi facta in manibus Domini ad effectũ vt inuestiatur frater tamquam de feudo antiquo est personalis.
32 Renunciatio feudi facta in manibus Domini ad effectum, vt inuestiatur frater, tamquam de feudo antiquo, non nocet renuncianti, si frater sine liberis moriatur, aut eius linea postea deficiat.
33 Renũciatio feudi facta in manibus Domini ad effectum, vt frater inuestiatur simpliciter, in dubio cẽsetur personalis.
34 In dubio censetur actum, vt frater inuestiatur tamquam de feudo antiquo, quando frater renunciat feudum in manibus Domini ad effectum, vt frater inuestiatur simpliciter, idest non expresso an deberet inuestiri, tamquam de feudo nouo an tamquam de feudo antiquo.
35 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta non in manibus Domini sed fratris, est realis, si renuncians renunciando omnimodo refutauit feudum, vel emphyteusim.
36 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta non in manibus Domini, sed fratris cum omnimoda refutatione, renunciantem perpetuò excludit.
37 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta fratri stipulanti, & acceptanti pro se, & suis haeredibus, aut etiam simpliciter, censetur personalis, si renunciationis verba sint concepta in præsens.
38 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta fratri, non nocet renuncianti, si fratris linea postea deficiat, & renunciationis verba in præsens concepta sint.
39 Actus agentium non debẽt operari vltrà eorum intentionẽ.
40 Renuncians per verba in præsens cõcepta omni iuri sibi competenti ex quacunque causa, tam cogitata quam incogitata, ius futurum non intelligitur remittere.
41 Renunciatio feudi, vel emphyteusis facta fratri stipulãti, & acceptanti pro se suis haeredibus seu descendẽtibus censetur personalis, quando renunciationis verba, nec in præsens, nec in futurum concepta sunt sed sunt simpliciter prolata.
42 Renunciatio feudi, vel emphyteusis, nec in præsens nec in futurum concepta sed simpliciter fratri facta pro se & successoribus stipulanti, non nocet renuncianti quandocunque fratris linea deficiat.
43 Renunciatio feudi. vel emphyteusis facta fratri sine expressione personarum in dubio censetur personalis, si verba renunciationis nec in præsens nec in futurum concepta sint.
44 Renunciatio feudi vel emphyteusis facta fratri absque personarum expressione, & verbis nec in præsens, nec in futurũ conceptis nõ nocet renuncianti si fratris linea deficiat.
45 Renunciatio simplex non trahitur ad ius futurum.
46 Paciscentes non censentur de iure futuro cogitasse.
47 Renũciatio nõ porrigitur ad ea, de quibus non est cogitatum.
48 Renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, non autem superueniente noua causa.
49 Renunciatio est realis, quando frater renunciat omni iuri, quod habet, aut habere sperat. vel simpliciter, vel per mortem fratris vel defectum lineæ ipsius.
50 Renunciatio est realis, quando est renunciatum omni iuri, quod renuncians habet, aut habere sperat ex quacunque causa, tàm præsente, quàm futura.
51 Renunciatio feudi, vel emphyteusis censetur personalis, quando renuncians renunciauit fratri stipulanti pro se, & suis haeredibus & successoribus omni iuri, quod habet, aut habere sperat.
52 Renũciatio feudi, qua frater fratri stipulãti pro se & descẽdentibus renunciauit omni iuri, quod habet & habere sperat prodest tãtum fratri & eius descendẽtibus, sed nõ alijs.
53 Renunciatio feudi, qua frater fratri stipulanti pro se & descendentibus, renunciauit omni iuri quod habet & habere speras non nocet renuncianti, si fratris linea deficiat, etiamsi facta sit cum clausulis amplissimis nu. 54. & cum iuramento num. 55.
56 Iuramentum recipit omnes qualitates, & conditiones, quas recipit dispositio principalis, super qua interponitur.
57 Renunciatio quæ renunciantem non excluderet. multò minus excludet eius filios, & descendentes ex propria persona, & proprio iure venientes, licet illius hæredes existant, & renunciatio facta sit pro se, filijs & hæredibus & nu. 59.
58 Quod dicitur renunciationem, nocere hæredibus ex propria persona venientibus procedit quando renunciatio est realis.
60 Renunciatio realis. filijs & descendentibus ex propria persona venientibus, plerumque non nocet.
61 Renunciatio censetur realis, quãdo verba fuerunt concepta in futurum & ad commodum omnium quorum interest.
62 Renunciatio facta ad commodum omnium, quorum interest, & concepta in futurum prodest omnibus.
63 Renuncians totaliter excluditur à suo iure quando renunciationis verba fuerunt concepta in futurum, & ad commodum omnium, quorum interest.
64 Renunciatio, per quam frater renunciat omni iuri quod habet in feudo, aut habere sperat nec addidit alia verba, ex quibus colligi possit, an voluerit omnibus prospicere, an fratri tantum eiusque descendentibus, est realis, & num. seqq sed contra n. 71. & seqq vsque ad fin.
65 Frater renũcians simpliciter omni iuri quod habet, aut habere sperat, sibi perpetuò præiudicat; Sed contra nu. 72.
66 Valet argumentum ab vsufructu ad feudum, vel emphyteusim: Declara num. 88. & seqq.
67 Simplex vsusfructus renunciatio totaliter perimit ius renuncianti.
68 Vsusfructus extinguitur, & cum proprietate consolidatur, si cedatur extraneo, & num. 97.
69 Declaratur textus in cap. 1. De eo, qui fin. fec. agn. & n. 86 Declara & num. 115.
70 In dubio faciẽda est interpretatio, vt actus aliquid operetur, & non

& non sit inutilis; Declara, vt nu. 116. & num. 121.

73 *Renunciatio facta iuri, quod quis habet, aut habere sperat, non excludit ius accrescendi, seù succedendi, quod posteà superuenit; Declara, vt ibi.*

74 *Renunciatio in dubio censetur personalis.*

75 *Renunciatio simplex prodest quidem fratri, cui facta fuit, & eius heredibus, sed non alijs.*

76 *Pactum ijs solis debet proficere, quibus, vt prosit, paciscentis interest.*

77 *Pactum vnius non prodest.*

78 *Vnusquisque censetur quidem voluisse prospicere sibi, & suis heredibus, sed non alijs.*

79 *Speciale est in Ecclesia vt ex alterius pacto, ius ei, etiam absenti acquiratur; Declara vt num. 80.*

81 *Remittens mihi omne ius, quod habet in re si mihi nō acquiritur, remanet apud ipsum remittentem. Declara n. 106.*

82 *Remissio generalis non porrigitur ad ius futurum, siue ad ea, quæ posteà superueniunt.*

83 *De iuribus futuris non censentur paciscentes cogitasse.*

84 *Renūciatio non extenditur ad ea, de quibus nō fuit cogitatū.*

85 *Renunciatio intelligitur rebus sic stantibus, non autem superueniente noua causa.*

86 *Renūciatio his tantū debet proficere, quorū contēplatione fit.*

87 *Exceptio quæsita singulari successori, illius authori non prodest.*

88 *Vsusfructus, & vtile dominium differunt.*

Vsusfructus non transfertur in eum, cui ceditur, sed vtile dominium transfertur.

89 *Dominium vtile transit in fratrem, cui renunciatur, & omnes descendentes ab eo feudi vel emphyteusis capaces, sed non in extraneos aut etiam descendentes incapaces.*

90 *Dominium vtile, etiam cum non transfertur in eum, sicut ceditur non extinguitur sed reuertitur ad cedentem quod secus est in vsufructu.*

91 *Dominium vtile cessum alicui, eo deficiente debere difficiliùs reuerti ad renunciantem, quam vsusfructus alteri cessus. Et ratio ibi & num. seq.*

93 *Vsusfructus tamquam ius merè personale, nequit in alium transferri.*

94 *Vsusfructus, quotiescunque ad eum casum deducitur, vt vel natura, vel hominis facto debeat in alium transire protinus extinguitur.*

95 *Vsusfructus extinguitur morte vsufructuarij.*

96 *Vsusfructus extinguitur cōfiscatione bonorū vsufructuarij.*

98 *Vsusfructus sinè sui interitu a persona separari non potest.*

99 *Vsusfructus interdum de vno in alium transfertur. vt cum quis legat vsumfructum Titio, & eius heredibus, nu. 100. vel cum quis sibi et suis heredibus stipulatur vsumfructū, nu. 101 Sed tunc vsusfructus, qui transfertur non idem est cum eo, quem habebat defunctus, sed alius num. 102.*

103 *Cedēs vsumfructum extraneo, est eius intensionis, vt vsusfructus debeat in cessionarium transire, qui transitus supponit abdicationem cedentis, & num. 107.*

104 *Vsumfructum extraneo cedens, censetur prius à se ius suū abdicare, & ob id licet non valeat cessio, valet tamen abdicatio, & extinguitur vsusfructus.*

105 *Dominium vtile tamquam reale potest sine sui interitu, à persona vnius separari, & in alium transferri.*

107 *A priuatione ad habitum non datur regressus.*

108 *Cessio Dominij non habet præambulam priuationem, seù abdicationem cedentis.*

109 *Cedens Dominium, ità demum censetur à se ius separare, si translatio fiat in cessionarium.*

110 *Cedens vsumfructum, licet sit eius intentionis, vt ita demum velit à se ius separare, si translatio fiat in cessionarium, tamen talis intentio nihil ad effectum reuersionis operari potest, & ratio num. seq.*

111 *Res, quæ sui natura per pactum extinguuntur, nuda voluntate, seù nudo pacto non possunt reuiuiscere, nisi modis legitimis de nouo constituantur.*

112 *Cessio vsusfructus habet priuationem, & extinctionem præambulam, at cessio vtilis Dominij non.*

113 *Cessio vsusfructus prodest proprietario non principaliter, & per modum acquisitionis sed in consequentiam, & per modum remotionis obstaculi.*

114 *Cessio Dominij vtilis, & cessio vsusfructus parificantur, si sumus in casibus, in quibus cedens totaliter se priuat feudo, aut emphyteusi.*

117 *Renunciatio nō dicitur inutilis, quando operatur in fauorē fratris & eius lineæ licet non operetur in fauorē aliorum.*

118 *Renunciatio non potest inutilis censeri, quando operatur remissionem alterius iuris, quod habere poterat renūciās, licet non operetur remissionem iuris accrescendi.*

119 *Renunciatio facta in diuisione, per quam frater fratri renunciat omni iuri quod habet aut habere sperat in feudo, vel emphyteusi, non amittit ius accrescendi, licet aliud ius non speraretur, quam istud; & n. seqq. Sed contra n. 122.*

120 *Magis tolerādum est vt actus sit inutilis, quam quod operetur aliquid præter, aut fortè contra intentionē agentis.*

123 *Renunciationis verba in futurū concepta quādo nō possunt in alio verificari, quā in iure accrescēdi, illud extinguūt.*

124 *Ius accrescendi in feudis & emphyteusibus cessat, quando specialiter ei fuit renunciatum.*

125 *Ius accrescēdi in feudis, & emphyteusibus cessat quādo fuit renūciatū generaliter, si verba in alio verificari nequeunt.*

126 *Specialiter fieri dicitur etiā id quod in vno tātū verificatur.*

Quando censeatur iuri accrescendi renunciatum.

QVÆSTIO XXVIII.

POsita autē renunciandi potestate sequitur, vt videamus, Quando † censeatur iuri accrescendi renunciatum. In 1
hac autē quæstione, quæ in materia feudali, & emphyteutica solet esse frequentissima, generaliter definiendum est toties † censeri renunciatum, quoties, aut ex verbis, aut ex coniecturis colligere possumus, talem fuisse mentem agentium: 2
Nam huic iuri non solùm expressè, † sed etiam tacitè renunciari potest. Expressè, † idest verbis renunciationem conti- 3 4
nentibus, tacitè † verò, si quid fiat aut dicatur, ex quo per antecedens, vel consequens necessarium deduci possit iuris accrescendi renunciatio. 5

Et expressè quidem, quando † censeatur iuri accrescendi 6
renunciatum, si quæramus, constat multum referre, vtrū renunciatio sit realis, † an verò personalis: Nam si realis, † cē- 7
sebitur per eum remissum, & sublatum ius accrescēdi, si verò 8
personalis, non † item, *vt ex ijs patebit quæ latiùs infra dicturi* 9
sumus n. 31. & seqq. ac per totam ferè quæst. Cuius diuersitatis ratio est, † quia realis est totius iuris extinctiua: Excludit 10
enim renunciantem totaliter, & in perpetuum à iure suo, † *vt* 11
scribūt Alex. cons. 13. n. 4. vol. 5. Ruin cons. 5. n. 10. vol. 1 Hond. d. cons. 36. n. 11. vol 1. Men. cons. 323. n. 63. Pereg cons. 7. n. 35. vol. 3 Gratia c. 346. discept for. n 17. adeò, vt etiamsi deficiant ij, quibus facta fuit, non tamen renuncians ad feudum, vel emphyteusim redire possit, † sed res debeat ad eos pertinere, qui 12
amota persona renūciantis eā essent habituri, puta ad agnatos, si qui ex vocatis supersunt, aut ijs deficientibus ad Dominum, quasi finita linea, † *cap. 1. & ibi Bald. in princ. de eo qui fin.* 13
fac. agn. Ang. cons 287. n. 10. Alex. in l. qui Romæ 122. § duo fratres n. 60. vers. Nisi illa renunciatio ff. de verb. oblig. Ruin cons. 7. n. 38. vol. 1. Tiraq. de iur. primog. q. 86. nu. 7. Hond. d. cons 36. n. 11. vol. 1. Men. d. cons 323. n. 63. & cons. 335. n. 30 Surd. cons. 518. n. 14. Pereg. de fideic. art. 52. nu. 74. in princ. & vers. Et cum Bart. Quamobrem dicimus renūciationem realem omnibus prodesse, qui re ius habere possunt † *l. & heredi 22. § fin. ff. de* 14
pact. Et scribunt gl. in d. cap. 1 in verb. obstante de eo, qui fin. fac. agn. Alex. in d. § duo fratres nu. 60. vers. Non obstat, & ibi Soc. Iun. n 140. Surd. d. cons. 517. n. 14. Pereg. cons 101. *n. 6. vol. 1.* non quidem principaliter, & ex propria vi ipsius renunciationis, quasi per eam censeatur ius alijs acquisitum, sed per quandā consequentiam, & vigore abdicationis, & priuationis, † *vt* 15
declarāt Bald. in d. c. 1. n. 4. vers. dic quod hic prodest, de eo, qui fi. fac. agn. Castr. in d. § duo fratres, nu. 4. vers. Ego dico & ibi Soc. Iun. 142. & Zaz. n. 31. Ruin. cons. 166. nu. 11. vers. Et propterea, vol. 1. scilicet, quia amoto eo, qui in re ius habere poterat, necessariò sequitur, debere ijs fieri locum, ad quos post eum res esset peruentura, & hoc modo renunciatio ab illo facta prodest alijs, nō per modū acquisitionis, † sed per modū remotio- 16
nis obstaculi. At renūciatio personalis non iuris totius extinctiua, † sed tantū suspensiua: Non enim excludit renuncian- 17
tem totaliter, & perpetuum a iure suo, sed tantū operatur, vt admitti nequeat, quandiù supersunt ij, quorum fauore facta fuit,

cta fuit,

18 cta fuit, † ut declarat Pereg d.cons.101.n.15. in princ.& uers.
Quare uol.1. Cęterùm ijs deficientibus non impedit, quomi-
nus ad rẽ redire possit,& omnes alios excludere, puta agna-
tos,aut Dominum directum perinde,ac,si nunquam iuri suo
19 renunciasset,† d cap.1.de eo qui fin.fac.agn cap.1.§. fin. Si de
feud.cont. fit Et scribunt Alex.cons.13 n.7.vol.5 Gabr cons.89
n.8.& 9.vol.1.Men.d.cons.335.nu.37. vers. ita etiam loquitur,
Surd d cons.517.n.14.Grata.d.cap.346.discept forens.nu 3 Et
clarius patebit ex ijs quæ dicemus infra n & seqq.Quamobrem
20 dicimus renunciationem personalem † prodesse quidem ijs,
quorum fauore facta fuit,sed non alijs, l nisi hoc 23. ff.de pact.
Et in specie scribunt gl.in d.cap.1 in verb.obstante,de eo,qui fin.
fac.agn Ruin.d.cons.11.n.10 vers.Cum ergo vol.1.Soc.Iun.in d.
§.duo fratres n.140.Gabr.d.cons.89.num.9.vol.1. Surd.d.cons.
517.n.14.Pereg.de fideic.d.art.52.nu.74.vers.Et cum Bart. &
d.cons.101.num 6.uol.1.& cons.2.n.19.uers Et illam, & n.21.
uol.5.Gratian.d.cap.346. discept forens num.3.

21 Hinc necessariò nobis erit dispiciendum,quando † renun-
ciatio censeatur realis, quandouè personalis; Ita enim intel-
ligemus, quando per eam censeatur remissum, & sublatum
Ius accrescendi, & quando non. Constat autem in hac re
varios esse distinguendos casus, quorum

Primus est,quãdo renũciatio fit in manibus Domini sim-
22 pliciter,Et tunc non est dubiũ,quin censeatur realis,† vt scri-
bunt Alex.d cons.13 n.5.vol.5.Ruin.cons.1.n.20.& 22.& cõs.7.
n.38.vol.1.Hond d.cons.36.n.11.vol.1.Pereg.de fideic.d.art.52
n.74.vers.Et cum Bart.& d.cons.101.n.6.vol.1.& d.cõs.2.n.21
vers.Ex quo deducitur vol.5.& per consequentias totius iuris
extinctiua,scilicet, quia excludit renũciantem totaliter,& in
perpetuum à iure suo, & operatur, vt admitti nequeat,etiãsi
posteà veniat casus successionis,puta,quia frater moriatur si-
ne liberis,aut eius linea posteà deficiat, sed eo excluso debeat
fieri locus alijs puta agnatis,aut Domino directo quasi finita
23 linea † d cap.1.de eo,qui fin.fac.agn.Et scribunt Bald.in cap.1.
in princ.nu.5.de alien.feud.pater.Iacob.de feud.in verb.& vnus
n.7.Alex.cons.13.n.5.7.& 12.vol.5.Ruin.d.cons.1.nu.20.vol.1.
Tiraq de iur.primog q.86.n.7.Hõd.d.cons.36.n.11.vol.1.Pereg.
d.cons.101.n.6.vol.1.Gratia.d.cap.346.discept.for.n.3.

Secundus verò casus est, quando renunciatio fit in mani-
bus Domini,non simpliciter, sed ad effectum, vt inuestiatur
extraneus,idest is,qui non erat comprehensus in antiquis In-
uestituris,Et tunc etiam certum est, renunciationem censeri
24 realem, † vt scribunt Ruin.d.cons.1.n.23.vol.1.Pereg.d.cõs.101
n.6.vol.1.Et est de mente Pereg.de fideic.d.art.52 n.74.vers.Et
cum Bart.& vers item ex dictis, & per consequẽtias totius Iu-
ris extinctiuam, scilicet, quia totaliter excludit renunciantẽ
a iure suo,& operatur,vt,licet is, qui de nouo fuit inuestitu-
tus,moriatur sine successore feudi capace, non tamen feudũ
debeat ad renunciãtem redire, sed Domino directo deuolui,
25 quasi finita linea † cap.1.§.prætereà, quib mod feud amit. Et
scribunt Alex.d cons.13 n.6.vers.Comprobantur vol 5.Ruin.d.
cons.1.n.17.18.& 28.vol.1.Pereg.d cons.101 n.12.vol.1. Et est
de mente eorum, qui generaliter scripserunt, si renunciatio facta
sit ad effectum,vt alius de nouo inuestiatur,renunciantem tota-
liter excludi, & feudum extincta noviter inuestiti linea deuolui
Domino,vt Bald.in cap.1.in prin.de eo qui fin.fec.agn.& in c.1.
n.2.tit.Imp.Lothar.Ruin.d.cons.1 n.17.& cons.7 num.38.vol.1.
26 Surd.d.cons.517.n.14.vers Et tunc solùm, quia † renuncians
neq; iure antiquæ inuestituræ admitti potest, quippè,cui re-
nunciauit,neq;iure inuestituræ nouę.quippè,quæ non com-
prehẽdit extraneos,qualis(respectu illius,qui de nouo fuit in-
27 uestitus)est is,qui renunciauit. Idq;procedit †etiãsi talis Inue-
stitura fuerit extraneo concessa iure antiqui, quia talis adie-
ctio nõ cẽsetur facta fauore renunciãtis,quippè, qui respectu
inuestiti omninò extraneus est, sed fauore illius agnatorum,
vt in specie declarat Ruin d cons.1.n.17.vers.Et dato vol.1.

Tertius casus est,quando renũciatio fit in manibus Domi-
ni ad effectum,vt inuestiatur, non extraneus,sed frater,tam-
quàm de feudo nouo,Et tunc similiter dubium non est.quin
28 renunciatio censeatur realis, † vt scribit Hond.d.cons.36.n.22
vol.1.Et est de mente eorum,quos retulimus supra n.24. & per
consequentias totius iuris extinctiua, scilicet, quia & ipsa ex-
cludit renunciantem totaliter, & in perpetuum à iure suo,
& operatur, vt, etiamsi fratris de nouo inuestiti linea defi-
ciat, non tamen renuncians admitti possit, sed feudum
debeat, aut ad alios agnatos, qui non renunciarunt, per-
tinere,aut Domino deuolui,quasi finita linea †d.c.1.de eo qui 29
fin.fec. agn. Et scribunt Bald. in d c.1.n.5. & ibi Aluarot n 2.
vers.Quæro,& n.4 tit. Imp.Loth.Castr.cons.44 n 1.vol 2.Alex.
d.cons 13 n 4. & 7 vers. Posset etiam responderi vol.5. Ruin d.
cons.1.n.19.d cons.7.n.10 vers Nisi, & in fin.vers.Posset. & d.
cons.47.n.1.vers. Posset etiam vol.1.Tiraq.de iur.primog.d. qu.
86.n.7.Gabr.d.cons.89.n.8.vol.1. Hond.d.cons.36.n. 22 & 34.
vers. Quod dicit vol.1. Pereg.de fideic.d art.52 n. 74. & d.cons.
101. n.6.vol.1. Nam renuntians, neque ex vi præcedentium
inuestiturarum, quibus renuntiauit,admitti potest,neque ex
vi nouę inuestituræ fratri concessæ,quia,cum per eam fuerit
feudum effectum nouum, Consequens est, vt in eo non pos-
sit frater succedere † c.1.§. si duo fratres, de feud. March.c. 30
1. de benef fratr.

Quartus casus est,quando renuntiatio fit in manibus Do-
mini ad effectum, vt frater inuestiatur, tamquàm de feudo
antiquo,Et tunc certi Iuris est,renuntiationem censeri perso-
nalem, † & per consequentias excludere quidem renuntian- 31
tem,quandiù superest aliquis de linea fratris inuestiti,sed non
impedire,quominus eo sine liberis defuncto,aut eius linea po-
steà deficiente succedat,perinde ac, si nunquam iuri suo re-
nuntiasset, † vt in specie declarant Castr.d.cons.44.n.1.vers Si 32
vero fuerunt vol.2. Ruin.d cons.1.n.19.vol 1.Brun.cons.79.n.4.
vers. Et tantò magis, Et faciunt etiam ea, quæ de renouatione
inuestituræ dicemus in q.seq.

Quintus casus est,quando renuntiatio fit in manibus Do-
mini ad effectum,vt frater inuestiatur simpliciter, neque ex-
primitur,vtrum,tamquàm de feudo antiquo, an verò, tam-
quàm de nouo,& sic sumus in dubio,Et tunc similiter verius
est,renuntiationem censeri personalem,†& ea procedere,quæ 33
diximus in casu præcedenti, scilicet, quia in dubio censetur
actum,vt inuestiatur,tamquàm de feudo antiquo, †& sic cũ 34
qualitate iuris accrescendi secundùm ea, quæ de renuntiatione
inuestituræ dicemus in eadem q.seq num. Et in specie declarant
Castr.d.cons.44 nu.1.vers.in dubio vol.2 Ruin.d.cons.1 num.19.
vers.Et idem est fortè vol 1.Quam in rem faciunt etiam ea,quæ
dicemus in 9.casu nu.43.& in 13.nu.71.

Sextus casus est, quando renuntiatio non fit in manibus
Domini, sed alterius, puta fratris,sed renuntians omnimodò
refutat feudum, aut emphyteusim, Et tunc non est dubiũ,
quin renuntiatio censeatur realis, † vt declarant gl in d.c.1. 35
in verb. obstante, de eo,qui fin fec.agn. Ang.d cons 287.n 10 Pe-
reg. de fideic.d.art.52.n.74.vers. Item ex dictis, & d. cons. 2.n.
21. vers. Ex quo deducitur vol. 5.& per consequẽtias exclu-
dat renuntiantem totaliter à Iure suo tanquàm facta fauore
omnium, ita, vt, etiamsi deficiat is, cui facta fuit,non tamen
possit renuntians ad feudum, vel emphyteusim redire † sed 36
necessariò debeat fieri locus alijs agnatis, aut Domino dire-
cto,quasi finita linea, secundùm ea,quæ diximus supra nu. 10.
& 29.Et in specie probat text.in d ca.1.de eo,qui fin.fec.agn Et
scribũt Bald.in c.1.n.2.& ibi Aluarot.n.2.vers Quæro, tit. Imp.
Loth.Ang.d.cons.287.n.10.Alex.d.cõs.13 n.4.vol.5 Ruin.d cõs.
1.n.20.vol.1.Soc.Iun.in d.§.duo fratres n.142.Tiraq de primog.
d.q.86.num.7.Pereg.de fideicommiss.d.art.52.num 74.

Septimus casus est,quando renuntiatio fit fratri stipulanti,
& acceptanti pro se, & suis hæredibus,aut etiam simpliciter,
sed renuntiationis verba concipiuntur in præsens, puta dici-
tur, renuntians omni iuri, quod habet in tali feudo,vel em-
phyteusi,Et tunc certi quoque iuris est renuntiationem cen-
seri personalem, †& per consequentias non impedire,quomi- 37
nùs mortuo fratre sine liberis, aut eius linea posteà extincta
renuntians per ius accrescendi, aut succedendi admittatur,
perinde,ac,si iuri suo,numquam renuntiasset, †secundum ea, 38
quæ diximus,quia,cum renuntiatio nominatim compræhen-
dat iura tantum præsentia, Consequens est,vt ad futura, &
sic ad ius accrescendi,seù succedendi, quod posteà nascitur,
non possit vllo modo trahi, ne alioquin fiat contra agentis
intentionẽ, †contra regulam l.non omnis 19.ff si cert.pet.Idque 39
procedit,etiamsi adiecta sint verba vniuersalia, & (vt aiunt)
prægnantia,puta, quia dictum sit, renuntians omni iuri sibi
competenti,ex quacunque causa, tàm cogitata, quàm inco-
gitata; Nam nec huiusmodi renuntiatio,tamquàm ad præ-
sens restricta poterit aliquo modo trahi ad ius accrescendi,
seù succedendi,quod posteà nascitur, † vt in specie dicit Gra- 40
tian. d.c.346.discept.forens.num.16.

Octauus casus est, quando renuntiatio fuit facta fratri sti-

pulanti,& acceptanti pro se,& suis hæredibus, seu pro se, & suis descendentibus, & sic cum expressione certarum personarum,& renuntiationis verba,nec in præsens concepta sūt, nec in futurum,sed simpliciter prolata,puta,quia simpliciter dictum sit, renuntians omnibus iuribus suis, aut feudo, vel emphyteusi,Et tunc pariter dubitandū non est,quin renun-
41 tiatio censeatur personalis,† vt scribunt gl in d.cap. 1, in verb. obstante de eo,qui fin.fec agn Ang.d.cons.287.nu 9.vers.Quinimò,& nu.10.Iacob in d tract de feud in verb.& vnus n.5.in fin. Surd.d cons. 517. nu. 14. & per consequentias prosit quidem fratri,& descendentibus eius,ita,vt, quandiu supererit aliquis de ipsius linea,tandiu renuntians repelli debeat,sed nō prosit alijs,puta agnatis aut Domino directo , si fratris linea postea
42 deficiat,nec impediat,quominus renuntians admitti† possit, perinde,ac si non esset ab eo facta renuntiatio d.cap. 1.& ibi gl.in verb.obstante,de eo,qui fin fec.agn.cap.1.§.fi.Si de feud.def. cont.sit Et scribunt Ang.d.cons.287.nu.9.vers.Quinimò,& nu. 10.Surd.d.cons.517 nu.14.Quam in rem faciunt etiam ea,quæ dicemus infra nu.53 in 11.casu.

Nonus casus est, quando renuntiatio fuit facta fratri simpliciter idest,sine expressione personarum,& renuntiationis verba fuerunt pariter prolata simpliciter idest,nec in præsēs, nec in futurum concepta,& sic sumus in dubio,Et tunc simi-
43 liter receptum est,renuntiationem censeri personalem , † vti videre est apud Bald.in d.c.1.nu.1.de eo qui fin fec agn Ruin.d. cons.11.num.10.vol 1.Surd dcons.517.numer. 14. Et sentiunt etiam ij, quos referemus infra num [illegible] in 13 casu & consequenter prodesse quidem fratri, & descendentibus eius, sed non agnatis,aut Domino directo, ideòquenon impedire, quo minus renuntians admittatur , si postea frater moriatur sine
44 prole,aut eius linea postea deficiat . † secundùm ea,quæ supra diximus. Ita enim scripserunt Bald.in d.cap.1.in prin. de eo qui fin.fec.agn & in d.cap 1.num. 2.& 11 & ibi Aluarot.num. 2 vers.Quæro & num.3.vers.Secunda , & num.4. versic. Quæro ab extra,tit.Imp.Loth.Bald.cons.280.num. 7.vol. 3. Ang. dict. cons 287.nu.10.Ruin.d.cons.11 n.2.vers.Quod [illegible] & nu 7. & 10.vol.1.Brun cons.78.n.9.& cons.79.nu 2.Tiraquel de iure primog.d.qu.86.nu.7.Gabr.d.cons.89.nu.6 vol.1 Hond.d consil. 36 nu.18 vol.1.Bursat.cons 62.nu.30.Surd.d.cons.517.num.8. Et est de mente dicentium , renuntiationem non nocere , quoties non est facta iuri de futuro,vt Ruin.d.cons.11.n 8.vers.Et tantò magis vol.1.Gabr.d.cons.89 n.11.vol.1.Et faciunt etiam ea,quæ dicemus infra n [illegible] & seqq.in 13 casu: Nam simplex renuntia-
45 tio non trahitur ad ius futurum,† vt dicemus infra nu. [illegible] Et in his terminis scribunt Bald in d.c.1.n 4.& ibi Aluarot.n 3 vers. Secunda,tit.Imp.Loth.Brun.d.cons.78 n.9.& d.cons.79 num 2. Hond.d.cōs.36.n.18.vol.1. quia paciscentes non censentur de
46 eo cogitasse, † vt dicemus etiam infra n.84.Et in proposito considerat Hond.d.cons.36.nu 18.vol.1. & renuntiatio non porri-
47 gitur ad ea,de quibus non est cogitatum,† vt pariter dicemus infra nu. Et in his terminis considerat Hond.d cons.36.nu. 18. vol 1. Quamobrem dicimus renuntiationem intelligi rebus
48 sic stantibus non autem superueniente noua causa , † vt ostendemus infra nu.85.Et in proposito considerat Hond.d.cons. 36.nu.18.vol.1.

Decimus casus est, quando renuntiationis verba fuerunt concepta etiam in futurum,puta,quia dictum sit,renuntians omni iuri,quod habet,aut habere sperat,& constat renuntiātem sensisse etiam de iure accrescendi, seu succedendi post mortem fratris,vt, quia nominatim renuntiatum sit iuri accrescendi, vt in specie Ruin.cons.166.n.11,vers.Quinimò,vol.1. vel renuntiatum sit omni iuri, quod habere sperat per mortem fratris,aut defectum lineę ipsius.Et tunc,quia verba clara sunt,non est dubitandum,quin renuntiatio censeatur rea-
49 lis †& totius iuris extinctiua,ideòque proficiat omnibus ,secundùm ea. quæ supra dicta sunt. Ita in specie scribunt Aluaro in d.cap.1 num.4.vers.Quæro ab extra , tit.Imp.Loth.Ruin. d. cons.166.n.11.vers.Cum ergo,vol.1. Idem est,&,si renuntiatū sit omni iuri , quod habet , aut habere sperat ex quacunque causa,tàm præsente,quàm futura:nam,& in hoc casu renun-
50 tiatio cēsebitur realis,†& omnibus proficiet,excludetque renuntiantem ab omni iure suo, & per consequentias etiam à iure accrescendi , vt scribit Gratia.d.cap.346.discep.for.nu.15.

Vndecimus casus est, quando renuntiationis verba fuerūt concepta etiam in futurum,puta,quia dictum sit,renuntians omni iuri,quod habet, aut habere sperat,sed facta est fratri stipulāti,& acceptāti pro se,& suis descendentibus,seu pro se, & suis hæredibus,& successoribus, & sic cū expressione personarum,quibus paciscentes voluerunt esse prospectum , Et tunc omnes fatentur , renuntiationem censeri personalem ,
† vti videre est apud Alexand d.cons 13.n 4 vol.5.Ruin d.cons. 51
11.nu.22.vol.1 Gabr.d.cons.89.nu.9.vol 1.Hond.d.cons.36.n.22. in fi.vol.1.Surd d.cons.517 nu.14.Pereg.de fideic d.art. 52. nu. 74.& d.cons 101.nu 6.vol.1 & d.cons.2 n.19.vers.Et illam, & nu.21.vers Ex quo deducitur,& vers Addo decisionem, vol.5. & per consequentias prodesse quidem fratri , & descendenti-
bus eius sed non alij , † vt scribunt Ruin.d.cons.11.nu.10.vol.1. 52
Hond d cons.36.nu.46 vol 1.Pereg.de fideic.art.52.n. 74. vers. Primus est,& d cons.101.nu.6.vers.Et idem,vol.1 Itaque quādiu supererit linea fratris,tamdiu renuncians repelletur; Cęterum,si ea deficiat, non proderit illa renuntiatio alijs agnatis aut domino directo,sed ijs exclusis perinde renuntians ad-
mittetur,ac si numquam iuri suo renuntiasset , † vt est notis- 53
sima doctr.Bart.in d.l.qui Romæ.122.§.duo fratres nu.24. vers. Ad secundùm ff.de verb oblig.de qua latè dicemus infra n. 71. & seqq.& quæ in his terminis sine dubio procedit , vti videre est apud Alex.d.cons.13.nu.4.vol.5.Crott.in d.§ duo fratres.n.148. Gabr.d.cons.89.n.9.& 11.vol.1.Men.d cons.323 n 61.vers Primus,Pereg.de fideic.d art.52 n.74.in prin.& vers.Primus est & d.cons 2.nu.16.vers Hinc autem,& num.17.vol. 5 Et faciunt etiam ea , quæ diximus supra nu. in 8.casu: Idque procedit ,
etiamsi renuntiatio facta sit cum clausulis amplissimis,† vt in 54
specie declarant Gabr.d.cons.89.n.11.vol.1.Hond.d cons.36 nu.
35.vol.1.& verò etiamsi sit iurata , † secundùm Hond d cons. 55
36.nu.36,quia iuramentū recipit omnes qualitates,& conditiones quas recipit dispositio principalis, super qua interpo-
nitur † l.fin.C de non nu pecu Dec.cons.379.num 12.vers.Præ- 56
tereà illud dictum.Et in his terminis cōsiderat Hond.d.cons.36. n 36.vol.1. Et, si non excludit renuntiantem, multò minus excludet eius filios, & descendentes ex propria persona, & proprio iure venientes tametsi illius hæredes existant.& re-
nuntiatio facta sit pro se, filijs & hæredibus.† vt in specie scri- 57
bunt Ruin.d.cons.11.nu.10.vers.Cum ergo & d.cons 17 num. 2. vers.Quamuis enim,vol.1.Goz.ad.cons.53.in fi Pereg.d cons 101. n.18.vol 1.& de fideic d.art.52 n.74.vers.Addo quia,quod dicimus renuntiationem factam à defuncto modo , quo supra,
nocere eius hæredibus ex propria persona venientibus , † vt 58
in hoc cap q.30 nu.30.& seqq.procedit,quando renuntiatio est realis & noceret ipsimet defuncto,si viueret Cęterum,quando est personalis,ita,vt ei nocere non potuerit,verius est,multò minus nocere ipsius filijs,& descendētibus ex persona pro-
pria venientibus;† Ita in specie declarant Ruin.d.cons.11 nu.9. 59
vol.1.Pereg.de fideic.d.artic.52.nu.74 vers.Addo, quippe qui-
bus plerunque etiam realis renuntiatio nocere nequit , † vt 60
scribunt Ias cons.7.col 9.vers.Et per prædicta, vol.3.Pereg.cons. 7.nu.35.vol.3.in ijs scilicet casibus, quos referemus in d q.30. nu.48 & seqq.

Duodecimus casus est , quando renunciationis verba fuerunt etiam in futurum concepta , sed ad commodum omnium, quorum interest,siue,qui in re ius habere possunt,Et tunc etiam res caret dubio:nam fatentur omnes renuntiatio-
nem censeri realem.† vti videre est apud Alex in d.§.duo fra- 61
tres.num.60.vers.Nisi illa renuntiatio.Gabr.d cons.89.num.13. vol.1. Hond.d.cons.36 nu.11.vol 1.Men.d.cons. 323.num.62. vers.Secundus, Pereg.de fideic.d art.52.num.74.vers.Item ex
dictis , & per consequentias omnibus prodesse, † puta agna- 62
tis,aut domino directo , vt scribunt Alexand.in d. §. duo fratres, num.60.vers.Nisi illa renuntiatio , & ibi Crott.num. 150. Ruin.d.cons.11.num.10.vol.1.Men.d cons.323 num. 62. versic. Secundus, quia, cum totaliter excludat renuntiantem à iure
suo , † vt scribunt Alex.d.consil.13 num.5.vol.5.Gabr.d.consil. 63
89.num.8.vers.Secundò vol.1.Hond.d consil.36.num.11.vol.1. Surd.d.consil.517.num.14 vers Et tunc solùm, Pereg de fideic. d.artic.52.nu 74.vers.Secundus, Gratia d.cap.346. discep.for. num.17. Consequens est,vt faciat alijs locum , secundùm ea, quæ diximus supra num.

Decimustertius,& vltimus casus est , quando renuntiationis verba fuerunt concepta etiam in futurum, sed renuntiatio fuit facta simpliciter, puta, quia dictum sit, renuntians omni iuri, quod habet , aut habere sperat, nec addita sint alia verba , ex quibus colligere possimus , vtrum paciscentes voluerint omnibus prospicere , an verò fratri tan-

tantùm,& eius descendentibus,& sic sumus in dubio, vtrum
renunciatio sit realis,an verò personalis, Et tunc res est con-
trouersa:nam plerique censuerunt,talem renunciationẽ cen-
64 seri realem,† & totius iuris extinctiuam,ideóq; omnibus pro-
ficere,& operari, vt, licet moriatur frater sine liberis,aut eius
linea posteà deficiat, non tamen renunciãs possit ad rem re-
dire,sed ea debeat, aut pertinere ad alios agnatos, qui non re-
65 nunciarunt,aut deuolui domino,quasi finita linea,† *secundũ*
ea quæ diximus sup.n.23.& 24. ita enim censuerunt Castr.in d.
§.duo fratres n.4.vers.vnum tamen & ibi Crott.nu.150.vers.sic.
Sed ista conclusio,licet sub dubio & cogitãdum relinquat. Zaz.
n.31.vers.Et hæc opinio Eiusdẽ opinionis fuit Roma.cons.22.n.3
vers.in contrarium. Mouentur autem, vt ita sentiant

66 Primo, quia valet argumentum † ab vsufructu ad feudũ,
vel emphyteusim, cum dominium vtile vsufructui assimi-
letur,*vt diximus in c.9.q.3.nu.5.* Sed simplex vsusfructus re-
67 nũciatio totaliter perimit ius renũciãtis,& prodest domino,
etiã absẽti,quia,si cedatur extraneo,vsusfructus extinguitur,
68 & cũ proprietate cõsolidatur† *l.si vsusfructus 67.ff.de iur.dot.*
§.item finitur inst.de vsufr. Ergo idẽ dicẽdũ est, & de simplici
renunciatione feudi,aut emphyteusis. *Ita arguit Castr.in d.§.*
duo fratres n.4.vers.ego dico et ibi Zaz.n.31.vers.sicut videmus.

69 Secundo mouentur ex c.1.*de eo,qui fin.fec agn.*† vbi,si feu-
dum omnimodò refutetur, talis refutatio prodest alijs agna-
tis,etiam absentibus,Ergo idem dicendum est & in casu pro-
posito, vt scilicet renunciatio a vassallo,vel emphyteuta fa-
cta prosit domino , quantumuis absenti. *Ita etiam arguit*
Castr.in d.§.duo fratres num.4.vers.Ego dico.

Tertio mouentur quia in dubio capiẽda est interpretatio.
70 vt actus aliquid operetur, † nec sit inutilis *l.si quando 112.in*
prin.ff.de leg.1. Sed,nisi supradicta renũciatio proficeret agna-
tis,& domino directo,nihil operaretur , sed remaneret pror-
sus inutilis, Ergo debet intelligi,vt omnibus proficiat. *Ita ar-*
guit Crott.in d.§.duo fratres n.150.vers.Sed ista conclusio.

Verùm his non obstantibus contraria sententia verior est,
& receptior,scilicet renunciationem supra dicto modo factã,
71 censeri personalem, † & per consequentias proficere quidem
fratri,& eius descẽdẽtibus, sed non alijs.Itaque,si deficiat eius
linea,portionem, siue rem,quæ illi obuenerat, non ad agna-
tos, aut dominum directum pertinere, sed ad ipsummet re-
nunciantem perinde,ac,si numquam iuri suo renunciasset .
72 *Ita enim censuerunt Bart.in d.§.duo fratres,nu.24. vers.Ad se-*
cundum,& ibi Alex.n.60. Ias.n.79.vers.Vnde tene,vbi ait hanc
opinionem esse magis communiter approbatam,& Rip.n.88.Soc.
Iun.n.138.vbi testatur, cum hac cõclusione Bart.transire DD.
magis communiter, & n.141.in fi.vbi ait opinionem esse veram,
& n.142.vers.Quæ abdicatio,Bart.cons.58.nu.4. lib.1.Ang.de
Gamb.cõs.35.n.12.vers.Et hoc etiam.Alex.cons.107.n.17.vol
4.& cons.21.n.4.vers.fortius vol.5.Ias.cons.7 col.9.vers.Et per
prædicta vol.3.Iacob.de feud.in verb & vnus n.6.vers.Sed iux-
ta.Ruin.d.cons.1.nu.11.& 83.vers.Non obstat insuper,& cons.7.
n.15 cons.11.n.6.7.& 10.vers.Quinimmò,& cons.47.nu.2.vol.1.
Dec.cons.411.n.3.Soc.Iun.cons.119.n.17.vol.3.Gozad.cons.53.
n.16.Hond.d.cõs.36.n.19.et 20.vers.Et,licet,vol.1.Men d.cons.
323.n.65.Pereg.de fideic.d.art.52.n.73.& 74.& d.cons.101.n.4
& 6.& vbi testatur,cum Bart.transire communiter DD.vol.1.
& d.cons.2.nu.17.& 21.vers.Addo decisionem,vol.5. Et in his
terminis accipiendi sunt,qui simpliciter dixerunt renuncia-
tionem factam iuri,quod quis habet,aut habere sperat, non
excludere ius accrescendi,seu succedendi,quod postea super-
73 uenit, † *vt Alex.d.cons.107.n.17.vol.4.Hond.d.cons.36.n.19.*
et 20.vers.Et,licet,vol.1.Gratia.d.c.346 discep.for.n.2. Quam-
obrem dicimus, renunciationem in dubio censeri personalẽ,
74 † *vti videre est apud Alex.in d.§.duo fratres nu.60. vers.Et in*
dubio,& ibi Soc.Iun.n.140.Ruin.d.cons.7.n.15.d.cons.11.nu.10.
vol.1.Hond.d.cõs.36.n.23.vol.1.Surd.d.cõs.517.n.14.Pereg.de
fideic.d.art.52.n.74.vers.Tertius,& d.cons.101.n.6.vol.1.Gra-
tia d.c.346 discep.for.n.4. & simplicem renunciationem pro-
desse quidem fratri,cui facta fuit, & eius hæredibus, sed non
75 alijs. † *Ita enim scripserunt Ruin.d.cons.11.n.10.vol.1.Soc.Iun.*
in d.§.duo fratres n.140. Hond.d.cons.36.n.25.vol.1.Menoc.d.
cons.323.n.65. Probatur autem hæc sententia

Primo, quia pactum ijs solis debet proficere , quibus , vt
76 prosit,paciscentis interest † *l.& hæredi.22.§.fi.ff.de pact.* At-
qui in proposito non interest paciscentis, vt alijs,puta agna-
tis,aut Domino proficiat. Non debet igitur prodesse. *Ita*
argunt Bart.in d.§.duo fratres,nu.24. vers.Ad secundum,&
ibi Soc.Iun.n.138.Bart.d.cons.58.n.4.lib.1. Ang.de Gamb.d.
cons.35.num.13.Ruin.d.cons.11.num.8.vol.1.Pereg.de fideic.d.
artic.52.num.73.d.cons.101.num.5. vol.1.& d.cons.2.num.17.
& 18.vol.5. Quamobrem generaliter dicimus,pactum vnius
alijs non prodesse † *l.si tibi decem 18.§.si pactus,ff.de pact.* De- 77
ficit enim respectu aliorum paciscentis voluntas, cum vnus-
quisque censeatur quidem voluisse prospicere sibi,& suis hę-
redibus, sed non alijs, † *vt in proposito considerat Hond.d.* 78
cons.36.num.24.vol.1.

Nec obstat,si dicatur,debere saltem prodesse Ecclesiæ, si
sit Domina directa,cum speciale sit in ea , vt ex alterius pa-
cto ius ei etiam absenti acquiratur, † *vt est doctr.gl.in cap.quo-* 79
ties cordis oculus,in uerb & per te,uers.uel hoc fit 1.qu.7. quam
probant Bald.in l.illud.16.num.2. uers.Ego addo Cod. de Sac.
Eccl.Alex.in l.stipulatio ista 38.§.fin.num.3.ff. de uerb oblig.
Qua ratione motus, Ias.in d.§.duo fratres,n.78.uers.Sed miran-
dum,ait,mirandum esse de hoc fundamento Bart. quia respon-
deo,id procedere , si constet paciscentem voluisse ei ius ac-
quirere ; Cęterùm,si non constet, magis esse, vt ne Ecclesiæ,
quidem acquiratur, non, quia deficiat potestas, sed, quia de-
ficit voluntas. † *Ita respondent Rip. in dict. §. duo fratres nu.* 80
88.uers.Sed ego magis,& ibi Soc.Iun.num 138. qui subijciunt,
magis in hoc esse mirandum de Ias. quam de Bart. fundamen-
to, quod est optimum .

Secundo probatur, quia, si tibi remittam omne ius, quod
habeo in fundo, quod tibi non quæritur, remanet apud me
remittentem † *l cum fundum 18.in princ.uers.Neque enim ff.* 81
de ui,et ui arm.l.nec ualem 20. ff quib.ex caus.maio.l.cũ quis
38.§.si debitorem ff.de solut. Sed in specie proposita nullum
ius ex mea renunciatione fratri quæritur , cum ex eo nemo
supersit, ad quem feudum, vel emphyteusis transire possit.
Debet igitur ius remissum apud me remanere . *Ita arguunt*
Bart.in d.§.duo fratres num.24.vers.Ad secundum & ibi Ias.
n.79.Rip.n.88.vers.Secundo loco,Soc.Iun.num.138. Bart.dict.
cons.58.n.4.lib.1.Ruin.d.cons.11.num.8.vers.Secundo vol.1.Pe-
reg.de fideic.d.art 52.num.73.vers.Secundo,& d.cons.101.n.5.
vol 1.& d.cons.2.n.18.vers.Secundo,vol.5.

Tertio probatur, quia generalis remissio non porrigitur
ad ius futurũ,siue ad ea,quæ posteà superueniunt † *l. Paula* 82
Callinico 27 §.1.ff de leg.3. Et in his terminis considerãt Bart.
d.cons.58.num.4.lib.1. Alex.in d.§. duo fratres n.60. uers.Istam
partem Gabr.d.consil.89.n.20.vol.1.Pereg.de fideicomm.d.art.
52.num.73.in fi.& d.consil.101.num.5.vol.1.& d.consil.2.n.19.
vol.5. scilicet,quia de iuribus futuris non censentur paciscen-
tes cogitasse, † & renunciatio non extenditur ad ea, de qui- 83
bus non fuit cogitatum † *l. Aquiliana 4. l.cum Aquiliana 5.* 84
& l.quæ cum tutoribus 9.§.fi.ff.de transact. Et in proposito con-
siderant Bart.d.cons.58 n.4 lib.1.Alex in d.§.duo fratres nu.60
vers.istam partem.Pereg.d.art.52.num.73.in fi.& dict. consil.2.
num.19.vol.5. Quamobrem dicimus , renunciationem intel-
ligi rebus sic stantibus, non autem superueniente noua cau-
sa † *l quod Seruius ff.d.de cond.caus.dat.l.quod seruus 11. ff.* 85
depos Et in specie considerat Alex.in d.§ duo fratres,numer.60.
vers.Cum opinione .

Quarto probatur,quia renunciatio ijs tantum debet pro-
ficere, quorum contemplatione fit † *l iubemus 21.Cod.ad* 86
Velleia. Et scribunt omnes, quos retulimus supra numer.76.
& 72.patet etiam ex ijs, quæ diximus in quinto capit. quæst.
48.numer.15. Atqui in proposito non censetur facta , nisi
contemplatione fratris, & eius descendentium *cap.1.de eo qui*
fi fec.agn. Non debet igitur alijs, & sic agnatis, aut domino
proficere .

Quinto denique probatur,quia exceptio quęsita singula-
ri successori,illius authori non prodest † *l.si à te 9.§.fi ff. de* 87
except.rei iud. Atqui frater,cui facta est renunciatio,respectu
domini directi, singulis successor est, dominus verò directus
author . Ergo exceptio quæsita fratri ex alterius renuncia-
tione,non debet domino directo prodesse. *Ita Alex. in d. §.*
duo fratres num.60 vers.Mouetur .

Neque huic sententiæ obstant contraria : Ad primùm
enim respondent nostri passim,diuersam esse rationẽ † vsuf- 88
fructus,& vtilis dominij: nam vsusfructus non transfertur in
eum,cui ceditur,sed vtile dominium trãsit in fratrem, cui fit
renunciatio,ideóque nil mirum, si non possit acquiri domi-
no. *Ita respondent Rip.in d.§.duo fratres,n.88. vers.Considera,*

& ibi Soc. Iun. num. 139. verſ. Verum tuendo.

Verùm hæc reſponſio, licet in ſe vera ſit, non tamen (meo
89 iudicio) tollit difficultatem: quia, † licet vtile dominium
tranſeat in fratrem, cui fit renuntiatio, & omnes ab eo deſcẽ-
dentes capaces feudi, aut emphyteuſis, non tamen tranſit in
extraneos eius hæredes, aut etiam deſcendentes incapaces, pu-
90 ta fœminas, ideòque, quemadmodũ extinguitur vſusfructus,
quoties per ceſſionem deducitur ad eum caſum, in quo debe-
ret ad extraneum trãſire, ita etiam videretur dicendũ, debe-
re extingui dominum vtile, quoties per mortem fratris, cui
facta eſt renuntiatio deducitur ad eum caſum, in quo deberet
in extraneum, aut incapacem transferri, & tamen ſecundùm
communẽ non extinguitur, ſed reuertitur ad renuntiantem.

Nec eſt, quod reſpondeas, diuerſitatem in eo conſiſtere,
quod vſusfructus ceſſus nullo vnquam tẽpore cẽſetur trãsla-
tus in extraneum, cũ alioquin dominium vtile ſaltem viuen-
te fratre, & durante eius linea cenſeatur in eum translatum,
91 † & hoc eſſe quod reſpondẽdo ſentiunt Rip. & Soc. Iun. ſupra alle
92 gati, quia ex hoc nihil ſequitur: Imò, † ſi qua diuerſitas inter
huiuſmodi ſpecies conſiderari poteſt, ad effectum impedien-
dæ reuerſionis, videtur potius conſideranda in ſpecie renun-
tiationis dominij, quàm in ſpecie ceſſionis vſusfructus: nam,
quia per hanc nulla prorſus in ceſſionariũ fit translatio, ideò
deberet apud cedentem remanere, ex regula, quam retulimus
ſupra nu. 81. At per renuntiationem vtilis dominij ius in fra-
trem, & eius deſcendentes transfertur, ſaltem durante eius li-
nea, Ergo, cum aliquo tempore ſuum effectum ceſſio opere-
tur, nulla videtur ſubeſſe, aut ſaltem minor retẽſionis cauſa.

Quamobrem, vt omiſſis aliorum reſponſionibus, breuiter
dicam, quod ipſe ſentio, puto difficultatem hanc ita eſſe tol-
lendam, vt dicamus, diuerſam in hoc eſſe rationem vſusfru-
ctus & vtilis dominij: Nam vſusfructus tamquàm ius merè
perſonale cenſetur ita perſonæ cohærede, vt ab ea ſeparari,
93 & in alium transferri † nequeat, adeò, vt, quotieſcunque ad
eũ caſum deducitur, vt, vel natura, vel hominis facto debeat
94 ad alium tranſire, protinus extinguatur, † vt euenit, cum mo
95 ritur vſusfructuarius † l. 3. §. fin. ff. quib. mod. vſusf. am. aut eius
96 bona confiſcantur, † ut diximus in hoc cap. q. 8. nu. 31. & ſeqq
97 vel, cum vſumfructum extraneo cedit † d. l. ſi vſusfructus 67.
ff. de iur. dot. Quamobrem dicimus, vſumfructum ſine ſui in-
78 teritu à perſona ſeparari non poſſe † d. l. ſi vſusfructus. Et,
licet interdum vel ex hominis diſpoſitione, vel ex diſpſitione
99 legis videatur de vno ad alium poſſe transferri, † vt euenit cũ
100 teſtator legat vſumfructum Titio, & hæredibus † l. antiquitas
14. C. de vſufr. vel, cum quis ſibi, & hæredibus ſuis vſumfru-
101 ctũ ſtipulatur † l. ſtipulatio iſta 38. §. ſed, ſi quis ff. de verb. oblig.
non tamen vſusfructus qui transfertur, idem eſt, cum eo, quẽ
habebat defunctus, ſed alius & nouus, nouiterque conſtitutus
102 † d. l. ſtipulatio iſta 38. §. ſed, ſi quis ff. de verb. oblig. Nam prior
cẽſetur per mortem vſufructuarij extinctus, propterea quod
eo ſeparari ſine ſui interitu non potuit, ut ſupra dictum eſt.
Hinc fit, vt, ſi vſufructuarius cedat ius ſuum extraneo, quia
103 † ſecundum eius intentionem debet vſusfructus facere tran-
ſitum in ceſſionarium, & talis translatio fieri non poteſt, niſi
104 cedens prius † abdicet à ſe ius ſuum, ideò per ſolam, & ſim-
plicem ceſſionem, vſusfructus extinguatur. Et, licet non trã-
feratur in ceſſionarium, non tamen poſſit ad cedentem redi-
re, ſed, quaſi finitus debeat cum proprietate conſolidari. At
105 dominium, etiam vtile, † tamquàm reale poteſt ſine ſui inte-
ritu à perſona vnius ſeparari, & in alium transferri, ideòque,
licet cedatur ei, in quem tranſire non poteſt, non tamen ex-
tinguitur, ſed remanet apud ipſummet cedentem, ſecundùm
regulam, quàm retulimus ſupra nu. 81.

106 Hinc intelligimus regulam † ſupradictam procedere qui-
dem in Domino, tàm directo, quàm vtili, ſed non in vſufru-
ctu. Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia ceſſio vſusfructus, tam-
quam rei inſeparabilis præambulam habet priuationẽ, à qua
107 non datur ad habitum regreſſus, † ut dicemus in hoc cap. q. 30.
nu. 2. At ceſsio, ſeù renuntiatio dominij, tamquàm rei ſepara-
108 bilis, non habet † præambulam priuationem, ideòque nil im-
pedit, quominus ad id, quod ceſſum eſt, dari poſſit regreſſus,
quatenus ſcilicet translatio ceſſat, ſecundùm ea, quæ ſupra di-
ximus. Talis enim cenſetur eſſe mens, & intentio cedentis,
vt ſcilicet ita demum velit à ſe ius ſeparare, ſi translatio fiat
109 in ceſſionarium † d. l. cum fundum 18. in prin. verſ. Neque enim
ff. de vi, & vi arm. Et, ſi dixeris, eamdem quoque poſſe cenſe-
ri mentem, & intentionem cedentis vſumfructum, reſpõdeo,
† talem intentionem (dato, quod præſumatur, aut etiam pro- 110
betur) nihil ad effectum reuerſionis operari poſſe, quia res,
† quæ ſui natura per pactum extinguuntur, nuda voluntate, 111
ſeù nudo pacto non poſſunt reuiuiſcere, niſi modis legitimis
de nouo cõſtituantur l. ſi vnus. 28. §. pactus verſ. Sed, ſi pactum,
vbi Bart. n. 26. verſ. Si verò ff. de pact. Et nos late diximus in q.
27. n. 33. & ſeqq. Ex quibus apparet, rationem, cur ceſſio vſuſ-
fructus proſit proprietario, etiamſi in ceſſionarium non fiat
translatio, ceſſio verò feudi, aut emphyteuſis non proſit, non
aliunde eſſe dedocendam, quam à priuatione, & extinctione,
quippè, quę † licet, vt præambula, ſequatur in vſufructu, tam- 112
quàm re inſeparabili, non tamen ſequitur in dominio, tam-
quam re ſeparabili, ut dictum eſt, Itaque in vſufructu ceſſio
prodeſt proprietario, non principaliter, & per modum acqui-
ſitionis, ſed in conſequentiam, & per modum remotionis ob-
ſtaculi, † ſecundùm ea, quæ diximus ſupra nu. 16. In dominio 113
verò non poteſt eo modo prodeſſe, quia ceſſante priuatione,
& extinctione ceſſat quoque vtilitas, quæ alteri ex ea reſulta-
re poſſet. Vnde, ſi eſſemus in caſibus, in quibus cedens totali-
ter ſe priuat feudo, aut emphyteuſi, idem † diceretur de ceſ- 114
ſione dominij, quod de ceſſione vſusfructus, quia eadem
tunc eſſet vtriuſque ratio, ut patet ex iis, quæ diximus ſupra
num. 9. & 10. & in 2. 3. & 6. caſu. Et ita difficultatem hanc,
quæ alioquin mirum in modum vrgebat, diſſoluendam
cenſeo.

Ad ſecundùm † verò reſpondent noſtri communiter, & 115
rectè, locum illum, non ſolùm non officere cõmuni ſententię,
ſed etiam eam mirum in modum confirmare, nam ſcribitur
ibi, renũtiationem factam fratri, aut alteri agnato, non exclu-
dere renuntiantem, ſi poſtea veniat caſus ſucceſſionis, niſi in
duobus caſibus, nempè, ſi totaliter, & omnimodò facta ſit feu-
di refutatio, vel, ſi facta ſit, vt frater inueſtiatur, tã quàm de
feudo nouo, ſecundùm ea quæ diximus ſupra n. 28. & ſeqq. Cũ
igitur in propoſito neutrum ex his interuenerit, ſcilicet, quia
ſupponimus, renuntiationem fuiſſe factam fratri ſimpliciter,
Conſequens eſt, vt per eam non debeat renuntians cenſeri ex-
cluſus, ſi frater moriatur ſine liberis, aut eius linea poſteà de-
ficiat, ſecũdũ ea, quæ ſupra dicta ſunt. Ita in ſpecie reſpõdent Rip.
in d. §. ſi duo fratres n. 88. verſ. Sed pro certo, & ibi Soc. Iun. n. 140.

Ad tertium denique reſpondeo, † diſtinguendo, aut in diui- 116
ſione tota res vni fuit aſsignata, & verum non eſt renuntia-
tionem remanere inutilem, etiamſi Domino non proficiat,
quia ſuum effectum operatur fauore fratris diuidentis, & de-
ſcendentium ab eo quippè, qui virtute diuiſionis, & renun-
tiationis conſequuntur totum, & ſic etiam partem renuntia-
tionis, quam alioquin non fuiſſent habituri ſi renuntiatio fa-
cta non eſſet, vtpotè, quæ debuiſſet ad renuntiantem iure in-
ueſtituræ pertinere, & tamen non pertinet, cum renuntians
ab ea repellatur, quandiù ſuperſunt deſcendentes ab eo, cui
facta eſt renuntiatio † cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & ſcribunt 117
Ruin. conſ. 166. nu. 11. vol. 1. Hond. conſ. 36. num. 15. vol. 1. Pereg.
d. conſ. 101. n. 15. in prin. & verſ. Quare vol. 1. & diximus etiam
ſupra nu. 51. Aut verò in diuiſione quilibet habuit ſuam por-
tionem, Et tunc, aut renuntians poterat habere ſpem alterius
iuris, quam iuris accreſcendi, ſeù ſuccedendi, Et ſimili modo
non poteſt dici inutilis, † etiamſi non operetur renuntiatio- 118
nem iuris accreſcendi, quia ſatis vtilis eſt reſpectu aliorum
iurium, quæ ſperabantur ex cauſa de præſenti. Quamo-
brem ne in hoc quidem caſu nocebit, vt rectè declarat Soc.
Iun. in d. §. duo fratres num. 141. verſic. Poſſet etiam dici, Aut
denique nullum aliud ius ſperabatur, & tunc, licet pleri-
que cenſuerint, adhuc in hoc caſu procedere Bartoli doctri-
nam, † vti videre eſt apud Soc. Iun. in d. § ſi duo fratres num. 119
141. verſ. Et, ſi tunc dicas, quod magis tolerandum ſit, vt
actus ſit inutilis, quam, quod operetur aliquid præter, &
fortè, contra intentionem agentis † contra l. non omnis. 19. ff. 120
ſi cert. pet. Et ibi conſiderat Soc. Iun. num. 141. verſic. Et licet,
prout operaretur in caſu propoſito, cum mens renuntiantis
videatur eſſe, vt ius ſuum remittat fauore fratris, & eius hę-
redum, non etiam, vt alteri, puta Eccleſiæ proficiat, ut
ibi Soc. Iun. ait num. 141. &, quod dicimus, in dubio facien-
dam eſſe interpretationem, vt actus aliquid operetur, nec ſit
inutilis, † procedat, quando in eo, quod eligitur, vt ſcili- 121
cet actus valeat, concurrit ſaltem veriſimilis voluntas agen-
tis, &, quando verba illum modum validitatis, & illum
ſenſum

sensum per se poterat aliquo modo importare, quod in proposito casu non videtur posse dici, cum illa verba, quod habet aut habere sperat, nō importent aliquid acquiri Domino directo, sed solùm, quod vnus alteri renūciat, quod debet intelligi ad vtilitatem eius, cui renunciatio fit, & eius hæredū, non autē ad vtilitatem Domini directi, vtpotè de quo nulla est facta mētio, *vt considerat Soc. Iun ibi n. 140. vers. Nec obstat*,

22 Verius tamen puto, † censeri remissum, & sublatum ius accrescendi, seu succedendi, quia, quando verba renunciationis in futurum concepta non possunt in alio verificari, quā in iure accrescendi, verius, & receptius est, censeri etiam ei renūciatum,
23 † *vt latè ostendunt Menoch. cons. 593 num. 1. & seqq. & Gratian. d. c. 346. discept. forens nu. 11. & 12.* Nam, quemadmodum illud cessat, quando specialiter ei fuit renunciatum,
24 † *vt diximus supra num. 22. in 1. casu*, ita etiam cessare debet,
25 quando fuit renunciatum generaliter, † si verba in alio ve-
26 rificari nequeant, quia specialiter fieri † dicitur etiam id, quod in vno tantum verificari potest. Et his quidem modis censetur expressè iuri accrescendi renunciatum.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio supponit præcedentem acquisitionem.*
2 *Ea tantum diuidimus, quæ nostra sunt, nobisque cum alio communia.*
3 *Post acquisitionem ius accrescendi cessat; Fallit, vt n. 8.*
4 *Iuri accrescendi quod non est, nec esse potest, per diuisionem non censetur renunciatum.*
5 *Priuatio præsupponit habitum, aut potentiam.*
6 *Quod non est, remitti non potest.*
7 *Non entis nulla sunt qualitates.*
8 *Ius accrescendi in vsufructu, in feudo, & in emphyteusi, etiā post acquisitionem, locum habere potest.*
Feudum, & emphyteusis vsufructui assimilantur.
10 *Iuri accrescendi, quod in feudo, aut emphyteusi sperabatur, An, & quando per diuisionem inter duos, vel plures fratres factam, renunciatum esse censeatur, & num. seqq. vsque ad finem.*
11 *Diuisio aliquando est simplex, aliquando est cum ijs coniuncta, quæ à partibus adijciuntur.*
Tria sunt, quæ vt plurimum à diuidentibus diuisioni adijciuntur: Aut enim adijcitur promissio, aut permissio, aut etiam renunciatio, num. 42.
Promissionum, quæ à diuidentibus adijciuntur, tria sunt genera; Aut enim est promissio de non contrauenïendo, aut de defendendo, aut de euictione, num. 45.
12 *Per simplicem diuisionem non censetur renunciatum iuri accrescendi seu succedendi, quod in feudo, vel emphyteusi ex tenore inuestituræ sperabatur, & nu. seq. Et cur, nu. 14 Amplia, vt num. 32. & seqq.*
15 *Natura diuisionis est, vt ea tantùm comprehendat, quæ de præsenti competunt diuidentibus non, vt ad futuros casus, futuraque iura porrigatur, & num. 48.*
16 *Diuisio actualis pendet ab illa intellectuali diuisione, quæ fit ipso iure inter habentes rem communem.*
17 *Diuisio actualis est, veluti executio illius intellectualis diuisionis, quæ fit ipso iure inter habentes rem communem.*
18 *Diuisio actualis non mutat naturam intellectualis diuisionis, sed secundum eam regulatur.*
19 *Diuidentium mens non est, vt alter alteri de suo quicquam largiatur, sed, vt vnusquisque pro diuiso id consequatur, quod suum est.*
20 *Donatio non præsumitur.*
21 *Remissio est quædam species donationis.*
22 *Fideicommisso, cuius conditio nondum extiterat, per simplicem diuisionem, renunciatum non censetur.*
23 *A renunciatione fideicommissi ad renunciationem iuris accrescendi, quod in feudo, vel emphyteusi speratur, valet argumentum.*
24 *Iura, & authoritates de renunciatione fideicommissi loquentes trahuntur ad inducendam vel excludendam iuris accrescendi, quod in feudo, vel emphyteusi locum habet, renunciationem, & contra num seq.*
25 *Iura, & authoritates de renunciatione iuris accrescendi in feudis loquentes, trahuntur ad inducendam renunciationem fideicommissi & contra num. 24.*
26 *Diuisio dupliciter initi potest, vno modo partiendo singulas res communes, cum vnusquisque portionem singularum rerum habeat altero modo non partiendo singulas res, sed vnam vni in solidum assignando alteram alteri.*
27 *Per simplicem diuisionem censetur renunciatum iuri accrescendi seu succedendi in feudo, vel emphyteusi quod, vel quæ vni diuidentium fuit insolidum assignatum, vel assignata; Sed contra num. 32 & seqq.*
30 *Portio portioni accrescit.*
31 *Portioni non habenti nihil potest accrescere; sed hoc procedit in iure accrescendi proprio, num. 36.*
33 *Feudum, vel emphyteusis, si in diuisione tota vni fuerit assignata et hoc modo frater fratri cesserit partē suā, licet excludatur, quandiu durat linea eius, cui fuerat facta assignatio, tamen ea finita, non impeditur, quominus iure accrescendi, seu successionis totam rem consequatur & n. 34.*
35 *Declaratur textus in cap. 1. De nat. success. feudi.*
37 *Ius accrescendi quod in feudo, vel emphyteusi post acquisitionem consideratur, est potiùs ius inuestituræ, & successionis, quam ius accrescendi proprium.*
38 *Si in diuisione vni fuerit assignatum feudum alteri allodiū, & is, qui feudum habuit decesserit relicto hærede incapace, vel filia, poterit frater superstes ab illo, vel ab illa feudum auocare, nec tenebitur de euictione nu. 39. aut facere partem de allodio n 41. Declara, vt ibi.*
40 *Quando res euincitur ex sui natura, quis non tenetur de euictione, & num. 71.*
43 *Diuisio, cui adijcitur clausula renunciationis iurium, continet renunciationem expressam.*
44 *Renunciatio tacita quæ sit.*
46 *Per diuisionē, cui est adiecta promissio de nō contrauenïendo, aut simpliciter, aut etiā per se, & hæredes, non censentur diuidentes iuri accrescendi & succedendi renunciasse.*
47 *Promissio de nō contrauenïendo diuisioni adiecta, secundùm diuisionis naturam intelligi debet.*
49 *Promissio non extenditur ad ea, de quibus non est cogitatū.*
50 *Per diuisionem, cui est adiecta promissio de non contrauenïendo ex quacumque causa, an censeatur renunciatum iuri accrescendi, seu succedendi: Distingue, vt ibi.*
51 *Promissio de non contrauenïēdo ex quacumque causa competente, vel vsque in præsentem diem, ad ius, quod postea nascetur, non extenditur.*
52 *Promissio de non contrauenïendo ex quacumque causa tàm competente, quàm competitura, continet renunciationem iuris accrescendi, quod in futurum speratur.*
53 *Promissio de non contrauenïendo ex quacumque causa, absque alia adiectione, continet renunciationem iuris accrescendi, seu succedendi, quod in futurum speratur; Sed contra num. 54 & seq.*
55 *Verba quantumuis generalia debent intelligi de causa de præsente competenti non etiam de ea quæ postea superuenit.*
56 *Promissio de non contrauenïendo, ex quacumque causa, tàm cogitata, quàm incogitata, complectitur etiam eam, quæ postea superuenit.*
57 *Causa incogitata non alia videtur esse, quàm futura.*
58 *Renunciantes non censentur de causa futura cogitasse.*
59 *Promissio de defendēdo non differt à promissione de euictione.*
60 *Qui promittit euictionem promittit defendere eum, à quo res posset euinci.*
61 *Euictio sequetur, si is, qui promisit euictionem non defendat.*
62 *Iuri accrescendi, seu succedendi in feudo, vel emphyteusi an censeatur renunciatum, si à diuidentibus promissa sit euictio, & num. seqq.*
63 *Euictione specialiter promissa, etiam in casum iuris accrescendi, seu successionis, censetur renunciatum iuri accrescendi, seu succedendi.*
64 *Quem de euictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*
65 *Euictione feudi in diuisione promissa, etiam in casum iuris accrescendi, seu successionis, promittens tenetur filiæ eius, cui sic fuerat promissa euictio, aut eius hæredi extraneo, de euictione.*
66 *Euictione feudi simpliciter in diuisione promissa, non cēsetur renunciatum iuri accrescendi, seu succedendi in feudo.*
67 *Euictione feudi, à fratre in diuisione simpliciter promissa nō obstāte, poterit sic promittēs auocare feudū ipsū à filia fratris, cui fuerat facta hæc promissio, vel eius extraneo hærede sifen-*

si feudum ipsum sit eius natura, vt ius accrescendi recipiat.

68 Frater in diuisione simpliciter promittens euictionem feudi, vel emphyteusis, non tenetur de euictione in casum iuris accrescendi seu successionis, etiamsi feudum ipsum, vel emphyteusim eo casu auocet à filia eius, cui fuerat facta euictionis promissio, aut ab eius herede extraneo, & incapace: Et si euincatur à Domino directo, non tenetur frater ipse de euictione, aut facere partem de allodio, num. seq.

70 Euictionis simplex promissio debet intelligi secundum naturam actus, cui adijcitur.

71 Diuisionis natura est, vt in ea non praestetur euictio, quae sequitur ex natura rei.

72 Diuisioni si fuerit adiecta promissio, vt frater de feudo inuestiri possit, an censeatur remissum ius accrescendi: Distingue, vt hic.

73 Si post diuisionem de consensu fratris is, cui feudum obuenit inuestiatur, an per hoc censeatur remissum ius accrescēdi.

74 Permissio alienationis in diuisione fit, aut explicitè, aut implicitè per clausulam ad habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum.

75 Clausula ad habendum, tenendum & quidquid placuerit faciendum, in diuisionibus bonorum feudalium operatur remissionem iuris accrescendi, seu succedendi in ipsis feudalibus, si sequatur alienatio & nu.79. Licet quidam contra sentiant, num.78. Amplia, vt idem sit per clausulam, constituens procuratorem, velut in rem suam, & per clausulam ponens eum in locum, & statum suum, nu. 87.

76 Alienatione in diuisione feudalium, concessa & secuta, res non poterit a tertijs possessoribus auocari, & cur, n.79. & 83

78 Alienatione, in diuisione feudalium, concessa, & secuta censetur remissum ius accrescendi in ipsis feudalibus: Amplia vt hoc multò magis procedat si facultas alienandi data sit etiam heredibus, num.77.

80 Pactum tribuens alienandi facultatem parit exceptionem, quae non solùm prodest diuidenti, sed etiam omnibus ab eo causam habentibus.

81 Excipiendi ius non minus in singulares successores, quam in vniuersales transfertur.

82 Pactum his omnibus prodest, quibus, vt proficiat, paciscentis interest, & num.91.

84 Clausula, constituendo Procuratorem, velut in rem suam, in diuisionem feudalium posita tribuit alienandi facultatem; maximè si fuerit adiecta clausula, ponendo eum in locum & statum ipsius constituentis, num 85.

86 Clausula, constituens Procuratorem in rem suam, operatur vt is Procurator possit ea omnia facere, quae ipse sic constituens potuisset.

87 Clausula, ponens eum in locum, & statum suum, operatur, vt sic positus possit ea omnia facere, quae ponēs ipse potuisset.

88 Consentiēt alienationi non poterit à tertijs possessoribus feudum, aut emphyteusim auocare.

89 Facultas alienandi, alienatione non secuta non praeiudicat.

90 Pactum tribuens alienandi facultatem, non secuta alienatione, nihil operatur.

92 Paciscentis non interest, vt pactum prosit alijs, quàm ab eo causam habentibus.

An, & quando per diuisionem censeatur iuri accrescendi renuntiatum.

QVAESTIO XXIX.

TAcitè verò, idest per antecedens, aut consequens necessarium quando censeatur ei renunciatū, frequentissimè quaeritur post initam inter socios seu coniunctos, diuisionem rei, in qua ius accrescendi locum habere poterat: nam, si postea vacet portio, aut res vni assignata, saepissimè dubitatur, an in ea cesset ius accrescendi, quasi censeatur ei per diuisionem renuntiatum, In quo quidem illud diligenter obseruandum est, huiusmodi quaestionem non posse considerari in eo iure accrescendi, quod non nisi ante acquisitionem locum habet, vt regulariter euenit in iure accrescendi reali: nam,
1 quia diuisio † supponit praecedentem acquisitionem, cum ea tantùm diuidamus, quae nostra sunt, nobisq; cum alio com-
2 munia, † l. 1. ff. comm. diuid. Ang. cons 287. nu. 5. & post acqui-
3 sitionem ius accrescendi reale cessat, † vt ostendimus in 7. c. q. 59. n. 104. ideò fit, vt quoties inter socios facta est diuisio, non possit quaeri an per eam censeatur renuntiatum † iuri accre- 4
scendi, quod nec est, nec esse potest: Priuatio enim praesupponit habitum, aut potentiam † l. manumissiones. 4. ff. de iust. & 5
iur. l. decem. 116 in prin. ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de suis, & legit. & quod non est, † remitti non potest, cum non entis nullae sint 6
qualitates † l. eius, qui. 41. ff. si cert. pet. Solùm igitur considera- 7
ri potest in ijs casibus, in quibus etiam post emolumentū acquisitum ius accrescendi locum habere potest, † vt euenit in 8
vsufructu, & in ijs causis, quae vsufructui assimilantur, puta in feudo, aut emphyteusi, † secundùm ea, quae diximus in 6. c. 9
q. 43. n. 2. & 4 in c. 7. q. 59 n 28. & seqq nam in his, licet duo, vel plures socij partes sibi delatas acquirant, non tamen ob id cēsetur eis sublata spes iuris accrescendi, quia, si posteà alter ex ijs deficiat nullis relictis descendentibus, eius portio accrescet coniuncto, si feudum, aut emphyteusis, sit eius naturae, vt ius accrescendi recipiat, secundùm ea quae diximus in eodem 6. c. q. 37. n. 1. & seqq. & q. 38. n. 1. & seqq. In hoc igitur casu plerunque disputari solet, an, † si duo, vel plures fratres diuidant in- 10
ter se feudum, aut emphyteusim, & simus in casibus, in quibus non facta diuisione poterat esse locus iuri accrescendi cēseatur ei per talem diuisionem renuntiatum, ita, vt etiamsi posteà moriatur vnus ex fratribus sine liberis, aut eius linea postea deficiat, non tamen possit superstes, eius portionem, seu feudum, aut emphyteusim ab eo possessam per ius accrescendi vindicare.

In hac autem quaestione separatim nobis erit dispiciendū, † Primo, quid, si diuisio simpliciter, & per se consideretur, Se- 11
cundò, quid, si consideretur, quatenus est cum ijs coniuncta, quae plerunque à partibus adijciuntur.

Et si quidem simpliciter, & per se consideretur, generaliter dicimus, per eam non censeri † renuntiatum iuri accre- 12
scendi, seu succedendi, quod postea nascitur, quia, si ex duobus fratribus diuidentibus vnus postea moriatur sine liberis, aut eius linea deficiat, superstes non obstante diuisione perinde ad partem, siue rem, quae illi obuenerat, per ius accrescendi, seu (vt verius dicitur) ius inuestiturae, & successionis admittetur, ac, si nunquam fuisset facta diuisio † cap. 1. de nat. 13
succ. feud. Et scribunt Bart. cons. 58. n. 4. lib. 1. Bald. in cap. 1 n. 3. & 6. & ibi Aluaro. nu. 3. tit. Imp. Loth. Ang. de Gamb. cons. 35. num. 13. Alex. cons. 189. nu. 2 in fi. vol 2 & cons. 21. num 4. & 8. vol. 5. Dec. cons. 261. nu 3. vers. Similiter & cons. 411. n. 1. vers. Secunda, & n. 3. Rum. cons. 7. nu. 10. cons. 11 nu. 8. vers. Et tanto magis, & cons. 47. nu. 1. vol. 1. Gozad cons. 53. num. 16. Mantic. decis. 373. num. 5. Gratia, cap. 707. discep for. nu. 17. vbi refert, ita fuisse a Rota Romana decisum. Quia † alioquin fieret, & con- 14
tra naturam diuisionis, & contra verisimilem, & praesumptā mentem diuidentium: Natura enim diuisionis est, † vt ea tā- 15
tum comprehendat, quae de praesenti competunt diuidentibus, non autem, vt ad futuros casus, iuraque futura porrigatur, vt in his terminis considerant Bald in d. cap. 1. nu. 3. & ibi Aluaro. nu. 3. tit. Imp. Loth, scilicet, quia pendet † ab illa intel- 16
lectuali diuisione, quae fit ipso iure inter plures socios, siue habentes rem communem, & est, † velut eius executio, ideoque 17
non mutat eius naturam, sed secundùm eam regulatur, † vt 18
declarat Bald. cons. 280. nu. 6. vol. 3. Mens verò diuidentium nō est, † vt alter alteri quicquam de suo largiatur: nam donatio 19
non praesumitur † l. cum de indebito. 25. ff. de probat. sed, vt 20
vnusquisque pro diuiso consequatur id, quod suum est. Atqui, si diceremus diuidentes censeri ius futurū remisisse, haud dubiè praesumeremus eos, voluisse donare, & largiri quia remissio † est quaedam species donationis. Ergo non est huius- 21
modi remissio inducenda. Ita ratiocinantur Ang. cons. 287. n. 4. Roll. cons. 51. vol. 4.

Et verò, si per simplicem diuisionem non censetur renūtiatum fideicommisso, cuius conditio nondum extiterat, † l. cum pater. 79. § hereditatem ff. de leg. 2 l. qui Romae. 122. §. 22
duo fratres, intelligendo, quod ibi male iudicatum sit, prout ibi communiter DD. intelligunt ff. de verb. oblig. Consequens est, vt nec censeri debeat renuntiatum iuri accrescendi, quod nōdum erat natum, scilicet quia à renunciatione fideicommissi ad renuntiationem iuris accrescendi valet argumentū, quod eadem videatur vtriusque ratio. Quamobrem nostri locos, & authoritates de renuntiatione fideicommissi loquētes passim trahunt ad inducendam, vel excludendam iuris accrescendi renuntiationem, † vti videre est apud Alex. d. cons. 189. num. 10.

num.10.vol.2.& d.cons.21.n.4.vers.Et probatur.vol.5.Alciat.
cons.36.n.2.vers.Et quod dicitur lib.8.Men.cons.593.nu.1.&
25 *seqq.*& contra, † *ut apud Bec.cons.24.nu.15.vers.Simile,vol.1.*
Pereg.de fideic.art.52.n.73. Quod & nos eorum exemplo fa-
cere possemus, alijque poterunt, prout obseruationis gratia
singulos admonemus; Sed ne tractatũ hunc innumeris DD.
allegationibus oneremus, quod ne volentibus quidem per as-
siduas, grauesque publici muneris occupationes facere lice-
ret, eas tantummodo duximus adducendas, quæ specialiter
de iuris accrescendi, seu succedendi remissione loquuntur, li-
berum iis, quibus maius erit otium, campum relinquentes, ea
comprobandi, quæ nos hic breuiter, & paucioribus allega-
tionibus eorum, qui de fideicommissi remissione per diui-
sionem inducenda loquuntur.

26 Sed, quia dupliciter † possunt socij inire diuisionem, vno
modo partiendo rem, in qua ius accrescendi locũ habere po-
terat, & vnicuique suam portionem assignando, quo casu
quilibet ex diuidentibus aliquam rei portionem habet, altero
verò non partiendo rem, sed eam insolidum vni assignãdo,
vt euenit, cum fratres habent plura feuda, & in diuisione sin-
gulis assignant vnum feudum, vel, vni assignant feudũ, al-
teri verò allodium, quo casu, quia tota res ad vnũ pertinet,
cęteri non possunt dici habere aliquam eius portionem, ideò
quęri solet, an, quod diximus per simplicem diuisionem non
censeri renunciatum iuri accrescendi, seu succedendi, quod
posteà nascitur, procedat in vtroque genere diuisionis, an
verò solùm in priore. Et Baldus quidem *in l. vn. num.23.C.*
quand.non pet.part.quem Dec cons.262.nu.3. vers.Et istã quæ-
stionem,& alij plerique probarunt, censuit procedere solùm in
27 priore. † Itaque si in diuisione remansit superuiuenti aliqua
portio feudi, aut emphyteusis, fatetur, non censeri eum per
28 diuisionem ius accrescendi, seu succedendi remisisse, † quod
etiam dubio caret, *in quibus terminis loquuntur Bald.d.consil.*
280.n.6.vol 3. Bec.d.cons.24.n.16.vol 1. Cęterũ, si nihil ei re-
29 mansit, verius putat, † censeri eum per talem diuisionem ius
accrescendi remisisse, quia, cum portio portioni accrescat
30 † *l.si Titio 39.in fi ff.de vsufr.* Consequens est, vt portionem
31 non habenti nihil possit accrescere, † *secundum ea, quæ dixi-*
mus in 7.cap.quæst.70.num.2.

Verùm hæc opinio meritò fuit ab alijs cõmuniter impro-
bata quia verius, & receptius est, per diuisionem non censeri
renunciatum iuri accrescendi, quod posteà nascitur, etiamsi
in diuisione non remanserit superuiuenti aliqua portio feu-
32 di, aut emphyteusis † *Ita enim censuerunt omnes, quos refere-*
mus infra n.38 et seqq.loquentes de feudo, & allodio, Et simplici-
ter de feudo, aut emphyteusi loquentes scripserunt Alex.d.cons.
21.n.4.vol.5. Ruin.cons 7 n.9.vers. Et ex hoc sequitur,& nu.10.
vers.Nec dicto casu,& cons.8.n.11.vers Non obstant not.vbi ait
Bald.male loqui,& cons.11.n.5.& 14.vol.1.Brun.cons.78.nu.9.
& cons.79.n.1.Gabr.cons.89.n.21.vers.Nec refert, vol.1.Roll.
cons.51.n.3.& 18.vol.4.vbi testatur contra Bald esse communẽ,
Surd.cons.517.n.12.vers.Tertium,vbi pariter ait.contra Bald.
stare communem opinionem, Hond.cons.36.nu.17.vol.1. Pereg.
cons.101.n.3.& 6.in fi.& nu 7.& 15.vol.1.& cons 2 nu.21.vers.
Addo decisionem, vol.5.& de fideico.artic.52.n.74. vers.non ob-
stat illa theorica vbi ait, illam theoricam Baldi cõmuniter reij-
ci, Gratia.c.346.disc for.n 4.& 5 Itaque, si in diuisione totum
feudũ, aut tota emphyteusis vna fuerit assignata, & hoc mo-
do frater cesserit fratri partem suam, licet excludatur, quan-
diù viuet is, cui facta est assignatio, aut eius linea supererit
33 † *ca.1.de nat.succ.feu & scribunt Corn.cons.263.n.10.vers.Sed*
allegabat, vol 1.Ruin.cons 166.n.10.vol.1.Goz.ad.d.cons.53.n.3.
Surd.d.cons.517.n.1.Pereg.d.cons.101.n.15.vol.1. si tamen ille
moriatur sine filijs, aut eius linea posteà deficiat, non impe-
dietur superstes, quominùs iure accrescendi, seu successionis
totam rem consequatur, & sic non solùm partem propriam
34 defuncti, sed etiam partem cessam, † *vt scribit Gabr.d.cons.89*
n.6.vol.1 & est de mente omnium quos retulimus supra n.32.et
35 apertè probat text. *in cap.1.de nat.succ.feudi.* vbi, *si quis ha-*
bens beneficium quatuor superstitibus filijs decedat, & feudum
ad vnum solùm ex diuisione deueniat, & iste superstitibus filijs
duobus vel tribus decedat & ad vnum eorum beneficium feudi
ex diuisione perueniat, & similiter iste superstitibus filijs dece-
dat, ad quorum vnum feudum peruenit, sicut etiam ex alijs su-
perioribus, vel primis fratribus supersunt masculi, si ille, qui feu-
dum habet, decesserit nullo relicto filio scribitur, feudum perti-
nere, ad solos, & ad omnes, qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit,
& hoc esse, *quod dicitur ad proximiores pertinere, isti verò pro-*
ximiores esse dicuntur respectu aliarum linearum sed omnibus
ex hac linea deficientibus, omnes alias lineas æqualiter vocari;
Nam ex hijs verbis constat, etiamsi feudum ad vnum solum
ex diuisione perueniat, ita vt alij fratres nullam eius portio-
nem habeant, non tamen eos excludi a iure succedendi, quod
posteà nascitur ex defectu lineæ illius, cui feudum insolidum
fuerat assignatum.

Nec est contrarium, quod partem nõ habenti nihil accre-
scat, quia † hoc procedit in iure accrescendi proprio, cũ alio- 36
quin id, quod in feudo, vel emphyteusi post acquisitionem
consideratur, non sit proprium ius accrescendi, † sed potius 37
ius inuestituræ, & successionis, cui partis defectus non solet
obesse, *vt ostendemus in 7.c.q.70 n.9.* Itaque, licet is, qui nullã
feudi, aut emphyteusis portionem habet, nõ possit vindicare
partem vacantem per ius accrescendi, si id proprie conside-
remus, poterit tamẽ eã vindicare iure successionis, & inuesti-
turæ, *sicuti in specie declarando respondent Alex.d.cons.21.n 5.*
vol.5.Gabr d.cõs.89.n.7.et 22.vol.1.Hond.d.cons.36.n.17.vol.1
Pereg.d.cons.101.n.7.vol.1.Gratia.d c.346.discept.for.n.4.

Hinc infertur, si in diuisione vni fuerit assignatum feudũ,
alteri verò allodium, & is, qui feudum habuit, decesserit reli-
cto hærede incapace, puta extraneo, vel filia, posse fratrẽ su-
perstitem ab illo feudum auocare † *vt scribunt Bald.in l.si fa-* 38
milia,14.n.9.C.fam.ercis.Ruin.cons.11.n.11.& 12.cons.47.n.2.
vers.et loquuntur, vol.1.Soc.Iun cons.119.n.1.vol.3.Bec.cons 24
n.32.vers.idem quoque esset, vol.1.Pereg.de fideic.d.art.52.n.66
nec teneri de euictione † propterea quod res euincitur ex sui 39
natura, † *vt declarant Bald.in d l.si familia.nu.9.& ibi Castr.* 40
n.4.vers.Plus dicit, Alex d cons.21.n.3.vers.tamen.et n.7.vers.
Et dicit Bald.vol.5. Dec.cons.411.n.4.Ruin.cons.7.nu.10. vers.
Nec dicto casu & cons.11.n.11.12.& 13.vol 1 cons.137.nu.12.
vers.Et idem esset, vol.2.& cons.92.n.29.vers.Et magis ad pro-
positum, vol.3.Soc.Iun.d cons.119.n.2. vol.3. Alcia.cons.36.n.4.
vers.Nec obstat ratio lib.8.Roll.d.cons.51.num.10.vol.4. Bec.d.
cons.24 n.32.vers.Idem quoq; esset, vol.1. Pereg de fideic.d.art.
52.nu.66. minus teneri facere partem de allodio, si modo is, 41
qui feudum habuit, sciuerit eius naturam, & qualitatẽ, quod
ei debeat imputari, cur pro sua portione acceperit rem, quam
sciebat esse eius naturæ, vt vno mortuo deberet ad alterum
iure accrescendi, siue successionis pertinere *Ita scribunt Bald.*
in d l.si familia num.9, Soc.Iun.dict.consil.119 num.2.vers.Qui
etiam volunt, vol.3 Roll.dict.consil.51.num.10.vol 4.Peregr. de
fideicom.d art.52.num.66.

Sed hæc quidem dicuntur, quoties diuisionem simpliciter,
& per se consideramus. Cęterum, quoties eam considera-
mus, vt est cum alijs circunstantijs coniuncta, constat tripli-
citer eam proponi posse, scilicet, quia tria sunt, † quæ à diui- 42
dentibus, vt plurimum adijciuntur: Aut enim adijcitur pro-
missio, aut permissio, aut etiam renunciatio.

Et, si quidem fuerit adiecta renunciatio puta, quia dictum
sit, diuidentes renunciare omni iuri, quod habent, aut habere
sperant in feudo, vel emphyteusi, & quęratur, an per eã cen-
seatur renunciatum iuri accrescendi, † necessariò recurren- 43
dum erit ad ea, quæ diximus in quæstione præcedenti, & se-
cundum distinctiones ibi factas res erit terminanda, quia tũc
nõ tractatur de renunciatione tacita, sed de expressa, scilicet,
quia colligitur ex verbis, non autem per interpretationem
intelligitur. Tunc igitur solum agitur de renunciatione ta-
cita, † cum diuisio consideratur, vt coniuncta cum aliqua 44
promissione, aut permissione, quę vi sua iuris accrescendi re-
nunciationem importet, quia renunciatio debet deduci per
antecedens, aut consequens necessarium.

Promissionum autem, quæ a diuidentibus adijciuntur,
tria sunt genera: † Aut enim est promissio de non contra- 45
ueniendo, aut de defendendo, aut de euictione.

Et si quidem adiecta sit promissio de non contrauenien-
do, aut simpliciter, aut etiam per se, & heredes, certum est per
eam non censeri diuidentes iuri accrescendi renunciasse, † *vt* 46
scribunt Bald.in cap 1.n.6.tit. Imp. Loth. Alex.cons.107 nu.15.
vol.4. Dec cons.262.n 3. vers.Similiter, Pereg.de fideic.d.artic.
52.nu.74.vers Addo,& d cons.2.nu.21.vers. Addo decisionem,
vol.5. quia talis promissio, tamquàm accedens diuisioni de-
bet

47 bet secundùm eam intelligi, † *vt dicemus infra nu.70.* Vnde
cum natura diuisionis sit, vt ea tantùm compræhendat, quæ
tunc temporis competebant diuidentibus; nec ad ius futurũ
48 porrigatur, † *vt diximus supra nu.15.* Consequens est, vt nec
ad ius accrescendi, seu succedendi, quod post mortem fratris
superuenit extendi possit de non contraueniendo facta pro-
missio, *vt in his terminis considerant Alex consil.189.n.3. vers.*
Nec etiam vol.2. Dec.d.cons.263.nu.3.vers.Similiter Pereg.d.
cons.101.nu.5.vol.1. cum nec fratres de tali iure censeantur
cogitasse, & ad ea, de quibus non est cogitatum promissio
49 non extendatur, † *vt in proposito considerat Dec.d.cons.262. n.*
3.versic.Similiter.

Planè, si tali promissioni fuerit adiectum ex quacumque
causa, & quæramus, an per eam censeatur renuntiatum iuri
50 accrescendi. † constat esse distinguendum: Aut enim promis
sio est restricta ad causam de præsenti competentem, vt quia
dictum sit, de non contraueniendo ex quacumque causa cõ-
petente, vel addita sint illa verba, vsque in diem præsentem,
Et tunc certum est, quibuscumque verbis ea facta sit, non
posse ad ius accrescendi, seu succedendi, quod posteà nasci
51 tur, extendi quia verba refragãtur, † *vti videre est apud Ma*
gon.decis.Lucen 7.num 42.& 44 & ibi addentes in lit g. vbi te-
stantur hanc esse communem. Aut verò dictum est, ex quacũ-
que causa, tàm competente, quàm competitura, Et est verius
52 per eam censeri renuntiatum iuri accrescendi. † *vt diximus*
in q præced n.49. Et in specie declarant add. ad Magon.d. decis.
Luc.7.in lit.g. vbi testatur, hanc esse magis communem opinio-
nem. Aut denique simpliciter dictum est, ex quacũque causa,
nec fuit aliquid adiectum ex quo colligere possimus, vtrum
diuidentes senserint de causa præsenti competente, an verò
etiam de futura, Et tunc, licet nonnulli censuerint per illa
verba censeri renuntiatum iuri accrescendi, seu succedendi,
53 *vt Men cons.323.nu.59.iuncto nu.50.* Contrarium tamen ve
54 rius est & receptius: † *vti videre est apud Alex.d.consil.189 n.*
2.in fi & nu.3.vers.Nec etiam vol.2. scilicet, quia verba quan-
tumuis generalia debent intelligi de causa de præsenti com-
55 petente, non etiam de ea, quæ posteà superuenit, † *per ea, quæ*
quæ diximus in q præced.nu.40. Sanè, si dictum esset ex qua-
cumque causa tàm cogitata, quàm incogitata, verius credi-
56 derim † etiam eam complecti, quæ posteà superuenit, & sic
etiam ius accrescendi, seu succedendi, quod posteà nascitur:
57 *quod & alij tradiderunt:* Causa enim incogitata † non alia
videtur esse, quam futura vtpotè de qua regulariter non cẽ
58 sentur diuidentes cogitare, † *vt diximus in q præced.nu. 46. &*
supra nu.84. Qui igitur promittit non contrauenire etiam ex
causa incogitata, videtur promittere etiam ex causa futura,
& per consequentias etiam ex causa iuris accrescendi, seu suc
cedẽdi quod posteà nascitur *secundũ ea quæ supra dicta sunt.*
59 Si verò promissio sit de defendendo, † res erit eodem mo-
do terminanda, quo promissionem de euictione definiemus,
scilicet, quia non multum hæc ab illa distat: nam, qui pro
60 mittit euictionem. † haud dubiè promittit eum defendere, à
61 quo res posset euinci, quia, nisi ita fiat, sequetur euictio † *l.*
cum ex causa.139 ff.de verb.oblig.

Si igitur à diuidentibus promissa sit euictio, & quæramus,
an per eam censeatur renunciatum iuri accrescendi, seu suc-
62 cedendi, quod posteà nascitur, † vt euenit in specie, qua vni
feudum, alteri verò allodium fuit in diuisione assignatum,
cum reciproca promissione euictionis, & is, qui feudum ha-
buit, decessit relicto hærede incapace, puta filia, aut extraneo,
secundùm ea quæ diximus supra nu.38. constat, multum refer-
re vtrum euictio specialiter promissa sit, etiam in hunc casũ,
an verò simpliciter; nam, si specialiter promissa sit, res omni
dubitatione caret, certum enim est per eam censeri renuntia-
tum iuri accrescendi, seu succedendi, ideoque non posse diui-
63 dentem auocare † feudum à filia, vel extraneo hærede, quia,
quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit ex-
64 ceptio † *l.vindicantem.17.ff de euictio. Ita enim ex mente Bal-*
di in d.l.si familia.14.n.9 C.fam.ercis.scribunt ibi Castr.num.4.
vers.Plus dicit, Alex.cons.21.nu.8.vers. Nec etiam obstat vol.
5.Rum.cons.146.n.3.vol.1.cons.137.num.12.vers.Et idem esset
vol.1.& cons.92.nu.29.vers.Nec obstat vol.3. Alciat.cons.36.n.
4.vers Nec obstat ratio lib.8.Bec cons.24.n.32.vers. Idem quo-
que esset vol.1.Pereg.de fideicommiss.d.art.52.n.69. &, si feudũ
euincatur à Domino, quasi finita linea, teneri eum filiæ, aut
extraneo hæredi de euictione, † *vt ex doctr.gl.in d.l.si familia.* 65
14.in verb.pro parte, versic.item, quod, si vni scribunt ibi Bart.
nu.2.vers.Quæro, Bald.num.8. Alex.d.cons.21.nu.6.vers.Tertio
principaliter vol.5.Rum.cons.92.nu.28.in fi.vol.3.Bec.d.cons.24.
nu.32. Cæterum, si euictio simpliciter sit promissa, verius, &
receptius est, non censeri per eam renuntiatum iuri accrescẽ-
di, sed succedendi, † sed ea non obstante posse fratrem super- 66
stitem auocare feudum à filia, vel extraneo hærede, si feudũ
sit eius naturæ, vt ius accrescendi recipiat. † *secundùm ea, quæ* 67
diximus in 6.cap q.37.n.21. nec eo casu teneri eum de euictio-
ne non magis, quam si eam non promisisset. † *Ita enim scri-* 68
pserunt Alex.d.cons.21.n.8.vers.Nec etiam obstat vol.5.Rum.
d.cons.146.nu.3.vers.Et idem est vol.1.d.cons.137.nu. 12.vers.
Et idem esset vol.2.& d cons.92.nu.29.vers. Nec obstat vol. 3.
Iacob de feud.in verb.& vnum,num 6.vers.Sed iuxta, Goz.ad.
cons.53.nu.16.Gabr d cons.89.nu.6.vol.1.Bec.d.cons.24.nu.32.
vers.idem quoque esset, Magon decis.Luc.7 num.44. vers. Et,
quoad euictionem, Pereg de fideicommiss.d art.52.n.69.& n.74.
vers.Non obstat promissio d cons.101.nu.13.vol.1.& d. cons. 2.
numer.21. versic. Addo decisionem volum.5. Et, si feudum,
aut emphyteusis non recipiat ius accrescendi, vt, quia sit no-
uũ, eaq; ratione euincatur à Domino directo, quasi finita li-
nea, nõ teneri eum de euictione, aut facere partem de allodio,
† *secundùm ea quæ de simplici diuisione diximus supra n. 39. &* 69
41. ita enim scripserunt gl.in d l.si familia.14 in verb pro parte
vers. item, quid, si vni, & ibi Bart nu.2.vers Quæro, Bald. nu.8.
Castr.n.4. Alex.d.cons.21.nu.6.vers.Tertio principaliter vol.5.
Rum.d.cons.146.nu.3.vol.1.d.cons.137.num.12. vers. Et idem
vult.vol.2.& d.cons.92.nu.28.vers Et hoc etiam vol.3.Bec.dict.
cons.24.nu.32. quia simplex euictionis promissio debet intel-
ligi secundùm naturam actus, cui adijcitur † *l.si stipulatus.4.* 70
ff.de vsur l.1.§.si quis sub conditione ff.vt leg. nom. cau. Atqui
natura diuisionis est, vt in ea non præstetur euictio, quæ se-
quitur ex natura rei, † *vt diximus supra nu.40.* Ergo nec per 71
simplicem promissionem euictionis erit præstanda. *Ita ratio-*
cinantur Bald in d.l.si familia nu.8. Alex d.cons.21.nu.7.vol.5.
Rum.d.cons.146.nu.3.vol.1.d.cons.137.nu.12.versic. Et idem
vult, vol.2.& d.cons.92 nu.29.vol.3.Roll.cons.51.nu.19. vol.4.
Pereg.de fideicomm.ff.d.art.52.num.69. & 74 versic.Non ob-
stat promissio.

Denique, si diuisioni fuerit adiecta permissio, si quidem in
eo consistat, vt frater possit inuestiri, † res erit ex ijs terminã- 72
da, quæ diximus *in q.præced.n.28.& seqq.* nam, si dictum sit, vt
possit inuestiri, tamquàm de feudo nouo, censebitur renũtia-
tum iuris accrescendi, *vt diximus ibi n.29* Si verò, vt possit in-
uestiri, tamquàm de feudo antiquo, aut etiam simpliciter, non
censebitur renuntiatum, *vt diximus ibi nu.30.& 33.* Idem est,
&, si non fuerit hoc expressum in diuisione, sed post eam de
consensu fratris fuerit is, cui feudum obuenit inuestitus: nam
ijsdem adhibitis distributionibus res erit decidenda, † *vt dixi-* 73
mus in 6.c.q.37.n.46 & seqq.

Si verò permissio in eo consistat, vt is, cui facta est assigna-
tio possit alienare, siuè hoc dicatur explicitè, siue † etiam im- 74
plicitè, vt, quia addatur clausula, ad habendum, tenendum,
& quicquid placuerit faciendum, refert, vtrum posteà secuta
sit alienatio, nec ne; Nam secuta alienatione, verius erit, cen- 75
seri renuntiatum iuri accrescendi, seu succedẽdi, scilicet, quia
res non poterit à tertijs possessoribus auocari. † *Ita enim scri-* 76
pserunt Alex.cons.189.nu.9.vers.Quod principaliter, & nu.10.
vers.Vnde in proposito.& n.19 vers. Ad allegata vol.2.Rui. cons.
166.nu.11.vers.Et ab eo etiam & cons.169.nu.10.& 15.versic.
Nec obstant allegata vol.1.Alc.cons.36 nu.2.vers.Sed ijs tamen
lib.8.Roll.cons.34.nu.86.vol.4. Menoch.cons.593.nu.3.Pereg.de
fideicomm d.art.52.nu.74 vers.Primus, & d.cons.101.nu.8.vol.
1.Gratia.d.cap.546.discept.for.nu.15. maximè, si talis facultas
data sit etiam hæredibus, puta, quia dictum sit, & quidquid,
tam ipsis, quam ipsorum hæredibus placuerit faciẽdum, † *vt* 77
considerat Menoch.d.cons.593.nu.3. Et, quamquam plerique
contrarium censuerint existimantes per clausulam prædictã
non excludi diuidentem, quominùs feudum, aut emphyteu-
sim à tertijs possessoribus auocare possit, si posteà venerit ca-
sus successionis, † *vti videre est apud Hond.cons.6.nu.31 vers.* 78
Consilium vol.1. verius tamen est, quod supra diximus, † quia 79
pactum tribuẽs alienãdi facultatem parit † exceptionem, quę 80
non solùm prodest diuidenti, sed etiam omnibus ab eo cau-
sam

sam habentibus, vtpotè in quos non minus, quàm in succes-
80 sores vniuersales ius excipiendi transfertur † *l. ut prætor.7. cū l.seq.ff.de iureiur.l.ult ff.de excep.rei uend.l.dolia.76 §.1.ff.de contr empt.l mutuus.199.§.plerumque ff.de reg iur. l.si a te.9 §.ult.l.si mater.11.§ idem Iulianus ff.de excep.rei ind.Bart.in l.si seruus.6.§.si quis prius nu.6.ff.de acq.plu.arcen latè Tiraq.de retr.lign §.1.gl.9.num.130 & seq Et in his terminis considerat Pereg d.cons.101.n.8 uol.1.* Pactum enim ijs omnibus prodest,
82 quibus, vt proficiat, paciscentis interest, † *ut diximus in quæst præced.nu 79* vt interest in proposito ne alioquin eius hæres de euictione conueniatur, *ut considerat Pereg d.cons 101.n.8. uol.1.* Idem est, & si ijs, cui facta est assignatio fuerit ab alio
84 constitutus procurator, velut in rem suam, † *ut scribūt Men. d.cons.593.nu.4.Gratian.d.cap.346.discep for.nu.15.* maximè, si fuerit adiecta clausula ponens eum in locum, & statū suū,
85 † *ut considerat Men.d.cons.593 num.4.* nam, quia per huiusmodi clausulas censetur quis fratri concedere, vt possit ea omnia facere, quæ diuidens ipse potuisset & sic, vt possit etiā
86 alienare † *ut in proposito considerant Men.d.cons.593.numer.4. uers.Et,qui ponit,* Consequens est, vt per eas censeatur in casū secutæ alienationis renuntiatum iuri accrescendi, seu succe-
87 dendi, *secundum ea quæ supra diximus.* Denique idem est, & si non in diuisione data sit alienandi facultas, sed post eam frater fratri alienanti consenserit: nam non poterit consentiēs à tertijs possessoribus feudum, aut emphyteusim auocare
88 *per ea, quæ supra diximus tametsi Dec.d.cons.261 num.3.uers. Imò, quod plus est, & alij plerique contrarium censuerint.*

At, si alienatio non fuerit secuta, verius, & receptius est,
89 non censeri sublatum ius accrescendi, seu succedendi, † ideoque non obstante tali pacto permissiuo posse superstitem ad rem, siue portionem alteri assignatam admitti exclusis omnibus alijs agnatis, & verò etiam Domino directo, *uti uidere est apud Bald in d.cap.1.nu.2.uers Sed ad hoc respondetur, de eo,qui si fec.agn Hond.d.cons.36.num 27 uol.1. Pereg.d consil. 101.n.8 uol.1.* Nam pactum tribuens alienandi facultatē non
90 secuta alienatione, nihil operatur † *l. sicut.8.§ supernatuum ff.quib.mod pign.uel hypot.sol.* quia, vt dictum est, ijs tantum
91 prodesse debet, quibus, ut proficiat, paciscentis interest, † & vt alijs, quam ab eo causam habentibus, proficiat, paciscentis nō
92 interest, † *ut diximus in q.præced.nu.ult.* Et his quidem modis censetur iuri accrescendi renuntiatum.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio nocet renuncianti, & cur n.2.& seqq.*
2 *Remittentibus iura sua non datur amplius regressus ad ea.*
3 *Remissio est quædam priuatio.*
4 *Regressus à priuatione ad habitum non datur.*
5 *Renunciatio an noceat etiam alijs quàm renuncianti, uarij casus distinguuntur num.seqq.*
6 *Renunciatio defuncti nocet hæredibus in iuribus merè hæreditarijs, & cur nu.7 & seqq.*
7 *Renunciatio quæ nocet defuncto, in iuribus merè hæreditarijs, multò magis nocet hæredibus ex ipsius persona uenientibus.*
8 *Transmissio cessat, quoties defunctus erat à iure suo repudiationem, aut renunciationem exclusus.*
9 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat.*
10 *Hæres non debet esse melioris conditionis, quàm fuerit defunctus.*
11 *Renunciatio facta à defuncto pro se, & hæredibus nocet eis in iuribus hæreditarijs.*
12 *Renunciatio simpliciter facta à defuncto pro se nocet hæredibus in iuribus hæreditarijs, licet de eis mētio facta nō fuerit.*
13 *Renunciatio facta per se tantùm, aut pro suo tantum facto, nocet hæredibus in iuribus hæreditarijs. Et cur num. 14. & 19. Et licet plerique contrarium censuerint numer. 17. eorum tamen opinio communiter est improbata num.18.*
14 *Hæres, & defunctus in iuribus hæreditarijs, una, & eadem persona censentur.*
15 *Factum hæredis censetur factum defuncti.*
16 *Paria sunt hæredem contrafacere, uel contrafacere defunctum.*
17 *Promissio per se tantùm, aut pro suo tantùm facto, non trahitur ad hæredes; Sed contra num. 18. & quæstio huius rei ratio, numer 19.*
20 *Taxatiua non excludit personam, quæ fingitur eadem cum persona expressa.*
Taxatiua censetur adiecta ad exclusionem extraneorum, non ad exclusionem hæredum.
21 *Renunciatio patris nocet filio, quoties feudum, aut emphyteusis est merè hæreditaria.*
22 *Feudum, aut emphyteusis si sit merè hæreditaria, idem iudicatur, quod de cæteris rebus hæreditarijs.*
In rebus allodialibus renunciatio defuncti nocet hæredibus, & num.29.
23 *Verbum (hæredibus) simpliciter prolatum in materia feudali accipitur pro filijs, & descendentibus.*
24 *Feudum si sit concessum pro se filijs, & hæredibus, vel pro se, & hæredibus, volens in eo succedere debet habere qualitatem hæreditariam, & num.30 & 35.*
25 *Feudum concessum pro se filijs & hæredibus, vel pro se, & hæredibus dicitur hæreditarium; Declara, ut nu seq.*
26 *Feudum concessum pro se, filijs, & hæredibus, vel pro se, & hæredibus, dicitur hæreditarium, non simpliciter, & merè, sed secundùm quid; & denominatiuè num.39.*
27 *Feudum concessum pro se filijs & hæredibus, vel pro se & hæredibus, dicitur mixtum seu mixtam habens naturam, & cur num. seq.*
28 *Feudum concessum pro se, filijs & hæredibus, vel pro se, & hæredibus, participat de natura feudi ex pacto, & prouidentia, & feudi hæreditarij; Et qualiter ibi.*
29 *Renunciatio patris nocet filijs in feudo mixto, & cur nu.30. Sed est verius non nocere, nisi in casibus in quibus nocet, si feudum sit ex pacto & prouidentia n.32. & cur n.35.*
Feudum mixtum regulatur secundum naturam rerum merè hæreditarium; Sed contra imò regulatur secundùm naturam feudi ex pacto & prouidentia, num.41.
42 *Renunciatio, quibus casibus nocet hæredibus in iuribus non hæreditarijs, nocebit etiam in feudo mixto, quibus verò non nocet in illis, ne in hoc quidem nocebit, & cur num.33.*
34 *Feudum mixtum excepta qualitate hæreditaria, habetur in omnibus pro feudo ex pacto & prouidentia.*
35 *Feudum ad mixtum non vocantur filij hæredes, tamquam hæredes & sic ex persona defuncti, sed tamquam filij, et sic ex persona propria, licet admitti nequeant nisi sint hæredes.*
36 *Feudum mixtum non dicuntur filij habere a Patre, sed à concedentis & maiorum prouidentia, tamquam descendentes à primo acquisitore.*
37 *Feudum mixtum dicitur ad filios pertinere, quia sunt hæredes, sed non tamquam hæredes, & ratio nu. seq.*
38 *Feudum mixtum non transit ad hæredes extraneos.*
Feudum mixtum non diuiditur inter filios hæredes vltimi possessoris pro portione hæreditaria, sed viriliter.
39 *Feudum mixtum dicitur hæreditarium secundum quid, & denominatiuè.*
40 *Filijs plura deferuntur, non vt hæredibus sed vt filijs, ità tamen si sint Patris hæredes.*
Operæ libertorum transeunt ad filios hæredes, tamquā filios.
Operæ libertorum non transeunt ad hæredes extraneos.
41 *Renunciatio defuncti non nocet ijs, qui veniunt ex persona propria, & non sunt ipsius hæredes.*
Renunciatio vnius alteri non affert præiudicium, & n.49.
42 *Iniquum est alterius facto quemquam prægrauari.*
43 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*
44 *Neque pactum, neque factum vnius alteri nocere potest.*
45 *Res inter alios acta, alijs non affert præiudicium.*
46 *Pactis priuatorum ius cæterorum non læditur.*
47 *Ius nostrum sine facto nostro non potest nobis auferri.*
48 *Renunciatio iuris accrescendi à patre facta non nocet filijs ex propria persona venientibus, quoties illius hæredes non sunt; Et hoc est generale in omnibus renunciationibus, n.49*
50 *Renunciatio feudi à primo acquisitore facta, nocet filijs, & alijs vocatis; limita num 53.*
51 *Primus acquisitor potest in præiudicium vocatorum de re disponere, & eis nocumentum afferre; Limita num 53.*
52 *Ius alicui acquisitum ex facto meo potest a me illi quandocumque voluero auferri.*
53 *Stipulatione notarij ius absenti irreuocabiliter acquiritur.*
54 *Renunciatio feudi, facta sine promissi. ne de non contraueniendo*

niendo, non nocet hæredibus ex propria persona venientibus: & licet quidam contrarium sentiant numer. 57. non tamen est à priore sententia recedendum, num. 58.

55 *Iuri, quod per mortem creatur, non nocet, ante facta renunciatio, & num. seq.*

59 *Renuncians simpliciter, censetur in conuentionem deducere iura sua, non hæredum.*

60 *Consensus permissiuus simplex, non nocet hæredibus ex propria persona venientibus, etiamsi sit cum expressa renunciatione iunctus, num. 63.*

61 *Consensus permissiuus non continet ius futurum.*

62 *Ius filiorum in feudo, est ius futurum.*

63 *Consensus permissiuus non inducit obligationem sed tantum priuationem.*

64 *Renunciatio non inducit renunciantis obligationem, sed tantùm priuationem.*

65 *Priuationes non transferuntur ad hæredes, sed obligationes.*

66 *Renunciatio feudi facta cum promissione de non contraueniendo per se tantum, aut pro suo tantùm facto, non nocet hæredibus ex propria persona venientibus.*

67 *Taxatiua (per se tantum) excludit aliorum omnium, etiam hæredum, iura.*

68 *Renunciatio feudi, facta cum promissione de non contraueniendo pro se, & hæredibus, nocet hæredibus ex propria persona venientibus: Sed contra num. 73. & seqq.*

69 *Promissio de non contrauemiendo parit obligationem.*

70 *Obligatio proueniens ex promissione de non contrauemendo transit ad hæredes, & operatur, vt si illi agant; etiam ex iure proprio repellantur exceptione, Declara, vt numer. 79. & seq.*

71 *Cui damus actionem, multo magis damus exceptionem.*

72 *Hæres, etiam ex iure proprio, facto defuncti contrauenire non potest; Declara vt nu. 74.*

75 *Promissio de non contrauemendo neque per se, neque per hæredes suos. non continet iura propria ipsorum hæredum.*

76 *Promissio de non contrauemendo, tamquam accessoria ad renunciationem, debet intelligi de his iuribus de quibus est facta renunciatio.*

77 *Hæredum mentio in promissione de non contrauemendo, neque per se, neque per hæredes suos, an operetur, vt etiam hæredum iura censeantur in promissionem deducta; non; & cur; ibi. Et quid de mentione filiorum: nu. 87.*

78 *Iura propria filiorum. non censentur in renunciatione feudi à Patre facta, deducta.*

80 *Obligatio facti affirmatiui, transit ad hæredes.*

81 *Obligatio facti negatiui de non contrauemendo, transit ad hæredes, quando tractamus de iuribus hæreditarijs, non quando tractamus de iuribus proprijs ipsorum & n. seq.*

83 *Non entis nulla sunt qualitates.*

84 *Renunciatio feudi facta cum promissione de non contrauemendo per se, & filios suos, vel per se, filios, & hæredes, nocet filijs hæredibus venientibus ex persona propria, si sint hæredes simplices: idem si confecerint inuentarium nu. 88. Limita, vt num. 91. 92. 93.*

86 *Hæredibus suis præiudicare, etiam in iuribus ipsorum proprijs, quis potest.*

89 *Inuentarij beneficium, non operatur, vt hæres possit facto defuncti contrauenire, etiam ex iure proprio, quatenus vires hæreditariæ patiuntur: Sed tantùm ne teneatur vltrà vires hæreditarias, & num. 90.*

91 *Hæres cum beneficio inuentarij potest res maiorum, vel feudum habens iurisdictionem à defuncto distractum, reuocare, licet vires hæreditariæ patiantur, si modo præstet id, quod interest. & nu. 92.*

93 *Inuentarij beneficium, conseruat hæredi omnia iura ei competentia ex persona propria, perinde ac, si hæreditatem non adiuisset.*

96 *Renuntiatio feudi, facta cum promissione de non contrauemendo simpliciter, idest per se, non facta mentione filiorum, aut hæredum, nocet hæredibus ex persona propria venientibus: Sed contra nu. 98. & seqq.*

97 *Promittens simpliciter non contrauenire, censetur, etiam pro suis hæredibus promittere, Declara, vt n. 100.*

99 *Promittens non contrauenire, & sic factum negatiuum, censetur promittere factum proprium, sub quo numquam factum hæredis continetur, quoties ius eius non pendet ex causa hæreditaria.*

100 *Promittens non contrauenire, non censetur promittere pro suis hæredibus, quoties non agitur de iuribus hæreditarijs, sed de alijs. Amplia, vt ibi & nu. seq.*

101 *Promittens non contrauenire per se, vel per alium, non censetur promittere pro suis hæredibus, quoties non agitur de iuribus hæreditarijs, sed de alijs.*

102 *Promittens non contrauenire vel per se, vel per alium, non dicitur ipse contrauenire per alium, si hæres agat ex iure proprio, sed alius.*

103 *Promissio de non contrauemendo per se, vel per alium, ad solam renunciantis contrauentionem est restricta.*

104 *Promissio facti affirmatiui, etiamsi simpliciter facta sit, nocet hæredi, etiam ex iure proprio venienti.*

105 *Facta affirmatiua non censentur merè personalia.*

106 *Obligationes faciendi affirmatiuæ ad hæredes transferuntur.*

Quibus noceat iuris accrescendi renuntiatio.

QVÆSTIO XXX.

SVperest, vt videamus, quibus noceat iuris accrescendi re-
nuntiatio. Et ipsi quidem renuntianti, quin noceat, nul-
la potest esse dubitatio † *l. fi. C. de bon. lib. l. 1. C. de pact. l. fideicō-* 1
misso. 11. C. de transact. l. qui Romæ. 122. §. duo fratres ff. de verb.
oblig. Et scribunt Bart. in l. pen. nu. 3. vers. Secundo casu, & ibi
Bald. n. 4. vers. Tertio casu C. de pact. Bald. in l. qui se patris. 3. n.
12. vers. Et scias C. vnd. lib. & cons. 215. num. 2. vol. 2. Ias. cons. 7.
col. 7. vers. Quæro deinde & col. 8. vers. Non obstat secundo vol.
3. Rui. cons. 138. n. 10. vol. 2. Rip. in d. l. qui Romæ. 122. §. duo fra-
tres n. 101. ff de verb. oblig. Alciat. cons. 141. n. 5 lib. 5. Ceph. cons.
371. n. 34. Tiraq. de leg. connub. gl. 7. n. 75. & de retr. lig. §. 26 gl.
2. n. 4. Decia. cons. 33. n. 108. vol. 1. & cons. 19. n. 44. vol. 3. Roll.
cons. 100. n. 109. vol. 4. Nat. cons. 470. n. 15. Bursat. cons. 62. n. 29.
Odd. cons. 32. n. 18. Men. cons. 89. n. 16 & de præsump. lib. 3. præs.
115. nu. 59. Pereg. de fideicommiss. art. 52. nu. 16. & 81. & consil.
18. nu. 4. vol. 1. cons. 7. nu. 35. vol. 3. & cons. 19. nu. 10. vol. 4. Hon-
ded. cons. 14. n. 31. circa med. vol. 1. Monac. decis. Bonon. 18. n. 12.
Et in his terminis iuris accrescendi, Ias. cons. 64. col. 3. vers. Ter-
tio respondeo vol. 3. Rui. cons. 166. n. 11. vers. Quinimò, & vers. sic.
idem igitur vol. 1. quia † remittentibus iura sua non datur 2
amplius ad ea regressus † *l. quæritur. 14. §. si vēditor ff. de Aedil.* 3
ed. l. si quis iusiurandum. 11. vers. Satis C. de reb. cred. cap. quam
periculosum 7. q. 1. Remissio enim inducit quandam priuatio-
nem † *d. l. vlt. C. de bon. lib. & scribunt Bald. in l. 1. nu. 6. vers. Iac.* 4
Buti dicit C. de pact. Soc. Sen. cons. 230. n. 3. vers. Secundo respon-
de vol. 2. Rui. cons. 146. nu. 14. vers. Et quia vol. 1. Tiraq. de iur.
primog. q. 86. n. 8. Pereg. de fideicommiss. d. art. 52. nu. 10. a qua
non datur ad habitum regressus † *l. qui res. 98. §. aream ff. de* 5
solut. l. Mæuius. 68. §. duorum, ff. de leg. 2.

Alijs autem an noceat, si quæramus, constat varios esse di-
stinguendos casus, quorum

Primus est, quando ij, de quibus agitur, ueniunt ex per-
sona renuntiantis, vt euenit in iuribus merè hæreditarijs, quę
non nisi iure transmissionis in hæredes transferuntur. Et tūc
certum est, renunciationem eis nocere, † *vt patet ex ijs,* 6
quæ diximus in 9. cap. qu. 2. num. 9. Et est de mente eorum, qui
dixerunt, renunciationem nocere hæredibus, qui veniunt vti
hæredes renunciantis, vt Pereg. cons. 101. n. 7. vol. 5. quia, † cum 7
nocet defuncto, quippè, qui per eam censetur ab omni suo
iure exclusus, *vt diximus supra n. 1. & in q. 28. num. 17. & 58.*
Consequens est, vt debeat etiam nocere successoribus ex eius
persona veniētibus, *l. quod ipsis 185. ff. de reg. iur.* Cessat enim
transmissio, quoties defunctus erat à iure suo per repudiatio-
nem, aut renunciationem exclusus, † *vt diximus in 7. cap. qu.* 8
41. num. 22. cum nemo plus iuris in alium transferre possit,
quam ipse habeat, † *l. nemo plus iuris 15. ff. de reg. iur. l. tradi-* 9
tio 20. in princ. ff de acq. rer. dom. & hæres non debeat esse me-
lioris conditionis, quam fuerit defunctus † *l. in ijs officijs 136. §.* 10
non debeo ff. de reg. iur. Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 9. nu. 49. Men.
cons. 954. nu. 17. Idque procedit, qualitercumque facta sit re-
nuncia-

nunciatio, ideſt, ſiue ſit facta cum promiſſione de non con-
11 trauueniendo, ſiue facta ſit pro ſe, & hæredibus, † *vti uidere eſt apud Alex. conſ. 13. n. 7. uerſ. Si etiam uellemus uol. 5.* ſiue ſim-
12 pliciter pro ſe nulla hæredum mentione facta † *l. ſtipulatio iſta 38. in princ. uerſ. Sed ſi ſe, & ibi Caſtr. num. 4. Iaſ. num. 9. ff. de uerb. oblig. Alex. d. conſ. 13. n. 8. uerſ. Nec dicatur, & num. 10. uol. 5. Dec. conſ. mihi 212. num. 6. & conſ. 261. num. 3. Alb. conſ. 74. num. 4. Gratian. cap. 769. diſcept. for. n. 64.* ſiue etiam pro ſe
13 tantùm, aut pro ſuo tantùm facto, † *ut rectè ſcripſerũt Bald. in l. ult. nu. 5. uerſ. Sed pone, C. de actio. empt. Alex. conſ. 18. n. 11. & 15. vol. 5. Iaſ. in l. vn. in princ. num. 11. vers. Quarto limita, ff. ſi quis iuſd. nou. ob. in l. 2. § item, ſi in facto n. 2. & in d. l. ſtipulatio iſta 38. in princ. n. 9. ff. de verb. oblig. Dec. in l. hæredem 60. nu. 7. ff. de rog. aur & d. conſ. 212. n. 6. d. cons. 261. n. 3. & conſ. 280. nu. 8. Ruin. conſ. 94. in 6. verſ. Nec obſtat, quod promiſerint vol. 1. vbi ait hanc opinionem eſſe veriorem, Boer. deciſ. 67. nu. 4. verſ. Tamen, & num. 5. vbi teſtatur, hanc eſſe communem, Alb. conſ. 74. num. 3. Tiraq. de retr. conu. §. 1. gl. 6. nu. 4. Euerard. in ſuc. cent. argum. loco, à natura dictionis taxatiuæ numer. 5. verſ. Quartò, Pereg. de fideicomm. d. art. 52. n. 96. & conſ. 83. nu. 8. vol. Menoc. conſ. 705. n. 12. vbi teſtatur, hanc eſſe receptam opinionem, & de præſ. lib. 3. præſ. 47. n. 9. Galuan. conſ. 1. nu. 28. & 142. Gratia. dict.*
14 *cap. 769. diſcept. for. n. 64.* Nam, quia † in iuribus hæreditarijs hæres, & defunctus cenſentur vna, & eadem perſona §. 1. *Auth. de iureiur. amor. præſt. coll. 5.* ideò fit, vt in ijs factũ hæ-
15 redis cenſeatur factum defuncti, *vt ſcribunt Ang. conſ. 185. n. 1. verſ. Præterea, licet Alex. conſ. 18. nu. 15. vol. 5. Dec. d. conſ. 261. num. 2. verſ. Sexto hoc idem, & d. conſ. 280. nu. 8. verſ. Et ad hoc facit, Tiraq. de retr. lign. §. 1. gl. 9. nu. 49.* & per conſequentias, vt, qui promittit pro ſe tantùm, aut pro ſuo tantũ facto, cenſeatur etiam promittere pro facto ſui hæredis; Quamobrem dicimus, paria eſſe hæredem contrafacere, vel contrafacere
16 defunctum, † *vti videre eſt apud Alexand. dict. conſil. 18. nu. 11. in fi. vol. 5.*

Et, quamquam plerique contrarium cenſuerint, exiſtimantes promiſſionem per ſe tantùm, aut pro ſuo tantùm facto, tamquàm perſonalem, & ad perſonam promittentis reſtrictam *l. non ſolùm 9. § tale ff. de lib. leg.* non trahi ad ipſius
17 hæredes, † *vti videre eſt apud Bart. in l. qui in futurum 58. n. 2. verſ. Niſi fuiſſet ff. de pact. & in l. ſi ſic ſtipulatus 133. nu. 2. verſ. Fallit, ſi eſſes ff. de verb. obligat. Alex. in d. l. ſtipulatio iſta 38. in princ. nu. 7. uerſ. unde puto ff. eod. Ruin. conſ. 41. num. 36. conſ. 42. num. 18. & conſ. 184. num. 10. & 14. vol. 1.* verior tamen, & re-
18 ceptior eſt prima opinio, † *ſicuti latè oſtendunt Pereg. & Me-*
19 *noch. in ſupra allegatis locis:* quia † taxatiua non excludit perſonam, quæ fingitur eadem cum perſona expreſſa, vt fingi-
20 tur hæres, quoties de iuribus hæreditarijs agitur, † *ſicuti ſupra diximus Et in ſpecie declarant Iaſ. in d. l. vn. in princ. n. 11. verſ. Quarto limita ff. ſi quis iuſd. non obt. & in d. l. ſtipulatio iſta 38. in princ. num. 9. verſ. Tu allega ff. de verb. oblig. & Men. d. conſ. 705. nu. 12. & ſeqq. vbi latiſſimè rem hanc confirmat.* Itaque cenſetur adiecta ad excluſionem extraneorum, non etiam ad excluſionem hæredum, & ſucceſſorum, *vt declarant omnes, quos retulimus ſupra num. 17. & 20.*

Hinc infertur, renunciationem patris haud dubiè nocere filijs, & alijs deſcendentibus, quoties feudum, aut emphyteu-
21 ſis eſt merè hæreditaria, † *vt eſt de mente eorum, quos referemus in ſequenti caſu, loquentium de feudo mixto: nam ijdem multò magis cenſent nocere, ſi feudum ſit merè hæreditarium:* quia, cum de huiuſmodi rebus idem iudicetur, quod de cæ-
22 teris rebus hæreditarijs, † *vt ſcribunt Bald. in l. cum virum 16. n. 21. vers. Aut eſt feudum C. de fideicomm. Gratia cap. 345. diſcept. forenſ. nu. 4.* Conſequens eſt, vt quemadmodum in alijs renunciatio defuncto facta nocet eius hæredibus, & ſucceſſoribus, *vt ſupra dictum eſt*, ita etiam nocere debeat in feudo, vel emphyteuſi merè hæreditaria.

Secundus verò caſus eſt, quando ij, de quibus agitur, veniunt ex perſona propria, ſed ideò vocantur, quia ſunt renũtiantis hæredes, vt euenit in feudo conceſſo pro ſe, filijs, & deſcendentibus hæredibus, vel etiam ſimpliciter pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, non addita dictione, *quibuſcumque* quibus caſibus non poteſt quis ad illud admitti, niſi in eo duo concurrant, Primò, quod ſit de deſcendentibus primi acquiſitoris, ſcilicet, quia verbum, hæredibus, ſimpliciter prolatum in materia feudali accipitur pro filijs, & deſcendẽ-
tibus † *cap. 1. § & ſi clientulus de alien. feud. Et ſcribunt gl. in l.* 23
ex facto 17. § fin. in uerb. ſine hærede, & ibi Bart. numer. 2. ff. ad Treb. Bart. in l. Gallus 29. § etiam nu. 4. ff. de lib. & poſth. Bald. in l. etiam 19. ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. pro hærede 20. §. ſi quid tamen num. 9. ff. de acq. hæred. Dec. conſ. 395. n. 9. Ruin. cons. 16. n. 2. uol. 1. Pariſ. cons. 21. nu. 36. vol. 1. Soc. Iun. cons. 112. num. 8. vol. 2. Clar. in §. feudum q. 83. n. 2. Ceph. cons. 657. nu. 11. Pereg. cons. 9. n. 1. vol. 1. & cons. 5. n. 16. vol. 3. Surd. conſ. 63. n. 10. & 1. Secundo, quod ſit eius hæres, & habeat qualitatem, † *vt ſcribunt* 24
Iſernan. cap. 1. n. 1. de alien. feud. pat. & in cap. 1. n. 1. An agn. vel fil. Bart. in l. vt iuriſiurandi 7. §. ſi liberi nu. 4. ff. de op. lib. Alex. cons. 10. n. 8. vol. 3. Ruin. conſ. 1. nu. 12. vol. 1. Pariſ. conſ. 3. nu. 17. & conſ. 23. n. 167. vol. 1. Ceph. cons. 665. n. 12. Roll. cons. 67. n. 23. vol. 2. & conſ. 10. n. 19. vol. 3. Decia. cons. 58. n. 9. vol. 2. Men. cõs. 191. n. 80. & cons. 498. n. 8. Surd. cons. 5. n. 19. Pereg. d. cons. 9. n. 9. vol. 1. Et explicite declarat Pereg. cons. 2. n. 1. vol. 5. eaque ratione feudum dicitur hæreditarium, † *vti videre eſt apud Iſern.* 25
in cap. 1. § hoc quoque n. 2. de ſucc. feud. & in d. cap. 1. nu. 1. An agn. vel fil. Alex. cons. 56. n. 6. vol. 4. cons. 19. nu. 4. & 13. cons. 26. num. 4. & 6. & conſ. 28. num. 18. uol. 5. Afflict. deciſ. 112. num. 3. Socin. ter cons. Brun. cons. 10. n. 10. Iaſ. in l. 2. num. 213. C. de iur. emphyt. & cons. 7. col. 3. uers. Quinto facit, & cons. 56. nu. 1. uol. 3. Dec. cons. 185. n. 1. cons. 208. n. 3. cons. 395. n. 4. & cons. 415. n. 8. Pariſ. cons. 1. n. 4. uol. 1. Ruin. cons. 1. n. 13. uol. 1. Brun. cons. 80. nu. 15. Ceph. cons. 657. n. 15. & cons. 665. n. 10. Decian. cons. 5. n. 118. cons. 24. n. 64. uol. 1. & cons. 58. nu. 26. uol. 2. Roll. cons. 2. num. 39. cons. 3. nu. 76. & 115. cons. 23. n. 40. & cons. 67. n. 9. uol. 1. & cons. 10. num. 18. uol. 3. Men. cons. 191. n. 79. in fi. & cons. 498. num. 5. Surd. cons. 5. n. 17. non quidem ſimpliciter, & merè, ſed ſecundùm quid, † *ut declarant Pariſ. cons. 23. num. 172. 175. & 182.* 26
uolum. 1. & conſil. 65. num. 10. & 30. uol. 3. Dec. mihi cons. 184. numer. 3. uerſic. Vlterius Oſaſc. deciſ. 161. numer. 1. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 32. numer. 24. uerſic. Contrariam & d. cons. 2. paulò ante num. 1. uol. 5. Surd. cons. 63. numer. 11. & cons. 108. n. 14. & ſic mixtum, ſeù mixtam habens naturam, † *ut ſcri-* 27
bunt Pariſ. d. cons. 65. n. 10. & 30. uol. 3. Soc. Iun. cons. 112. nu. 10. uol. 2. Oſaſc. d. decis. 161. nu. 1. Surd. d. cons. 5. num. 16. d. cons. 63. nu. 11. & d. cons. 108. n. 13. & 15. & conſ. 517. nu. 3. uerſ. Et quod ſit hæreditarium Pereg. cons. 7. nu. 6. uol. 1. conſ. 5. nu. 16. uol. 3. & d. cons. 2. nu. 1. uol. 5. quod participet † de natura feudi ex pa- 28
cto & prouidentia, & feudi hæreditarij; de illa quatenus ad feudum non poſſunt admitti extranei, ſed tantùm deſcendentes primi acquiſitoris, *ut dictum eſt*, de hac verò, quatenus hi non poſſunt admitti, niſi habeant qualitatem hæreditariam, *ut diximus ſupra n. 24. Et in propoſito rectè declarant Dec. cons. 184. n. 3. uers. Vlterius, Soc. Iun. d. conſ. 112. n. 10. uol. 2. Clar. in d. §. feudum q. 9. n. 4. Surd. d. conſ. 63. num. 12. & d. conſ. 108. n. 10. Pereg. d. conſ. 5. n. 15. uol. 3.* Et in hoc caſu magna eſt controuerſia, nunquid renunciatio ab vno facta puta à patre noceat ſequentibus; Et quidem nocere plerique tradiderunt, † *ut Alex. cons. 13. nu. 9. & 11. ubi teſtatur, hanc eſſe* 29
communem opinionem, & conſ. 18. n. 12. uol. 5. Ruin. cons. 1. n. 12. & ſeqq. uol. 1. Cuius ſententiæ neceſſario debent cenſeri omnes, qui putarunt, huiuſmodi feudum non diſtingui à cæteris rebus hæreditarijs, ſed ſecundùm earum naturam regulari: Nam, cum in rebus merè hæreditarijs renunciatio defuncti haud dubiè noceat hæredibus, & ſucceſſoribus, *ut oſtẽdimus in 1. caſu num. 22.* Conſequens eſt, vt (ſecundum eos) debeat etiam in huiuſmodi feudis nocere. Et ſanè videtur hæc ſententia ea potiſſimum ratione comprobari, quia, † aut 30
is, de quo quæritur, non eſt hæres renunciantis & non poteſt ad huiuſmodi feudum, tamquàm hæreditarium admitti, *ut ſupra dictum eſt*, Aut verò eſt hæres, & non poteſt facto defuncti, & ſic renunciationi ab eo factæ contrauenire *l. cum à matre 14. C. de rei uindic. l. uenditrici 3. C. de reb. alien. non alien. Ita ratiocinatur Ruin. d. conſ. 1. n. 12. & ſeqq. uol. 1.*

Sed his non obſtantibus puto verius, & verò etiam receptius, feudum mixtum in hoc non eſſe regulandum ſecundùm naturam earum rerum, quæ ſunt merè hæreditariæ, ſed ſecundùm naturam earum, quæ ab hæreditate renunciantis ſeparatæ ſunt, † *ut & aliàs regulariter eſſe faciendum latiſ-* 31
ſimè omnium oſtendit Roſent. de feud. cap. 2. concl. 33. n. 5. et ſeqq. & ſic quæſtionem hanc non eſſe decidendam iuxta terminos caſus præcedentis, in quo de iuribus hæreditarijs locuti ſumus, ſed iuxta terminos caſuum ſequẽtium, in quibus tra-

ctabimus

ctabimus de iuribus,quæ competunt alijs ex persona propria & proprio iure. Itaque, quibus casibus renunciatio nocet hæredibus in iuribus non hæreditarijs, nocebit etiam in feudo mixto,quibus verò non nocet in illis, ne in hoc quidem
32 nocebit. † *vti videre est apud Dec.d consil.184.nu.5.Rui cons. 38.num 18.vers.Tamen intentio vol.1.Pereg.d.cons.2.num 22. iuncto nu.1.vol 5.Rosent.de feud cap 9.concl.79 num.13. versic.*
33 *Verum enim verò.* Nam † feudum mixtum excepta qualitate hæreditaria habetur in omnibus pro feudo ex pacto, &
34 prouidentia, † *ut declarant Dec.d.cons.184.nu.6.vers. Et ista conclusio Paris cons 23.nu.186 vol.1.& cons.65.num.37. vol.3. Soc.Iun cons.42.nu 8.vol.3.Surd.d.cons.63.num 13 & d. consil. 108.num.12.Rosent.d.cap.9.concl.79.nu.13.versic. Verum enim verò*, quia ad illud non vocantur hæredes, tamquàm hæredes,& sic ex persona defuncti,sed tamquā filij, & sic ex per-
35 sona propria l cet admitti nequeant, nisi sint hæredes, † *ut explicant Castr in l.quoties.13.num.4.C.de hered.inst.in Auth. post fratres 2.nu.2.C de legit.hered.& in l.si quis filium. 34. nu. 3.C de inoff.test Corn.cons 263 nu.4.vol.1. Paris.d cons.23.nu. 184 vo.1.Soc.Iun cons.72.nu.30.& 31.vol.1.& d.cons.42.num. 8 vol.3.Surd.d cons.63.nu 18.& d cons.108 nu. 11.*Itaque non dicuntur illud habere a patre,& tamquam illius hæredes,sed à concedentis,& maiorum prouidentia,tamquàm descenden-
36 tes a primo acquisitore, † *ut scribunt Ias.cons.56.col. 6. versic. Quintò,& fortius vol.3.Paris cons.65.nu.31.vol.3.Soc.Iun. dict. cons 72.nu 29.vol.1.cons.117.nu 10.vol.2.& d cons. 42.num. 8. vol.3.Surd.d.cons.63 nu.18.* Quamobrem feudum dicitur ad eos pertinere, quia sunt hæredes,sed non tamquàm hæredes,
37 *ut declarant Castr.in d.l.quoties.13.num.4 C.de hered.inst. Paris d.consil.23.nu.184.vol.1.Soc.Iun.d.cons.72.n.30.vol.1. Surd. d.cons.63 nu.19 Pereg de fideicomm.art.6.nu.31.& 37.* Quod
38 patet ex eo, quia, † si ad eos tamquàm hæredes pertineret, vtique transiret ad hæredes etiam extraneos, prout transeūt omnes res hæreditariæ *l.cum heredes 23.in prin.ff. de acq. poss. Et in his terminis considerat Castr.in d.l.quoties nu.4. & Surd. d cons 63.num.19.* & tamen certum est,non transire,*ut supra dictum est*. Denique deberet diuidi inter plures filios hæredes vltimi possessoris non viriliter,sed pro portione hæreditaria, quomodo diuiduntur cæteræ res hæreditariæ, *ut considerant Castr.in d.l quoties nu.4 Pereg.de fideicomm.d.art.6.num.35.*& tamen certum est diuidi viriliter, & æqualiter, licet in portionibus inæqualibus fuerint hæredes instituti, *ut scribunt Castr.in d l.quoties num.4 & in d. Auth.post fratres num 2.Soc. Iun d.consil.72.num.31.vol.1.Surd.d.cons.63.num.20.*Pertinet igitur ad eos, vt filios, si modò sint hæredes, sed non, vt hæredes,& pertinet, vt quid ab hæreditate separatum,& distinctum, non, vt quid hæreditarium, licet hæreditarium sim-
39 pliciter appelletur: Id enim minus propriè dicitur, † quia non est hæreditarium merè,& simpliciter, sed secundùm quid, *ut supra dictum est*. Quamobrem dicitur hæreditarium denominatiuè, *uti videre est apud Surd. dict.consil. 63. num 20* quia citra nomen hæredis non potest filius illud obtinere, sed,vbi nomen illud assumpsit,& vt ita dixerim, induit illud vestimentum hæredis,statim feudum iure suo cōsequitur, *vt declarat Pereg.de fideic.artic.32.nu.23. vers. Contrariam.* Neque est nouum,vt aliquid filijs deferatur, si sint
40 patris hæredes,sed non,tamquàm patris hæredibus; † nam id euenit in omnibus rebus,quæ,vel a lege, vel ab homine deferuntur filijs sub conditione,si patris hæredes extiterint: quia eo ipso,quod sunt hæredes,purificatur conditio, sub qua res illæ fuerunt delatæ. Itaque statim incipiunt eas habere, non à patre, nec,tamquàm eius hæredes, sed à lege, vel ab homine,quia patris hæredes existunt. Exemplum sit in operis libertorum,quę ita demum transeunt ad filios patroni,si patri hæredes extiterint *l.cum patronus.22.§.cum libertus ff. de op. lib.*sed non transeunt ad eos,tamquàm hæredes, sed tamquā filios,*ut declarat Castr.in d.l.quoties num.4.* Quamobrem nec transeunt ad extraneos *l.fabriles.6. ff.de oper. liber.* nec diuiduntur pro portionibus hæreditarijs,sed æqualiter,licet pro inæqualibus partibus fuerint hæredes instituti *l.ut iurandi 7.§.si liberi ff.de op.libert.Et scribit Castr.in d. l. quoties num.4.* Idem est,& in querela inofficiosi testamenti, quæ non præparata transmittitur in descendentes,*secundùm eundem Cast. in d.l si quis filium.34 nu.3.C.de inoff.testam.Soc.Iun.d.cons.72. nu.31.vol. 1.* Denique idem est,& in emphyteusi Ecclesiastica, *secundùm eundem Castr.in d.l.quoties nu.4.& in d. l. si quis filium nu.3.& Pereg de fideicommiss.d.art.6.nu.37.*& in feudo concesso pro se, filijs,& hæredibus, vel etiam simpliciter pro se,hæredibus, & successoribus. *secundū ea,quæ supra diximus.*

Tertius casus est quando ij, de quibus agitur, veniunt ex persona propria,& non sunt renunciantis hæredes, Et tunc certum est renuntiationem eis non obesse: Generaliter enim verùm est, renuntiationem vnius alteri non afferre præiudicium † *vt scribunt Bart.in l.pen.nu.3.vers.Secundo casu & ibi* 41 *Bald.num.4.vers.Tertio casu,& Dec.nu.29.C.de pact. Bart. in Auth.qui semel,num.15.C.de probat.Hostien in cap.lecta,num. 10.de renunt.Tiraq.de retr.lign.§.26.gl.2.num.4.& in præfat. l. si vnquam 8.n 90 C.de reuoc donat.Nat.cons.470.nu.15. Men. de præs lib.3.præs 115.nu.59.Hond.cons.14.n.31.circa med.vol. 1.Surd cons.332.nu.9 & cons 359.nu.3.Pereg de fideic.d.artic. 52.nu.16.& cons.7.nu.35 vol.3.Galua consil.1.nu.66.Et in specie de renunciatione seu refutatione feudi Bald in c.1.§.hoc quoque,nu.12 & ibi Affl nu.38.de succ.feud.Bald.in cap.1.in prin. nu.5.& 7.De alie feud.pat.& cons.215 nu.2.cons.250.nu.1.vol. 2.Castr cons 44.nu.3.& cons.290.num.1.vol 2.Ias.cons.7. col.7. vers.Deinde quæro,& col.8.vers.Non obstat 2.vol.3.Hug.Cels. cons.26 nu 29.Roll.cons.100.n.109.& seq vol.4 Gabr.cons.125. nu.1.vol.1.Decia.cons.19.nu 44.& cons.90.nu.8.vol.3.& consil. 3.nu.206.vol.4.Ceph.cons 620.nu.89.Bursat.cons.252.nu 28.& cons.291.numer.118.Men cons. 89. numer.16.Pereg de fideic. d.artic.52 n.84 & cons. 18.nu.5.vol.1.*quia † iniquum est, al- 42 terius facto quemquam prægrauari *l.in causæ.27.§. cæterum ff.de procur.l.1.in prin.ff.de alien.iud.mut caus fact.l.paterfam. 44.ff.de her. inst.* cum alteri per alterum non debeat iniqua conditio inferri † *l non debet 75.ff de reg iur.*Quamobrem di- 43 cimus,neque pactum, neque factum vnius alteri nocere posse,† *vt de pacto constat ex l.si tibi decem.18.§.pen.& l.si vnus 28.* 44 *§.ante omnia,ff.de pact.l. Imperatores.3.ff.de transact. De facto verò ex l quidam 25.§.si quis filium, ff.ad Treb.l. de pupillo, 5. §.si plurium ff.de oper.non.nunt.l qui a non debet.10.ff. de iureiu. l post legatum.5.§ si seruum ff de his,quib.vt in d.l.2.§ fratris ff. si quis aliq test prob.*Eodem sensu dicimus rem inter alios actā alijs non afferre præiudicium † *l sæpè 63.in prin ff.de re iudic.* 45 *l.1.& tot.tit.C.res int.al.act.cap.inter dilectos.de donat.cap.inter dilectos,vers.in omnibus, de fid.instr.cap.cum super. & cap.pen. de re iudic.* Et pactis priuatorum ius cæterorum non lædi, † *l.Imperatores.3.ff.de transf.* Denique ius nostrum sine facto 46 nostro non posse nobis auferri † *l.id, quod nostrum.11. ff. de* 47 *reg.iur.l fin.ff.de pact.l.cum mandati 12.C mandat.*

Hinc infertur renunciationem iuris accrescendi à patre factam † non nocere filijs, aut alijs descendentibus, ex propria 48 persona venientibus,quoties illius hæredes non existunt. Est enim hoc generale in omnibus renuntiationibus, † *vti videre* 49 *est apud Bart.cons.72.nu.3.vers.Hoc præmisso,lib.1 Bald. cons. 89.nu.10.vol.1.Rui.cons.138.num.10. vol.2.Rip.in l. qui Romæ 122.§.duo fratres,nu.101.ff de verb.oblig.Ceph.cons.371.nu 34. Decia d.cons.33.nu.108.vol.1.Beret.cons 134.n.13.Nat.d.cons. 470.nu.13.Odd.cons.49.nu.20.Men.cons.545 num.7.vers.Respondetur 3.& de præs d.lib.3.præs.115 nu 59.Pereg.cons 7.num. 35.vol.3 & cons.83.nu 4.vers.Et re vera,& nu.8.vol.5. Et in specie de renunciatione, seu refutatione feudi, aut emphyteusis Bald.in l.si in persona 21.nu 5.C.de fideic.& cons 215.nu.2. vol. 2.Prosd.Zabar & Io.Franc de Cap.list.inter cons. Castr. consil. 44.nu.15.vol.3.Iacobin de feud.in verb.& vnus,nu.8.vers. Addite Alex.cons.8.nu.16.vol.3,& cons.13.nu.11.vers posset vol.5. Ias.d.cons.7.col.9.vers.Et per prædicta,vol.3. Decia.d.cons.33. nu.109.vol.1.Nat.d.cons.470.num.15 Roll.cons.100.num.110. vol.4.Men.d.consil.89.num.16.Pereg.cons.8.n.5.& d.cons. 101. num.18.vol.1.*

Plane,si renuntians sit primus acquisitor,magis est,vt eius renunciatio noceat filijs,& alijs vocatis, † *vti videre est apud* 50 *Bald in d.l.qui se patris.3.nu.11.vers.item quæritur,C.vnd. lib. Alex.cons.18.nu.5.& 6.vol.5.Pereg.de fideic.d.artic 52.nu.84. vers.Feudum autem,* quia primus acquisitor potest in præiudicium vocatorum de re disponere,& eis nocumentum afferre. † *vt docent gl.in d.cap.1.§.hoc quoque, in verb. inuestiri,* 51 *de success.feud.Isern.in cap.1.§.quid ergo, nu.3.& ibi Aluaro de inuest.de re alie.fact.Rui.cons.7.num.3.& cons.42.num.10.vers. Postquam igitur,& nu.17.vers.Nec obstant allegata, vol.1.Tiraq.de retr.lign.§.32.gl.vn.nu.2.Affl.decis.112.numer.6. Nat. cons.*

cons.475.nu.14.& cons.501.nu.17 Ceph.cons.3.nu.12.Bec.consi. 56.num 21.Hond consil.14.nu.47.vol.2.Men cons.504.num.3. Gratia cap.405 discep for.nu.1.& cap.663.nu.12.vbi testatur, ita sæpius à Rota Romana fuisse resolutum, Et hanc esse magis communem opinionem attestantur Clar in §.feudum qu.41. nu. 2.Pereg.de fideicom.artic.6.num.19.Surd.cons.305.num.32.& cons.351.num.24. Ius enim alicui quæsitum ex facto meo po-
52 test à me illi, quandocunque voluero auferri † *d l qui Romæ 122.§.Flauius,& ibi Bart.nu.1.& alij communiter, ff. de verb. oblig Bald in l.cum à Socero.7.num 5 C.de iur.dot. Alex. cons. 204 nu.4.vol.7.Soc Sen.cons 115.num.12.vol.4.Iaß in d.l.2.nu. 6.C.de iur.emph Clar in § donatio q.13.nu.5.Molin de primog.*
53 *Hisp.lib.4.cap.2.num 74.* Nisi † concessio fuerit facta contemplatione sequentium, aut notarius pro illis sit stipulatus: Nam tunc, quia ius eis censetur irreuocabiliter quæsitum, ideò non potest primus acquisitor renuntiando illis afferre præiudicium, *vt in specie declarat Pereg. de fideic. d. artic. 52. num.84.in fi.& nu.85.*

Quartus casus est, quando ij, de quibus agitur, veniunt ex persona propria, & sunt renuntiantis hæredes, sed renuntiatio fuit facta simpliciter, idest, sine promissione de non contrauueniendo, Et tunc certum etiam est, eam non nocere hæ-
54 redibus, ex propria persona venientibus; † *Ita enim scripserunt Bald.in d.l. qui se patris.3 nu.12.C vnd.lib & d. consil.89. num.10.vol.1 Prosd.Zabar.& Io.Franc.de Cap List.inter dict. cons.Castr.cons 44 num.17.in fi.vol.2.Alex.d.cons.13.num.10. vers.Quinimo,& num.11.vers posset,vol.5. Ruin.cons.138.nu. 10 vol.2. Alb.d.cons.74.num.1.& 3.Decia d cons.33.num.109. vol.1.Ceph.cons.620 nu.86.& 87.Surd.cons.133.nu.26. versic. Secundo,& nu.seqq.Moros.cons.22.nu.4 vers.Sed ego Peguer. decis.265 num.5.vers.Quod procedit Franch.decis.67 num.7. Pereg.de fideico d.artic.52 nu.92.& cons 7.nu 33.vol.3 cons.83. num.5.& cons.101 num.5.vol.5. Et in specie de renunciatione iuris accrescendi Iaß.d.cons 64.col.3 versic.3. Respondeò vol. 3.* quia in iure, quod per mortem creatur, non nocet antefacta
55 renuntiatio, † *vt ex doctr.gl.in l.vlt.in verb.reseruandis Cod.de bon.libor.scribunt Bald.in d.l.qui se patris.3.num. 12.& consil. 215.num.2.vol.2. Alex.d.cons.13.nu.10 vers. Quinimò, vol. 5. Iaß.cons.7.col.7.vers.Quæritur deinde, vol.3.Iacob. de feud. in d. verb.& vnus, nu.8. Decia.d cons 33.nu.109.vol.1.Nat d.consil. 470.num.15.Men.d.consil.89.num.16.* Sicut enim extinctio, quæ fit per mortem, non præiudicat alijs, ita nec quasi ex-
56 tinctio, quæ fit per renuntiationem, † *vt in proposito considerat Bald.d.consil 215 num. 2.vol.2. Iaß d.cons.7.col.7.vers. Quæritur deinde, vol.3.Nat.d.consil.470.num.15.* Et, licet nonnulli contrarium censuerint, existimantes renuntiationem nocere hæ-
57 redibus, etiamsi simpliciter facta sit, † *vt Ruin.d.cons.1. num. 16.vol.1 Men.de præs.d.lib.3 præs.115.num.59.& d.consil. 545. num.7.vers.Respondetur 3 Carpa.super Stat.Medio tom.1. cap.*
58 *278.num.141.* non est tamen † à superiore sententia, quæ verior est, & receptior recedendum, scilicet, quia, qui simpliciter renuntiat censetur in conuentionem deducere iura sua, non
59 etiam iura hæredum † *vt dicemus infra n.* Et in his terminis *considerant Surd. d.cons.133.num.28.& Peguer.d.decis.265. n. 5.vers. Quod procedit,& nu.6.vers.Nec secundum.* Idem dici-
60 tur, & de simplici consensu permissiuo. † *vt videre est apud gl.in d.cap.1.§.hoc quoque,in verb inuestiri,de success.feud.Bald. in d.l.qui se patris,3.num.12.C.vnd lib Iacob.de feud.in d. verb. & vnus, num.8 Ruin.d cons 138 num.10 vol 2.Tiraq. de retr. lign.§.1.gl.9 nu.144.Decia d.cons.33.num.108 vol 1.Gabr.dict. cons.125.nu.1.vol.1.Pereg de fideic.d.artic.52 num.91.& cons. 7.num.33.vol.3.Rosent.de feud d.cap.9 concl.79.num.1. & 7.*
61 quippè, qui non continet ius futurum † *l.1.§.quod ait Prætor,*
62 *ff.quor legat.* cuiusmodi est ius filiorum, † *vt in his terminis considerant Bald.in d l.qui se patris,nu.12.Iacob. de feudis in d. verb.& vnus nu.8.Decia.d.cons.33.num.108.vol.1.& Pereg.d. consil.7.num.33.vol.3.* Denique idem dicitur, & de consensu
63 cum expressa renuntiatione iuncto, † *vt est doctr.gl.in l. iubemus.14.§.sciente,in verb.consentiant C.de Sacr.Eccl. quam in proposito considerant Bald.in d.l.qui se patris num.12.Rui.cons. 38 num.18 vol.1.& d cons.138.nu.10 vol.2.Iacob.in d.verb. & vnus, num.8.Pereg.de fideic.d.art.52.num.92.* Nam, quia huiusmodi causæ non inducunt in persona consentientis, aut
64 renuntiantis obligationem, sed tantùm priuationem, † *vt de renunciante constat ex ijs, quæ diximus supra num.60.& in qu. 28.num.109.& 112* ideò fit, vt earum vis non trahatur ad hæredes, vtpotè in quos priuationes, seu obligationes transferuntur, *vt ait Bald.d. consil.89 num.10 vol.1.*

Quintus casus est, quando ij, de quibus agitur, veniunt ex persona propria, & sunt renuntiantis hæredes, sed renuntiatio fuit facta cum promissione de non contrauueniendo per se tantùm, aut pro suo tantùm facto, Et in hoc etiam casu receptum est, talem renuntiationem non nocere hæredibus ex propria persona venientibus, † quoniam illa taxatiua, & tan- 65
tùm, excludit aliorum omnium, & per consequentias etiam hæredum iura † *vt scribunt Bald.in d.l.qui se patris.3.nu. 12.* 66
C.vnd.lib. Alex d.consil.13.nu.7.vers.Si etiam vellemus, vol.5. Ruin.cons.11.n.2.vers Quod autem,& d.cons.38.num.18 cons. 42.num.16.vers Sed præmissis,& numer. 18 vers Quia istud, vol.1.& d.cons.138.num.10.vol.2.Iacob.in d.verb.& vnus, nu. 8.Pereg.de fideic.d.art.52.num 95.& 97.& d.cons.7.num 33. vol.3.d consil.83.nu 8.& 9.vol.5. Et est in confesso apud eos, quos retulimus in primo casu,num.17. existimantes non nocere hæredibus etiam in iuribus hæreditarijs: nam ijdem multò faciliùs censent non nocere, quoties agimus de iuribus, quæ eis competunt ex propria persona.

Sextus casus est, quando ij, de quibus agitur, veniunt ex persona propria, & sunt renuntiantis hæredes, sed renuntiatio fuit facta cum promissione de non contrauueniendo pro se, & hæredibus, Et in hoc casu, licet plerique censuerint, talem promissionem nocere etiam hæredibus venientibus ex propria persona, † *vt Alex.d.cons.13.nu.10.in fi vol.5.Ruin.d.* 67
cons.7.num.38.vers.Et quamuis & d.cons.11.nu.2.vers. Quod autem,iuncto nu 10 vers Nec obstat vol.1 Nicol Bello.cons.15. nu.10 Rosent.de feud d.cap.9 concl.79 nu.10.Surd.d.cons. 133. num.29.& cons.355.n.39. quod ex ea nascatur obligatio † *l.* 68
iurisgentium.7.in princ.ff. de pact.l.ex placito.3.C.de rer perm. quę sui natura transit ad hæredes, † & operatur, vt, si illi agant 69
etiam ex iure proprio, repellantur exceptione, † tamquam ij, 70
qui possunt actione conueniri pro obseruantia promissorum à defuncto: Cui enim damus actionem multò magis damus & exceptionem. † Quo fit, vt effectu non possint hæredes 71
etiam ex iure proprio facto defuncti contrauenire † *l.cum à* 72
matre,14.C.de rei vind.l.venditrix 3.C.de reb.alie. Verius tamen, & receptius est, imò non nocere, † *vt videre est apud* 73
Castr cons.197.n.1 vers.item & 3 vol.2.Rui.consil.221 n 4. vers. Non obstat,& nu.seq.vol.1.Ceph.cons.334.n.46.vers. Et si quando Franch.decis.67 nu.7.& seqq vbi in fi testatur ita fuisse iudicatum Pereg cons 8 n.56 & cons 101 nu.18.vol.1.cons.7.nu.33. vol.3.cons.2.nu.22.cons.83 nu.9.in fi.& cons.101.num.7 vol. 5. Moros.d cons.22.nu.8 Peguer.d.decis.265 n.2.vers.Quia sunt, iuncto, num.5 vers.Quod procedit,& num.6.vers. Nec secundũ, Galua.d.cons.1.nu.144.& 146. quia, quod dicimus, hæredem non posse facto defuncti contrauenire, † procedit respectu 74
eorum iurium, quæ sunt in promissionem, & obligationem deducta, non etiam respectu cœterorum. Atqui in proposito non sunt deducta in promissionem iura hæredum, sed tantũ iura propria ipsius renuntiantis, † *vt diximus supra n.59.* sci- 75
licet, quia promissio de non contrauueniendo, tamquam accessoria ad renunciationem debet intelligi de ijs iuribus, de quibus facta est renunciatio, † quæ in proposito haud dubiè 76
facta est de iuribus proprijs renuntiantis, non etiam de iuribus hæredum, cum dictum sit, renuntians omni iuri, quod habet, aut habere sperat, scilicet ipse renuntians. Ergo non poterit hæres facto defuncti contrauenire pro iuribus ipsius defuncti, non etiam pro iuribus proprijs.

Nec obstat, quod promissio facta sit etiam pro hæredibus, quorum mentio videtur ostendere, mentem contrahentium fuisse, vt etiam hæredum iura censeantur in promissionem deducta, † *vt de mentione filiorum dicemus in casu sequenti n.* 77
84. quia respondeo mentionem hæredum censeri factam pro iisdem iuribus remissis, quæ scilicet ad hæredes, vt hæredes essent transitura, & sic pro iuribus hæreditarijs, non etiam pro iuribus propriis ipsorum, hæredum, quæ eis competunt, non, vt hæredibus, sed vt aliis, puta filiis: Nam renuntians censetur promisisse, neque se, neque hæredes suos facturos contra renunciationem, idest, non esse molestiam illaturos ex causa iurium, quibus facta est renunciatio, & sic iurium propriorum ipsius renuntiantis, non autem ex causa aliorum iurium, quippè, quæ fue-

78 fuerunt in renuntiationem deducta, † vt supra dictum est Ita
in specie declarant Franch.d decis.67 n.7.Pereg.d.cons.8.n. 56.
vol.1.d.cons.7 nu.33.vol.3.d.cons.2 nu.22.& d.cons.89. nu. 9.in
fi.vol.5.Moror.d.consil 22.num.8.vers. Tertiò, & vers. Sextò
Galua.d.consil.1.nu. 145.vers. Ad illud.
Denique non obstat, quod ex promissione nascatur obli-
gatio.quæ sui natura transit ad hæredes, & operatur, vt ij,
quasi obligati,si agant exceptione repellantur, & per conse-
79 quentias non possint facto defuncti contrauenire,quia † res-
pondeò distinguendo.aut obligatio est facti affirmatiui puta
de defendendo,de euictione,aut similis,& procedit contrariũ,
80 † ut dicemus in 8.casu num. aut verò est facti negatiui, puta
de non contraueniendo,& tunc,aut tractamus de iuribus hę-
reditarijs, quæ scilicet competunt hæredibus, vt hæredibus,
81 & similiter procedit contrarium, † ut diximus supra nu. aut
verò tractamus de iuribus proprijs ipsorum hæredum, &
tunc, quia nulla etiam respectu renuntiantis suberat obliga-
tio,scilicèt,quia non fuerant illa in renuntiationem, & pro-
missionem deducta, vti supra demonstrauimus, Consequens
82 est, vt nec censeri possit in hæredes transmissa, † cum non
83 entis nullæ sint qualitates † l.eius, qui.41.ff.si cert.pet.
Septimus casus est, quando ij,de quibus agitur, veniunt ex
persona propria, & sunt renuntiantis hæredes, sed renuntia-
tio fuit facta cum promissione de non contraueniendo per
se,& filios suos, vel per se, filios, & hæredes,Et tunc constat,
84 multum referre, † vtrum filij sint hæredes simplices, nec ne:
Nam,si sint simplices,verius est eis nocere patris renuntiatio-
85 nem. † vt rectè scripserunt Bald.in d l qui se patris.3. num. 12.
C.vnd.lib. Alex.d.cons.13.nu.7.vers Si etiam vellemus,vol.5.
Ruin.d.cons.1.nu.16.d.cons.11.num.2.vers.Quod autem iuncto
nu.10.vers.Nec obstat d.cons.38.& d.cons. 221.num.2 uol.1.&
cons 138 n.10.uol.2.Alb.d.consil.74.n.4.vers. Si verò, Pereg.de
fideic.d art.52.nu.97.d.cons.8.nu 56.vol.1.d.cons.2.num.22.d.
cons.83 num 8 & d cons.101.nu.7.vol.5.Galua.d cons.1.n.143.
quia dubium non est, quin possit quis hæredibus suis præ
86 iudicare, etiam in iuribus proprijs, & ex propria persona eis
competentibus,dummodo constet, voluisse eum etiam hæ-
redum iura in contractum deducere. Cum igitur in pro-
posito de tali voluntate constet eo ipso, quod promisit non
contrauenire per se, & filios, & sic fecit mentionem de filijs,
quæ non aliam ob causam censetur facta, quàm, vt consta-
ret mentem contrahentium fuisse, vt etiam hæredum iura
87 censerentur in renuntiationem, & promissionẽ deducta, †ut
in specie declarant Alb.d cons.74 nu.4.Pereg d.cons.8.num 56.
vol.1,& clarius d cons.7 nu.33.vers.Ex hac autem,vol.3.& d.
cons.2.n 22.vol.5.Consequens est,vt censeatur eis præiudicas-
se.Quod,si confecerunt inuentarium,si quidem in hæredita-
te tantùm est quantum est ius, cui fuit renuntiatum, verius
88 etiam est,eis nocere renũtiationem † vti videre est apud Ruin.
d cons.1 n.16.d cons 11.nu.2.vers.Quod autem, & d cons.221.
n.2.uol.1. quia inuentarij beneficium,non operatur, vt hæres
possit facto defuncti cõtrauenire,etiam ex iure proprio,qua-
89 tenus hæreditariæ vires patiuntur, † ut scribunt gl.in l.fin §.in
computatione,in verb.confundantur,& ibi Cyn.n.4.Bart.num.6.
Ang.n.3.Castr nu.9.Alex.num.8.Ias.num. 10.C. de iur. delib.
Goz.ad.cons.25.n.21.Crau.cons.225.nu.12 Nat.cons.214.nu. 3.
Gabr.cons.125.nu.11.vers.Opinionem,& n.12. uol. 1. vbi testa-
tur,hanc opinionem esse magis communem,Franch.decis.83.n.4.
Hond.cons.3.nu.53.vol.1.Pereg.de fideic.d. art. 32. nu.25. sed
90 tantùm,ne teneatur vltra vires hæreditarias † d. l. fin. §. & si
præfatam C.de iur.delib.§.sed nostra inst.de hæred.qual & diff.
§.fiat igitur inuentarium,Auth.de hæred.& Falcid.coll. 1.nisi
res talis sit,vt ad eam habeat hæres iustam affectionem, puta
91 quia fuerit maiorum suorum † l.si in emptionem. 36.ff. de mi-
nor.l.lex,quæ tutores.22.vers.Nec verò C.de adm.tuto.l.1.§.sed,
si rem ff.si quid in fraud.patr.l.libertus, qui soluendo.36. versic.
Multi enim ff. de bon. lib. vel sit feudum habens iurisdictio-
nem;Tunc enim non tenetur præcisè seruare factum defun-
92 cti,sed sufficit, si præstet id, quod interest, † vt latè ostendit
Gabr.d.cons.125.nu.12.vers. Et hanc puto vol. 1. Si verò tan-
tumdem non consequatur ex bonis hæreditarijs, tunc verius
93 est,renuntiationem à patre factam eis non nocere, † vt scri-
bunt Bald in d.l qui se patris.3 nu.11.vers. Item quæritur Cod.
vnd.lib.Alex.consil 124.nu.8.vol.4.Dec.mihi cons.184.nu.5.&
cons.445 nu 56.Gabr.d consil.125.nu.12.vol.1.Pereg. de fideic.
art.32.nu.24.vers.Contraria,artic.33.nu.14.& d.art.52.n.97.
quia inuentarij beneficium conseruat hæredi omnia iura ei
competentia ex persona propria, perinde,ac, si hæreditatem
non adijsset † d.l fin.§.in computatione C. de iur. delib. Et hoc 94
est, quod tamen frequenter dicimus in hac specie distingui,
vt & in alijs bonis.†post Bald.in d.l.qui se patris 3.num.12.Cod. 95
vnd.lib.Prosd.Zabar.& Io.Franc.de Cap.List.inter cons.44.n.
16.vol.3.Iacob.in d.verb.& vnus num 8.Ruin d.consil.1 nu.16.
d.consil.11.num.2.vers.Quod autem d.cons. 38. num 18. & d.
cons.42.n.17 vol.1.Rosent.de feud.d.cap.9.concl.79.n.15.Pereg.
d.consil.7.num.33.vol.3.
Octauus, & vltimus casus est,quando ij,de quibus agitur,
veniunt ex persona propria,& sunt renuntiantis hęredes,sed
renuntiatio fuit facta cum promissione de non contraueni-
endo simpliciter, idest per se, non facta mentione filiorum,
aut hæredum, Et tunc, licet etiam plerique censuerint,talem
renuntiationem nocere hæredibus ex propria persona veni-
entibus, † vt Ruin.d.cons.7.num.38.vers. Et quamuis, & d. 96
cons.11.nu.2.vers.Et idem esset, iuncto nu.10.vers Nec obstat,
& d.cons.42.num.17.vers. Et per hoc vol.1. Alcia.d. consil.60.
num.11.& 12.lib.6.Gabr d.consil.125.num.13.vol. 1 Pereg de
fideic.d art.52.num.97 Surd.d.consil.355.num.39.vers.Secun-
do & nu seqq. quod promittens simpliciter non contraueni-
re censeatur etiam pro suis hæredibus promittere† l stipulatio 97
ista.38.in prin ff.de verb oblig.& diximus in primo casu, num.
ideòque militent ea, quæ retulimus in 6. casu num.67.& seq.
Verius tamen est,quod alij frequentiùs tradiderunt, imò non
nocere, † vti videre est apud Alex d.cons.13.n.11.vers Posset, 98
& consil 18.num.12.vol 5.Ruin.d.cons 138.num.10 vers.Quia
ergo,vol.2. Alb.d.consil 74.nu.5.vers.Et hoc vltimum, Decian.
d.cons.33.num.109.vol.1.Rosent.d.cap.9. concl.79.num. 8. quia
promittens non contrauenire, & sic factum negatiuum,cen-
setur promittere factum proprium, sub quo nunquam fa-
ctum hæredis continetur,quoties ius eius non pendet ex cau-
sa hæreditaria. † Vt declarat Ceph.consil.371.nu.34. Et verò, 99
si renuntiatio non nocet hæredibus ex propria persona ve-
nientibus, quoties facta est cum promissione de non contra-
ueniendo per se, & hæredes, ut ostendimus in 6.casu,num.73.
& seqq. quanto minus nocere debet, quoties est facta simpli-
citer? Nec obstat,quod promittens non contrauenire,censea-
tur etiam promittere pro suis hæredibus,quia † respondeo id 100
procedere, quoties agitur de iuribus hæreditarijs. Cæterùm,
quoties de alijs, verius est,non censeri pro ijs promittere, siuè
simpliciter facta sit promissio,siuè etiam expressim pro hæ-
redibus, & successoribus,per ea, quæ diximus in 6.casu nu.73.
& seqq.quæque non est necesse hic iterum repetere.Ideoque adeo
verum est,vt procedat, etiamsi renuntians promiserit non
contrauenire per se,vel per alium, † vt scribunt Ruin.d.cons. 101
138.num.10.vers.Nec obstat vol.2.Pereg.de fideicommiss d.art.
52.num.95.vers. Ampliatur, quoniam illa verba non intelli-
guntur de contrauentione hæredis,qui venit ex persona pro-
pria,& proprio iure,sed de ea, quæ fit ex persona renuntian-
tis,& in eius iuribus fundatur: Nam, quoties hæres agit ex
iure defuncti,videtur ipsemet defunctus,& sic renuntians per
alium contrauenire, sed, quoties agit ex iure proprio, tunc
non renuntians per alium contrauenit,sed alius; † ideòque 102
talis contrauentio in prædicta promissione non continetur,
vtpotè, quæ ad solam renunciantis contrauẽtionẽ est restri-
cta,vt rectè declarat Ruin.d cõs.138.n 10.vers.Nec obstat vol.1.
Planè,si promissio non sit negatiua,sed affirmatiua,†puta 103
de defendendo,de euictione,aut alia similis, verius erit,noce-
re hæredi,ex iure proprio venienti, etiamsi simpliciter facta
sit, quia † facta affirmatiua non censentur merè personalia, 104
sed trahuntur ad hæredes,vt declarat Ruin.d.cons.42.n.15. in
fi.& n.23.vers.Non obstat postremò vol.1. vtpotè in quos affir-
matiuæ faciendi obligationes transferũtur † l.veteris 13.C.de 105
contr.& comm stip.Bart.in l. si sic stipulatus 13.nu.4.ff.de verb.
oblig.Et hæc de iure accrescendi dicta sint,ad laudem,& glo-
riam Dei Omnipotentis,& Sacratissimæ Virginis Mariæ.

F I N I S.

INDEX
RERVM, ET VERBORVM MEMORABILIVM,

Quæ in Tribus posterioribus huiusce Tractatus Capitibus continentur.

B

Bono-

Con-

D

E

 S 4

Feudum.

Fiscus

G

H

Ius

L

Legi-

M

Missio

O

P

Pater

Portio

Pupil-

Q

R

Renun-

S

Seruus

Statuto

uus

T

Testa-

V

INDEX.

FINIS.

Corrigebat D.Franciſcus Maria Ambronius I. V. D. Publ.Correct.